© Ministerio de Cultura

Observatorio de San Fernando
BIBLIOTECA
174
Núm. del Invent.
Sección
Carpeta
Estante
Tomo

Observatorio de Marina
BIBLIOTECA
Núm. 6442

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

Concilii generalis Secundi Constantinopoli A.C. 381. Celebrati, delineatio ex codice noni Sæculi MSto Orationum S. Gregorii Nazianzeni, in Bibliotheca Regis Christianissimi.

2011 Ministerio de Cultura

JO. ALBERTI FABRICII,

SS. THEOL. D. ET PROFESS. PUBL.

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ,

VOLUMEN UNDECIMUM,

SIVE

LIBRI VI. CAPITA QUATUOR PRIORA,

QUIBUS ENARRANTUR COLLECTIONES

CANONUM VETERIS ECCLESIÆ, ET CONCILIORUM TAM UNIVERSALIUM QUAM PARTICULARIUM, NEC NON DE EPISTOLIS AC DECRETIS PONTIFICUM ROM. NOTITIA TRADITUR.

ACCEDIT PRÆTER

SYNODICON VETUS,

PRIDEM IN LUCEM DATUM

A. B. D. JOANNE PAPPO,

DEMETRII PROCOPII

MACEDONIS MOSCHOPOLITÆ SUCCINCTA ERUDITORUM GRÆCORUM SUPERIORIS AC PRÆSENTIS SÆCULI RECENSIO, NUNC PRIMUM EDITA GRÆCE ET LATINE.

HAMBURGI,

SUMTU THEODORI CHRISTOPHORI FELGINER,

M DCC XXII.

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

CELSISSIMO AC SAPIENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO
JOANNI NICOLAO
ALEXANDRI F.
MAURO CORDATO
DE SCARLATI,
TOTIUS HUNGAROWALACHIÆ
PRINCIPI EXOPTATISSIMO,

SALUTEM AC FELICITATEM

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

MAgnum auſum hunc induit mihi ſingularis Virtus Tua, PRINCEPS SAPIENTISSIME, ut longe diſſitus licet, multumque infra culminis Tui fulgorem poſitus, non ignotus tamen,

2011 Ministerio de Cultura

men, Celſiſſimi Nominis Tui late ſplendens jubar libro huic pace Tua præmittendum mihi ſumam. Atque ut in Bibliotheca Græca Virum Principem, Græcum natione, & Græci Nominis præſidium ac ſummum decus, non Græce ſed Latine alloquar, haud minus ſvadet Eruditio Tua, cui perinde familiaris eſt Latina hæc, quam Græca vel Arabica aut Perſica, Gallicave aut Italica lingua, atque injungit mihi pudor meus, qui merito verebar, ne idem mihi, quod A. Albino olim acideret reprehenſo a M. Catone, ſi Græce ſcribere inſtituens ad Græcum non Græcus, culpam deprecari ſermonis quam culpa vacare maluiſſem. Tu porro digniſſimus, in cujus laudibus celebrandis non Græca ſolum ſed plurium linguarum ingenia decertent: quæ laudes cum non brevi Epiſtola circumſcribi poſſint vel debeant, ſed annalibus & hiſtoriarum monumentis explicari mereantur, ſaltim integrum ſit mihi gratulari Græco Nomini, quod in Te, CELSISSIME PRINCEPS, habet, qui veteris illius florentis quondam Græciæ virtutem, doctrinam gloriamque ingenii & eloquentiæ non modo aſſerat ac vindicet ipſe, ſed etiam ad hanc laudem excita-

2011 Ministerio de Cultura

excitare & accendere non ceſſet cives ſuos exemplo ſuo, auctoritate, conſilio ac munificentia: qui moderatione & clementia in ſubjectos & prudenti adminiſtratione imperii, perfecti Principis impleat partes: qui denique ſanctiſſimum morum exemplar non minus diſerte & ſolide commendaverit deſcripſerit-que in aureolo ſuo de officiis libro, quam vita ſua illud referat atque exprimat conſtanter. Cum vero hac ætate major Græco nomini nulla gloria, & Bibliothecæ huic Græcæ majus & illuſtrius ornamentum nullum poſſit accedere quam ab oſtro Nominis Tui Græciæ auſpicatiſſimi, patere quæſo illud in limine hujus Voluminis exſtare tanquam in votiva tabella, cui pro ſalute Tua & ſimillimi CAROLI Tui incolumitate ac felicitate, nullis intervertenda fortunæ, nullis invidiæ injuriis, ſubſcribunt mecum etiam longe a Te disjuncti omnes quotquot Græciæ, quotquot bonis moribus ac gloriæ litterarum bene cupiunt. Scripſi Hamburgi X. Cal. Maj. Anni Chriſtiani cIↃ IↃcc XXII.

AD

2011 Ministerio de Cultura

AD LECTOREM.

EX quatuor illis vel quinque argumentis, quæ libro ſexto hujus Bibliothecæ Græcæ complecti conſtitueram, ut de Canonibus primùm Eccleſiæ & de Conciliis, deinde de JCtis Græcis, Medicisque, nec non de ſcriptis ſuppoſititiis ac de collectionibus ſcriptorum Græcorum junctim editorum, quas hactenus non attigiſſem, tractarem: in præſenti tantum habes à me quæ de Canonum collectionibus & Conciliis in ſtudioſorum uſus annotare licuit, ubi veniam dabis, quod Græca tantum pollicitus, cætera etiam ob nexum, quem habent, & communem utilitatem eodem ſtudio recenſenda nec ab Græcis divellenda duxi, ſimulque etiam attigi Epiſtolas Pontificum (a) *& bullaria,* (b) *pœnitentiales libellos,* (c) *Capitularia item* (d) *Imperatorum ac Regum, aliaque ſine quibus notitia Canonum & Conciliorum parum integra videri poteſt. Indices ſcriptorum dedi in Gelaſium de Actis Concilii Niceni p. 367. & Gelaſium alterum de duabus CHRISTI naturis p. 417. nec non in Juſtiniani Imp. librum adverſus Origenem p. 440. Breviarium Liberati p. 443. & in decreta Imperialia de cultu Imaginum a Goldaſto edita p. 491.* Synodicum *vero* vetus *D. Pappi, utpote pleniſſimam de Conciliis ad Photii usque ætatem ſynopſin, rariusque niſi in voluminoſis operibus obvium, ſtudioſorum in gratiam p. 185. integrum inſerui. Denique addidi egregii Viri* Demetrii Procopii *Moſchopolitæ jucundam, licet breviorem fortaſſe quàm velles, notitiam de recentibus Græciæ eruditis, Bucureſto nuper transmiſſam ad me beneficio Celſiſſimi Principis, cujus conſiliis, exemplo & generoſæ benignitati longe plurium ingeniorum proventum, uberiusque incrementum bonorum ſtudiorum & debet Græcia & debebit. Vale.*

(a) p. 21. & 760. ſeq. (b) p. 23. (c) p. 73. (d) p. 85. & 493. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ VOLUMEN UNDECIMUM.

LIBRI VI.

CAPUT I.

De SABINO Heracleensi, & aliis Canonum veterum Ecclesiasticorum Collectoribus.

Notitia scriptorum recentium, qui collectiones Canonum varias recensuere. 1. nostrum institutum. 2. Canones quinquaginta Apostolici Latinis probati. 3. Græcis, LXXXV. 4. Illorum auctoritas. 5. Canones Antiocheni Apostolis afficti. 6. Constitutiones Apostolicæ 7. Epistolæ Pontificum 8. Collectiones Canonum deperditæ, ut Sabini Heracleensis, 9. vel ineditæ ut Stephani Ephesii. 10. alia Theodoreto perperam adscripta. 11. Codex Canonum Ecclesiæ Orientalis à Jo. Tilio editus. 12. Codex Ecclesiæ universæ. 13. Codex Ecclesiæ Africanæ. 14. Abbreviationes Canonum. 15. Canonum Scholiastæ Græci. 16. Nomocanonum scriptores. 17. Bibliotheca Canonica Justelli & Voëlli. 18. Guil. Beveregii pandectæ Canonum. 19. De Latinis Canonum collectionibus. 20.

2011 Ministerio de Cultura

I.

ARgumentum quod tradere aggredior, ante me illuſtrarunt viri præclari, quorum obſervatis mea adjungam, *Petrus Pithœus* in ſynopſi hiſtorica eorum, qui Canones & decreta Eccleſiaſtica collegerunt, præmiſſa editioni luculentæ Corporis Juris Canonici, Pariſ. 1687. & Lipſ. 1705. fol. *Antonius Auguſtinus*, Tarraconenſis Epiſcopus in dialogorum libris duobus de emendatione Gratiani, editis Tarracone A. 1587. 4. & Pariſiis 1607. nec non *Stephanus Baluzius*, Tutelenſis, in prolegomenis & notis ad Anton. Auguſtini libros emendatius recuſos, Pariſ. 1672. 8. & Gerhardo à Maſtricht curante, Arnhemii 1678. 8. *Chriſtophorus Juſtellus* in præfatione ad Codicem Canonum Eccleſiæ univerſæ, & in aliis præfationibus & prolegomenis quæ in Bibliotheca Juris Canonici Gvil. Voëlli & Henr. Juſtelli, variis Canonum collectionibus præmiſſa leguntur, Pariſ. 1661. fol. *Petrus de Marca*, Pariſienſis Archiepiſcopus, in opere de Concordia Sacerdotii & Imperii lib. III. cap. 2. 3. 4. 5. 6. Pariſ. 1641. 1663. 1669. & Francof. 1708. fol. & in diſſertatione de veteribus collectionibus Canonum, quam inter alias poſtumas illius lucubrationes Baluzius A. 1680. Pariſiis edidit p. 201. ſeq. & *Juſtus Henningus Bœhmerus* editioni Francofurtenſi operis de Concordia p. 343. curavit ſubjungi. *Carolus le Cointe* in Annalibus Francorum T. II. p. 175. ſeq. *Franciſcus Florens*, Aurelianenſis primum, deinde Pariſienſis Anteceſſor in diſſertatione de origine, arte & auctoritate Juris Canonici, quæ inter alia ejus opera Canonica & Juridica lucem vidit Joanne Doujatio editore Pariſ. 1679. 4. & nuper Halæ prelo iterum ſubjecta eſt in faſciculo primo novæ variorum ſcriptorum collectionis 1716. 8. p. 202. *Joannes Doujatius*, quem modo memoravi in Hiſtoria Juris Canonici, edita Gallice Pariſ. 1676. 12. & in libro tertio prænotionum Canonicarum, vulgatarum ibid. 1687. 4. *Natalis Alexander* in ſelectis Hiſtoriæ Eccleſ. capitibus appendice ad diſſ. XXI. Seculi I. pag. 219. ſeq. edit. in fol. Tom. 3. *Jo. Mabillonius* de Studiis Monaſticis parte 2. c. 5. *Claudius Fleury* in Inſtitutione ad jus Eccleſiaſticum, Gallice edita ſub init. ut Lud. Morerium in Lexico, voce *Droit Canonique*, Hunoldum Plettenbergium introductione ad jus Canonicum, Hildeſiæ 1692. 8. edita, aliosque omittam.

E Reformatis *Jacobus Uſſerius* * Epiſtola X. ad Samuelem Wardum,

* Bibl. univerſelle de Mr. le Clerc T. 2. p. 245. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

dum, cum Wardi responsione: *Gerhardus van Maſtricht*, Syndicus Bremensis superiore anno 1720. extinctus, in Historia juris Ecclesiastici & Pontificii, edita Duisburgi 1676. & Amstelodami 1686. 8. atque cum præfatione Christiani Thomasii, JCti Halensis, recusa Halæ 1705. & 1719. 8. *Guil. Caveus* in historia litteraria scriptorum Eccles. parte 2. ad A. 451. ubi de Codice Canonum Ecclesiæ universæ.

E nostratibus Theologis *Gerhardus Theodorus Meier* in historica de collectionibus Canonum relatione, præmissa Codici Canonum Ecclesiæ universæ, qui ipsius cura Græce & Latine Helmstadii 1663. 4. est excusus. *Thomas Ittigius*, Doctor olim meus, in schediasmate de scriptis Canones & Concilia spectantibus, quod inter ejus varia opuscula postuma Lipsiæ, vulgante L. Christiano Ludovici 1714. 8. prodiit pag. 425. seq. *Jo. Andreas Schmidius* in supplemento ad Casp. Sagittarii introductionem in Historiam Ecclesiasticam T. 2. pag. 728. seq. Jen. 1718. 4. Ex Jurisconsultis *Caspar Zieglerus* Antecessor Witebergensis, in diss. de origine & incrementis Juris Canonici, quæ cum commentario ejus ad Jo. Pauli Lancelloti Institutiones pridem in lucem data Witeberg. 1669. 4. & nuper ab illustri D. Christiano Thomasio adjuncta est propriis in eundem Lancellotum observationibus Halæ Sax. 1716. 4. *Joannes Strauchius*, JCtus Jenensis, in dissertationibus Canonicis de origine, libris & auctoritate juris Canonici, Giessæ 1677. 4. *Hermannus Conringius*, licet Medicum profiteretur, juris omnis peritissimus in libro tertium recuso de origine Juris Germanici, Helmst. 1643. 1649. 1665. 4. *Justus Henningus Bœhmerus* in jure Ecclesiastico Protestantium Lib. 1. tit. 2. qui est de constitutionibus, Halæ Sax. 1714. 4. *Christianus Thomasius* in cautelis circa præcognita Jurisprudentiæ Ecclesiasticæ, ibid. 1712. 4. cap. 18. 19. 20. *Burchardus Gotthelff Struvius* in Historia Juris Romani, Justinianei, Græci, Germanici, Canonici, Feudalis, Criminalis & publici, capite VII. p. 561. seq. Jen. 1718. 4. ne dicam, quæ idem vir doctissimus paucis perstrinxit in Bibliotheca Juris selecta sæpius recusa non sine auctariis in 8.

II. Ut igitur ordine & succincte rem complectar, Græcarum collectionum canonicarum notitiam primo loco traditurus, breviter dicam de collectione antiquissima earum, quam habemus sub Canonum, Constitutionumque Apostolicarum titulo: deinde de decretalibus Epistolis Pontificum, quarum apud Eusebium & Epiphanium mentio occurrit. Hinc de deperditis vel ineditis συναγωγαῖς Sabini Heracleensis, Stephani Ephesii atque aliorum, etiam anonymorum: Denique de editis, ac pri-

2011 Ministerio de Cultura

primum de Tiliano Codice: tum de iis, quæ in Guil. Beveregii pandectis Canonum & quæ in Bibliotheca Canonica Guil. Voëlli & Henrici Juſtelli exſtant. Quoniam porro Latinæ etiam collectiones Canonum partem magnam ex Græcis converſæ vel derivatæ ſunt, non alienum à meo inſtituto fuerit, earum etiam notitiam quantum fieri à me poterit accuratam diſtincteque ordine temporis traditam ſubjungere.

III. Ante Dionyſium Exiguum priſca regularum Eccleſiaſticarum verſio Latina ferebatur, cujus confuſione offenſi Laurentius presbyter & Stephanus Salonitanus Epiſcopus Dionyſium permoverunt, ut nova interpretatione illas circa A. C. 500. donaret. In illa priſca collectione nulli fuere *Canones Apoſtolici*, ſiquidem ſanctionum Eccleſiaſticarum Codex à Paſchaſio Queſnello in tomo ſecundo Leonis M. vulgatus haud diverſus a veteri iſta, Dionyſio memorata credatur: nullum etiam Canonum Apoſtolicorum veſtigium in antiquis Africanis, Hiſpanicis & Gallicanis conſtitutionum Eccleſiaſticarum collectionibus extitit, ut ex Ferrando, Codice Canonum Eccleſiæ Africanæ, Martino Braccarenſi & Hincmaro jam obſervarunt viri docti. Hic itaque primus Dionyſius latinis auribus dedit *Canones quinquaginta*. *In principio itaque*, inquit in Epiſtola ad Stephanum Epiſc. *Canones qui dicuntur Apoſtolorum, de Græco transtulimus, quibus quia plurimi conſenſum non præbuere facilem, hoc ipſum ignorare veſtram nolumus ſanctitatem: quamvis poſtea quædam conſtituta Pontificum ex ipſis Canonibus aſſumta eſſe videantur.* Hi quinquaginta Canones admittuntur in collectione Creſconii Afri & in Codice Canonum, qui Moguntiæ A. 1525. Joanne Wendelſtino edente, ac deinde Pariſ. 1609. 8. lucem vidit, nec non in Hadriani I. epitome Canonum, quam vulgarunt Caniſius, * Labbeus, Harduinus: tum à Burchardo, Ivone, Gratiano: atque in collectione Iſidori Mercatoris ſeu Peccatoris, qui à quibusdam Apocryphos dici non diffitetur: *Denique propter eorum autoritatem ceteris Conciliis præpoſuimus Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, licet à quibusdam Apocryphi dicantur: quoniam plures eos recipiunt, & ſancti Patres eorum ſententias ſynodali autoritate* (can. 2. Trullan.) *roboraverunt, & inter canonicas poſuerunt conſtitutiones.* Apocryphorum tamen numero illos certe quinquaginta eximit Stephanus IV. in Concilio Lateranenſi A. C. 769. actione IV. ** *Non amplius ſuſcipiantur Apoſtolorum Canonum*

* Caniſius T. 6. Lection. antiqu. Labbeus T. 6. Concil. p. 1800. Harduin. T. 3. p. 2033.

** T. 3. Concil. Harduini p. 2015. Labbei T. 6. p. 1723. Holſtenii collect. Romana veterum Hiſt. Eccleſ. monumentorum part. 1. p. 263.

2011 Ministerio de Cultura

num prolata per S. Clementem, nisi quinquaginta capita quæ suscipit sancta Dei Catholica Romana Ecclesia. Et qui A. C. 1054. scripsit, Humbertus adversus Nicetam Pectoratum ad calcem Tomi XI. Annal. Baronii pag. 803. licet his verbis utitur: *Quia Canonibus, sub nomine Apostolorum editis nos urgere videris, exponere tibi tua capitula decrevimus, quamvis ea inter Apocrypha usque nunc magna ex parte computaverimus, ut aperte cognoscatur nec apocryphis nec authenticis vos vestras ineptias posse defendere.* Tamen pag. 798. dixerat: *Nam Clementis librum, id est Petri Apostoli itinerarium & Canones Apostolorum, sancti Patres numeravere inter Apocrypha, exceptis capitulis quinquaginta, quæ decreverunt regulis Orthodoxiæ adjungenda.* Hæc capitula quinquaginta respondent in editione Cotelerii Græcis primoribus Canonibus tantummodo XLII. Nam pro uno Græco 1. apud Dionysium est 1. 2. pro Græco 2. apud Dionys. 3. 4. 5. pro Græco 12. apud Dionys. 15. 16. pro Græco 17. apud Dionysium 21. 22. 23. 24. pro Græco 18. apud Dionys. 25. 26. & pro Græco 35. apud Dionysium 42. 43. Vicissim pro uno Dionysii 40. in Græco sunt duo, 32. & 33. Similiter in collectione Hadriani I. licet capitula 45. numerentur, tamen nullum ex illis quinquaginta omissum, sed nonnunquam tres vel duos in unum contractos deprehendi notavit B. D. Tho. Ittigius ad calcem appendicis de hæresiarchis pag. 162. In Græco-Latina editione Gregor. Haloandri a) duodequinquagesimus Canon respondet quinquagesimo apud Dionysium & in editionibus Herveti b) atque Beveregii, c) quoniam pro 12. & 13. apud Haloandrum est 12. Latinorum solos quinquaginta Canones recipientium sententiam notavit auctor scholii ad canonem Trullanum secundum: σημειώσαι τὸν παρόντα κανόνα διὰ τὰς

a) Greg. Haloander Canones Apostolorum Græce edidit ad calcem Novellarum Justiniani Imp. deinde Latinam suam versionem subjunxit, Norimberg. 1531. fol. apud Jo. Petrejum. Cum Haloandri versione recusi sunt in Orthodoxographis. Eadem etiam occurrit in Francisci Joverii Valentini sanctionibus Ecclesiasticis, quæ prodierunt Latine 1555. fol.

b) Gentianus Hervetus Canones Apostolorum Theodori Balsamonis scholiis illustratos vertit & Latine edidit Paris. 1561. fol. cum aliis Canonibus Conciliorum & SS. Patrum. Herveti versio Dionysianæ adjuncta exstat in variis Conciliorum editionibus. Servata etiam ab Elia Ehingero, qui Græce & Latine Canones Conciliorum edidit Witeberg. 1614. 4. & in editionibus Canonum Græco-Latinis Parisiensibus cum Balsamonis & Zonaræ scholiis, nec non in magno Beveregii Synodico.

c) In Guil. Beveregii Synodico sive Pandectis Canonum familiam ducunt Canones Apostolorum cum Balsamonis, Zonaræ & Alexii Aristeni scholiis, Græce & Latine, Oxon. 1672. fol. additis notis eruditissimis.

2011 Ministerio de Cultura

τὰς Λατίνας, τὰς λέγοντας μὴ εἶναι τὰς ὀγδοήκοντα πέντε τὰς κανόνας τῶν ἁγίων Ἀποστόλων.

IV. Græci hiſce quinquaginta Canonibus additos habent alios quinque & triginta, ſic ut *Canones Apoſtolicos LXXXV.* numerent Joannes Scholaſticus, qui ex presbytero Antiocheno Patriarcha CPol. fuit ab A.C. 564. ad 578. & poſt eum Patres Concilii Trullani A. 680. canone 2. Photius Patriarcha CPol. Stephanus Epheſius in ſynopſi κανονικῇ, quam MS. memorat Lambecius III. p. 66. Matthæus Blaſtares, Arſenius Monachus, & ſcholiaſtæ Canonum, Jo. Zonaras & Theodorus Balſamo, aliique Græci juniores communiter: ita etiam Jo. Tilius, qui Apoſtolorum & SS. Conciliorum decreta Græce edidit Pariſiis per Conradum Neobarium 1540. 4. licet à Greg. Haloandro tantum LXXXIV. numerentur, quoniam, ut dixi, pro 12. & 13. duodecimum computat, ut fit etiam in Chriſtophori Hegendorfini editione Lipſ. 1524. & in Orthodoxographis: nec non in Conciliis Binii, Labbei atque Harduini, verſionem Herveti adjunctam habentibus. Simeon d) Magiſter numerat LXXXII. Joſephus Ægyptius, Arabicus interpres LXXXI. Cotelerius (cui pro 77. & 78. eſt unus canon 69.) exhibet LXXVI. Turrianus e), a quo earum quartus de mundialibus curis ab Epiſcopo Presbytero aut Diacono non ſuſcipiendis, neſcio quomodo, prætermiſſus eſt, LXXV. Ineditam Theodoriti canonicam collectionem, qua Canonum Apoſtolicorum recipiatur auctoritas, laudari videas à Salmaſio pag. 633. libri de uſuris. Sed illa Theodoreto perperam tribuitur etiam à Petro de Marca, * qui MSto Codice deceptus fuit, non alia enim illa eſſe comperta eſt quam Joannis Scholaſtici.

V. Nec quinquaginta illos, neque cæteros (haud multum licet prioribus, ut opinor, inferiores junioresque Canones) ab Apoſtolis conditos, aut

d) à Simeone hoc, de quo infra, omittitur canon 70. & 71. ſed in unum contrahitur 10. & 11. quemadmodum & 15. 16. at in duos diſpeſcitur 38.

e) Franciscus Turrianus S. J. ad calcem Conſtitutionum Apoſtolicarum Latine verſos & illuſtratos Canones Apoſtolorum vulgavit Antwerpiæ 1578. fol. apud Chriſtoph. Plantin. Novam denique verſionem adornavit Jo. Baptista Cotelerius, qui in Patribus Apoſtolicis T. I. ad calcem Conſtitutionum Apoſtolicarum Canones quoque novo ſtudio recenſuit, atque Græce cum interpretatione duplici, vetere Dionyſii, novaque ſua & notis edidit Pariſ. 1672. fol. In Amſtelodamenſi editione operis Cotelerriani, clariſſimo viro Jo. Clerico curante Beveregii etiam annotationes optimo inſtituto adjunctæ ſunt.

* De Concordia Sacerdot. & Imperii T. I. p. 152. T. 2. p. 237.

2011 Ministerio de Cultura

aut à *Clemente Romano* Apoſtolor. æquali literis conſignatos eſſe ; virorum eruditorum in Romana etiam Eccleſia communis propemodum conſenſus præjudicavit, adeo ut laterem lavent, qui contrariam ſententiam poſt Turrianum contendunt evincere Antonius deCaſtrovillare & noviſſime Guil. Whiſtonus in libro Anglice edito Londini 1711. 8. *eſſay on the Apoſtolical-Conſtitutions* p. 83. ſqq. Pleraque tamen, quæ in illis Canonibus continentur, optime congruere cum diſciplina Eccleſiaſtica ſecundi tertiique ſæculi, non pauca etiam quæ à quarti jam ſæculi ſcriptoribus & conciliis ipſis ad Canonum Eccleſiaſticorum præſcriptum nominatim provocantibus afferuntur, eodem modo & propemodum *αὐτολεξεὶ* reperiri in his, non in aliis antiquioribus Eccleſiaſticis ſanctionibus, abunde jam demonſtratum eſt à viris eruditiſſimis, f) præcipue à Guilelmo Beveregio in notis ad Canones Apoſtolicos, & in Codice Canonum Eccleſiæ primitivæ vindicato. Quod autem *Clementi Alexandrino* debeatur illa Canonum veterum *συναγωγὴ*, parum eſt veriſimile: nam illius Canon Eccleſiaſticus Euſebio atque Hieronymo & Photio memoratus g) ſpecialem ritum & Paſchatis celebrandi tempus in Eccleſia probatum adverſus Judæos vindicabat, in his vero Canonibus non modo varia ac multiplicia, ſed quædam etiam recentiorem quam Clementis ætatem ſapientia reperiuntur, ut quod can. 50. baptiſmus non per trinam ſed unam immerſionem peractus condemnatur contra inſtitutum Eunomianorum. Nonne vero qui Euſebii ætate *χθὲς καὶ πρώην* Clementi Romano *πολυετῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα* ſuppoſuerunt Petri & Apionis dialogos, ut ipſe teſtatur Euſebius lib. 3. Hiſt. c. 38. potuerunt etiam ex veteribus didaſcaliis & Canonibus, Conſtitutionum libros, Canonumque Apoſtolicorum, hoc eſt in Apoſtolicis Eccleſiis receptorum collectionem ſub Clementis nomine in manus hominum dare? Tamen innotuiſſe illa vel ſub Apoſtolicorum Canonum nomine lecta eſſe in Eccleſia non videntur ante ſæculi quarti finem, primus enim Nectarius CPol. in Synodo CPol. A. 394. T. 1. Concilior. Harduin. p. 957. ad Canonem LXXIV. reſpiciens *καθὼς οἱ Ἀποστολικοὶ κανόνες διορίσαντο.* At Innocentius I. qui ab A. 402. ad 416. Rom. Eccl. præfuit, in Epiſt. ad CPolitanos apud Sozomen. VIII. 26. ſolos adhuc canones Nicænos ab Eccleſia Catholica ſuſceptos teſtatur, *οἷς μόνοις ὤφειλε ἐξακολουθεῖν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ τούτους γνωρίζειν.* Nec defuerunt ſtatim qui de Apoſtol. canonum auctoritate intercederent, ut Gelaſii, Dionyſii, Iſidori, Photii aliorumq; teſti-

f) vide Lib. V. hujus Bibl. pag. 31.

g) id. p. 113. & quæ notavi ad Hieron. de Script. Eccleſ. c. 38.

2011 Ministerio de Cultura

teſtimoniis conſtat. Ut adeo, quod ad ſummam rei attinet, non longe à veritate abſit Johannis Dallæi ſententia, qui res ipſas canonibus compreheſas ritusque & ſingulos etiam canones quosdam antiquiores & ex uſu ſecundi vel tertii ſeculi repetitos nec ipſe aut ignoravit aut negavit: collectionem autem ipſam ſerius factam, atque Eccleſiæ ſub Apoſtolicorum Canonum nomine ſerius commendatam, recte docuit libro tertio de pſeudepigraphis Apoſtolicis, cui jungenda quæ adverſus Beveregium diſputant Matthæus Larroquanus in appendice ad obſervationes in Pearſonianas Ignatii vindicias, D. Tho. Ittigius diſſ. de pſeudepigraphis Apoſtolicis (appendice ad diſſert. de hæreſiarchis) pag. 174. ſeq. & Rev. D. Jo. Guil. Janus in diſſert. de antiquitate Canonum Apoſtolicorum, edita Witebergæ A. 1706. 4.

VI. Longe ſerius inauditum conſtat de Canonibus commentitiis quos neque in Oriente neque in Occidente usquam recepit Eccleſia, licet in Antioch. Synodo conditos fuiſſe ab Apoſtolis traditur in actis Concilii Nicæni ſecundi A. C. 787. actione 1. h) Γρηγόριος Ἐπίσκοπος Πισινοῦντος εἶπεν. Ἐν τῇ κατὰ Ἀντιόχειαν συνόδῳ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων εἴρηται, μηκέτι πλανᾶσθαι εἰς τὰ εἴδωλα τοὺς σωζομένους, ἀλλ' ἀντεικονίζειν τὴν θεαρεστικὴν ἀχραντον σήλην τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, addit Franciſcus Turrianus: καὶ τῶν αὐτοῦ Θεραπόντων ἀντικρυ τῶν εἰδώλων καὶ Ἰουδαίων, καὶ μηκέτι πλανᾶσθαι εἰς εἴδωλα μηδὲ ὁμοιοῦσθαι τοῖς Ἰουδαίοις. *Gregorius Epiſcopus Piſinuntis dixit: In Synodo ſanctorum Apoſtolorum apud Antiochiam congregata, dictum eſt ne hi qui ſalvari cupiunt ultra decipiantur circa idola, ſed illorum loco ſanctam & divinam ſibi ſtatuant imaginem veri Dei & Servatoris noſtri, Domini noſtri Jeſu Chriſti ejusque famulorum* &c. Hic Turrianus primus pluſcula de Canonibus illis produxit adverſus Magdeburgenſes Centuriatores pro Canonibus Apoſtolorum, Colon. 1573. 4. libro 1. cap. 25. p. 124. *Reperimus etiam nos partem Synodi Apoſtolorum Antiochenæ, quos Pamphilus Martyr teſtatur ſe in Bibliotheca Origenis reperiſſe. Sic enim reperi in antiquiſſimo Codice Græco ſcriptum:* Καὶ ἁγίου ἱερομάρτυρος Παμφίλου ἐκ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ τῶν Ἀποστόλων συνόδου, τουτέστιν, ἐκ τῶν συνοδικῶν αὐτῶν κανόνων μέρος τῶν εὑρεθέντων εἰς τὴν Ωριγένους βιβλιοθήκην. Sancti Hieromartyris Pamphili ex Antiochena Apoſtolorum Synodo, id eſt pars ex Synodicis ipſorum Canonibus inventis in Origenis Bibliotheca. *Hos ego Canones conciſe & in epitome, quaſi indices quosdam, gratia brevitatis deſcribam:*

1. *Ut*

h) T. VII. Concil. edit. Labbei p. 63. & T. IV. Harduin. p. 47.

2011 Ministerio de Cultura

1. *Ut credentes in Dominum JEſum, quos illius temporis homines vocabant Galilæos, Chriſtiani* i) *deinceps vocarentur.*
2. *Ut baptizati non jam circumciderentur more Judæorum, ſiquidem ſit baptiſmus circumciſio non manu facta.*
3. *Ut ex omni natione & genere ad fidem orthodoxam admitterentur.*
4. *De avaritia fugienda Chriſtiano, ac maxime ex iniquis quæſtibus.*
5. *De vitio gulæ, Chriſtianis item fugiendo, & de theatris ac juramentis.*
6. *De fugienda ſcurrilitate, blasphemia & moribus gentilium, & eorum imitatione, ne ſimpliciores deciperentur.*
7. *Quo renovatum ac confirmatum eſt decretum Synodi Hieroſolymitanæ, ut abſtinerent Chriſtiani à ſanguine & ſuffocato & fornicatione.*
8. *De imaginibus veri Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti & famulorum ejus, opponendis in locum Idolorum & Judaicorum rituum.* Hunc enim ſenſum eſſe puto verbi ἀντεικονίζειν in loco, quem ſupra ex Concilio Nicæno ſecundo adſcripſi: non ut Turrianus, *ponendis ex adverſo coram idolis & Judæis.*
9. *Ne Chriſtiani à cibis abſtinendo, Judæos imitentur, imo veſcantur ſuilla, cum Dominus pronunciaverit,* k) quæ in os intrant, non inquinare hominem, ſed quæ ex ore exeunt, *utpote ex corde exeuntia. Et ne ſecundum literam eos ſectentur, ſed ſpiritualiter & anagogice vivant. Synagoga enim belluina Judæorum ſuem quidem abominatur, turpem vero vitam vivit, & improbitate tenetur conſtricta, ſicut ait Propheta,* l) ſaturati ſunt ſuilla, & reliquerunt reliquias parvulis ſuis. *Similiter non eſt interdictum Chriſtianis ſecundum literam,* veſci piſce teſtam habente, m) & piſce item ſquamis carente: *hoc enim eſt ſecundum ſpiritum piſce teſtaceo veſci, cum quis ſtupido & imprudenti corde, veritatis prædicationem*

i) Anſa hujus fingendi Canonis & totius Synodi Antiochenæ comminiſcendæ petita ex Actor. XI. 26. ubi de Apoſtolis Barnaba & Saulo per totum annum verſantibus Antiochiæ, & in illa urbe Eccleſiam docentibus, ἐγένετο δὲ αὐτοὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ διδάξαι ὄχλον ἱκανόν, ſubjungitur primum exinde uſu veniſſe ut diſcipuli JEſu, Chriſtiani appellarentur. Χρηματίσαι δὲ πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς. Ad eundem Lucæ locum reſpiciens Innocentius I. Epiſtola 18. de Antiochena loquens Eccleſia, *ubi & nomen,* inquit, *accepit religio Chriſtiana, & quæ conventum Apoſtolorum apud ſe celeberrimum meruit.*

k) Matth. XV, 17. l) Pſal. XVII, 14. m) Levit. XI. 9, 10. Deut. XIV. 9. 10.

2011 Ministerio de Cultura

instar testæ abjicit. Græca apud Turrianum pag. 127. hæc sunt: ξ μὴ ἐξομοιῶσθαι Χριστιανὸς Ἰουδαίοις ἕνεκεν ἀποχῆς βρωμάτων, ἀλλὰ καὶ ὑείων ἀπογεύεσθαι, ξ Κυρίλλ θεσπίσαντος, ὅτι τὰ εἰσπορευόμενα εἰς τὸ στόμα ϗ κοινοῖ τ ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἐκ ξ στόματος, ὡς ἐκ τ καρδίας ἐξερχόμενα. Καὶ ἵνα μὴ καλὰ γράμμα ἀκηλωθῇ ἀλλὰ πνευματικῶς καὶ ἀναγωγικῶς πολιτεύηται, ἡ γὰρ κληνώδης συναγωγὴ τ Ἰουδαίων τ ὖν βδελύσσεται, τῇ δὲ πονηρίᾳ συνέχεται καλὰ τ Προφητικὸν λόγον, ὅτι ἐχορτάσθησαν ὑείων, καὶ ἀφῆκεν τὰ ξ ἅλοιπα τοῖς νηπίοις αὐτῶν. Ὁμοίως καὶ ὀρεοκόδερμον καὶ ἀλισπίδωτον ἰχθὺν ἀκώλυτον τοῖς Χριστιανοῖς εἶναι εἰς τὸ ἀπογεύεσθαι, νοεῖται γὰρ καὶ ὅτω πνευματικῶς τὴν ἀσύνετον αὐτῶν καρδίαν ὀρρᾶκι δίκην ἀποβάλλεσθαι τὰ τ ἀληθείας κηρύγματα.

Confictos esse hosce canones probavit Jo. Dallæus libro III. de pseudepigraphis Apostolicis c. 22.-- 25. cui suffragantur Antonius Pagi in Critica Baroniana ad A. C. 56. Petavius lib. XV. Dogm. Theol. de incarnatione c. 14. § 5. seq. Natalis Alexander Hist. Eccles. sæculi I. diss. 20. Ac licet locum illis dederunt Baronius ad A. 102. num. 19. Binius in Concil. & Labbeus T. 1. pag. 62. tamen Harduinus velut manifeste spuriorum nullam illorum rationem habuit in novissima quam dedit Conciliorum editione.

VII. Canone 85. Apostolico velut sub Clementis Romani persona commendantur etiam *libri octo Constitutionum*, καὶ αἱ Διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς Ἐπισκόποις δι ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις σεσαφωνημέναι. Hos Labbeus T. 1. Concil. p. 192. vocat *uberiorem universi fere apud Græcos juris Canonici fontem, & disciplinæ Ecclesiasticæ thesaurum in plerisque locupletissimum* πᾶσαν κανονικὴν τάξιν *ut docet S. Epiphanius*, * *complectentem, licet in eo nævos quamplurimos reperiri, & ab hæreticis, Græculisque multa perperam inculcata, nemo paulo eruditior sit, qui non ultro fateatur cum Baronio, Bellarmino, Perronio, Sirmondo, Petavio aliisque Catholicis tractatoribus, post Zonaram, Balsamonem, aliosque etiam Græcos,* ** *qui docent* σὺν καθοδόξων ἰερῶν νεοθεύεσθαι καὶ σὺν αφθαρῆναι. Nolo hic repetere, quæ de editionibus & auctoritate subtesta hujus operis dixi lib. V. p. 33. seq. tantum notabo, Constitutionum Apostolicarum libris, quos Labbeus cum Turriani versione integros exhibuit, locum nullum datum esse in novissima Conciliorum editione

* Hæresi LXX. num. 10.

** Photium Cod. 112. 113. Zonaram & Balsamonem ad Can. Apostol. ult. Zonaram ad Can. Apostol. 60.

2011 Ministerio de Cultura

tione, quam Jo. Harduinus adornavit: In Anglia autem novum illorum vindicem ſurrexiſſe *Guilelmum Whiſtonum*, qui in Tomo ſecundo Chriſtianiſmi primitivi redivivi Græce eos recudi curavit cum Anglica ſua verſione, variisque Lectionibus: Lond. 1710. 8. Deinde nactus Latinam verſionem, quam ex Arabicis Codicibus Huntingtonianis Conſtitutionum ipſo rogante compoſuit eruditiſſimus vir Joannes Gagnierius, genuinam διδαχὴν Apoſtolicam illa contineri ſibi perſvaſit, in tomo tertio Chriſtianiſmi ſui, Lond. 1711. 8. *an eſſay on the Apoſtolical Conſtitutions, wherein is proved, that they are the moſt ſacred of the Canonical books of the New Teſtament.* Sed quam parum feliciter hoc ei ſucceſſerit, evidenter expoſuerunt Rob. Turnerus in libro edito Lond. 1715. 8. cui titulus: *a diſcourſe of the pretended Apoſtolical Conſtitutions, wherein all the principal evidence both external and internal, brought by Mr. Whiſton in his eſſay on thoſe books, to prove them genuine, is examin'd and confuted.* Richardus Smalbroke * *in the pretended autority of the Clementine Conſtitutions confuted by their inconſiſtency with the inſpired writings.* Lond. 1714. 8. Jo. Erneſtus Grabe ** in libro, qui inſcribitur *an eſſay upon two Arabick Manuſcripts.* Oxon. 1711. 8. Conſulendus etiam Simon Ockely *in the account of the autority of the Arabick Manuſcripts*, Lond. 1712. 8. Licet vero Whiſtonus identidem tueri ſententiam ſuam conatus eſt repetitis ſcriptis adverſus Grabium, *remarks on Dr. Grabe's eſſay*, Lond. 1711. 8. adverſus Petrum Allixium *a reply to Dr. Allix's remarks*, Lond. 1711. 8. adverſus Turnerum *St. Clement's and St. Irenæus's vindication of the Apoſtolical Conſtitutions, from ſeveral objections made againſt them, with a poſtſcript, on occaſion of Mr. Turner's diſcourſe of the Apoſtolical Conſtitutions*, Lond. 1715. 8. vix quenquam tamen antiquitatis Eccleſiaſticæ peritum confido eſſe futurum, cui illius argumenta petita longius & conjecturæ leves rem tantam perſvadere poterunt. Illud vero non ſine detrimento harum litterarum accidit, quod laudatus Grabius morte impeditus non potuit, ut conſtituerat *** perficere opus, in quo latius probare voluit Conſtitutionum libros eſſe

* Memoirs of Literature T. IV. p. 155.

** Acta Erud. 1712. p. 201. ſeq.

*** Grabius in ſcripto poſtumo, cui titulus, ſome inſtances of the defects and omiſſions in Mr. Whiſton's collection of teſtimonies from the Scriptures and the Fathers againſt the true Deity of the Son and the Holy Goſt. Lond. 1712. 8. pag. 21. *On the contrary, as i have in my ſpicilegium Patrum Tom. I. p. 284. ſeq. affirmed, and*

2011 Ministerio de Cultura

ſane collectionem ex antiquis διδαχαῖς ſive didaſcaliis, quales ſub maximis Apoſtolicæque ætati vicinis nominibus olim ferebantur, at interpolatam multis modis, atque adeo contra ſententiam primorum auctorum corruptis, ut non modo plura addita & detracta fuerint, ſed etiam usque adeo mutata vitiataque, ut quæ primi illi ſcriptores affirmaverant, negari jam, & quæ negaverant affirmari deprehendantur, & quod Uſſerio etiam atque aliis viris eruditis jam ſuboluit, in Arianam ſententiam non pauca ſint detorta manifeſte atque alterata.

VIII. *Epiſtolas* Epiſcoporum, Romanorum præcipue, per quas conſulentibus de rebus ad doctrinam vel diſciplinam pertinentibus reſpondebant, non contemnendas viſas atque in auctoritate fuiſſe, ſatis colligitur ex Euſebio, qui illarum paſſim meminit, nominatim Epiſtolarum, quas Romani præſules Clemens, Cornelius, Victor, tum quas Carthaginienſis Cyprianus, Corinthius Dionyſius, Ignatius Antiochenus, Polycarpus Smyrnenſis, Theoctiſtus Cæſareæ Palæſtinæ, Irenæus Lugdunenſis, Dionyſius Alexandrinus, Pinytus Gnoſſiorum in Creta & Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus exararunt. Etiam Clementis Romani Epiſtolas encyclias in omnibus Eccleſiis lectas, teſtis eſt Epiphanius XXX. 15. Cæterum collectiones Epiſtolarum decretalium in uſum Canonicum atque Eccleſiaſticum factam eſſe non conſtat ante *Dionyſium Exiguum*, hoc eſt ante ſexti ſæculi initia, licet in jure Canonico velut ex ſententia Synodi Romanæ A. C. 494. ſub Gelaſio habitæ ſtatuitur c. ſancta Romana diſt. 15. *Item decretales Epiſtolæ quas beatiſſimi Papæ diverſis temporibus ab Urbe Roma pro diverſorum Patrum conſultatione dederunt, venerabiliter ſuſcipiendæ ſunt.* In illo Dionyſii libro decretorum (ut appellat Zacharias Papa * Epiſtola ad Pipinum) poſt præmiſſam

and partly proved, ſo i ſhall, God willing, in due time, more clearly and fully ſhew, that theſe eight books of Apoſtolical Conſtitutions are a collection of the Didaſcalia of the Apoſtles, of Clemens Romanus, Hipppolytus and of the like ancient writings put togcther, but ſtrangely interpolated and viciated by an Arian, in ſo much that he hath no ſcrupuled ſo add whole chapters, and to turn affirmatives into negatives, & vice verſa. And therefore all the teſtimonies which in that, and from thence in Mr. Whiſtons collection favour Arianiſm, may in general juſtly by ſuppoſed to be ſpurious and foiſted in by the ſaid compiler, though that could not be proved of any one of them in particular.

* Hadrianus I. etiam obtulit Carolo M. vide Sirmondi Concilia Galliæ T. 2. p. 117. Cointii Annales Francorum T. VI. p. 44. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

missam * Epistolam dedicatoriam ad *Julianum* presbyterum tituli S. Anastasiæ, qui Synodis Romanis A. C. 484. & 499. interfuit, habentur

XV. Decreta *Siricii* qui Episcopus Romæ fuit ab A. C. 385. ad 398.
LVII. *Innocentii* 402. --- 416.
IV. *Zosimi* 417. --- 418.
IV. *Bonifacii I.* 418. --- 423.
XXII. *Cælestini* 423. --- 431.
XLIX. *Leonis I.* 440. --- 461.
XXVIII. *Gelasii* 492. --- 496.
VIII. *Anastasii I.* 496. --- 498.

Cum Dionysiana hac magnam partem conspirat longe junior collectio decretalium, quæ post Codicem Canonum Ecclesiæ Rom. à Jo. Wendelestino A. 1525. Moguntiæ fol. primum editum, & Christoph. Justello curante Paris. 1609. 8. atque ex Petri Pithœi recensione, una cum Miscellaneis ejus Eccles. ibid. è typographia Regia 1687. fol. recusum, habetur. In hac præmittitur Nicolai Papæ, qui ab A. 858. ad 867. fuit, Epistola ad Archiepiscopos & Episcopos per Galliam constitutos, nec non S. Ambrosii ad Siricium Papam, deinde post decreta 15. Siricii, 57. Innocentii, 4. Zosimi, 4. Bonifacii I. (præmissa S. Augustini ad eum Epistola) 22. Cælestini, 49. Leonis I.

VI. Decreta *Hilarii*, qui Episcopus Romæ fuit ab A. C. 461. ad 467.
II. *Simplicii* 467. --- 483.
II. *Felicis* 483. --- 492.

28. Gelasii, 8. Anastasii II.
IV. *Symmachi* 498. --- 514.
IV. *Hormisdæ* 514. --- 523.
XVII. *Gregorii II.* 715. --- 731.

Dionysii Studium imitatus quoque fuit *Isidorus Hispalensis* Episcopus, A. C. 636. defunctus: qui non modo præter Canones in collectione Dionysii comprehensos etiam diversa Africæ Concilia, tum Gallicanas & Hispanicas Synodos in suam *συναγωγὴν* transtulit, sed Epistolas quoque inseruit Pontificum, qui post Damasum Romanam cathedram tenuerunt, quam collectionem posterorum diligentia auxit his Conciliis, quæ habita in

* Hanc Epistolam primus ex Sirmondi codice addidit Christophorus Justellus editioni suæ A. 1643. unde habetur etiam in Tomo I. Bibl. Canonicæ Guil. Voëlli & Henr. Justelli p. 183. ubi hæc collectio decretorum Dionysiana & altera ad Gregorium II. continuata exstat, & in Conciliis Labbei T. I. p. 3. & Harduini T. I. p. 5.

2011 Ministerio de Cultura

Hiſpania ſunt poſt tempora Iſidori. *Viderat* a) *unum collectionis illius exemplar vir illuſtriſſimus & excellentiſſimus in omni genere laudis Antonius Auguſtinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis, illud ipſum fortaſſis, quod etiamnum exſtat in Bibliotheca Eccleſiæ Urgellenſis in provincia Tarraconenſi, in quo Epiſtolæ Romanorum Pontificum nullæ exſtant ante Damaſi & Siricii tempora.* Etiam Iſidori Hiſpalenſis collectionem Ambroſius Morales lib. XII. hiſtor. c. 25. viſus eſt ſibi in Codice Eſcurialenſi deprehendere: ſed Nic. Antonius b) non ſine cauſa ſuſpicatur in illo potius contineri collectionem alteram longe junioris ſcriptoris, qui poſt Synodum Pariſienſem A. C. 829. celebratam adhuc fuit, & Epiſtolas antiquiorum Pontificum nomine venditatas congeſſit, atque *Iſidorus Mercator* ſive *Peccator* habetur. De hac decretalium collectione Baluzius c): *Ævo deinde Karoli magni inſertæ ſunt famoſæ illæ Epiſtolæ, quæ priſcis Pontificibus tribuuntur, quas vero Riculfus Archiepiſcopus Moguntinus à bono illo Mercatore Hiſpano* (Blondellus Germano-Francum malit) *comparatas in hunc terrarum orbem primus detulit. Diſputatum valde eſt illo ſeculo de auctoritate iſtarum Epiſtolarum, Gallicanis Epiſcopis litem adverſus eas moventibus, quod intelligerent illas antiquis regulis eſſe contrarias. Vicit tamen fortuna populi Romani. Itaque nihil frequentius poſt illa tempora inſonuit in auribus Chriſtianorum, quam iſtarum Epiſtolarum auctoritas & mentio, ita ut qui deinceps collectiones canonum & decretorum compoſuerunt, etiam iſtis Epiſtolis uſi ſunt tanquam bonis mercibus, quàmvis non omnes. Rhabanus enim, tametſi Abbas Fuldenſis eſſet in diœceſi Moguntina, licet Moguntinus & ipſe Archiepiſcopus fuerit poſt Otgarium, adeoque Riculfi* (A. 814. defuncti) *ſucceſſor, Epiſtolis illis non utebatur, ut recte obſervatum eſt ab Antonio Auguſtino.* Ab hac, quam habemus Iſidori Mercatoris & altera inedita Iſidori Hiſpalenſis collectione, diverſam exiſtimes quam Hincmarus Remenſis memorans T. 2. Opp. p. 793. ait Iſidorum Hiſpalenſem Epiſcopum collegiſſe *Epiſtolas Romanæ ſedis Epiſcoporum à ſancto Clemente usque ad beatum Gregorium:* nam in Iſidori Mercatoris farragine habentur Epiſtolæ à Clemente ad Papam Deusdedit, qui ſedem Romanam tenuit ab A. C. 616. ad 619. Ut vero diſtinctius illa Iſidori collectio cognoſcatur, en tibi indicem Epiſtolarum Pontificum, quas certiſſimis Criticis cenſuris ſubjecit David Blondellus, & evidentibus de νοθείᾳ ac ſuppoſitione argumentis convictas dedit in pſeudo-Iſidoro ſuo, ſive Turriano vapulante, Genevæ 1628. 4.

Pag. 1.

a) Steph. Baluzius præf. ad Reginonem.
b) Nic. Antonius Bibliotheca veteri Hiſpana V. 4. § 201. p. 271.
c) Baluzius ibid.

2011 Ministerio de Cultura

Pag. 1. V. Epistolæ *Clementis*, qui traditur fuisse Episcopus Romæ A. C. 67. ad 76.

101. III.	*Anacleti*	84. --- 92.
147. II.	*Evaristi*	95. --- 108.
159. III.	*Alexandri*	108. --- 117.
177. II.	*Sixti I.*	117. --- 127.
183. I.	*Telesphori*	127. --- 138.
189. II.	*Hygini*	138. --- 150.
194. IV.	*Pii I.*	150. --- 153.
201. I.	*Aniceti*	153. --- 154.
205. II.	*Soteris*	162. --- 171.
209. I.	*Eleutherii*	171. --- 185.
215. IV.	*Victoris*	186. --- 196.
235. II.	*Zephyrini*	198. --- 217.
252. II.	*Calliſti*	217. --- 222.
265. I.	*Urbani*	222. --- 231.
271. II.	*Pontiani*	231. --- 235.
278. I.	*Anteri*	235. --- 236.
286. III.	*Fabiani*	236. --- 250.
308. V.	*Cornelii*	251. --- 252.
321. I.	*Lucii*	252. --- 255.
329. II.	*Stephani*	255. --- 257.
342. II.	*Sixti II.*	257. --- 258.
349. II.	*Dionyſii*	259. --- 269.
353. III.	*Felicis*	270. --- 274.
365. II.	*Eutychiani*	275. --- 283.
377. I.	*Caji*	283. --- 296.
385. II.	*Marcellini*	296. --- 304.
393. II.	*Marcelli*	308. --- 310.
403. III.	*Euſebii*	310. April. ad Sept.
422. I.	*Melchiadis*	310. --- 314

Decretum & Epistola Synodi Nicænæ ad Silvestrum p. 433.

Pag. 434. Responsio *Sylvestri*, qui Episcopus Romanus fuit ab A. Christi 314. ad 335.

436. Ægyptiorum ad Marcum.

2011 Ministerio de Cultura

Pag. 438. Reſponſio *Marci* qui Epiſc. Romæ fuit ab A. C. 336. Januar. ad Octobr.

443. Epiſtolæ II. *Julii* 337. ad 352.

452. Orientalium ad Julium.

477. 485. Epiſtola XII. & XIII. *Liberii* 352. --- 366.

482. Athanaſii & Ægyptiorum Epiſcoporum ad Liberium de oppreſſionibus Arianorum.

488. *Liberii* ad fratres presbyteros & Coepiſcopos Orientales.

490. Ægyptiorum ad Felicem II.

499. Epiſtolæ duæ *Felicis II.* 352. --- 358.

515. 549. Epiſtolæ duæ *Damaſi* ad Hieronymum.

516. 547. Hieronymi totidem ad Damaſum 366. --- 384.

518. Africani Concilii ad Damaſum.

520. Damaſi Epiſtola IV. ad Afros, V. ad Chorepiſcopos, VII. ad Epiſcopos Italiæ, VIII. ad Aurelium Epiſcopum Carthag.

544. 549. Aurelii Epiſcopi Epiſtolæ duæ, una ad Damaſum, & altera ad Donatianum.

550. Blondellus contendit *Siricii* (qui ab A. 385. ad 398. Romanæ Eccleſiæ præfuit) Epiſtolam quartam ad Afros illi eſſe ſuppoſitam, quoniam tota propemodum ad verbum deſcripta eſt ex Epiſtola *Innocentii I.* (qui ab A. 402. ad 416. fuit) Epiſtola ſecunda ad Victricium Epiſcopum Rothomagenſem.

557. Epiſtolæ duæ *Anaſtaſii.* 398. --- 401.

562. *Innocentii I.* Epiſtolas licet ſuſpectas Eraſmo, tamen genuinas eſſe diſputat Blondellus præter illam ad Julianam nobilem fœminam, & trigeſimam ad Arcadium.

563. Epiſtola tertia ad Orientales, *Sixti III.* 432. --- 440.

567. Epiſtola LXXXVIII. & XCVI. *Leonis I.* 440. --- 461.

569. Epiſtola III. IV. & VIII. *Symmacho*, (qui ab A. 498. ad 514. Epiſcopatum Rom. geſſit) præter rem tributas, Ennodii eſſe Blondellus annotat.

570. Epiſtolæ duæ *Joannis I.* 523. --- 526.

578. totidem *Felicis IV.* 526. --- 530.

589. ad Eulalium Alexandrinum, Epiſtola *Bonifacii II.* 530. --- 532.

593. Eulalii exemplar precum & Juſtiniani Principis. 532. --- 535.

596. Epiſtola *Joannis II.* 535. --- 536.

598. Epiſtola quinta *Agapeti* 603. 606.

2011 Ministerio de Cultura

Pag. 603. 606. duæ Epiſtolæ *Silverii*, qui Papa fuit ab A. C. 536. --- 537.
605. Amatoris Epiſcopi ad Silverium.
609. Epiſtola *Pelagii I.* 556. --- 561.
613. Epiſtola *Joannis III.* 561. --- 574.
619. Epiſtola *Benedicti I.* 575. --- 579.
623. Epiſtola I. II. VIII. & IX. *Pelagii II.* 579. --- 590.
647. Privilegium, Medardi monaſterio à *Gregorio M.*, ſi Diis placet, collatum.
664. *Felicis* Siciliæ Epiſcopi ad Gregorium 590. --- 601.
668. *Gregorii* lib. XII. Epiſt. 32. ad Felicem Meſſanenſem Epiſc.
669. Epiſtola Papæ *Deusdedit*, 616. --- 619.

Hæc Iſidori Mercatoris, de qua hactenus dixi, collectio tomis Conciliorum inſerta quidem fuit jam à Jac. Merlino Pariſ. 1524. atque deinde ab aliis: ſed neutiquam ita diſtincta & ſeparata in illis exſtat, ut vel ordo ejus intelligi vel quid ab ipſo ſit agnoſci poſſit: rariſſime etiam obviæ ſunt Veterum Pontificum ante Concilium Nicænum Epiſtolæ à Joanne Wendelſtino Col. A. 1525. vulgatæ. Igitur operæ eſſet pretium ſeparatim illam edi recenſerique ex fide MStorum Codicum, in quibus eximius locus debetur Codici Lanfranci Cantabrigienſi, de quo Matthæus Larroquanus in Epiſtola quam Baſnagius Bellovallius edidit: * *L'edition que Merlin nous donna de la Collection d' Iſidore Mercator ou Peccator, vers le millieu du ſiecle paſſé, m'avoit toûjours paru bien defectueuſe, & ſur tout en ce, qu'on n'y peut ſouvent diſtinguer entre ce qui eſt de lui, ou d' Iſidore, & non pas même l' ordre dans lequel l' Auteur avoit rangé ces Decretales des Papes, leſquelles ont tout l' air d'être de ſon invention, auſſi-bien que le témoignage d' Atticus Archevêque de Conſtantinople touchant la maniere d'écrire ces lettres qu'on appelloit* formatæ, *& dont on ne voit point d'exemple dans toute l' antiquité avant le temps où Iſidore fleuriſſoit. Comme je penſois frequemment à cela en viſitant les Bibliotheques où il y a des Manuſcrits, Mr. Laughton Bibliothecaire de l' Univerſité, hõme de beaucoup d' erudition, & à qui je ſuis infiniment redevable, m' ayant parlé d' un MS. où l' on trouvoit des Decretales, me fit auſſi-tôt naître la penſée que c' eſtoit la Collection dont il s' agit. A peine l' eus je veuë, que je reconnus ce que je cherchois, & avec d' autant plus de joye, que le MS. me paroiſſoit très-beau, & de 600. ans, comme je l' ay ſû depuis avec certitude par ces paroles qui ſont à la fin:* Ego Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus dato precio emi hunc librum. *Car*

* Hiſtoire des Ouvrages des Savans A. 1688. Janvier p. 51.

2011 Ministerio de Cultura

Lanfranc n'ayant eſté élevé a l'Archevêché de Cantorbery que l'an 1072. comme je l'ay lû dans une ancienne Chronique MS. qui eſt au College de la Trinité à Cambrige, il faut neceſſairement que ce MS. ſoit du moins de l'âge dont je l'ay marqué. Après l'avoir bien regardé, enfin j'en fis la lecture toute entiere dans l'eſpace de neuf ou dix jours. D'abord on n'y voit point cette Préface qu'on attribüe à Iſidore, non plus que la maniere de convoquer les Conciles, & qui porte ſon nom dans toutes les Editions des Conciles, ſi ma memoire ne me trompe. Le MS. commence par trois Epitres de S. Clement, contre ce qu'on voit dans tous les exemplaires imprimez, où il y en a cinq: ce que j'ay auſſi remarqué dans un MS. de l'Univerſité de Cambrige, mais plus moderne que le nôtre. Tout le reſte des Decretales differe ſi ſouvent de l'Edition de Merlin, qu'à peine en les confrontant peut-on reconnoître Iſidore. Elles ſont dans l'imprimé d'ordinaire du quart ou de la moitié plus amples que dans le MS. Ce qui vient ſans doute de ce que ces ſortes de Livres eſtant copiez dans des Convens par des Moines, chacun d'eux y ajoûtoit à ſa fantaiſie. Car je n'ay garde d'accuſer Merlin, qui m'a paru d'aſſez bonne foy dans ſon Edition, laquelle a ſans doute eſté faite ſur quelques-uns de ces MS. plus récens qui ont eſté gâtez par des copiſtes temeraires. Pour l'ordre dans lequel Merlin les a rangées, il me paroît être de luy; car dans ce MS. plus moderne dont j'ay parlé, elles ne s'accordent pas plus avec luy ſur ce ſujet qu'avec celuy de Lanfranc. La Collection des Decretales finit à celle de Gregoire le Jeune. Enſuite viennent les Canons des Apôtres, & puis les Conciles, ſuivant l'ordre où Merlin les a rangez; mais avec cette difference, que les Capitula *ou Sommaires des Canons ſont presque toûjours tout autres que ceux de l'imprimé, & que d'ailleurs les Canons, qui ſont quelquefois miſerablement confondus dans Merlin, & même dans le Pere Labbe, ſe trouvent icy dans un fort bel ordre. La Lettre d'Aurelius & de Mizonius au Concile de Carthage, & qui n'eſt point dans Merlin, s'y trouve, mais c'eſt à la tête du premier Concile de Carthage, & non pas au troiſiéme, comme la met le Pere Labbe contre toutes les regles, puis que ce premier Concile ne s'aſſembla que pour confirmer les decrets de celuy d'Hyppone, comme il paroît par la Lettre dont j'ay parlé cy-devant. Au reſte ce Concile dont Merlin ne fait nulle mention, eſt non ſeulement cité dans la Lettre d'Aurelius & de Mizonius, mais auſſi dans le MS. de Cambrige au 45. Can. du III. Concile de Carthage; lequel Canon ne ſe trouve point dans Merlin, mais bien dans l'Edition du Pere Labbe, & qui eſt le 46. Can. en ces termes:* Honoratus & Urbanus dixerunt. Et illud nobis verbo mandatum eſt, ut quia conſtitutum eſt IN CONCILIO HYPPONENSI ſingulas debere provincias, &c. *Ces paroles*, in Con-

2011 Ministerio de Cultura

Concilio Hypponenſi, *ne ſont point dans les Editions de Paris, bien que ces termes ſoient fort conſiderables, puis qu'ils ſervent de confirmation à la Lettre que je vous ay dêjà citée pluſieurs fois. Je n'aurois jamais fait, Monſieur, ſi je vous rapportois toutes les autres differences qui ſe trouvent dans ce Manuſcrit.*

Epiſtolarum ipſarum auctoritatem & fidem, quæ ante Caroli M. tempora vix cuiquam auditæ, & nec Gratiano ipſi omnes ita probatæ fuiſſe videntur, multis & ſolidis argumentis oppugnarunt Magdeburgenſes Centuria ſecunda capite 7. p. 109. -- 116. addito teſtimonio Kalteiſenii monachi, qui ante ducentos & quinquaginta annos inquiſitorem hæreticæ pravitatis egit, nec dubitavit diſerte profiteri *in Epiſtolis hiſce penitus fundare ſe, volentes Romanam ſedem omni laude digniſſimam plus quam expedit exaltare, cum tamen omnino non videantur illorum Sanctorum Epiſtolæ, conſideratis contentis in iis.* Aliis virorum doctorum ex ipſa Romana Eccleſia Epiſtolas illas rejicientium ſuffragiis collectis à B. D. Gerhardo in Confeſſione Catholica T. 1. pag. 430. -- 476. longe plures ab eo tempore poſſunt adjungi, cum nemo fere ſit amplius inter eruditiores, quin Epiſtolas illas à Paparum paraſitis confictas atque ipſorum tuendis uſurpationibus inter Chriſtianos jactatas fateatur. Vide ſis etiam Jo. Rainoldi Colloquium cum Hardto p. 813. ſeq. Blondellum Prolegom. ad Pſeudo-Iſidor. cap. ult. B. D. Ittigii diſſ. de Patribus Apoſtolicis p. 116. 119. &c. Præcipue lectu digna ſunt quæ hanc in rem notavit Claudius Fleury, diſertiſſimus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptor, in diſſ. præmiſſa tomo decimo ſexto, qua rationes exaggeratæ ultra veterem morem Pontificiæ poteſtatis atque immutatæ notabiliter Seculo undecimo diſciplinæ Eccleſiaſticæ inquirit, ejusque cauſas in has Epiſtolas magnam partem rejicit. Quæcunque igitur pro fide Epiſtolis illis concilianda vel *Franciſcus Turrianus* S. J. in libris quinque adverſus Magdeburgenſes pro Canonibus Apoſtolorum & Epiſtolis Decretalibus Pontificum Apoſtolicorum, Colon. 1573. 4. vel *Bonaventura Malvaſia* Bononienſis, Franciſcani Ordinis Theologus in Apologetico * pro Pontificum Epiſtolis, vel *Cardinalis Aguirre* in apparatu ad Concilia Hiſpanica diſſ. IV. T. 1. p. 69. ſeq. diſputarunt, neutiquam ita comparata ſunt, ut Centuriatorum Magdeburgenſium eorumque hyperaſpiſtæ hac in cauſa fortiſſimi Blondelli argumentis ſatisfaciant.

Inter eos, qui Epiſtolis decretalibus Pontificum poſt Caroli M. tempora uſi ſunt, ut ex illis atque ex Canonibus Conciliorum corpus quoddam diſciplinæ Eccleſiaſticæ concinnarent, celeberrrimus facile fuit *Gratianus*, qui circa A. C. 1151. ſcripſit. De hoc & illis dicturus ſum infra, ubi

 Latinas

* Nuncius veritatis Dav. Blondello miſſus. Rom. 1635. 8.

2011 Ministerio de Cultura

Latinas Canonum Collectiones ordine temporum perſequar. Nunc V. collectiones veteres decretalium Epiſtolarum referre juvat, quæ poſt Gratianum concinnatæ, atque à Carolo Labbeo Pariſ. 1610. fol. ad editionem Ilerdenſem 1576. fol. in lucem editæ cum doctis Antonii Auguſtini notis ſunt. Ejus potiſſimum verbis notitiam illarum collectionum hoc loco dare opportunum inſtituto meo exiſtimavi: Primus *poſt Gratiani collectionem* Bernardus Circa *fuit, Papienſis Præpoſitus, mox Faventinus Epiſcopus, qui ſub eisdem fere titulis, quibus Gregoriana collectio, qua hodie utimur, conſtat, Pontificum Maximorum Epiſtolas Decretales collegit, quarum poſtremæ ſunt Alexandri Tertii & Lucii Tertii, & aliorum ad Cæleſtinum Tertium, cujus nullum reſcriptum exſtat in hoc volumine.* *Hanc* primam compilationem *Henricus Oſtienſis, & Jo. Andreæ filius, & Ægidius Bellamera appellant, ipſe* Breviarium Extravagantium: *qui ſcholia ſcripſerunt, librum* primum *vocant. Sic etiam ceteras collectiones alii* compilationem ſecundam, tertiam, quartam, quintam: *alii* librum ſecundum, tertium, quartum, quintum *appellaverunt. Idem Bernardus ſub eisdem titulis ſummam ſcripſiſſe dicitur, cujus initium fuit:* Profectus diſcipuli, gloria magiſtri: *item ſcholia, ſive gloſſulas eidem primæ collectioni adſcriptas nos vidimus aliquot ſine nomine ſcriptas, ſed multo plures adſcriptis nominibus Vincentii, Alani, Tancredi, Laurentii, Rogerii, & aliorum, Bernardo antiquiores a Gullielmo Durante, cognomine Speculatore, & ab ejus interprete Jo. Andreæ F. fuiſſe dicuntur Rufinus, Sylveſter, Joannes Hiſpanus, & alter Joannes Falenſis, ſive Fanenſis, ſive Faventinus, ut alii referunt; quorum nos ſcripta non vidimus. Hi fortaſſe aut corpore canonum uſi ſunt, aut Decretorum collectionibus Burchardi, Juonis, Anſelmi, & Gratiani, & aliorum ſcriptorum.*

Papienſem Bernardum imitatus eſt Gilbertus, atque etiam Alanus, ſed nomen his præripuit Joannes Gallenſis, *ſive* Vallenſis, *cujus liber* ſecunda compilatio *dicta eſt. Hic Volterris natus poſt duodecim annos a prima collectione eorumdem Pontificum reſcripta collegit, itemque Cæleſtini Tertii, eisdemque mox addidit ſcholia quædam. Sed & Hugo Ferrarienſis Epiſcopus ab Innocentio tertio ſæpe relatus, & Bernardus major Compoſtellanus Archidiaconus hujus collectionis interpretes fuerunt. Nos eorumdem Scholia vidimus, quorum nomina ſupra ſcripſimus, Vincentii, inquam, Tancredi, Alani, Laurentii, & aliorum, non pauca etiam ſine nomine, quæ ejusdem Joannis fuiſſe putamus.*

Tertiam *collectionem cœperat idem* Bernardus Compoſtellanus *ex regiſtris Innocentii Tertii, eaque aliquando* Romana compilatio *dicta eſt. Sed offenſi Romani, quod uſu judiciorum minus recepta referret, ab eodem Innocentio impetrarunt, ut Pontificia auctoritate aliqua collectio ederetur. Cui rei* Petrus Bene-

2011 Ministerio de Cultura

Beneventanus *notarius præfectus est, anno XII.* † *ejusdem Pontificis. Tum primum publica auctoritate facta collectio juris Pontificii est : nam superiores omnes sive Decretorum, sive Decretalium collectores privata auctoritate scripserunt : & rescripta ab eis relata negari poterant, nisi ab Scriniariis Romanæ Ecclesiæ comprobarentur. Fuit hujus collectionis interpres, ut Jo. Andreæ F. refert, Paulus Hungarus : nos eadem nomina in scholiis vidimus, quæ in aliis collectionibus.*

Quartæ *collectioni causam præbuit concilium generale Lateranense, in quo idem Pontifex capita LXXI. edidit, sed & illo quinquennii spatio post tertiam collectionem aliquot ediderat constitutiones. Ita duplex editio exstat, altera canones ejus tantum concilii continet, altera alias quoque constitutiones. Ejus interpres Vincentius fuisse dicitur : ego Joannem, & Jacobum, & Robertum sive Rogerium legi.*

Quinta *collectio Honorii Tertii constitutiones habet a* Tancredo *Bononiensi Archidiacono collectas, sub ipsius Pont. Max. nomine. Ejus interpres fuit Jacobus Albanus, Faventinus Episcopus, Henrici Ostiensis præceptor.*

Præter Epistolas Pontificum in jam memoratis obvias collectionibus, aut à Binio in *Conciliorum* tomis, atque inde ab aliis sæpius vulgatas, & in tertia classe sanctionum Ecclesiasticarum *Francisci Joverii*, Valentini, Paris. 1555. fol. exhibitas : memorandæ etiam Epistolæ Pontificum quas in Annalibus suis passim referunt *Baronius, Bzovius, Raynaldus :* singulorum etiam nonnullæ, quæ separatis voluminibus prodiere, ut

Leonis Magni Epistolæ, qui Episcopus Rom. fuit ab A. C. 440. ad 461. sæpius editæ inter ejus opera, atque novissime eruditis Paschasii Quesnelli observationibus illustratæ Paris. 1675. 4. & Lugd. 1700. fol.

Epistola dogmatica ad Flavianum * CPol. Episcopum, & altera ** ad Leonem Imp. Græce & Latine vulgatæ à Gerh. Vossio ad calcem Gregorii Thavmaturgi, Mogunt. 1604. 4.

Gregorii I. (Papæ ab A. 590. ad 604.) Epistolarum libri XII. sæpius inter ejus opera editi, & novissime Paris. 1705. fol.

Pauli I. (Papæ ab A. 757. ad 767.) Epistolæ XXXI. in Francisci du Chesne T. 3. scriptor. Francicor. pag. 725. -- 760.

† Anno Christi 1209.

* Græca versio incipit : ἀναγνόντες τὰ γράμματα τῆς ἀγάπης τῆς σῆς.

** Græca versio incipit : Προσχόμενον ἐμαυτὸν διαμέμνημαι.

2011 Ministerio de Cultura

Epiſtolæ ſedecim *Nicolai I.* qui ab A. C. 858. ad 867. Pontificatum geſſit, editæ Romæ A. 1542. fol. longe plures deinde evolvit Baronius, ac Binius in Conciliorum tomis & poſt eum alii dederunt.

Sylveſtri II. (Papæ ab A. 999. ad 1003.) Epiſtolæ CLIX. cum decreto electionis editæ è Bibl. Papyrii Maſſoni JCti, Pariſ. 1611. 4.

Innocentii III. (Papæ ab A. C. 1198. ad 1216.) Epiſtolas libris XVI. digeſtas, inſignem rerum Eccleſiaſticarum & Civilium illa ætate cognoſcendarum theſaurum vulgavit Steph. Baluzius Pariſ. 1682. fol. duobus voluminibus, poſt longe imperfectiores collectiones Guil. Sirleti Rom. 1543. Colonienſem 1576. fol. vel Pauli du May * Pariſ. 1625. 8. & Franciſci Boſqueti Toloſ. 1635. fol.

Gregorii IX. (Papæ ab A. 1227. ad 1241.) Decretales Epiſtolæ ſæpius editæ ſeparatim atque inter opera à Jac. Pamelio illuſtrata Antwerp. 1572.

Pii II. (ante Æneæ Sylvii) qui Papa fuit ab A. 1458. ad 1464. Epiſtolæ CCCCXXXI. ante Pontificatum & in Pontificatu ſcriptæ, Norimb. 1481. & Lugd. 1497. fol. & inter Opera Baſileæ excuſa.

Hadriani VI. (Papæ ab A. 1522. ad 1523.) Epiſtolæ editæ Colon. 1535. Vide Ludov. de S. Carolo Bibl. Pontificiam p. 107.

Pii V. (Pontificis Max. ab A. 1566. ad 1572.) Epiſtolarum libros quinque Latine edidit Franciſcus Goubau Antwerp. 1640. 4. poſt editionem Italicam Mantuanam ** 1587. 4. & Latinas Colonienſem atque Romanam 1629. Conſtitutiones Eccleſiaſticæ & litteræ Apoſtolicæ, Lugd. 1582. Florent. 1583. Rom. 1579.

Ab *Antonio Caraffa* Cardinali & *Antonio de Aquino* publicatæ Epiſtolæ Pontificum à S. Clemente ad Gregorium VII. juſſu Gregorii XIV. Rom. 1591. fol.

Novam locupletiorem accuratioremque Epiſtolarum Pontificum editionem à Clemente ad Innocentium III. exſpectare jubemur à *Petro Couſtant*, Monacho erudito Benedictino, qui & dignas fide ſejunget à commentitiis, & emendatas diligenter ad Codices MSS. & ordine digeſtas Chronologico illuſtrabit notis. Vide Ephemerides literarias Pariſienſes menſe Octobri A. 1719. p. 476. ſeq.

Leonis

* Vide Menagiana T. 3. p. 326. ſeq.

** Lud. de S. Carolo Bibl. Pontificia p. 194. in qua paſſim de ſingulorum Epiſtolis Pontificum, ubi exſtent, annotat, plures earum collectiones MStas in Bibl. Vaticana adhuc delitescere teſtatus.

2011 Ministerio de Cultura

Leonis III. (qui Papa fuit ab A. 795. ad 816.) Epistolas decem ad Carolum M. primus ex MSS. Academiæ Juliæ edidit notisque illustravit Hermannus Conringius, Helmst. 1647. 4.

Epistolarum volumen, quas Romani quidam Pontifices miserunt ad Francorum Reges, Carolum Martellum, Pipinum & Carolum M. editore *Jac. Gretsero* S. J. Ingolstad. 1613. 4. Eidem debemus Epistolas variorum Pontificum ad Petrum Cnapheum, Eutychianum Græce & Latine vulgatas, Ingolstad. 1616. 4.

Leonis IX. (Papæ ab A. 1049. ad 1054.) Epistolæ decretales ad calcem operum Leonis Magni excusæ Colon. 1561. fol. apud Joannem Birckmannum juniorem, editore Laurentio Surio.

Epistolæ decretales Pontificum Romanorum, tribus Voluminibus in fol. editæ Romæ 1591.

Gregorii XIII. Constitutiones Ecclesiasticæ, Lugd. 1582. 8.

Pii IV. & *V.* & *Gregorii XIII.* Florentiæ 1583. 1586. 4.

Collectio Bullarum & Constitutionum Clementis VIII. separatim editarum ab A. 1592. ad 1603. fol. fuit in Bibl. Telleriana.

Gregorii XV. (ab A. 1621. Papæ ad A. 1623.) Constitutiones & Decreta, Romæ 1623. fol.

Bullæ Pontificum à Bonifacio VIII. (A. 1294.-- 1303.) ad Paulum IV. (A. 1555.-- 1559.) Romæ apud Antonium Bladium 1559. fol.

Collectio Bullarum à Gregorio VII. (A. 1073. ------ 1085.) ad Gregorium XIII. (A. 1572. --- 1582.) Rom. 1589. fol.

Bullarium sive Collectio Constitutionum Romanorum Pontificum, jussu Sixti V. collectum à Gregorio VII. usque ad Sixtum V. (qui Pontificatum gessit ab A. 1585. ad 1590.) cum rubricis *Laërtii Cherubini*, Rom. 1586. fol.

Sixti V. Constitutiones à Laërtio Cherubino editæ Rom. 1588. fol.

Summa Constitutionum Pontificalium & rerum in Ecclesia Romana gestarum à Gregorio IX. (A. 1227. ---- 1241.) ad Sixtum V. curante *Petro Matthæo* JCto, Lugd. 1589. 4.

Bullarum, Brevium & Constitutionum Apostolicarum, quæ in Archivo Impressoris Cameralis existunt, index. Rom. 1627. 12. in Biblioth. Barberina.

Summa Bullarii per *Stephanum de Quaranta*. Venet. 1607. 4. Lugdun. 1622. 4. usque ad Paulum V.

2011 Ministerio de Cultura

Jac. Caſtellani Compendium Conſtitutionum ſummorum Pontificum à Gregorio VII. ad Clementem VIII. (Papam ab A. 1592. ad A. 1605.) Venet. 1603. 4.

Bullarium magnum *Laërtii Cherubini* JCti Romani * à S. Leone Magno (Papa ab A. 440. ad 461.) ad Paulum V. (ab A. 1555. ad 1559.) Rom. 1617. fol. tribus voluminibus. Et à D. *Angelo Cherubino*, Monacho Caſſinenſi continuatum usque ad Urbanum VIII. (Papam ab A. 1623. ad 1644.) Rom. 1638. fol. quatuor Voluminibus, & Lugd. 1655. fol. additis Innocentii X. Conſtitutionibus.

Bullarii Collectanea per *Auguſtinum Barboſum*. Lugd. 1634. 4.

Flavii Cherubini Compendium Bullarii à Laërtio Cherubino editi, Lugd. 1624. 4. Rom. 1638. fol.

Bullarii magni Cherubiniani continuatio ad Clementem X. (Papam ab A. 1670. ad 1676.) per *Angelum à Lantuſca* & *Jo. Paulum* à Roma, ** Ord. minor. Tomus V. & VI. Rom. 1672. fol.

Vincentii Petræ JCti, Commentarius in Bullarium edi cœpit Rom. 1705. fol. Tomus quartus jam lucem vidit A. 1714. Journal des Savans 1714. Aouſt p. 225.

Conſtitutiones Pontificiæ & Romanarum Congregationum Deciſiones ad Vicarios utriusque Cleri ſpectantes *Jo. Baptiſta Pittono*, *** Sacerdote Veneto collectore. Venet. apud Leonardum Pittonum collectoris patrem 1714. 8.

Jo. Baptiſta Confectius ſive *Confettius* in Collectione Privilegiorum ſacrorum Ordinum Fratrum mendicantium & non mendicantium, Venet. 1607. 4.

Emanuel Rodericus in nova collectione & compilatione privilegiorum Regularium mendicantium & non mendicantium, Turnoni 1609. fol.

Bullarium Caſinenſe ſeu Conſtitutiones Pontificum, Imperatorum, Regum, &c. & decreta ſacræ Congregationis pro Congregatione Caſinenſi, per *Cornelium Margarinum*. Venet. 1650. fol.

Bullarium Ordinis eremitarum S. Auguſtini à *Laurentio Empolo* collectum, Rom. 1628. fol.

Bulla-

* Proſper Mandoſius Bibl. Roman. p. 192.

** id. p. 199.

*** Giornale de' letterati d'Italia T. 19. p. 441.

2011 Ministerio de Cultura

Bullarii Seraphici Indiculus per *Petrum de Alva.* Rom. 1655. 4.

Archivium bullarum, decretorum, &c. fratrum & sororum tertii Ordinis S. Franciſci per *Franciſcum Bordonum*, Parmæ 1658. 4.

IX. Inter Græcos, qui Canones & Decreta Eccleſiaſtica collegerunt, Petrus Pithœus a) primum locum dat SABINO b) Heracleæ in Thracia Macedonianorum Epiſcopo, circa A. C. 425. quem Socrates lib. 1. cap. 8. pag. 22. teſtatur compoſuiſſe Συναγωγὴν ὧν Διάφοροι Ἐπισκόπων σύνοδοι ἐγγράφως ἐξέδωκαν, quod Epiphanius Scholaſticus in Hiſtoria tripartita II. 8. vocat *congeſtionem eorum, quæ per diverſa Concilia Sacerdotum ex ſcripto prolata ſunt.* Eodem loco Socrates atque iterum c. 9. p. 31. Patres Nicænos tanquam idiotas & γνώσει deſtitutos à Sabino traductos memorat, atque ipſum etiam propemodum Euſebium. Et lib. 2. c. 15. p. 92. S. Athanaſii calumniatoribus hunc Sabinum adſcribit. Idem lib. 2. c. 17. opus ejus Συναγωγὴν Συνόδων appellat. Σαβῖνος μέντοι ὁ τῆς Μακεδονίας αἱρέσεως (ex p. 31. ſubintellige αἱρετικῶς) τὰς πρὸς Ἰούλιον ἐπιστολὰς ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν Συνόδων οὐκ ἔθηκεν, καίτοι τὴν πρὸς τὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ πρὸς Ἰούλιον γεγραμμένην παρέλιπε. *Sabinus Macedonianæ ſectæ Epiſcopus in collectione Synodorum* (Valeſ. non male *geſtorum Synodalium*, nam legendum Συνοδικῶν, quemadmodum exſtat lib. 3. c. 10. p. 182. & c. 25. p. 204. & lib. 4. c. 12. p. 224.) *epiſtolas Julii* (Epiſcopi Rom. cujus Epiſtola occurrit apud S. Athanaſium Apologia I. pro fuga T. 1. p. 739.) *neutiquam intexuit: tametſi eam minime prætermiſerit quam Epiſcopi Antiochiæ collecti ad Julium ſcripſere.* Ἔστι δὲ σύνηθες αὐτῷ ποιεῖν. *Verum Sabinus ita ſemper facere conſuevit. Nam ſi quæ forte ſynodales epiſtolæ vocem conſubſtantialis aut reticent, aut omnino rejiciunt, eas ſtudioſe operi ſuo inſerit: contrarias vero ſciens ac prudens ſilentio tranſilit.* Similiter lib. 2. c. 39. p. 146. refert de Seleucienſi Synodo (A. C. 359. celebrata) uberius ab illo traditum fuiſſe, & lib. 3. c. 10. p. 182. de Synodis per Macedonianos habitis Macedonium ipſum, Eleuſiumque, Euſtathium & Sophronium: (unde miretur aliquis quod lib. 2. c. 15. p. 92. ne nomen quidem Macedonii usquam ab eo commemoratum fuiſſe notat.) Nec non de Synodo Antiochena A. C. 363. habita per Acacianos lib. 3. c. 25. p. 204. & de Macedonianis cum Liberio Epiſcopo Rom. communicantibus A. C. 366. Confer Tillemontium T. VI. Memoriar. Eccleſ. p. 537. Ex jam di-

 ctis

a) In Synopſi Hiſtorica, Juri Canonico præfixa.

b) De aliis Sabinis infra, cap. V. ubi de Sabino Medico.

2011 Ministerio de Cultura

Etis facile patet falli Christophorum Sandium, qui p. 166. Nuclei Hist. Eccles. *hanc Sabini συναγωγὴν putat adhuc hodie exstare, atque esse illam Συναγωγὴν καὶ ἔκθεσιν τῶν ἁγίων πασῶν συνόδων, quam ex Oriente Christianus Ravius secum attulit, & ex qua loca proferunt Usserius de Symbola vetere p. 23. Seldenus ad Eutychii Origines Alexandrinas p. 68. seq. 89. & Stephanus le Moyne notis ad Varia Sacra p. 783. tribuuntque Photio Tyrio Metrapolitæ, qui A. C. 449. Synodo Ephesinæ interfuit. Certe longe aliud scriptum istud est quàm à Socrate describitur, neque in illo habentur quas ex eo citat Socrates Epistolæ aut constitutiones. Deinde scriptor hic Patres Nicænos Θεοφόρους πατέρας laudibus effert, cum Sabinus utpote Macedonianus iisdem detraxerit, atque eos tamquam rudes & illiteratos traduxerit. Unde à Sandii sententia merito recedunt Steph. le Moyne loco laudato, & B. D. Ittigius in Historia Concilii Nicæni §. XXXVII.

X. In Bibl. Cæsarea aliquot reperiuntur Canonum collectiones adhuc ineditæ, ut quam Lambecius III. p. 66. memorat κανονικὴν Σύνοψιν *Stephani* Ephesii, quæ fuit quoque in Palatina Cod. 33. ad calcem panopliæ Euthymii, in codicibus 200. 274. & 375. etiam obviæ, Canonesque Apostolorum, Concilii Nicæni & Ancyrani complectitur. Vide Frid. Sylburgii Catalogum MSS. Bibl. Palatinæ (translatæ póstea in Vaticanam) pag. 14. ubi Stephanus ille Ephesinus appellatur Episcopus, idem fortasse, ut suspicatur præstantissimus Caveus, qui Concilio secundo Ephesino A. C. 449. & Chalcedonensi A. C. 451. interfuit atque in hujus Actione XI. (T. 2. Harduin. p. 551.) rogavit, ut ex Codice Ecclesiæ universæ Canon. XCV. & XCVI. de translatione Episcoporum prælegeretur. Fuit etiam Stephanus Ephesinus (junior ut existimo) in Concilio Rom. A. C. 503. Videndum porro ab iis, quibus utrumque scriptum datur inspicere, eademne cum illa Stephani synopsi sit collectio Canonum Ephesina MS. memorata Hugoni Grotio

* Sandii verba sunt: *Mihi videtur auctor, licet scriptum non viderim, esse* Sabinus *Macedonianus cujus meminit Socrates I. 9. II. 15. 20. IV. 22. tum quia hic etiam librum ejusdem tituli conscripsit teste Socrate I. 9. II. 15. 20. IV. 22. IV. 12. tum quia circa tempora Concilii Chalcedonensis, vel paullo ante Sabinus etiam floruit & Episcopus Heracleæ Thraciæ fuit, Socr. I. 8. Quod vero ejus scriptum ad nostra usque tempora duraverit, liquet ex Catalogo Bibl. Patr. Constantinop. edito Argentorati A. 1578. ubi extat MS. Græcum, cui titulus:* Sabini monachi *(ut dicitur)* epitome omnium Synodorum universalium & provincialium.

2011 Ministerio de Cultura

Grotio Epist. 265. & Salmasio Epist. 22. qui Hamburgo eam obtinere peroptabat.

Libro VI. p. 51. & Lib. VIII. p. 431. Lambecius memorat *Photii* Patriarchæ CPol. Σύνταγμα κανόνων, constans Canonibus Apostolicis & Conciliorum decem, atque anno 6391. (CHristi 883.) compositum, adjunctumque Nomocanoni sæpius edito, de quo dixi Volum. IX. pag. 558. De Syntagmate hoc ita Photius in præf. Προθύμως ἐνεχείρησα σὺν Θεῷ τῶν ἐν χρόνοις διαφόροις γεγυμνασμένων ἁγίων ΔΕΚΑ ΣΥΝΟΔΩΝ ἐπὶ βεβαιώσει τοῦ ζωηρίου δόγματος, καὶ χρηστῇ διδασκαλίᾳ πάντων ἀνθρώπων ἐκτεθέντας θεσπεσίους ΚΑΝΟΝΑΣ ΕΙΣ ΤΑΥΤΟΝ ΣΥΝΑΓΑΓΕΙΝ, ἑκάστης Συνόδου τῇ προσηγορίᾳ τοῦ αὐτῆς ἑπομένως ὑποτιθείς. ὅ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς λεγομένους τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ εἴ τινες αὐτοὺς ἀμφιβόλους &c. Hoc est: *Quotquot à sanctis DECEM SYNODIS, diversis temporibus ad salutaris Doctrinæ confirmationem, bonamque omnium hominum institutionem habitis, editi sunt* CANONES, *eos omnes IN UNUM CORPUS COLLIGENDOS magna animi alacritate suscepi, ita ut uniuscujusque Synodi appellationi ac titulo sui Canones proxime subjecti sint: nec non etiam eos Canones, qui Sanctorum Apostolorum esse dicuntur, eodem Opere complexus sum; quamvis nonnulli quibusdam causis moti pro dubiis eos habuerint.*

Occurrunt in illo Syntagmate post Canones LXXXV. Apostolicos, *1)* Canones Concilii *Nicæni*, *2) Ancyrani*, *3) Neocæsarienses*, *4) Sardicenses*, *5) Gangrenses*, *6) Antiocheni*, *7) Laodiceni*, *8) CPolitani* primi, *9) Ephesini*, *10) Chalcedonenses*. Deinde Epistolæ Canonicæ Dionysii Alexandrini, Gregorii Neocæsarienses, Athanasii & Basilii magni, Gregorii Nyssæni, Amphilochii Iconienses, Cyrilli Alexand. Gennadii CPol. Epistola ad Martyrium Episcopum Antiochenum de recipiendis hæreticis, * Timothei Alex. responsa Canonica. Concilii CPol. A. C. 553. Canones XV. contra Origenem, quos infra integros Græce & Latine Lectori exhibebo. Leonis I. Papæ Epistola dogmatica ad Flavianum CPol. Concilii Carthag. (A. C. 418.) Canones CXXXVII. & Actiones VI. Concilii Carthaginiensis tertii A. C. 256. à S. Cypriano celebrati Acta & Canones LXXXIV. Excerpta ex Actis Concilii CPol. A. 394. Canones Concilii CPol. in Trullo, Canones XXII. Concilii Nicæni II. A. C. 787. habiti. Tarasii Patriarchæ CPol. Epistola ad Hadrianum I. Papam: Canones XVII. Concilii CPol. pro Photio A. 861. Canones III. Concilii CPol. pro Photio A. C. 879. S. Athanasii Epistola ad Rufinianum,

* Confer Evchologium Goari p. 883. Lambecium V. p. 119. VIII. p. 424.

2011 Ministerio de Cultura

quæ incipit: Σὺ μὲν τὰ ἡμῖν ἠγαπημένα πρέποντα. Anonymi ἔκθησις συντεθεῖσα ἐκ διαφόρων συγγραμμάτων περὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, τὸ πότε καὶ διὰ τί, καὶ ἐν ποίοις τόποις συνηθροίσθησαν, καὶ τίνας ἀναθεμάτισαν. Incipit: ἀπὸ τῆς Χριστοῦ ἀναν θρωπήσεως ἕως τῆς πρώτης συνόδου ἔτη τιή, καὶ κόσμου εωιή. Πρώτη Σύνοδος. Ἡ πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία Σύνοδος γέγονεν ἐν Νικαίᾳ &c. Anastasii Sinaitæ narratio compendiaria de hæresibus & Synodis adversus eas celebratis. Incipit: ἤδη μὲν ὁ βραχεῖς. Anonymi recensio compendiaria Conciliorum ab Orthodoxis & ab hæreticis celebratorum desinens circa A. C. 652. quam & ipsam Græce & Latine infra adscribam. Alia Anonymi Notitia Conciliorum generalium & provincialium usque ad generale quintum. Incipit: ἐν τοῖς χρόνοις Αὐρηλιανοῦ. Epitome Doctrinæ Nestorii. Incipit: ἡ Νεστορίου πίστις, μᾶλλον δὲ κακοδοξία. S. Cyrilli anathematismi duodecim contra Nestorium. S. Maximini Confessoris de duabus Christi naturis capita decem. S. Damasi professio fidei & anathematismi XII. ad Paulinum Antiochenum contra hæreses Apollinaris, Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii & Photini. Expositio Concilii CPol. A. 6428. (Christi 920.) contra quartas nuptias. Metrophanis CPol. sanctio de trigamis & aliis causis matrimonialibus. Joannis Sinaitæ quæstiones XX. ad Nicolaum CPol. (ab A. C. 1084.) Nicolai hujus de oblationibus liturgicis. Nicetæ Pectorati Epistolæ III. Canonicæ. S. Nili Epistola ad Characletum presb. peccantes nimis severe tractantem. Cosmæ sermo ad peccatorem pertinacem. Et post alia quædam Photii Symbolum fidei *πρὸς τοὺς μέλλοντας χειροτονεῖσθαι ἐπισκόπους, pro iis qui ordinandi sunt Episcopi.*

Lib. VIII. p. 400. ab eodem Lambecio memoratur MStum Σύνταγμα κανόνων,* in quo Anonymi Græcis scholiis illustrati exstant 1) Canones LXXXV. Apostolici. 2) Canones XX. *Nicæni* in Bithynia A. C. 325. 3) Canones XXV. *Ancyrani* in Galatia A. C. 314. 4) Canones XIV. *Neocæsarienses* in Cappadocia A. C. 314. 5) Canones XX. Concilii *Gangrensis* in Paphlagonia A. C. 326. 6) Canones XXV. *Antiocheni* in Syria A. C. 341. 7) Canones LIX. *Laodiceni* in Phrygia A. C. 367. 8) Canones VII. Concilii *CPolitani* A. C. 381. 9) Canones IX. Concilii *Ephesini* A. C. 431. 10) Canones XXX. Concilii *Chalcedonensis* A. C. 451. 11) Canones XXI. Concilii *Sardicensis* in Thracia A. C. 347. 12) Canones X. Concilii *Carthaginiensis* A. C. 418.--423. subjunctis post Symbolum Nicænum Capitulis variis CXXXVIII. quorum ultimum est Epistola Concilii Africani ad Cælestinum I. Papam. 13) Ex Actis Concilii *CPol.* A. C. 394. in causa Agapii

* Simile fere est, quod destitutum scholiis Tilius edidit, de quo infra § XII.

2011 Ministerio de Cultura

Agapii & Bagadii de Episcopatu Bostrensi inter se contendentium excerpta. 14) Canones CII. Concilii *CPol. in Trullo* A. C. 680. 15) Canones XXII. Concilii *Nicæni* secundi A. C. 787. 16) Canones XVII. Concilii *CPolitani pro Photio* A. C. 861. habiti. 17) Canones III. Concilii *CPolitani pro Photio* A. C. 879. 18) Epistolæ & Responsa Canonica SS. *Dionysii* Alex. *Petri* Alex. *Gregorii* Neocæsarienſis, *Athanasii*, Alex. *Basilii* magni, *Theophili* Alex. *Timothei* Alex. *Cyrilli* Alex. *Gennadii* CPol. *Gregorii* Nyssæni, *Gregorii* Nazianzeni, *Amphilochii* Iconiensis, *Cyrilli* Alex. Volumen claudunt Anastasii Patriarchæ Antiocheni demonstratio de dignitate Sacerdotis & de Gregorio Magno Narratio, Jo. Damasceni liber de hæresibus, Timothei presb. CPol. liber de differentia hæreticorum ad fidem Catholicam accedentium, & Gregorii Nyssæni fragmentum contra Manichæos. Canones Concilii quinti adversus Origenem, Græce primum à Lambecio VIII. p. 435. editos hoc loco repræsentare ex Photii collectione juvat cum versione Jo. Harduini T. 3. Concil. p. 282.

Sanctorum centum sexaginta quinque Patrum Constantinopolitanæ sanctæ quintæ Synodi Canones XV.

I. Si quis fabulosam animarum præexsistentiam, & quæ ex illa consequitur monstruosam restitutionem asseruerit; anathema sit.

II. Si quis dixerit, omnium rationalium productionem fuisse mentes corporis & materiæ expertes, absque ullo numero & nomine; adeo ut eorum omnium fuerit unitas identitate substantiæ, potentiæ & virtutis, atque unione & cognitione erga Deum Verbum; satietatem autem illas cepisse divinæ contemplationis, & in deterius conversas esse, pro eo ac unaquæque propensa fuerit in illud; & assumpsisse corpora subtiliora vel crassiora, nec non accepisse nomen; eo quod sicut nominum,

Τῶν ἁγίων ρξέ πατέρων τ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας πέμπτης συνόδου κανόνες δεκαπέντε.

ά. Εἴ τις τὴν μυθώδη πρεϋπαρξιν τ ψυχῶν, καὶ τὴν ταύτης ἐπομένην τερατώδη ἀποκατάστασιν πρεσβεύει, ἀνάθεμα ἔστω.

β'. Εἴ τις λέγει, πάντων τῶν λογικῶν τὴν προαγωγὴν νοὰς ἀσωμάτους τ ἀΰλους γεγονέναι δίχα παντὸς ἀριθμ καὶ ὀνόματος, ὡς ἑνάδα πάντων ἰσταν χρεάσθαι τῇ ταυτότητι τ οὐσίας καὶ δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, τ τῇ πρὸς τ Θεὸν Λόγον ἑνώσει τε καὶ γνώσει, κόρον δὲ αὐτὸν * λαβεῖν τ θείας θεωρίας, τ πρὸς τὸ χεῖρον τραπῆναι κ τὴν ἑκάστ ἀναλογίαν τ ἀπὸ τ τροφῆς, καὶ εἰληφέναι σώματα λεπτομερέστερα ἢ παχύτερα, καὶ ὄνομα κληρώσασθαι, διὰ τὸ, ὡς ὀνομάτων, οὕτω τ σωμάτων διαφορὰς εἶναι τ ἄνω δυνάμεων. καὶ ἐντεῦθεν,

* fortasse αὐτός. Harduin.

2011 Ministerio de Cultura

num, ita & corporum differentiæ ſunt apud ſupernas virtutes : atque hinc factum eſſe, ut alii Cherubim, alii Seraphim, alii Principatus & Poteſtates, vel Dominationes, vel Throni, & Angeli, & quotquot ſunt ordines cœleſtes, effecti fuerint ac vocati; anathema ſit.

Τὺς μὲν Χερεβὶμ, τοὺς δὲ Σεραφὶμ, τοὺς δὲ Αρχὰς, καὶ Εξουσίας, ἢ Κυριότητας, ἢ Θρόνους καὶ Αγγέλους, καὶ ὅσα ὄντα ἀοράτα πράγματα, γεγονέναι τε καὶ ὀνομασθῆναι, ἀνάθεμα ἔστω.

III. Si quis dixerit, ſolem, & lunam, & aſtra, ipſa quoque cum ex eadem rationalium unitate eſſent, ex converſione in pejus facta eſſe id quod ſunt ; anathema eſto.

γ'. Εἴ τις λέγει, τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ αὐτὰ τὰ αὐτὰ τῶν λογικῶν ἑνάδων ὄντα, ἐκ παρατροπῆς τὸ εἰς τὸ χεῖρον γεγονέναι φήτω, ὅπερ ἐστὶν, ἀνάθεμα ἔστω.

IV. Si quis dixerit, rationalia refrigerata a divina charitate, craſſis corporibus, qualia ſunt noſtra, illigata fuiſſe & homines vocata, alia vero, cum ad ſummum malitiæ pertigiſſent, frigidis tenebroſisque illigata eſſe corporibus ; atque tum eſſe, tum apppellari dæmones, ſive ſpiritalia nequitiæ ; anathema ſit.

δ'. Εἴ τις λέγει, τὰ λογικὰ τὰ τῆς θείας ἀγάπης ἀποψυχθέντα, ζώμασι παχυτέροις τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐνδεθῆναι, ἢ ἄνθρωπος ὀνομασθῆναι, τὰ δὲ ὅπερ τὸ ἄκρον τῆς κακίας ἐλλελακότα, ψυχροῖς καὶ ζοφεροῖς ἐνδεθῆναι σώμασι, καὶ δαίμονας ἢ πνευματικὰ τῆς πονηρίας εἶναι τε καὶ καλεῖσθαι, ἀνάθεμα ἔστω.

V. Si quis dixerit, ex angelico & archangelico ſtatu animalem ſtatum fieri, ex animali autem dæmoniacum & humanum ; ex humano vero angelos iterum dæmonesque fieri, & ſingulos ordines cœleſtium virtutum, vel cunctos ex inferioribus, vel ex ſuperioribus : vel ex ſuperioribus & inferioribus conſtitiſſe ; anathema ſit.

ε'. Εἴ τις λέγει, ἐξ ἀγγελικῆς καταστάσεως καὶ ἀρχαγγελικῆς ψυχικὴν καταστασιν γίνεσθαι, ἐκ δὲ ψυχῆς δαιμονιώδη καὶ ἀνθρωπίνην, ἐκ δὲ ἀνθρωπίνης ἀγγέλους πάλιν καὶ δαίμονας γίνεσθαι, καὶ ἕκαστον τάγμα τῶν θεϊκῶν δυνάμεων, ἢ ὅλον ἐκ τῶν κάτω, ἢ ἐκ τῶν ἄνω, ἢ ἐκ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω συνεστηκέναι, ἀνάθεμα ἔστω.

VI. Si quis dixerit duplex exſtitiſſe dæmonum genus conſtans ex animabus hominum, & ex præſtantioribus ſpiritibus ad hoc delapſis; unum autem animum ex omni utique

ς'. Εἴ τις λέγει, διττὸν πεφηνέναι τὸ γένος τῶν δαιμόνων, συγκροτούμενον ἔκ τε ψυχῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ἐκ πρεσβύτερον καταπεπτώντων εἰς τὸ πνευμάτων, ἕνα δὲ νοῦν ἐκ πάσης τῆς δηθεν ἑνάδος τῶν

2011 Ministerio de Cultura

que rationalium unitate immotum manſiſſe in Dei charitate & contemplatione: qui Chriſtus cum fuerit & rex omnium rationalium, univerſam prætergreſſus ſit corpoream naturam, cœlum & terram, quæque ſunt intermedia: & quod mundus antiquiora ipſius exſiſtentia elementa habens in ſe ſubſiſtentia, ſiccitatem, humorem, calorem, frigus; & ideam, ad quam efformatus eſt, ita eſt factus: quodque ſanctiſſima & conſubſtantialis Trinitas mundum non creaverit, & ideo ſit genitus: ſed mens, quam creatricem vocant, exſiſtens ante mundum, ipſique mundo exſiſtentiam largiens, genitum exhibuerit; anathema ſit.

τῶν λογικῶν ἀκίνητον μεῖναι τῆς θείας ἀγάπης καὶ θεωρίας, ὃν Χριστὸν καὶ βασιλέα γεγονότα πάντων τῶν λογικῶν ὑποδεδεγμένην πᾶσαν τὴν σωματικὴν φύσιν, οὐρανόν τε καὶ γῆν, καὶ τὰ ἐν μέσῳ, καὶ ὅτι ὁ κόσμος πρεσβύτερα τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ στοιχεῖα ἔχων ἐνυπόστατα, ξηρὸν, ὑγρὸν, θερμὸν, ψυχρόν, καὶ τὴν ἰδέαν πρὸς ἣν ἀνετυπώθη, ὅτως γέγονε, καὶ ὅτι οὐχ ἡ παναγία καὶ ὁμοούσιος Τριὰς ἐδημιούργησε τὸν κόσμον, καὶ διὰ τοῦτό ἐστιν ἀγέννητος, ἀλλ' ὁ νοῦς, ὃν φασὶ δημιουργικὸν, προϋπάρχων τοῦ κόσμου, καὶ τὸ εἶναι αὐτῷ τῷ κόσμῳ παρέχων γεννητὸν ἀνέδειξεν, ἀνάθεμα ἔστω.

VII. Si quis dixerit, Chriſtum, qui dicitur in forma Dei exſiſtere, & ante omnia ſæcula Deo Verbo unitum, noviſſimis diebus exinaniviſſe ſemetipſum ad naturam humanam, miſertum illius quæ facta eſt, ut ajunt, multiplex prolapſio eorum qui erant in eadem unitate: & cum vellet ipſos reſtituere, per omnes exſtitiſſe, & diverſa corpora induiſſe, & nomina ſumpſiſſe, omnia omnibus factum: in Angelis Angelum, ſed & in Virtutibus Virtutem, & in aliis ordinibus vel ſpeciebus rationalium, congruenter ſingulis transformatum fuiſſe: poſtea ſimiliter nobis communicaſſe carni & ſanguini, & factum eſſe hominibus hominem: & non confitetur Deum Verbum exinanitum

ζ'. Εἴ τις λέγει, Χριστὸν λεγόμενον ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν, καὶ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἑνωθέντα τῷ Θεῷ Λόγῳ, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κενῶσαι ἑαυτὸν πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἐλεήσαντα τὴν, ὡς φασι, γενομένην πολυχειρίᾳ καταπτώσιν τῶν ὑπ' αὐτῆς ἐναδόντων, καὶ ἐπαναγαγεῖν αὐτοὺς βουλόμενον διὰ πάντων γενέσθαι, καὶ σώματα διάφορα μεταμφιάσασθαι, καὶ ὀνόματα κληρώσασθαι, πάντα πᾶσι γεγενημένον, ἐν Ἀγγέλοις, Ἄγγελον, ἀλλὰ καὶ ἐν Δυνάμεσι Δύναμιν, καὶ ἐν ἄλλοις πράγμασιν ἢ εἴδεσι τῶν λογικῶν ἁρμονίως ἑκάστοις μεταμορφῶσθαι, εἶτα ὡσαύτως ἡμῖν μετεσχηκέναι σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ γεγονέναι καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἄνθρωπον, καὶ μὴ ὁμολογεῖ, τὸν Θεὸν Λόγον κενωθῆναι

2011 Ministerio de Cultura

tum fuisse & hominem factum fuisse; anathema sit.

VIII. Si quis non dixerit, Deum Verbum, consubstantialem Deo & Patri ac sancto Spiritui, incarnatum & hominem factum, unum ex sancta Trinitate, proprie Christum esse, sed abusive; propter Mentem, quæ, ut ajunt, exinanivit semetipsam: tamquam conjunctam ipsi Deo Verbo, & quæ proprie Christus dicitur: sed illum propter hunc Christum esse, & hunc propter illum esse Deum; anathema sit.

IX. Si quis dixerit, quod non Verbum Dei incarnatum carne, animata anima rationali & intelligente, descendit ad inferos, & rursum in cœlum idem ascendit: sed eum qui ab ipsis dicitur Mens, quem impie loquentes dicunt esse proprie Christum, factum cognitione Monadis; anathema sit.

X. Si quis dixerit, Domini corpus post resurrectionem fuisse æthereum & figura sphærica; & quod talia etiam reliquorum post resurrectionem futura sunt corpora: & quod ipso Domino primum deponente proprium suum corpus, & omnibus similiter, abibit in nihilum natura corporum: anathema sit.

XI. Si quis dixerit, quod futurum judicium significat omnimodam corporum abolitionem: & quod finis confictæ fabulæ est natura expers materiæ: & quod in futuro

ναί τε καὶ ἐνανθρωπῆσαι, ἀνάθεμα ἔστω.

ή. Εἴ τις μὴ λέγει, τὸν Θεὸν Λογόν τὸ ὁμοούσιον τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, τὸ σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα, τὸ ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος, κυρίως Χριστὸν, ἀλλὰ κατὰ χρηστικῶς λεγόμενον Χριστὸν, ὡς φασι, κενώσαντα ἑαυτὸν νῶν, ὡς συνημμένον αὐτῷ τῷ Θεῷ Λόγῳ, καὶ κυρίως λεγόμενον Χριστὸν, ἀλλ' ἐκεῖνον διὰ τοῦτον Χριστὸν, καὶ τοῦτον δι' ἐκεῖνον Θεόν, ἀνάθεμα ἔστω.

θ. Εἴ τις λέγει, ὅτι οὐχ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ σαρκωθεὶς σαρκὶ ἐμψυχωμένῃ, ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ, κατελήλυθεν εἰς τὸν ᾅδην, καὶ πάλιν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁ αὐτὸς ἀνέβηκεν, ἀλλ' ὁ παρ' αὐτοῖς λεγόμενος νοῦς, ὃν ἀσεβοῦντες λέγουσι κυρίως Χριστὸν, τῇ τῆς μονάδος γνώσει πεποιημένον, ἀνάθεμα ἔστω.

ι. Εἴ τις λέγει, ὡς τὸ τοῦ Κυρίου ἐξ ἀναστάσεως σῶμα ἀιθέριόν τε καὶ σφαιροειδὲς τῷ σχήματι, καὶ ὅτι τὰ τοιαῦτα καὶ τὰ τῶν λοιπῶν ἐξ ἀναστάσεως ἔσται σώματα, καὶ ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος πρῶτον ἀποτιθεμένου τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα, καὶ πάντων ὁμοίως, εἰς τὸ ἀνύπαρκτον χωρήσει ἡ τῶν σωμάτων Φύσις, ἀνάθεμα ἔστω.

ια. Εἴ τις λέγει, ὅτι ἡ μέλλουσα κρίσις ἀναίρεσιν παντελῆ τῶν σωμάτων σημαίνει, καὶ ὅτι τέλος ἔσται μυθευομένου ἡ ὑλικὴ Φύσις, καὶ οὐδὲν ἐν τῷ μέλ-

2011 Ministerio de Cultura

ro nihil eorum erit, quæ conſtant materia, ſed nuda & ſola mens; anathema ſit.

XII. Si quis dixerit, quod uniuntur Deo Verbo per omnia ſimiliter cœleſtes Virtutes, & omnes homines, & diabolus, & ſpiritalia nequitiæ, ut ipſa Mens, quæ dicitur ab ipſis Chriſtus, & quæ in forma Dei eſt, & exinanivit, ut ajunt, ſemetipſam: & quod finis erit regni Chriſti; anathema ſit.

XIII. Si quis dixerit, quod nulla re omnino Chriſtus diſcrepabit ab ulla rationabilium creaturarum, neque eſſentia, neque cognitione, neque poteſtate aut virtute ſupra univerſa, ſed futuros omnes a dextris Dei; quemadmodum qui ab illis dicitur Chriſtus, quemadmodum fuere in illa quam fabulantur præexſiſtentia; anathema ſit.

XIV. Si quis dixerit, quod omnium rationabilium unitas una erit, hypoſtaſi & numero ſublatis una cum corporibus: & quod cognitionem rationalium ſequitur mundorum interitus, & depoſitio corporum, & nominum abrogatio; quod identitas futura eſt cognitionis, quemadmodum & hypoſtaſeon: & quod in fabuloſa reſtitutione futuræ ſunt ſolæ mentes nudæ, quemadmodum in illa quam delirantes fingunt præexſiſtentia fuerunt; anathema ſit.

μέλλοντι τῶν τ ὕλης ὑπάρξει, ἀλλὰ γυμνὸς ὁ νῦς; ἀνάθεμα ἔςω.

ιβ'. Εἴ τις λέγει, ὅτι ἑνοῦνται τῷ Θεῷ Λόγῳ οὕτως ἀπαραλλάκτως αἵτε ἐπουράνιαι δυνάμεις, καὶ πάντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὁ Διάβολος, & τὰ πνευματικὰ τ πονηρίας, ὡς αὐτὸς ὁ νῦς ὁ λεγόμενος παρ' αὐτῶν Χριστὸς, καὶ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, & κενώσας, ὡς φασιν, ἑαυτ, καὶ πέρας ἔσεσθαι τ βασιλείας τ Χριστοῦ, ἀνάθεμα ἔςω.

ιγ'. Εἴ τις λέγει, ὡς ὁμοίαν παντελῶς ἕξει ὁ Χριστὸς πρὸς ὅδε ἐν τ λογικῶν διαφοράν, ὅδε τῇ οὐσίᾳ, ὅδε τῇ γνώσει, ὅδε τῇ ἐφ' ἅπαντα δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ πάντες ἐκ δεξιῶν ἔσονται τ Θεοῦ, καθάπερ ὁ παρ' αὐτοῖς Χριστὸς, ὡς καὶ ἐν τῇ παρ' αὐτῶν μυθευομένῃ πρόπαρξει ἐτύγχανον, ἀνάθεμα ἔςω.

ιδ'. Εἴ τις λέγει, ὅτι πάντων τ λογικῶν ἑνὰς μία ἔσται, τ ὑποστάσεων & τ ἀριθμῶν συναναιρεμένων τοῖς σώμασι, καὶ ὅτι τῇ γνώσει τῇ περὶ τ λογικῶν ἕπεται κόσμων τε φθορὰ καὶ σωμάτων ἀπόθεσις, καὶ ὀνομάτων αἵρεσις, ταυτότης ἔσται τ γνώσεως, καθάπερ & τ ὑποστάσεων, καὶ ὅτι ἐν τῇ μυθευομένῃ ἀποκαταστάσει ἔσονται * μόνοι γυμνοὶ, καθάπερ καὶ ἐν τῇ παρ' αὐτῶν λεγομένῃ πρόπαρξει ἐτύγχανον, ἀνάθεμα ἔςω.

ιε'. Εἴ

E

* Fortè μόνοι νόοι. Harduin.

2011 Ministerio de Cultura

XV. Si quis dixerit, quod vita mentium eadem erit cum priore, quando nondum descenderant aut deciderant, ut principium sit idem cum fine, & finis mensura principii sit; anathema sit.

ιέ. Εἴ τις λέγει, ὅτι ἡ ἀγωγὴ τ νοῶν ἡ αὐτὴ ἔσαι τῇ πρότερα, ὅτε ὔπω κατεβεβήκεσαν ἢ καταπεπώκεισαν, ὡς τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτὴν εἶναι τῷ τέλει, καὶ τὸ τέλος τ ἀρχῆς μέτρον εἶναι, ἀνάθεμα ἔστω.

Capitulum de eo, quot & quales fuerint Synodi Orthodoxorum & Hæreticorum. Brevis Expositio.

Κεφάλαιον * περὶ ξ, πόσαι & ποῖαι γεγόνασι Σύνοδοι Ορθοδόξων τε & Αἱρετικῶν, Διάληψις ζύντομος.

Orthodoxorum Oecumenicæ. 1) Nicææ sanctorum Patrum CCCXVIII. 2) CPoli Patrum CL. 3) Ephesina prima, Patrum CC. 4) Chalcedone, Patrum DCXXX. 5) CPoli, Patrum CLX. 6) Iterum CPoli, Patrum CLXX.

Ὀρθοδόξων Οἰκουμενικαί. α'. Ἡ ἐν Νικαίᾳ τ ἁγίων Πατέρων. β'. Ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει τ ρν'. γ'. Ἡ ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρώτερον, Διακοσίων. δ'. Ἡ ἐν Χαλκηδόνι τ χλ'. ε'. Ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει τ ρξ'. ς'. Ἡ αὐθις ἐν Κωνσταντινουπόλει τ ρο'.

Particulares Synodi hæ: 1) Sardicensis, quam Oecumenicam appellat in sua indictione Justinianus Imp. quod octo Provinciarum Episcopi in illa convenerunt; 2) in Antiochia Syriæ, 3) in Ancyra Galatiæ, 4) Gangrensis, 5) Neocæsariensis, 6) Laodicena, 7) Carthaginiensis in Africa, sub Cypriano, 8) in Italia Romæ, sub Hormisda, 9) in Gallia, 10) Mediolani, 11) Alexandriæ, 12) Romæ iterum, sub Martino S. Martyre. Universæ Synodi generales & particulares sunt XVIII.

Καὶ Τοπικαὶ αὖται. α'. Ἡ ἐν Σαρδικῇ, ἣν Οἰκουμενικὴν καλεῖ ἐν οἰκείῳ ἰνδίκτῳ Ἰουστινιανὸς ὁ Βασιλεὺς, διὰ τὸ, ὀκτὼ ἐπαρχιῶν Ἐπισκόπους ἐν αὐτῇ συνελθεῖν. β'. Ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τ Συρίας. γ'. Ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ τ Γαλατίας. δ'. Ἡ ἐν Γάγγραις. ε'. Ἡ ἐν Νεοκαισαρείᾳ. ς'. Ἡ ἐν Λαοδικείᾳ. ζ'. Ἡ ἐν Καρθαγένῃ τ τ Ἀφρῶν χώρας ἐπὶ Κυπριανοῦ. η'. Ἡ ἐν Ἰταλίᾳ ἤγουν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ὁρμίσδα. θ'. Ἡ ἐν Γαλλίᾳ. ι'. Ἡ ἐν Μεδιωλάνῳ. ια. Ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. ιβ'. Ἡ † ἐν Ῥώμῃ αὖθις ἐπὶ Μαρτίνου τ ἁγίου Μάρτυρος. Γίνονται ὅλαι ὁμοῦ Οἰκουμενικαὶ τε καὶ Τοπικαὶ, ιή.

Hæreticæ Synodi hæ sunt: Tyanensis, Ancyrana, Lampsacena, Cyzicena,

Αἱρετικαὶ δὲ, αὗται, ἡ ἐν Τυάνοις, ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ, ἡ ἐν Λαμψάκῳ, ἡ ἐν Κυ-

* Lambec. VIII. p. 444.

† Concilium hoc Romanum Lateranense sub S. Martino I. Papa contra Monotheletas celebratum est A. C. 649.

2011 Ministerio de Cultura

zicena, Seleucienſis, Zelenſis, * Ariminenſis, Sirmienſis, Nicææ Thraciæ, Iſaurica, Byzantina ſub Eudoxio Ariano. Antiochena ſecunda, iterumque tertia ſub Conſtantino Ariano & Valente, de conſubſtantialis vocabulo ſupprimendo, atq; Sancto perſequendo Euſtathio. Et de - - beato Meletio, Paulinum pro eo hæreticum ordinans. Epheſina ſecunda ſub Dioſcoro & Theodoſio minore. Tyria Philippopolitana. Beroſaphenſis, in qua Barſanuphius hæreticus, qui ſacræ Synodo Chalcedonenſi adverſatus fuit. CPolitana ſub Sergio pro expoſitione fidei Heraclii Imp. CPolitana iterum ſub Pyrrho Patriarcha. CPolitana ſub Petro vere Jacobita, ſive potius Dei oſore adverſus ſanctos Patres Anaſtaſium presb. & Apocriſiarium Romanum, Maximumque & Anaſtaſium ejus diſcipulum. Hæ ſimul computatæ ſunt viginti.

Κυζίκῳ, ἡ ἐν Σελευκείᾳ, ἡ ἐν Ζήλῳ, ἡ ἐν Ἀριμήνῳ, ἡ ἐν τῷ Σερμίῳ, ἡ ἐν Νίκῃ τ Θράκης, ἡ ἐν Ἰσαυρίᾳ, ἡ ἐν Βυζαντίῳ ἐπὶ Εὐδοξίου τ Ἀρειανῦ, ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τὸ δεύτερον, ἡ ἐν αὐτῇ πάλιν τὸ τέτον, ἡ μὲν ἐπὶ Κωνσαντίου τ Ἀρειανῦ, ἡ δὲ ἐπὶ Οὐάλεντος, ἡ μὲν ἐπὶ ὠσιασιωπήσει τ ὁμοσσίου ϗ ἐκδιώξει τ ἁγίου Εὐσαθίου, ἡ δὲ ἐπὶ - - τ μακαρίου Μελετίου, χειροθνήσασα αὐτῷ Παυλῖνον τ αἱρεσικὸν, ἡ ἐν Ἐφέσῳ τὸ δεύτερον ἐπὶ Διοσκόρου καὶ Θεοδοσίου τ μικροῦ, ἡ ἐν Τύρῳ, ἡ ἐν Φιλιππουπόλει, ἡ ἐν Βεροσάφοις, ἐν ᾗ ϗ Βαρσανυφίου εὑρέθη ὁ αἱρετικὸς, συναινῶν κ τ ἁγίας Συνόδου Χαλκηδόνος, ἡ ἐν † Κωνσαντινουπόλει ἐπὶ Σεργίου ὑπὲρ τ ἐκθέσεως Ἡρακλείου, ἡ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπὶ Πύρρου ὁμοίως, ἡ ἐν αὐτῇ ἐπὶ Πέτρου, τ ἀληθῶς Ἰακωβίτου, μᾶλλον δὲ θεομισήτου κ τ τῶν ἁγίων Πατέρων, Ἀναστασίου τ πρεσβυτέρου καὶ Ἀποκρισιαρίου Ῥώμης, Μαξίμου τε καὶ Ἀναστασίου τ αὐτοῦ μαθητοῦ, ϗ αὗται γίνονται ὁμοῦ κ΄.

XI. Salmaſius libro de Uſuris, A. 1638. edito, cap. 21. p. 633. *Ut germanos eſſe Canones Apoſtolicos non præſto, ita poſſum vetuſtiſſimos aſſerere.* Theodoretus, *Cyri Epiſcopus, in Canonum compilatione ἀνεκδότῳ pro genuinis agnovit.* Nullam aliam deſignat Salmaſius canonum collectionem, quam illam *Joannis Scholaſtici* & presb. *Antiocheni* (poſtea ab A. C. 565. ad 577.

* Ζῆλαι vel Ζῆλοι in provincia Helenoponti, in Novella Juſtiniani XXVII. Ζῆλα. Plinio lib. 6. ſect. 3. Zela in Cappadocia. In numis antiquis Ζηλειτῶν τ Πόντου. Vide Harduin. T. 12. Concil. p. 912.

† Tres illi Patriarchæ Conſtantinopolitani, qnorum hic fit mentio, nempe Sergius, Pyrrhus & Petrus fuerunt Monotheletæ; eorumque ultimus, nempe Petrus, Patriarchatum adeptus eſt A. C. 652. & A. 656. obiit. *Lambec.*

2011 Ministerio de Cultura

Patriarchæ CPol.) in quinquaginta tributam titulos & Græce & Latine poſtea A. 1661. in tomo poſteriore Bibliothecæ Canonicæ Juſtelli editam. Atque Collectionem Canonum quidem eſſe à Theodoreto, cui Codex Bibl Regiæ Pariſ. illam tribuit: ſed collationem Legum & præcipue Novellarum Juſtiniani (à quo in thronum CPol. evectus erat) à Joanne illo adjunctam opinatus eſt Petrus de Marca lib. 2. de concordia Sacerdotii & Imp. c. 11. §. 4. & lib. 3. c. 3. §. 8. Verùm Codices alii MSS. quibus Juſtellus uſus, Seguierianus, Claromontenſis & Oxonienſis uni eidemque Joanni & illam Collectionem Canonum & Nomocanonem titulis quinquaginta diviſum diſerte tribuunt, neque quisquam eſt vetus aut idoneus auctor, qui à Theodorito Canonum *ζυναγωγὴν* adornatam eſſe teſtetur. Non omittendum autem, quod Johannes hic Scholaſticus mentionem facit alterius Canonum collectionis vetuſtioris, * tributæ in titulos ſexaginta, quæ hodie nusquam exſtat quod ſciam. En Joannis verba in præf. p. 500.

Quoniam igitur pro temporibus olim à diverſis ad diverſos diverſisque concordantes Leges & Canones Eccleſiæ editi ſunt, (decem enim, poſt Apoſtolos, magnæ Patrum celebratæ fuerunt ſynodi: præterea etiam Baſilius magnus de multis rebus canones compoſuit) idcirco non mirum ſi ſparſim ab ipſis, prout res quæ quibusque temporibus oriebantur exigerent, & non ordine quodam rerum velut in capita diſtributarum canones ſcripti ſint: adeo, ut propterea difficile admodum inventu & conquiſitu ſit id quod a nonnullis confertim de canone requiritur. Propterea, cum gratia Domini & Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, ea quæ paſſim ab ipſis definita ſunt pro temporibus, in unum colligere magno ſtudio enixi fuerimus, eaque in titulos

*Ἐπεὶ δὲν πάλαι καθὰ καιρὸς ὑπὸ διαφόρων πρὸς διαφόρους καὶ διαφόροις ἁρμόζοντες οἱ νόμοι καὶ κανόνες τῆς ἐκκλησίας ἐτέθησαν, δέκα γὰρ μετὰ τὰς ἀποστόλους αἱ μεγάλαι τῶν πατέρων γεγόνασι ζύνοδοι, πρὸς τύποις δὲ αὖ καὶ Βασίλειος ὁ μέγας περὶ πολλῶν ἐκανόνισεν. Εἰκότως δὲ διὰ τὸ πορρώθην ὑπ' αὐτῶν ὡς ἀπήτει τὰ κατ' χρόνον ἀναφυόμενα, καὶ δ' τάξει τινὶ πραγμάτων ὡς ἐν κεφαλαίοις διηρημένων οἱ κανόνες ἐγράφησαν, ὡς ἐκ τούτου δυσεύρετον εἶναι κομιδῆ καὶ δυσπόριστον τὸ περὶ τινων ἀθρόως περὶ κανόνος ζητούμενον. Διὰ τὸ τοίνυν τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, τὰ πορρώθην ὑπ' αὐτῶν ὠφελθέντα κατὰ καιροὺς εἰς ἓν ἡμεῖς ἀθροῖσαι πρόθυμοι σαντες, καὶ ταῦτα διελόντες εἰς τίτλους πεντήκοντα, δ' τάξιν τινὰ & ἀκολουθίαν ζητημάτων ἐφυλάξαμεν, πρῶτον, ὡς εἰπεῖν,

* Confer Beveregium lib. 1. Codicis Can. vindicati cap. 15.

2011 Ministerio de Cultura

titulos quinquaginta distribuerimus, non ordinem quendam & seriem numerorum servavimus; primum, ut ita dicam, & secundum, & tertium, & quartum, & quintum deinceps canones conjungentes; sed similia similibus quantum fieri potuit copulantes, & par pari capiti connectentes, facilem simul & laboris expertem omnibus, ut opinor, eorum, quæ conquiruntur inventionem reddidimus. Cum non ipsi soli & primi inter cæteros ad hoc faciendum incitati fuerimus, sed alios compererimus ea in titulos sexaginta divisisse, ac neque Basilii canones cum aliis conjunxisse, neque res similes similibus, ut oportebat, velut sub titulis composuisse, propterea quod multi de uno capite canones reperirentur, & ea quæ ab omnibus de una re canonibus constituta sunt deprehensu essent difficilia: clariorem, quantum fieri potuit, nos similium collatione & compositione canonum divisionem facere contendimus: unaquaque præterea titulorum inscriptione eorum, quæ proponuntur vim optimè declarante.

πᾶν, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον, καὶ πέμπτον αὐθις κανόνας συναψαντες, ἀλλ' ὅμοια τοῖς ὁμοίοις, ὡς οἱόντε συναρμόσαντες, καὶ * ἴσον ἴσῳ κεφαλαίῳ συμπλέξαντες, ῥᾴδίαν ἐποιήσαμεν ἅμα καὶ ἄπονον τοῖς πᾶσιν, ὡς οἶμαι, τῆς ζητουμένων τὴν εὕρεσιν, οὐκ αὐτοὶ τοῦτο μόνοι καὶ πρῶτοι τῶν ἄλλων ποιῆσαι ὁρμήσαντες, ἀλλ' ἑτέρους εὑρόντες ταῦτα διελόντας εἰς τίτλους ἐξήκοντα, καὶ μήτε τοὺς ** Βασιλείου κανόνας τοῖς ἄλλοις ἐπισυνάψαντας, μήτε δὲ ὅμοια τοῖς ὁμοίοις, ὡς ἔδει, πράγματα συναρμόσαντας, ὡς ἐν τίτλοις ΛΔ† τὸ πολλοὺς περὶ ἑνὸς κεφαλαίου κανόνας εὐλόγως κεῖσθαι, καὶ δυσάλωτα γίνεσθαι τὰ περὶ τοῦ πράγματος ἑνὸς ΩΔ τῆς †† ὅλων κανονιζόμενα, σαφεστέραν ὡς οἱόντε ἦν ἡμεῖς τῇ ΩΔ θέσει τῆς ὁμοίων ποιῆσαι τῶν κανόνων τῆς διαίρεσιν ἐπιδείξαμεν, τοῦ ἑκάστου πρὸς τοῦτο τῶν τίτλων ἐπιγραφῆς σημαινούσης ἐν μάλα τῶν ἐμφερομένων τὴν δύναμιν.

XII. *Jo. Tilius*, Engolismensis, quem Episcopatui Briocensi deinde ac Meldensi præfectum & variis monumentis in lucem prolatis de antiquitate Ecclesiastica bene meritum constat, Parisiis typis Conr. Neobarii typogr. Regii Græce A. 1540. 4. edidit & Francisco Turnonio Cardinali dicavit Apostolorum & Sanctorum Conciliorum decreta, hinc sarciendam Ecclesiæ concordiam, (incassum, ut eventus ostendit) ipso in titulo libri ominatus. In hoc volumine exhibentur: 1. *Canones Apostolici* LXXXV. 2. *Canones*

* al. τῶν ἴσων κεφαλαίων. ** al. τοῦ ἁγίου. † al. τοῦ. †† al. πολλῶν.

2011 Ministerio de Cultura

nones Nicæni (A. C. 325.) XX. κανόνες τῶν λή ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ζυνελθόντων ἐν τῇ παλείᾳ Παυλίνᾳ τῇ Ἰουλιανῇ τῶν λαμπροτάτων ἔτους χλς ἀπὸ Ἀλεξάνδρου, ἐν μηνὶ Δεσίῳ. ἐννεακαιδεκάτῃ περὶ δεκαπέντε καλανδῶν Ἰουλίων. 3. Canones Ancyrani (A. 314.) XXV. κανόνες τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ συνελθόντων μακαρίων πατέρων οἵτινες πρεσβύτεροι μέν εἰσιν τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων κανόνων, διετρεύσασι δὲ μετὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς Συνόδου αὐθεντείαν. 4. Canones Neocæsarienses (A. 315.) XV. κανόνες τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνελθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων, οἵτινες δεύτεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ πρεσβύτεροι, μετὰ δὲ σεβασμιότητα προτέθεικται αὐτῶν ἐν Νικαίᾳ. 5. Canones Gangrenses (A. 326.) XX. κανόνες τῶν ἐν Γάγγρᾳ ζυνελθόντων ἁγίων πατέρων οἵτινες μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ ζύνοδον ἐξετέθησαν. Κυρίοις ἡμιωτάτοις ἐν Ἁρμενίᾳ συλλειτουργοῖς, Εὐσεβίῳ, Αἰλιανός, Εὐγενίῳ, Ὀλυμπίῳ, Βιθυνικὸς, Γρηγόριος, Φιλητὸς, Παπίῳ, Εὐλαλίῳ, Ὑπατίῳ, Προαιρέσιῳ, Βασίλειος, Βάσος, οἱ συνελθόντες εἰς τὴν τῶν Γάγγραν ἁγίαν ζύνοδον, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ἐπειδὴ συνελθοῦσα &c. 6. Antiocheni Canones (A. 341.) XXV. κανόνες τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων. Ἡ ἁγία καὶ εἰρηνικωτάτη σύνοδος ἡ κατὰ τὸ Θεοῦ συγκροτηθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐξ ἐπαρχίας Συρίας κοίλης, Φοινίκης, Παλαιστίνης, Ἀραβίας, Μεσοποταμίας, Κιλικίας, Ἰσαυρίας τοῖς καθ' ἐπαρχίαν ὁμοψύχοις καὶ ἁγίοις συλλειτουργοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ἡ χάρις καὶ ἀλήθεια Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν &c. 7. Laodiceni Canones (A. 367.) LVIII. κανόνες τῶν ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας συνελθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων. Ἡ ἁγία ζύνοδος ἡ κατὰ Λαοδικείαν τῆς Φρυγίας Πακατιανῆς συγκροτηθεῖσα ἐκ Διαφόρων ἐπαρχιῶν τῆς Ἀσιανῆς, ὁρισθεῖσα ἐκκλησιαστικὰς διὰ ὑποτέθεικται. 8. CPolitani Concilii Oecumenici Canones (A. 381.) VII. κανόνες τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων ἐν ὑπατείᾳ Φλαβίου Εὐχερίου καὶ Φλαβίου Εὐαγρίου τῶν λαμπροτάτων, περὶ ἐπὶ ἰδῶν ἰουλίων. Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ Θεοφιλεστάτῳ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ ἡ ἁγία σύνοδος τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐκ Διαφόρων ἐπαρχιῶν συνελθόντων ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν τὸ πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν γεγράμμαι &c. Τάδε ὥρισαν οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει, χαίρειν Χριστῷ συνελθόντες ἐπίσκοποι ἐκ Διαφόρων ἐπαρχιῶν κατὰ κλῆσιν τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου &c. 9. Ephesini Canones (A. 431.) VII. κανόνες τῶν Διακοσίων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Ἐφέσῳ ζυνελθόντων μετὰ τὴν ὑπατείαν Φλαβίου Θεοδοσίου τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον, καὶ Φλαβίου Οὐαλεντινιανοῦ τὸ τέταρτον τῶν αἰωνίων Αὐγούστων περὶ δέκα καλανδῶν ἰουλίων. Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος &c. Post septem Canones sequitur ψῆφος τῆς αὐτῆς ἁγίας Συνόδου ἐκφωνηθεῖσα ἐκ προελεύσεως χρόμιος αὐτῇ περὶ τῶν Κυ-

πρίων

2011 Ministerio de Cultura

πρίων ἐπισκόπων (Ζήνωνος καὶ Εὐαγρίου) πρᾶγμα περὶ τοῦ ἐκκλησιαστικὰς θεσμούς &c. nec non Epistola ad Synodum in Pamphylia de Eustathio ipsorum Metropolitano, ἐπιστολὴ τῆς αὐτῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου πρὸς τὴν ἐν Παμφυλίᾳ ἐναγῆ σύνοδον, περὶ Εὐσταθίου τοῦ γνωμένου αὐτῶν μητροπολίτου. Μετὰ βουλῆς πάντα ποίει &c. 10. *Chalcedonensis Concilii* (A. C. 451.) Canones XXVIII. κανόνες τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Καλχηδόνι συνελθόντων ἐπὶ Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου καὶ τοῦ δηλωθησομένου τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Νοεμβρίου. Post Canones illos subjicitur τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου ἐκ τῆς πράξεως τῆς περὶ Φωτίου * ἐπισκόπου Τύρου, καὶ Εὐσταθίου ἐπισκόπου Τύρου. 11. *Concilii Sardicensis* (A. C. 347.) Canones XXI. Κανόνες τῶν ἐν Σαρδικῇ συνελθόντων ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων. Ἡ ἁγία σύνοδος ἡ ἐν Σαρδικῇ συγκροτηθεῖσα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν ὥρισεν τὰ ὑποτεταγμένα. 12. *Carthaginiensis Synodi* (A. C. 418.--423.) Canones X. & deinde post Symbolum fidei, alia Capita CXXXVIII. Κανόνες τῶν ἐν Καρθαγένῃ συνελθόντων διακοσίων δέκα καὶ ἑπτὰ ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων. Capite CIX. σύνοδος ρξ' τῶν ἑλλήνων καὶ τῶν αἱρετικῶν ἐπὶ Βάσσου καὶ Φιλίππου τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων, τῇ πρὸ ἓξ καὶ δεκάτῃ καλανδῶν ἰουλίων ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σήκρητον τῆς μεγίστης ἐκκλησίας. Et CXXXV. ἄρχεται ἡ ἀπὸ πάσης τῆς ἐν Ἀφρικῇ συνόδου πρὸς Βονιφάτιον τὸν τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον διὰ Φαυστίνου ἐπισκόπου, Φιλίππου καὶ Ἀσέλλου πρεσβυτέρου τοποτηρητῶν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἀποσταλεῖσα ἐπιστολή. Ultimi Capitis locum occupat Epistola ad Cælestinum Papam. δεσπότῃ ἀγαπητῷ καὶ ἱμιωτάτῳ ἀδελφῷ Κελεστίνῳ Αὐρήλιος, Παλατῖνος, Ἀνθώνιος, Τέτος, Σερβὸς Δεΐ, Τερέντιος, Φορτουνάτος, Μαρτῖνος, Ἰαννουάριος, Ὀπτᾶτος, Κελέστιος, Δονᾶτος, Θεάσιος, Βικέντιος, Φορτουνατιανὸς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἐν πάσῃ τῇ συνόδῳ τῆς Καρχηδόνος εὑρεθέντες. 13. *Ex Actis Concilii CPol.* (A. C. 394.) in causa Agapii & Bagadii, ἐκ τῶν πραχθέντων ὑπομνημάτων ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἡ περὶ Ἀγαπίου καὶ Βαγαδίου, ἑκατέρου ἀντεχομένου τῆς ἐπισκοπῆς Βόσρης. 14. *Concilii CPol. in Trullo* (A. C. 680.) Canones CIII. κανόνες τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ τρούλλῳ τοῦ βασιλικοῦ παλατίου συνελθόντων ἁγίων πατέρων ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως. 15. *Synodi secundæ Nicænæ* (A. C. 787.) Canones XXII. κανόνες τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων συνελθόντων τὸ δεύτερον, ἔτει ϛσυις τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως, ἰνδικτίονος ἑνδεκάτης, εὐσεβῶς βασιλευόντων Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς αὐτοῦ μητρός. In his Synodi secundæ Nicænæ Canonibus desinit Tilii editio, licet credibile est in

* Confer Acta Concilii Chalced. Actione IV.

2011 Ministerio de Cultura

in MSto Codice eum alia etiam reperiſſe, quæ exſtant in Syntagmate Canonum Cæſareæ Bibl. quod ſupra p. 28. ſeq. è Lambecio memoravi, & quod Tiliano in omnibus eſt ſimillimum : in eo enim ſubjunguntur Canones Conciliorum CPolitanorum pro Photio A. C. 861. & 879. habitorum, nec non SS. Patrum Epiſtolæ ac reſponſa Canonica. Illas pro Photio Synodos facile quis credat, ob notum Romanæ Eccleſiæ in Photianas partes odium, de induſtria Tilium ſuppreſſiſſe : Epiſtolas vero Canonicas ad manus ſibi fuiſſe non diffitetur in præfat. *quod ſi impetrabo ut ſtudium meum boni conſulas, pro virili navabo operam ut Reip. deinceps ſi non majus certè par munus offeram. Nam eſt penes nos tomus hujus operis ſecundus, qui SS. Patrum eorumque Græcorum Epiſtolas Canonicas complectitur, varia eruditione & pietate inſtructas, quas itidem atque hos canones à doctiſſimis divi Hilarii Pictavienſis Canonicis hac lege accepimus, ut in pii lectoris gratiam evulgentur.* Nunquam promiſſum hoc ſuum implevit Tilius, neſcio qua re impeditus, ſed ſyntagma ejus Canonum *Elias Ehingerus* integrum recudi curavit, addita ex antiquis Conciliorum editionibus latina verſione, & adſperſis paſſim celebris Doctoris Lucæ Oſiandri ex Hiſtoria ejus Eccleſiaſtica epicriſibus. Witebergæ 1614. 4. Ait in præfat. Ehingerus contuliſſe ſe etiam Codicem MS. Græcum Canonum ſuppeditatum ab Hœſchelio, ſed in libro illo nullum ejus rei documentum reperire potui, neque ad calcem voluminis quicquam aliud acceſſionis loco habetur, quam 1) Joannis Metropolitæ Ruſſiæ Epiſtola Lat. ad Epiſcopum Rom. data A. 1549. & a Sigiſmundo ab Herberſtein publicata in rerum Moſcoviticarum commentariis. 2) Symbolum fidei, quod A. C. 971. Pilegrinus Archiepiſcopus Laureacenſis Bavaros Auſtriacos & Hungaros docuit. Et 3) Synopſis brevis de ſeptem Conciliis Græce edita ex MS. Bibl. Auguſtanæ, quam A. 1604. Commelinus dederat ad calcem Gelaſii Cyziceni de Actis Concilii Nicæni. Incipit : χρὴ γινώσκειν πάντα Χριστιανόν.

Omiſit Ehingerus, quod in Tilii editione poſt præfationem poſitum video ἐκ τῆς Ἰωάννου ψελλοῦ περὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων. Γέγονεν πρώτη σύνοδος μετὰ τεσσαράκοντα ἔτη τῆς κυρίου ἀναλήψεως.

ἀπὸ πρώτης μέχρι δευτέρας ἔτη νς'.	*à prima Synodo ad ſecundam, anni*	*LVI.*
ἀπὸ δευτέρας μέχρι τρίτης ἔτη μ'.	*à ſecunda ad tertiam*	*XL.*
ἀπὸ τρίτης μέχρι τετάρτης ἔτη λ'.	*à tertia ad quartam*	*XXX.*
ἀπὸ τετάρτης μέχρι πέμπτης ἔτη ρβ'.	*à quarta ad quintam*	*CII.*
ἀπὸ πέμπτης μέχρι ἕκτης ἔτη ρκθ'.	*à quinta ad ſextam*	*CXXIX.*
ἀπὸ ἕκτης μέχρι ἑβδόμης ἔτη ο.	*à ſexta ad ſeptimam*	*LXX.*

2011 Ministerio de Cultura

XIII. Hæc Tiliana, quam hactenus recenſui, Canonum Collectio viris eruditis venire ſolet ſub titulo *Codicis Eccleſiæ Orientalis*, atque probata videri poteſt Patribus Concilii Trullani A. C. 680. & Quini ſexti A. 691. nec non Nicæni II. A. 787. Quæ vero de Conciliis Photianis & Nicæno ſecundo ſub extremum leguntur, poſtea interjecto tempore illi adjuncta ſunt. Hunc Eccleſiæ Orientalis Codicem, quem deinde Alexius Ariſtenus, Theodorus Balſamo & Jo. Zonaras Scholiis etiam illuſtraverunt, tempore & ætate anteceſſit *Codex Canonum Eccleſiæ univerſæ*, jam probatus allegatusque in Concilio Chalcedonenſi A. 451. & confirmatus Novella CXXXI. Juſtiniani Imp. Hujus Codicis, cui Chalcedonenſes deinde Canones adjunctos conſtat, memoriam primus inſtauravit atque erudite ex antiquitate Eccleſiaſtica eruit *Jacobus Leſchaſſerius* JCtus in conſultatione de controverſia inter Paulum V. & Remp. Venetam, quam Goldaſtus exhibet in præclaro opere de Monarchia Imperii T. 3. p. 439. Ipſum deinde Codicem Græce & Latine editum reſtituit, notisque illuſtratum Leſchaſſerio dicavit *Chriſtophorus Juſtellus* Pariſ. 1610. 8. & addito * Concilio Sardicenſi 1618. 8. Reculus deinde eſt in tomo priore Bibliothecæ Juris Canonici Juſtellianæ Pariſ. 1661. fol. Separatim etiam luci datus cum Juſtelli notis à B. *Gebhardo Theodoro Meiero* Theologo Helmſtadienſi, præmiſſa hiſtorica de collectionibus Canonum relatione. Helmſt. 1663. 4. Hic codex totus conſtat Canonibus CCVII. qui una ſerie procedunt, atque hoc numerorum ordine etiam in veteribus Conciliis allegantur:

A numero 1.--- 20.	Canones Concilii *Nicæni XX.*
21.--- 45.	*Ancyrani XXV.*
46.--- 59.	*Neocæſarienſis XIV.*
60.--- 79.	*Gangrenſis XX.*
80.--- 104.	*Antiocheni XXV.*
105.--- 163.	*Laodiceni LXI.*
164.--- 170.	*CPolitani VII.*
171.--- 178.	*Epheſini VIII.*
179.--- 207.	*Chalcedonenſis XXIX.*

XIV. Eidem Juſtello, doctiſſimo Viro, debemus *Codicem Canonum Eccleſiæ Africanæ* Latine ſcriptum, addita Græca verſione ex Codice Eccleſiæ Orientalis Tiliano, cum variis Lectionibus MS. Regii Græci Pariſ. & Palatini. Digeſtus is eſt per capita CXXXVIII. & ex tribus MStis Latinis,

* Bibl. Tellcriana p. 188.

2011 Ministerio de Cultura

uno præcipue Nic. Fabri, Thuanique altero & tertio Johannis Bochardi diligenter expreſſus, cui editoris obſervationes & notæ accedunt. In hoc codice exſtant

Canones 1.--- 33. Concilii Carthaginenſis A. 419. poſt Conſulatum Honorii XII. & Theodoſii VIII. 5. Kal. Jun.

Hinc brevis notitia de Concilio quod *Hippone* Regio factum eſt A.C. 393. Theodoſio III.& Abundantio COSS. 8. Id.Oct.

de Concilio *Carthaginienſi* A.394. Arcadio III. &Honorico II. COSS. 6. Kal. Jul. ubi legati epiſcopi proconſulares & ἀνθυπαλιανῆς ad Concilium Adrumetinum deſtinantur.

de Concilio *Carthaginienſi* A. 397. Cæſario & Attico COSS. 6. Kal. Jul.

34.-- 56. Ejusdem Concilii *Carthaginienſis* A. 397.

Notitia de Concilio *Carthaginienſi* A. 399. poſt Conſulatum Honorii IV. & Eutychiani V. Kal. Maj.

56.-- 65. Concilii *Carthaginienſis* A.401. poſt Conſulatum Fl.Stiliconis 14. Kal. Jul.

65.-- 85. Concilii *Carthaginienſis* A. 401. Vincentio & Flavito COSS. Idibus Sept.

85.-- 90. Concilii *Milevitani* A. 402. Arcadio & Honorio V. COSS. 6. Kal. Sept.

90.-- 92. Concilii *Carthaginienſis* A. 403. Theodoſio & Rumorido COSS. 8. Kal. Sept.

92. 93. Concilii *Carthaginienſis* A. 404. Honorio VI. COS. 6. Kal. Jul.

94. Concilii *Carthaginienſis* A. 405. Stilicone II. & Arthemio COSS. 10. Kal. Sept.

94.--106. Concilii *Carthaginienſis* A. 407. Honorio VII. & Theodoſio II. COSS. Id. Jun.

Notitia de Conciliis *Carthag.* A. 408. Baſſo & Philippo COSS. 16. Kal. Jul. & 3. Id. Octobr. & A. 409. Honorio VIII. & Theodoſio III. COSS. 17. Kal. Jul. & A. 410. poſt Conſulatum Honorii VIII. & Theodoſii III. 18. Kal. Jul.

108.--127. Canones Concilii *Carthaginienſis* A.418. Honorio XII. & Theodoſio VIII. COSS. Kal. Maj.

127.--138.

2011 Ministerio de Cultura

127.--138. Canones Concilii *Carthaginienſis* A. 419. poſt Conſulatum Honorii XII. & Theodoſii VIII. 3. Kal. Jun.

Hic Codex Eccleſiæ Africanæ cum Chriſtoph. Juſtelli notis primum editus fuit Pariſ. 1615. 8. quam editionem ex auctione Gudiana nactus ſum hinc inde notatam emendatamque manu Claudii Salmaſii: Deinde iterum prodiit in tomo primo Bibliothecæ Juris Canonici veteris Guil. Voëllo & Henrico Juſtello curante, Pariſ. 1661. fol. quam in multis emendatam profitentur editores.

XV. Abbreviatores Canonum Græci tres vel quatuor exſtant in eadem Juris Canonici Bibliotheca, quos hoc loco diſtinctius referre erit à meo inſtituto haud alienum. Nam de *Joanne Scholaſtico*, qui ex Presbytero *Antiocheno* fuit Patriarcha CPol. ab A. C. 564. ad 578. & Canonum συναγωγὴν per quinquaginta titulos digeſſit, abunde dixi Volum. IX. pag. 158. 159. quod autem Theodoreti non ſit, ſed Johannis hujus illa συναγωγή, præter Codices MStos ſupra p. 36. memoratos teſtantur Codices Cæſarei, de quibus Lambecius VI. p. 55. 56. 61. & VIII. p. 458.

Alexii Ariſteni * σύνοψις Canonum T. 2. Bibl. Canon. p. 673.--709. compendio refert 1) Canones Apoſtolicos LXXVII. 2) Nicænos XXIV. 3) Ancyranos XXVI. 4) Neocæſarienſes XV. 5) Gangrenſes VI. 6) Antiochenos XXV. 7) Laodicenos XLVII. 8) CPolitanos VIII. 9) Epheſinos VII. 10) Chalcedonenſes XXXI. 11) Sardicenſes XXI. 12) Africanos XXII. 13) Trullanos XCI. 14. Ex S. Baſilii Epiſtola I. Canones 18. Ex Epiſtola II. Canones XXXIV. Ex Epiſtola III. Canones XVIII. Hic Alexius Ariſtenus, cujus ſcholia etiam in Canones exſtant edita à Guil. Beveregio, CPoli vixit & magni Oeconomi dignitatem geſſit ſæculo duodecimo, laudatus à Theodoro Balſamone ad Can. 6. Apoſtol. & Trullanum 37. Atque ſi Allatium audimus p. 419. de conſenſu utriusque Eccleſiæ, Zonaram etiam ætate Ariſtenus anteceſſit, qui ex Alexio profeciſſe Balſamonem, notat p. 254. Sed idem pag. 191. etiam laudat epitomatorem Canonum ſatis antiquum Græcum Ariſteno, Zonara & Balſamone antiquiorem.

Simeonis Magiſtri & Logothetæ Ἐπιτομὴ κανόνων T. 2. Bibl. Canonicæ p. 710.--748. exhibet 1) Canones Apoſtolicos LXXXII. 2) Nicænos XX. 3) CPolitanos VI. 4) Epheſinos VIII. 5) Chalcedonenſes XXXI. addito ſcholio ad Can. IX. de exarcho diœceſis. 6) Ancyranos XXV. 7) Neocæſarienſes XIV. 8) Sardicenſes XVIII. 9) Gangrenſes VII. 10) An-

* Vel antiquioris potius ſcriptoris. Vide Bevereg. prolegom. ad Synodic. §. 26. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Antiochenos XXIV. 11) Laodicenos L. 12) Carthaginienſes LXXXIV. 13) Ex Baſilii Epiſtola I. Canones XVI. Ex Epiſtola II. Canones XXXII. Ex Epiſtola III. Canones XXVIII. 14) Trullanos LXXXVIII. Hunc Simeonem, cujus etiam ſcholia in Canones fuerunt, ſed necdum edita, non diverſum puto eſſe à Simeone Metaphraſte, qui ſæculo nono labente vixit & Annalibus aliisque pluribus ſcriptis clariſſimum nomen ſibi peperit. Vide quæ notavi Volum. X. p. 297.

Arſenii Monachi in ſancto monte Atho monaſterii Philothei * τῶ ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει μονῆς τ Φιλοθέε *ſynopſis Canonum*, qui appoſitis unicuique capiti Canonum Parallelorum numeris, ubi ejusdem argumenti alii reperiuntur, non ut in ſuperioribus ſynopſibus factum eſt ordine Conciliorum, ſed per titulos CXLI. digeſti ſunt. In eadem Juſtelli Bibliotheca Canonica primum lucem vidit p. 749.--784. ex MS. Codice Bibl. Regiæ Pariſ. addita Latina verſione. Utitur Canonibus LXXXV. *Apoſtolicis*, & Synodorum *Nicænæ, Ancyranæ, Neocæſarienſis, Gangrenſis, Antiochenæ, Laodicenæ, CPolitanæ, Epheſinæ, Chalcedonenſis, Sardicenſis, Carthaginienſis*, cæterarumque quæ in Codice Africano exſtant. Laudat porro ὑπόμνημα πραχθὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει (A. C. 394.) περὶ Βαγαδίου καὶ Ἀγαπίου, (ita legendum p. 771. pro περὶ βαγαδ - - καὶ ἀγάπης) in cauſa Bagadii & Agapii de Epiſcopatu Boſtrenſi inter ſe concertantium, nec non Canones Synodi ſextæ Trullanæ A. C. 680. & ſeptimæ ſive Nicænæ II. A. C. 787. habitæ & Synodi celebratæ in templo ſanctorum Apoſtolorum A. C. 861. & in templo S. Sophiæ A. C. 879. Præterea citat Apocalypſin *S. Gregorii Thavmaturgi, S. Sophronii*, λόγους β' ἐκ τ ζυνοδικῶν, libellum *Michaëlis Syncelli*. Anonymi λόγον περὶ τ ἁγίων Ϛ οἰκουμενικῶν ζ' ζυνόδων. Canones *SS. Gregorii* Thavmaturgi, *Dionyſii, Baſilii, Athanaſii, Timothei*, qui p. 768. dicitur Apoſtolus, ſed intelligitur Patriarcha Alex. *Theophili* Alexandrini, *Gregorii* Nyſſeni, *Petri* Alex. & *Cyrilli*: tum verſus ſive στίχους *SS. Gregorii* Theologi & *Amphilochii*. S. *Baſilii* Epiſtolam ad S. Martyrium (ita enim legendum p. 757. Μαρτύριον, ubi Μάρτυρα editum eſt) Epiſcopum Antiochenum. Ejusdem Epiſtolam ad Cæſarium Patricium. Epiſtolam S. Taraſii, Epiſtolam Gennadii Patriarchæ. Adhibuit etiam hic Arſenius, ſive ipſe compoſuit *Synopſin* ejusmodi *Legum Imperatoriarum* ſub titulis ſimiliter digeſtarum, quorum νομικῶν κεφαλαίων numeros ſubinde Canonibus Eccleſiaſticis reſpondentes laudat, quo pacto

ſi

* De hoc Philothei monaſterio in monte Atho, ejusque fundatoribus Arſenio, Philotheo & Dionyſio vide celeberr. Montfauconi Palæographiam Græcam p. 497.

2011 Ministerio de Cultura

ſi illa ſynopſis legum & ipſa exſtaret, poſſet hæc Canonum ſynopſis etiam Nomocanonis vices explere. Neſcio, unde habuerit Juſtellus, quod idem hic ſit Arſenius, qui poſtea Patriarchatum CPolitanum geſſit Nicææ A. 1255. ſeq. & deinde urbe Græcis reſtituta CPoli 1261. - 1264. Nam Patriarcham iſtum antea Monachum fuiſſe non in monte Atho, ſed in urbe Nicæa & Apolloniade, teſtatur Ephraim Chronographus apud Allatium p. 726. de conſenſu. Plura de Arſenio Patriarcha dixi Volum. VI. pag. 739. 740. Vitam ejus, ſcriptum a Maximo Planude, laudat Nic. Comnenus Papadopoli p. 74. prænotionum myſtagogicarum. De aliis Arſeniis dicere me memini Volum. X. pag. 490. ubi etiam notavi Arſenii Chartophylacis *Syllogen Canonum* citari à Nic. Comneno pag. 192. & 219. ſeq. & *ſecundam collectionem Canonum* p. 210.

Sophronii Patriarchæ Hieroſol. A.C. 638. defuncti Collectio ex Synodis MS. in Bibliotheca Galliar. Reginæ matris in 4. memoratur à Petro Pithœo, nec aliunde mihi nota eſt, qui de aliis hujus Sophronii ſcriptis dixi Vol. VIII. p. 199. & IX. p. 484. ſeq.

Antonii Lemnii Synopſin Conciliorum allegat Nic. Comnenus pag. 216. ut *Hierothei* Monachi Collectionem Canonum p. 188. 241. 262. & *Maximi Planudæ* Syllogen Canonum p. 4.

De *Matthæi Blaſtaris* hieromonachi ſyntagmate Canonum Alphabetico compoſito circa A. C. 1335. quod Græce & Latine Guil. Beveregius edidit, dictum à me eſt Volum. X. p. 493. Ejus Codex MS. Voſſianus Leidæ in Bibl. publica aſſervatur, ſcriptus à Joanne Sanclamone Cyprio, 74. annos nato Romæ A. C. 1512.

De *Conſtantini Harmenopuli*, qui circa A.C. 1380. vel 1383. obiit, Prochiro Juris Canonici, ſive Ἐπιτομὴ τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων, quæ in Frecheri Jure Græco Romano cum Jo. Leunclavii verſione prodiit, vide Vol. X. pag. 276.

XVI. Inter eos, qui ſcholiis & expoſitione illuſtrandos Canones Eccleſiaſticos in ſe ſuſceperunt, primus locus debetur *Theodoro Prodromo*, non illum intellige, qui circa ſæculi duodecimi initia libros de Rhodantes & Doſiclis amoribus, variaque alia ſcripſit, recenſita à me Volum. VI. p. 815. ſeq. ſed adhuc ineditum antiquiorem, quem τὸν τῶν ἱερῶν κανόνων πρῶτον σαφηνιστὴν appellat Nicephorus Blemmida Orat. 1. de proceſſione Spiritus S. & Nic. Comnenus pag. 409. notat ſcripſiſſe ante annos nongentos, antiquiſſimum Canonum interpretem, Balſamone antiquiorem p. 23. 28. juris

2011 Ministerio de Cultura

Græcorum ſacri *primum & ſapientia & ætate interpretem* p. 395. *Ejus libros bis*, inquit, *terve percucurri, ſunt enim perbreves* p. 272. & p. 265. *Exemplar Prodromi, quod penes eminentiſſimum Card. Brancacium legimus, mancum erat atque aſteriſcis ubique miſerrime detruncatum.* Plura in eius laudem p. 173. *Docet hoc inprimis Prodromus ille Theodorus, quem ſæpe laudat Marguinius* (not. 3. ad Can. Apoſt. not. 31. ad Can. Neocæſar. not. 5. ad Can. Nicæn. & alibi) *quem* Χαρμαχον ἑρμηνευτὴν κανονικῶν διδασκάλων *appellat Georgius Coreſſius* (ad Synopſin Nili Rhodii ad Can. 3. Apoſt.) *quem Leo Xanthopulus* (in Can. 70. Apoſt.) *à quo omnia Gabriel Severus corraſit,* εὐσεβῆ τὸν κανόνων διδάσκαλον καὶ πολυμαθέστατον ἱερέα, *primum canonum magiſtrum, & eruditiſſimum nuncupat ſacerdotem.* Idem pag. 345. *Huic teſtimonio Viri juriſconſultiſſimi, ſapientiſſimi, quo magiſtro Nicetas Paphlago* (in explicatione Pſalmi IV. in fine) *gloriatur, cujus dicta ſummis laudibus effert Nicephorus Blemmydes* (in explicat. Pſalmi II.) *cujus ſententias omnium probatiſſimas palam affirmat cum Balſamone* (in Epiſt. ad Epiſc. Cypri) *Ariſtenus* (in proœmio nomocan. ad Manuelem Imp.) *Blaſtarius* (in compendio ſyntagm. elem. γ΄.) *Harmenopulus* (in ecthesi Canonum XX. h. e. Nicænor.) *cæterique omnes, qui Canones interpretati ſunt noſtros: quem Theologum maximum & ſimpliciter* καθ' ἐξοχὴν *Magiſtrum ipſe appellat Marguinius:* (in proœmio notarum & alibi ſæpe) *huic, inquam teſtimonio, quid obiicient Photiani?* Idem Comnenus p. 364. notat Theodorum hunc Sardicenſes Canones ſub Nicænis recenſere: at Harmenopulum, licet pæne in omnibus aliis Prodromum ſequatur, Sardicenſem Synodum à Nicæna diſtinxiſſe, & ad topicas rejeciſſe. Laudat iterum p. 12. 20. 31. 33. 37. 48. 57. 75. 182. 190. 212. 233. 239. 283. 291. 387. 394. &c. atque eruditum ejusdem de ſacris Eccleſiæ ſynaxibus librum allegat p. 73. 74.

Jo. Zonaræ ſcholia in Canones, qui circa A. C. 1130. ſcripſit, ſæpius vulgata ſunt Græce & Latine, de quorum editionibus non repetam quæ dixi Volum. X. pag. 242. ubi etiam de aliis illius ſcriptis editis atque ineditis. Tantum addam, quod in Petri Opmeeri Chronographia pag. 648. reperi, Zonaram hunc obiiſſe in monte Atho; annos natum LXXXVIII. menſes VII. in monaſterio S. Eliæ, & ſepulchro ejus inſcripta hæc verba: εἰς τὸ παρὸν μνημεῖον ὁ σοφὸς Ζωναρᾶς κεῖται. Ejus ἐξήγησις in Cantica & Pſalmos graduum, MS. in Bibl. Bavarica Cod. 112. in qua etiam ſcholia in Canones aſſervantur; vide Catalogum MSS. p. 17. 18.

Alexii Ariſteni Nomophylacis & Oeconomi Eccleſiæ CPol. qui A. C. 1166.

2011 Ministerio de Cultura

C. 1166. in Synodo CPol. Nicephoro Patriarchæ Hierosol. restitit & à Balsamone ad Can. 6. Apostol. & Trullan. 37. cum laude citatur, Synopsin Canonum de qua supra p. 43. dictum est, scholiis illustravit, quæ Genebrardum præter & Allatium evolvit pridem Antonius Augustinus & non uno loco allegat in notis ad veteres collectiones Decretalium : Primus ex quatuor Codd. MSS. Græce edidit versionemque Latinam adjunxit Guil. Beveregius in splendido suo synodico sive pandectis Canonum Oxon. 1672. fol.

Theodorus Balsamon scholiorum in Canones auctor, à Gabriele Severo apud Nic. Comnenum p. 178. prænotionum mystagogicarum male refertur ad A. C. 1430. nam qui illo tempore vixit alius est Michael Balsamon, magnæ Ecclesiæ scevophylax, cujus anaphoras quasdam atque Epistolas laudat idem Comnenus pag. 143. & 181. Sed Theodorum Balsamonem circa A. C. 1190. claruisse constat, de cujus scholiis in Canones, eorumque editionibus vide si placet quæ notavi volum. IX. p. 186. seq. Præ nimio in aulam Romanam studio factum est, ut ab eodem Comneno p. 75. & pag. 349. Balsamo iste mendacissimus Canonum corruptor appelletur, & pag. 190. seq. gravissimorum arguatur mendaciorum.

Celebrioribus illis Canonum scholiastis atque illustratoribus addi poterunt hi minus noti & paucis fortasse inspecti,

Antonius Cubocleſius, cujus explicationem Canonum pœnitentialium laudat Nic. Comnenus p. 411.

Christophorus Campanas Chius, sæculo decimo sexto clarus, cujus syllogе synodica & commentarii de Canonum vi, nec non examen synodicorum frequenter ab eodem Comneno allegantur, qui ob singulare in canonibus illustrandis studium *Canonarchæ* nomine insignem eum fuisse annotat.

Gerasimus Monachus, cujus ectheſin canonum citat idem Comnenus p. 249. & explanatorem accuratissimum Balsamonis appellat p. 145. Haud diversus, ut opinor, à Gerasimo Nicæno Archiepiscopo, cujus observationes ad septem concilia atque ectheſin Canonum allegat p. 398. & 192.

Joannes Abbas S. Anastasiæ, cujus scholia ad Canones Nicænos, id. pag. 158.

Joannes Janopulus chartularius, circa A. C. 1370. cujus explicationem Canonum Gregorii Thavmaturgi pag. 400.

Joannes Lascaris Rhyndacenus, Regis Gallorum Ludovici XII. ad Senatum Venetum legatus, de quo præter ea, quæ dixi volum. X. pag. 519. seq. consules Jovium p. 59. clog. Lambecium VI. p. 279. II. Bullartium Academ.

2011 Ministerio de Cultura

dem. des ſciences T. 1. p. 282. Varillaſium anecdot. Florentin. lib. 4. p. 182. Paulum Freherum theatri virorum erudit. p. 1430. Tho. Popeblount in cenſura ſcriptorum p. 348. Jac. Gaddium de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis T. 1. pag. 285. Hujus Joannis Laſcaris plura huc ſpectantia à Nic. Comneno laudantur, ut ſcholia in Nili Rhodii ſynopſin Canonum pag. 138. Explanatio Canonum Apoſtolicorum p. 253. Notæ ad Synodales ſententias pag. 251. Explanatio regularum Nicephori CPol. pag. 139. 210. 273. De Nicephori iſtius Synodicis ſanctionibus dictum volum. VI. hujus Bibl. pag. 682.

Joannis Monachi conſiderationem Canonum citat idem Comnenus p. 410. & ectheſin Canonum Trullanorum p. 210.

Joannis Peganii notas ad Theodorum Prodromum Canonum interpretem, p. 398.

Joannis Stavracii ſcholia ad Canones Synodorum p. 398.

Leonis Magentini, qui circa A. C. 1300. claruit, explicationem Canonum pœnitentialium Petri Alexandrini id. p. 200. & Gregorii Thavmaturgi p. 233. nec non libellum de neglectis Canonum præceptis, quem hortatu Vaſſionenſis Epiſcopi Soarii Latinum feciſſe & innumeris locis, ut licuit, emendaſſe ſe teſtatur p. 8.

Leonis Numodotæ ectheſin Canonum id. pag. 220. 310. & ſcholia ad Balſamonem p. 325.

Leonis Sebaſteni Monachi ectheſin Canonum p. 143. 216. 219. 249. 278. Idem hic Leo, cujus compendium legum laudat Comnenus p. 250.

Leonis Xanthopuli explicationem Canonum Nicænorum p. 195.

Manuelis Malaxi ſcholia ad Canones pœnitentiales S. Baſilii p. 206.

Maximi Margunii ſcholia in Canones Apoſtolorum, Conciliorum & Patrum, Græcobarbaro redditos ſermone, id. p. 10. 16. & paſſim.

Nili Rhodii explanationem Canonum Synodicorum, (diverſam à ſynoptica * ejus enarratione de IX. Synodis,) & *Georgii Coreſſii* ad eum notas p. 12. 17. 188. 227. 237. 411. nec non *Joannis Laſcaris* p. 138.

Thomæ Selybriæ Epiſcopi ſcholia in Canones Pœnitentiales S. Baſilii, pag. 243.

XVII. *Nomocanon*, Νομοκανὼν ſive Νομοκανόνιον, Harmonia Legum & Canonum, Liber ex ſanctionibus Eccleſiaſticis ſeu Conciliorum Decretis & ex Legibus Civilibus contextus, hasque cum illis componens. *Primus*, ut

* De hac Allatius p. 80, diatribæ de Nilis, Volumine V. hujus Bibliothecæ.

2011 Ministerio de Cultura

ut in gloſſario obſervat Cangius, *Juſtinianus Imp. quicquid inſigne eſt in Eccleſiaſticis ſanctionibus, quarum vindicem atque cuſtodem non ſemel ipſe ſe appellat, ſua voluit auctoritate ſtabilitum, declaratum ac pœnis vindicatum. Inde factum eſt, ut Eccleſiarum Orientis Epiſcopi eas ſibi regularum collectiones concinnare cœperint, quas* Νομοκανόνια *ſive* Νομοκάνονας vocant, *quorum primus auctor fuit* Joannes Scholaſticus, *qui Eutychio CPol. Patriarcha in exilium pulſo* (A. C. 565.) *ſuffectus eſt à Juſtiniano.* De hujus Joannis Nomocanone in 50. titulos diſtributo, & Græce ac Latine edito, dixi Volum. X. pag. 158. ſeq. ubi etiam reſponſum Allatio & Nic. Comneno, qui Principum conſtitutiones de rebus Eccleſiaſticis ferunt impatienter, & totum illud Nomocanonum inſtitutum velut auctoritati Eccleſiæ injurium improbant. Idem hic Johannes, de cujus collectione Canonum, quam nonnulli male tribuerunt Theodorito, tradidi ſupra p. 35. ſeq. & 43.

Longe plura hujus generis ſcripta, quibus Canones & Leges inter ſe conferebantur, olim extitiſſe teſtatur Theodorus Balſamo ad canonem ſecundum Trullanum, *εἶδον γὰρ μυρία τοιαῦτα βιβλία παρὰ πολλοῖς ἀξιολόγοις ἀνδράσι, innumerabiles tales libros vidi apud multos non adſpernandos homines.* Omnibus autem jubet præferre, quem *Photius* Patriarcha CPol. deinde ſcripſit diſtinctum titulis XIV., quem habemus ſæpius editum, ut dixi volum. IX. pag. 558. ſeq. & de *Balſamonis*, qui Manuelis Comneni juſſu ſcripſit, in eundem commentariis, volum. IX. p. 186. ſeq. Hic Photii Nomocanon dictus etiam τοῦ κανὼν, quod præmiſſus eſſet a Photio collectioni Canonum, de qua ſupra p. 27.

Paullo ante Balſamonem, eundem Nomocanonem Photii in compendium verſibus politicis reduxerat *Michaël Pſellus* in gratiam Michaëlis Ducæ Imp. Illud ejus περὶ τῶν ἐν τῷ νομοκανόνῳ opuſculum in codice Regio 1137. evolvit Cangius, qui hos illi præfixos affert verſiculos, quibus Ducam affatur:

Ἔχε μοι γνῶσιν, Δέσποτα, καὶ τὸν Νομοκανόνα
Συνθετὸς βίβλος πέφυκε νόμων τε καὶ κανόνων
Κανόνων μὲν συνοδικῶν, κανόνων Πατέρων,
Τῶν Νεαρῶν δὲ μᾶλλα πανσόφων θεσπισμάτων
Συνηγορῆσαι κάλλιστα τοῖς γεγραφεῖσιν κανόσιν.

Edidit Græce Franciſcus Boſquetus Pariſ. 1632. 8. cum Mich. Pſelli ſynopſi Legum & opuſculo de ſeptem Synodis, quæ ambo verſibus Politicis ſcripta ſunt, perinde ut illa de Nomocanone Carmina, quæ Allatius Conſtantino Pſello in quibusdam Codicibus tribui obſervat cap. 50. libri de Pſellis.

2011 Ministerio de Cultura

Sed illum Conſtantinum Pſellum neutiquam diverſum eſſe à Michaële Pſello, Michaëlis Ducæ Præceptore, recte videtur monere Cangius Gloſſario Græco p. 1637. voce ὑπατ]ῶν φιλοσόφων.

Anonymi Nomocanon allegatur ab Allatio p. 39. libri de purgatorio. Anonymi Nomocanon abbreviatus MS. Lambec. VI. p. 56.

Manuelis Malaxi Nomocanonem citant idem Allatius diatriba de Georgiis & Nic. Comnenus prænot. myſtagogicar. pag. 61. 188. 192. 220. &c.

Matthæi Blaſtaris etiam ſyntagma, quia Leges confert, Nomocanonibus adſcribi merito poteſt, ut dixi volum. X. p. 493.

Maximi Planudæ Nomocanon ab eodem Comneno laudatur pag. 363.

Non omittendum etiam, Nomocanonis nomine venire interdum collectiones & ſynopſes Canonum nudas, in quibus nulla Civilium legum mentio, quod & illi legum inſtar eſſe debeant, ut notavit Guil. Beveregius Prolegom. ad Synodicon §. 29. & in Codice Canonum illuſtrato lib. 1, cap. 15. Talis eſt ſynopſis Canonum, quam Græce & Latine edidit Cotelerius T. 1. monument. pag. 68. -- 158. Capitibus CXLVII. Inſcribitur: ἀρχὴ σὺν Θεῷ νομοκάνον]ῶν. Κανόνες τ῀ ἁγίων Ἀποστόλων καὶ τ῀ ἑπτὰ οἰκουμενικῶν ⸗υνόδων, τ῀ὲ ἀρχιερέων, ἱερέων, μοναχῶν μεγαλχήμων καὶ ἄλλων μοναχῶν καὶ λαϊκῶν. Deinde Nomocanones etiam appellant Canonaria ſive libros Canonum pœnitentialium, ut illum Joannis Neſtevtæ, de quo dixi volum. X. p. 166. vel Matthæi Blaſtaris, de quo ib. pag. 494. vel Manuelis Malaxi, de quo p. 529.

XVIII. Juvat his, quæ de collectionibus Canonum veteris Eccleſæ hactenus dixi, ſubjungere notitiam operis duplicis præſtantiſſimi, quibus nemo huic ſtudio deditus libenter carebit, & quorum alterum a) Juſtellus & Voëllo b) alterum Beveregio c) debemus. Prioris titulus hic eſt: *Bibliotheca*

a) Christophorus Justellus, Pater, Chriſtianiſſimi Regis à ſecretis, diem obiit Pariſiis menſe Julio A. 1649. ætat. 70. ut diſces ex Sarravii Epiſtolis p. 256. edit. primæ. Henricus Justellus, filius, patri primum in munere Secretarii ſucceſſit, deinde aliquot ante revocatum edictum Nannetenſe annis, religionis cauſa (erat enim reformatis ſacris addictus) contulit ſe in Angliam & Bibliothecarius Regis magnæ Britanniæ obiit Londini A. 1692. Vide Caroli Ancillonii vitas eruditorum quorundam editas Gallice, Amſt. 1709. 8. p. 220. ſeq.

b) Guil. Voellus Theologus Sorbonicus, cum Joanne Voëllo Jeſuita non confundendus.

c) Guil. Beveregius Epiſcopus Aſaphenſis, cleri Anglicani ingens gloria, diem obiit ſupremum 5. Martii 1708. æt. 71.

2011 Ministerio de Cultura

bliotheca Juris Canonici veteris, in duos tomos distributa, quorum unus Canonum Ecclesiasticorum Codices antiquos tum Græcos tum Latinos complectitur, subjunctis vetustissimis eorundem Canonum Collectoribus Latinis: alter vero insigniores Juris Canonici veteris collectores Græcos exhibet. Ex antiquis Codicibus MSS. Bibliothecæ CHRISTOPHORI JUSTELLI. Horum major pars nunc primum in lucem prodit, cum versionibus Latinis, præfationibus, notis & indicibus huic editioni necessariis. Opera & studio GUILIELMI VOELLI, Theologi ac socii Sorbonici, & HENRICI JUSTELLI, Christophori F. Lutetiæ Paris. apud Ludovicum Billaine in majori aula Palatii, ad insigne magni Cæsaris, & Sancti Augustini, 1661. fol.

IN PRIMO TOMO.

1) Codex canonum Ecclesiæ universæ, d) à concilio Chalcedonensi & Justiniano Imp. confirmatus, Græce & Latine (emendatior, quam in prima editione Parisiensi A. 1610.) p. 29.
2) *Christophori Justelli* Notæ in codicem Ecclesiæ Universæ, emendatæ & auctæ p. 69.
3) Codex canonum Ecclesiasticorum *Dionysii Exigui* sive codex canonum vetus Ecclesiæ Romanæ, ex antiquissimo 700 amplius annorum codice MS. Bibliothecæ Christophori Justelli seorsim antea editus Paris. 1628. 8. p. 101.
4) Epistola Synodica S. Cyrilli & concilii Alexandr. contra Nestorium, à Dionysio Exiguo in Latinum sermonem translata; incipit: *Cum Salvator noster aperte pronunciet, dicens, qui diligit patrem aut matrem super me.* p. 176.
5) Collectio Decretorum Pontificum Romanorum, e) auctore Dionysio Exiguo, p. 183.
6) Altera Collectio Decretorum Pontificum Rom. collectioni Dionysianæ addita, f) p. 249.
*7) Prisca canonum editio Latina p. 277. complectens canones Conciliorum Ancyrani, Neocæsarienſis, Nicæni, Sardicensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodicensis, Constantinopolitani & Chalcedonensis, nunc primum edita ex vetustissimo MS. Christophori Justelli codice 800 annorum, cui similis exstat in Bibl. Vaticana laudatus à Sirmondo in diatriba de regionibus suburbicariis. In hoc Sardicensium cano-

d) de hoc supra p. 41. e) p. 12. seq. f) p. 13.

2011 Ministerio de Cultura

canonum fragmenta pag. 289. ſtatim g) Nicæno concilio ſubjiciuntur.

8) Codex canonum Eccleſiæ Africanæ, h) Græce & Latine, ex editione Chriſtoph. Juſtelli A. 1615. 8. in multis emendata p. 321.

9) *Chriſtoph. Juſtelli* Notæ & Obſervationes in codicem Eccleſiæ Africanæ p. 418.

10) *Fulgentii Ferrandi*, Eccleſiæ Carthaginienſis Diaconi, breviatio canonum p. 448.

11) *Criſconii*, Epiſcopi Africani, breviarium canonum p. 456.

*12) Indiculi duo in Ferrandum & Criſconium, quorum unus materiam canonum, alter vero conſonantiam & diſcrepantiam inter utrumque declarat, e MS. exemplari Guilielmi Blueti, in Senatu Pariſ. Advocati, nunc primum editi, p. 467.

IN APPENDICE TOMI I.

13) *Martini Bracccarenſi* Epiſcopi collectio Orientalium canonum, adſcriptis ad margines tum variis lectionibus tum fontibus, ex quibus canones illi deprompti ſunt, cura & ſtudio *Joannis Doujatii*, ſacrorum canonum Profeſſoris Regii, cujus notæ primum editæ, illuſtrata, p. 7.

*14) *Criſconii* Epiſcopi Africani alterum opus, quod liber canonum, ſeu concordia canonum inſcribitur, in quo integri conciliorum canones & Pontificum decreta referuntur. Ex codice MS. Bibliothecæ Claromontanæ S. J. nunc primum editum p. 33.

IN SECUNDO TOMO.

*15) *Joannis*, Scholaſtici dicti, ex Presb. Antiocheno Patriarchæ CPol. collectio canonum i) in quinquaginta titulos diſtributa, Græce & Latine, primum edita e codice MS. Bibl. Claromontanæ S. J. collato cum altero Petri Seguierii, p. 499.

*16) Ejusdem Joannis Scholaſtici Nomocanon, k) Græce & Latine e codice MS. Bibliothecæ Regiæ nunc primum in lucem editus, collato codice Oxonienſi, p. 603.

*17)

g) Confer Steph. Baluzii præf. ad Opera poſtuma Petri de Marca, & D. Tho. Ittigium de Bibliothecis Patrum p. 767. ſq.

h) de hoc ſupra p. 42. i) vide ſupra p. 43. k) p. 49.

2011 Ministerio de Cultura

*17) *Alexii Aristini* l) vel antiquioris potius scriptoris synopsis canonum, Græce & Latine e codice MS. Biblioth. Regiæ primum edita p. 673.

*18) *Simeonis* m) Magistri & Logothetæ Epitome canonum, Græce & Latine e codice MS. ejusdem Bibl. Regiæ primum edita, p. 710.

*19) *Arsenii* n) Monachi, Patriarchæ CPol. divinorum canonum synopsis sive Nomocanon, Græce & Latine primum editus ex codice MS. ejusdem Bibl. Regiæ, p. 749.

20) *Photii* Patriarchæ CPolitani Nomocanon o) cum *Theodori Balsamonis*, Patriarchæ Antiocheni, commentariis, Græce & Latine è codice MS. Bibl. Palatinæ A. 1615. 4. editus à Christoph. Justello, in hac vero editione ad codicem MS. Eminentiss. Cardinalis Mazarini collatus, cum prolegomenis ejusdem Photii è codice Bibl. Oxoniensis Græce & Latine nunc primum editis, p. 789.

21) Ejusdem *Photii* opusculum de septem Synodis Oecumenicis, ex Epistola ad Michaëlem Bulgariæ principem, Græce & Latine p. 1141. incipit: ἡ πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος.

22) *Nili* Metropolitæ Rhodii, de sanctis & œcumenicis Synodis enărratio synoptica Græce & Latine p. 1155. incipit: ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ὁ γινώσκων σὺ ἰδίας.

23) Auctoris *anonymi* de sex œcumenicis Synodis opusculum, Græce & Latine, p. 1161. incipit: χρὴ γινώσκειν ὅτι ς΄ εἰσὶν αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι. Hæc tria opuscula de synodis etiam cum Photii Nomocanone Christoph. Justellus vulgaverat Paris. 1615. 4.

24) Συνόδικον sive *Libellus Synodicus anonymi* auctoris, omnes Synodos tam orthodoxas quam hæreticas à tempore Apostolorum ad octavam œcumenicam complectens Græce & Latine, ex editione D. *Joannis Pappi* & cum ejus versione p. 1166.

*25) *Theodori Balsamonis* collectio constitutionum Ecclesiasticarum e Codice, Digestis & Novellis Justiniani congesta, olim à *Jo. Leunclavio* Latine sub paratitlorum nomine primum edita Francof. 1593. 8. nunc vero è duobus antiquissimis codicibus MSS. inter se collatis, Græce primum vulgata cum ejusdem Jo. Leunclavii versione in multis emendata, pag. 1217. subjunctis Imp. Heraclii Novellis, pag. 1361.

26) *Caroli Annibalis Fabrotti* notæ perpetuæ in eandem collectionem Theodori Balsamonis, primum editæ, p. 1377.

l) de hac supra p. 43. m) ibid. n) p. 44. o) p. 49.

2011 Ministerio de Cultura

27) *Jo. Leunclavii* in paratitla, notatorum libri duo, p. 1421.-- 1478.

Sunt quidam, non adeo multi tamen, in hac Bibliotheca errores admissi, unde paullo acerbior censura Cotelerii T. 3. monument. p. 628. *Stupenda plane sese passim exerit editorum Bibliothecæ Juris Canonici veteris negligentia. Ii* Saccophoros *in* Sarcophoros *mutaverunt* p. 708. 740. *quemadmodum* & ῥύπη *in* ῥέπη *ibidem*, ἄρκ]ες *vel* ἄρκες *in* ἄρτες *vel* ὄρκες pag. 702. 746. Ἀγαπίς *in* ἀγάπης p. 771. *Basilidem Dionysii Alexandrini in* Βασιλίδα reginam, & *magni Basilii* Chorepiscopos *in* Archiepiscopos p. 794. *denique* τέκνα *in* πινὰ p. 768. *Ad hæc verterunt* p. 704. & 748. μέλη, mel; *ac sæpe* τετράδα, quatuor tempora, *ut alia consimilis farinæ bene multa præteream, in quibus quis risum teneat?*

XIX. *Guil. Beveregii*, Ecclesiæ Anglicanæ tunc presbyteri (postea Episcopi Asaphensis) Synodicum sive Pandectæ Canonum SS. Apostolorum & Conciliorum ab Ecclesia Græca receptorum, nec non Canonicarum SS. Patrum Epistolarum, una cum scholiis antiquorum singulis eorum annexis, & scriptis aliis huc spectantibus, Græce & Latine, quamplurima è Bibliothecæ Bodlejanæ aliorumque MSS. Codicibus nunc primum edita, reliqua cum iisdem MSS. non mediocri fide & diligentia collata, totum opus in duos tomos divisum cum prolegomenis eruditis & locupletibus annotationibus lucem vidit Oxonii e Theatro Sheldoniano sumptibus Guil. Wells & Roberti Scott, Bibliopolarum Londinensium 1672. fol.

TOMO PRIMO.

Prolegomena editoris pagg. XXIV.

Canones LXXXV. SS. Apostolorum, cum scholiis *Theodori Balsamonis* & *Joannis Zonaræ* plurimis in locis auctis & emendatis, addita veteri cujusque Canonis Epitome & *Alexii Aristeni* in eandem scholiis, pag. 1.

Canones XX. Concilii *Nicæni*, primi Oecumenici A. C. 325. cum scholiis, ut supra p. 58.

Canones VII. Concilii *CPolitani primi*, sive secundi Oecumenici A. C. 381. cum scholiis &c. p. 85.

Canones VIII. Concilii *Ephesini*, Oecumenici tertii, A. C. 431. cum scholiis &c. p. 99. subjuncta Epistola Ephesinæ Synodi ad Synodum in Pamphylia de Eustathio, qui fuerat eorum Metropolitanus, cum scholiis &c. p. 106.

Canones

2011 Ministerio de Cultura

Canones XXX. Concilii *Chalcedonenſis*, A. C. 451. Oecumenici quarti, cum ſcholiis &c. p. 111.
De quinta & ſexta Synodo, Balſamonis & Zonaræ annotationes, p. 150.
Canones CII. Concilii ſexti *in Trullo*, A. C. 680. cum ſcholiis &c. p. 152.
Canones XXII. Concilii *Nicæni ſecundi*, ſeptimi Oecumenici dicti, A. C. 787. cum ſcholiis &c. p. 284.
Canones XVII. Concilii *CPolitani primi & ſecundi* dicti, A. C. 861. quod in templo SS. Apoſtolorum habitum eſt, cum ſcholiis &c. p. 331.
Canones III. * Concilii *CPolitani*, A. C. 879. in templo S. Sophiæ habiti, cum ſcholiis &c. p. 360.
Canon & Acta Concilii *Carthaginienſis*, A. C. 255. ſub S. Cypriano habiti de hæreticorum rebaptizatione, cum ſcholiis &c. p. 365.
Canones XXV. Concilii *Ancyrani*, A. C. 314. cum ſcholiis &c. p. 375.
Canones XV. Concilii *Neocæſarienſis*, A. C. 314. cum ſcholiis &c. p. 402.
Canones XXI. Concilii *Gangreni*, A. C. 326. cum ſcholiis &c. p. 415.
Canones XXV. Concilii *Antiocheni*, A. C. 341. cum ſcholiis &c. p. 429.
Canones LX. Concilii *Laodiceni*, A. C. 367. cum ſcholiis &c. p. 453.
Canones XXI. Concilii *Sardicenſis*, A. C. 347. cum ſcholiis &c. p. 482.
Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ (de quo ſupra p. 39. & 42.) cum ſcholiis Balſamonis, Zonaræ & Ariſteni, p. 509.
Ex Actis Concilii CPol. de cauſa Agapii & Bagadii, A. C. 394. cum ſcholiis Balſamonis & Zonaræ, p. 678.
Joſephi Ægyptii proœmia & paraphraſis in quatuor priorum generalium Conciliorum Canones Nicæni, CPolitani, Epheſini & Chalcedonenſis, Arabice cum Latina verſione Guil. Beveregii, p. 681, -- 727.

TOMO SECUNDO.

Cum Scholiis Balſamonis & Zonaræ exhibentur Græce & Latine:

1. *Dionyſii* Alex. Epiſtola ad Baſilidem, diviſa in Canones IV. p. 1.
2. *Petri* Alexandrini Archiep. & Martyris Canones XV. ex ejus ſermone de pœnitentia p. 8.
3. *S. Gregorii* Neocæſarienſis, Thavmaturgi Epiſtola Canonica, diviſa in Canones XI. de iis, qui in barbarorum incurſione idolothyta comederant, & alia quædam peccata commiſerant, p. 24.
4. *S. Athanaſii* Epiſtola ad Amunem Monachum, p. 36. & ex Epiſtola undequa-

* Confer Lambecium VIII. p. 413.

2011 Ministerio de Cultura

dequadrageſima ἑορταστικῇ ſive feſtali pag. 42. Ejusdem Epiſtola ad Rufinianum p. 44.

Cum Scholiis Balſamonis, Zonaræ atque Ariſteni:

5. *S. Baſilii* ad Amphilochium Iconii Epiſcopum Epiſtola prima, diviſa in Canones XVI. p. 47. ſecunda Can. XVII. -- L. pag. 73. & tertia Can. LI. -- LXXXV. p. 109.

Cum Scholiis Balſamonis:

6. Ejusdem S. Baſilii ex alio ſermone ad B. Amphilochii Epiſtolam de ciborum differentia, p. 318. Ad Diodorum Tarſenſem Epiſcopum de eo qui duas ſorores in matrimonium duxit, p. 319. Ad Gregorium presb. ut ſeparetur à muliercula cum qua habitabat, p. 322. Ad Chorepiſcopos, ne ſine ipſo fiant miniſtri præter Canones, p. 375. Ad Epiſcopos ſibi ſubjectos, ne propter pecunias ordinent μὴ χειροτονεῖν ἐπὶ χρήμασιν, p. 375. Ex capite XXVII. & XXIX. libri ad Amphilochium de Spiritu S. p. 376. 379.

7. *S. Gregorii* Nyſſeni ad S. Letoium Melitenes Epiſcopum Canones VIII. pag. 381.

8. *Timothei* Alex. qui Patribus 150. in Concilio CPol. A. C. 381. interfuit, reſponſa Canonica ad interrogationes ei propoſitas de Epiſcopis & Clericis, p. 165.

9. *Theophili* Archiepiſcopi Alex. cum ſancta Theophania in die Dominico inſtarent, p. 170. Ejusdem Commonitorium, quod accepit Ammon propter Lyco, Διὰ τὴν Λυκώ, diviſum in Canones X. ibid. Ejusdem narratio de iis qui dicuntur Cathari, pag. 174. Ad Agathonem Epiſc. ibid. ad Mennam Epiſcopum p. 175.

10. *S. Cyrilli* Archiepiſcopi Alex. Epiſtola Canonica ἐν τοῖς Ὕμνοις ad Domnum, diviſa in Canones III. p. 175. Ejusdem ad Epiſcopos in Libya & Pentapoli, p. 178.

11. *S. Gregorii* Naz. verſus, quinam libri Vet. & Novi Teſt. legendi ſint, p. 178.

12. *S. Amphilochii* ex Jambis ad Seleucum de eodem argumento, p. 179.

13. *Gennadii* Patriarchæ CPol. & ſanctæ cum eo congregatæ Synodi ad Metropolitanos & Papam urbis Romæ, Epiſtola Encyclica. Incipit: ὁ δεσπότης ἡμῶν καὶ Θεὸς καὶ σωτήρ. Concilium illud celebratum eſt circa

2011 Ministerio de Cultura

circa A. C. 459. * Notandum autem est ea, quæ pro Balsamonis scholio subjiciuntur, non esse Balsamonis, sed partem Epistolæ Gennadii, ut post Baronium A. C. 459. multi jam notarunt. Confer Labbei Concilia tom. 4. p. 1028. & Harduini tom. 2. p. 782.

14. Ex Epistola magni *Basilii* ad Nicopolitanos, p. 183.

15. *Tarasii* Patriarchæ CPol. A. C. 806. defuncti Epistola ad Adrianum Papam veteris Romæ περὶ τοῦ μὴ δεῖν χρήμασι γίνεσθαι τὰς χειροτονίας, de non faciendis pecunia ordinationibus, p. 184. Incipit: πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως εὐαγγελικῶς καὶ ἀποστολικῶς διδασκόμεθα. In hac Epistola præter sacræ scripturæ libros citantur Canon 29. Apostol. S. Basilii in Esaiam & Epistola ad Episcopos ipsi subjectos ne ob pecunias ordinarent, Vita S. Joannis Chrysostomi, Canones Patrum 630. Chalcedonensium, tum Gennadii CPol. Epistola Encyclica & Canon sextæ Synodi. Confer Blastaris syntagma p 267.

Sine Scholiis:

16. *Alexii Aristeni* Synopsis Epistolarum SS. Patrum, quas hactenus recensui Canonicarum, post pag. 188.

Cum Scholiis Balsamonis:

17. XI. Interrogationes quorundam Monachorum, qui extra urbem CPol. in vitam monasticam ducebant, & responsiones quæ ad eas factæ sunt à S. CPolitana Synodo tempore S. Patriarchæ *Nicolai* (qui ab A. 1084. ad 1111. fuit) imperante Alexio Comneno.

Post hæc scripta Canonica, scholiis illustrata, sequitur insigne & copiosum *Matthæi Blastaris* Hieromonachi, qui circa A. C. 1335. vixit, opus alphabeticum ex duobus MSS. Codicibus primùm in lucem datum à Beveregio, de quo jam dixi Volum. X. p. 493. Titulus est: Σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον τῶν ἐμπεριειλημμένων ἁπασῶν θεσμοθέσεων τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις κανόσι, πονηθέν τε ἅμα καὶ συντεθὲν τῷ ἐν ἱερομονάχοις ἐλαχίστῳ Ματθαίῳ τῷ Βλαστάρει. *Syntagma Alphabeticum, quo sub titulis, literarum ordine digestis, res omnes, quæ in sacris divinisque Canonibus comprehenduntur, collatis etiam Legibus Civilibus*, (ut Alexii Comneni p. 125. Constantini Porphyrogenetæ p. 232. 258. novella p. 98. & tomo unionis p. 64. Leonis Sap. pag. 34. 52. 61. 62. 64. 66. 73. 104. Heraclii p. 98. Manuelis Comneni pag. 49. 101. Andronici pag. 258. Alexii pag. 76. 98. Isaaci Angeli pag. 81. & Justiniani passim) *expositæ sunt*, p. 1. -- 272. In præfatione pluribus differit Blastares de scriptis ipsis & scriptoribus, ex quibus syntagma suum concinnavit:

* Ita Baronius, non plane certa conjectura. Vide Tillemontium T. XVI. memor. p. 71.

2011 Ministerio de Cultura

navit: De Canonibus Apoſtolorum, de Synodo Carthaginienſi ſub S. Cypriano, de Dionyſio Alex. cujus Epiſtolam ad Novatum presb. Romanum affert p. 234. De Synodo Antiochena, de Petri Alex. Canonibus, de Synodis Ancyrana, Neocæſarienſi, Nicæna, Antiochena ſecunda, Sardicenſi, Laodicena: de Canonibus SS. Athanaſii, Baſilii magni, Gregorii Nyſſeni: De Synodo Gangrenſi & CPolitana ſive ſecunda Oecumenica. De Canonibus SS. Timothei & Cyrilli Alexandrinorum, de Synodo Epheſina ſive Oecumenica tertia, nec non Carthaginienſi, & Chalcedonenſi ſive Oecumenica quarta: de S. Gennadio CPol. de Synodo Oecumenica quinta, ſextaque, nec non quiniſexta in Trullo, de Synodo ſeptima Oecumenica ſive Nicæna ſecunda, de S. Taraſio CPol. de Synodo primo ſecunda CPol. De Synodo ſub Photio, & de civilibus legibus eorumque origine & conſtitutione. In opere ipſo, inter alia de hæreticis p. 7. -- 17. diſſeritur. Præterea citantur quandoque etiam ſcriptores alii præter jam nominatos, ut Homerus p. 47. Joſephus & Philo p. 201. Iſidorus Peluſ. p. 233. Photius Patriarcha & Theodorus Studita p. 109. Theodorus Tiro de miraculo κολλύβων p. 240. Zonaras p. 114. 254. Balſamon p. 36. 76. 77. Eccleſ. hiſtoria p. 138. Chryſoſtomus p. 232. II. ad Theodorum Epiſt. p. 193. in Matthæum p. 152. 218. homilia XXI. περὶ ἀνδριάντων & VI. contra Judæos p. 173. II. de Sacerdotio p. 179. in Acta p. 93. in Epiſt. ad Theſſalon. p. 111. Gregorius Naz. p. 63. 71. 106. Cyrillus Alex. in Eſaiam p. 112. Paphnutius in Concilio Nic. pag. 60. Poëtæ dictum γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, p. 85. Chumnus Theſſalonicenſis p. 48. 51. Joannes Neſtevtes p. 33. 164. Patriarchæ CPol. Lucas p. 46. 99. 166. 178. Nicolaus p. 49. 269. Chliarenus p. 172. Leo Stypa p. 50. 51. Alexius p. 232. Athanaſius p. 258. Michaël p. 264. 269. Theodotus p. 72. Non ſine laude etiam pag. 57. meminit Simeonis Metaphraſtæ his verbis: πόσῳ τοίνυν ἄξιον ἂν εἴη μακαρισμῷ ὁ θαυμάσιος Συμεὼν ὁ τὸ καλεῖσθαι μεταφραστὴς ἀφορόντως τ' ἄλλων ἀπενεγκάμενος, ὁ τῇ ἐπινοίᾳ τ' ἁγίου Πνεύματος τὰ τ' ἁγίων μαρτύρων ὑπὲρ ἀληθείας σκάμματα πολλοῖς ἱδρῶσι καὶ πόνοις συγγεγραφάμενος, καὶ δυνάμει λόγου & σοφίᾳ καλλύνας εἰς ὕμνον τ' Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ δόξαν ἀϊδιωνίζουσαν τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ ἠγωνισμένων ἁγίων μαρτύρων, καὶ πᾶν δυσεβὲς ἀποῤῥάψας στόμα, καὶ μηδ' ἠπιναῦν φθόγγον ἀμφιβολίας τοῖς εὐσεβέσι καταλιπών. *Quantæ igitur beatitatis prædicatione dignus eſt admirandus ille Simeon, qui Metaphraſtes dici egregie præ aliis meruit, qui S. Spiritus inſpiratione, ſanctorum Martyrum pro veritate certamina non ſine multis ſudoribus & laboribus conſcripſit, & nervoſe, eloquenter, ſapienterque exornavit, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctorum Martyrum, qui pro eo certamina obierunt, perennem gloriam: quique omne*

os

2011 Ministerio de Cultura

os impium obturavit, & piis nullum omnino dubitandi prætextum reliquit. Secutus est Blastares Balsamonem, cujus hæc sunt ad can. 63. Trullan. *χάρις τῷ μακαρίτῃ Μεταφραστῇ τῷ τὰ μαρτυρικὰ ὑφ' ἓν συναγαγόντι τῆς ἀληθείας σκάμματα πολλοῖς πόνοις καὶ ἱδρῶσι καταπαλύναντι εἰς ὕμνον Θεοῦ καὶ δόξαν αἰωνίζουσαν τῶν ἁγίων μαρτύρων.* Addenda hæc aliis aliorum de Metaphraste testimoniis, quæ attuli Volum. VI. p. 509. & Volum. IX. p. 49.

18. Post Blastaris Syntagma Beveregius dat *Acta* quædam *Synodi CPol. octavæ* pro Photio A. C. 879. habitæ, petita ex Joh. Becci sive Vecci Patriarchæ CPol. *λόγῳ* de pace Ecclesiæ ex Codice Bodlej. Græce & Lat. pag. 273. 293.-- 307. Integriora deinde vulgavit Jo. Harduinus tom. VI. Concil. p. 214.-- 343. ut jam notavi Volum. IX. p. 371. Eadem Acta MSta in Bibl. Bavarica Cod. 115. Et Stephanus de Altimura, sive qui sub illo nomine latet, V. C. Michael le Quien in præfat. ad Panopliam contra schisma Græcorum, testatur horum actorum legendorum copiam sibi factam à celeberr. Baluzio, qui codicem Græcum è Bibl. Columnensi descriptum accuratissime & cum aliis duobus Romanis collatum, & versionem Latinam à Federico Metio ante centum annos adornatam cum eo communicavit.

Denique post indices totum opus Beveregii claudunt perquam eruditæ & locupletes ejusdem in Canones eorumque scholiastas notæ, p. 1.--230.

XX. Supereſt ut notitiam Collectionum Latinarum quam promisi subjungam, atque ita capiti huic de Canonibus Ecclesiasticis finem imponam.

1) Pro antiquissima omnium habendus *Codex Canonum Ecclesiæ Romanæ*, quem ex Codice duplici Oxoniensi per Eduardum * Bernhardum transmisso, ac Thuano primus vulgavit celeb. vir *Paschasius Quesnellus* cum Leonis Magni operibus Paris. 1675. 4. & Lugd. 1700. fol. Hic nempe ipsi videtur codex, cujus ut antiquioris *Dionysius Exiguus* meminit, & cujus confusione testatur se impulsum, ut novam ipse Canonum editionem adornaret. In hoc Canon vicesimus Nicænus prætermissus, & Canones Sardicenses cum Nicænis ita permixti extant, ut Canones Nicænos numeret XLVI. vel XLVII. ut in Codice Atrebatensi (quem laudant Jac. Pamelius notis ad Cyprian. de unitate & Ecclesiæ & Alanus Copus Dialogo I. adversus novatores Antvv. 1573. 4. p. 57.) vel, ut in MS. Oxoniensi, XLVIII. Hinc Sardicen-

* Male Edmundum vocat Quesnellus.

2011 Ministerio de Cultura

ſes pro Nicænis laudat Innocentius I. (A. 416. defunctus) qui ſolos etiam Nicænos Canones à Romana Eccleſia receptos, alibi teſtatur: pro Sardicenſi viciſſim Nicænum Canonem adduxit Ferrandus Diaconus: qua de re, & quomodo Codex ille novis ſubinde incrementis ſub Innocentio, Zoſimo, Cæleſtino & Leone Magno fuerit auctus, & excreverit in illam capp. XCVIII. magnitudinem, conſulere juvabit laudatum Queſnellum diſſertatione ad Leonem duodecima & decima quarta. Eandem plane Collectionem memorat Petrus Pithœus, qui Dionyſio Exiguo juniorem ratus, tres ejus evolvit MStos Codices, & poſt Dionyſium illius facit mentionem his verbis: *Incertus, cujus exemplaria duo ſunt in Bibliotheca Eccleſiæ Bellovacenſis. Tertium habet frater Franciſcus Pithœus, hoc titulo:* Continet Codex iſte Canones Eccleſiaſticos & Conſtituta Sedis Apoſtolicæ. *Incipit autem à Canonibus Nicæni Concilii, quibus admiſta ſunt quædam Sardicenſis Synodi capitula, cum præfatione & expoſitione fidei. Sequuntur Canones Carthaginienſis Synodi, Anquiritanæ, Cæſarienſis, Gangrenſis & aliorum plurium* (Carthaginienſis plenariæ contra Pelagium & Cæleſtium, Milevitanæ, Chalcedonenſis, Antiochenæ, Laodicenæ, CPolitanæ, Theleptenſis in Africa) *inſertis* (Conſtitutionum Imperatorum &) *Pontificum Romanorum Epiſtolis à temporibus Innocentii I.* (qui Epiſcopus Rom. fuit ab A. C. 402. ad 416.) *ad S. Leonem* (qui fuit ab A. 440. ad 461.) *cujus Epiſtola 98. ad Porum* (Dorum) *Beneventanum Epiſcopum eam collectionem claudit.* (Inſerta etiam Fauſtini presb. fides, libellus fidei Auguſtini, Cyrilli ad Neſtorium & variorum ad Leonem &c.

2) De Gallicana ante Dionyſium Exiguum collectione Canonum hæc Sirmondus præf. ad Concilia Gallicana: *Græcos quidem Canones & Africanos omnes, quos Dionyſius in ſua poſtea collectione poſuit, atque Epiſtolas Pontificum, quarum decreta Dionyſius excerpſit, & in ordinem redegit, habuiſſe in Codicibus ſuis Gallos, iisque etiam ante Dionyſii ætatem in Conciliis ſuis uti ſolitos, docent inprimis ſynodi aliquot Dionyſio ipſo vel ejus collectione antiquiores, ut Valentina, Regenſis, Arelatenſis II. Agathenſis, & Epaonenſis, in quibus citatos videmus Græcos Canones, Nicænos, Laodicenos & Ancyranos, non ex Dionyſiana translatione, quæ nondum erat, ſed ex altera vetuſtiore apud Gallos tum recepta: illa ipſa nimirum, quæ apud* Iſidorum Mercatorem *legitur, & quam Laur. Surius in editione Conciliorum cum Dionyſiana interpretatione conjunxit. Vidimus*

2011 Ministerio de Cultura

dimus & ipſi antiquæ hujus verſionis exemplaria non pauca, tum in his optimæ præ cæteris notæ quatuor, in Anicienſi, Corbejenſi, Remenſi ac Foſſatenſi.

3) *Dionyſius Exiguus*, natione Scytha, monachus & Abbas Romanus, rogatus à Stephano Salonitano Epiſcopo circa A.C. 500. Canones Ecclesiaſticos ex Græcis exemplaribus vertit, *quos hodie*, inquit Caſſiodorus c. 23. divin. lect. *uſu celeberrimo Eccleſia Romana complectitur.* Scripſit hæc Caſſiodorus circa A.C. 556. Et Gallis etiam ignotam non fuiſſe Dionyſianam hanc Canonum verſionem, priusquam ejus exemplar ab Epiſcopo Romano Hadriano ſub Carolo Magno acciperent, atque hac interdum uſos eſſe, Sirmondus probat ex antiqua collatione Canonum è Bibl. S. Benigni Divionenſis, atque ex aliis ejusmodi monumentis, Caroli ævo longe anterioribus, in quibus Canones Græci promiſcue nunc ex Dionyſiana, nunc ex vetere illa proferuntur. *Attamen certum eſt*, inquit, *illos priſcam illam libentius ſemper uſurpaſſe, ejusque uſum ad eadem usque Caroli magni tempora frequentaſſe, idque declarat inter cetera Capitulare Aquisgranenſe Caroli ejusdem, quod totum Græcis antiquæ verſionis auctoritatibus refertum eſt, præterquam in Canonibus Apoſtolicis, qui neceſſario ex Dionyſiana citantur, quia alia tunc illorum verſio nulla erat. Poſt hæc vero ſenſim ab ea deflexere, Codicemque Canonum Dionyſianæ collectionis per Hadrianum Papam Carolo Regi commendatum amplexi* &c. Confer Paſchaſ. Queſnelli diſſ. 16. ad Leonem Magnum & Carolum le Cointe tom. 6. Annal. Francor. p. 44. ſeq. Habet hæc Dionyſii Collectio

Canones 50. *Apoſtolicos*,
20. *Concilii Nicæni*,
24. *Ancyrani*,
14. *Neocæſarienſis*,
20. *Gangrenſis*,
25. *Antiocheni*,

Canones 59. *Concilii Laodiceni*,
3. *Concilii CPol.*
27. *Chalcedonenſis*,
21. *Sardicenſis*,
138. *Carthag. & diverſor. Conciliorum Africanæ provinciæ.*

Editionem hujus Codicis Dionyſiani, ſed ex interpolato, ut videtur * Codice debemus Chriſtophoro Juſtello Pariſ. 1628. 8. unde in tomo primo Bibliothecæ Canonicæ recuſus eſt, una cum ejusdem Dionyſii Exigui collectione decretorum ſive Epiſtolarum Pontificum Romanorum, de qua ſupra pag. 13. Tituli Canonum cum Epiſtola Dio-

* Vide Paſchaſ. Queſnellum p. 774. ſeq. ad Leon.

2011 Ministerio de Cultura

Dionyſii ad Stephanum Salonitanum prodierunt Pariſ. 1609. 8. è Nic. Fabri Codice ad calcem Codicis Canonum veteris Eccleſiæ Romanæ, de quo ſtatim ſum dicturus.

4) Dionyſium in plerisque omnibus ſequitur Codex Canonum Carolo M. miſſus circa A. C. 787. ab *Hadriano* Papa, * & adjuncta recentius habens decreta Pontificum usque ad Gregorium II. (de quibus ſupra p. 13.) quæ ſeculo nono labente Gallis Nicolaus Papa commendavit. Hæc eſt collectio, quæ apud Burchardum *Nucleus Canonum*, & *Corpus Canonum* appellatur a Nicolao I. & Leone IV. can. ſi Romanorum diſt. 19. & can. de libellis diſt. 20. & cap. 2. de præbend. extr. Continet & hæc Conciliorum Canones eosdem, quos Dionyſiana συναγωγὴ, verſos è Codice Græco Orientali, quem à Jo. Tilio editum, dixi p. 37. præterquam quod Græci collectioni ſuæ inſeruerunt Synodum Carthaginienſem, cui S. Cyprianus interfuit, quam Latinorum corpus non admiſit, perinde ut nec canones poſtremos XXXV. Apoſtolicos, vel quæcunque poſt Africanos Canones apud Tilium ſequuntur. Primum editus eſt (ſatis emendate, judice Petro Pithœo, niſi quod in Africano Concilio quædam transpoſita ſunt) Moguntiæ 1525. fol. in ædibus Johannis Schœffer cum præfatione *Joannis Wendelſtini* data Francofurti ad Mœnum, qui ex tribus codicibus MStis illum vulgare ſe teſtatus, ſcribit *Canones Epheſinos* XII. qui apud Dionyſium etiam deſiderantur, ex uno tantum codice ſe addidiſſe. Titulus Collectionis in editione Moguntina eſt: *Canones Apoſtolorum, veterum Conciliorum Conſtitutiones, Decreta Pontificum antiquiora.* Sed à Franciſco Pithœo, qui nomine ſuo præterito curavit editionem Pariſienſem A. 1609. 8. inſcribitur *Codex Canonum Vetus Eccleſiæ Romanæ.* Denique cum ejusdem Franciſci Pithœi eruditis notis ſplendide recuſus eſt Pariſ. 1687. fol. additis Fulgentii & Creſconii breviationibus Canonum, quæ in priore edit. Pariſienſi etiam ſubjiciebantur, & Petri Pithœi fratris Miſcellaneis Eccleſiaſticis, in quibus (1. opuſculum de Græcis Latinisque antiquis Bibliorum interpretibus, auctius quam Anno 1609. 4. Carolus Labbeus inter Petri Pithœi opera ediderat p. 342. (2. Nicephori CPol. ſtichometria ſive Canon librorum Scripturæ S. Græce & Lat. p. 367. (3. Hiſtoria controverſiæ veteris de proceſſione Spiritus S. p. 355. (4. Fides Iſatis ſive

* Vide Juſtelli Bibl. Canonicam T. I. ante p. 97.

2011 Ministerio de Cultura

ſive Iſaaci ex Judæo, cujus meminit Gennadius cap. 26. de Script. Eccleſ. Incipit: *Quinque ſunt omnia quæ ſunt* p. 362. (5. Polycrates de Martyrio S. Timothei, diſcipuli S. Pauli Apoſtoli, primi Patriarchæ Epheſiorum Metropoli Aſiæ, ex Actis Synodis Epheſinæ, Latine, incipit: *Multi multas hiſtorias & vitas* p. 366. (6. Ordo Cameracenſis & Atrebatenſis Eccleſiæ, qualiter diebus Dominicis vel feſtivitatibus Sanctorum agendum eſt p. 368. (7. Sortes Apoſtolorum ex collectione Synodorum P. Pithœi p. 370. (8. Catalogus Synodorum Eccleſiaſticarum & Epiſtolarum Decretalium ex collectione adhuc inedita Petri Pithœi p. 374. -- 386. (9. Diſſertatio de anno Romano, tam priſco quàm Juliano & Gregoriano, ſeu potius Liliano p. 386. -- 389. (10. Abbonis Abbatis Floriacenſis (circa A.C. 970.) Apologeticus adverſus Arnulphum Epiſc. Aurelianenſem ad Hugonem & Robertum Reges Francorum, ex Bibliotheca D. Claudii le Peletier p. 395. -- 402. Ejusdem Abbonis & aliorum quorundam Epiſtolæ XIII. pag. 402. -- 429. Formulæ antiquæ Alſaticæ XXVII. p. 434. -- 448.

5) Epitome ſive *compendioſa traditio Canonum*, quam *Hadrianus* Pontifex Carolo Magno traditur Romæ obtuliſſe A.C. 774. edita primum ab Henrico Caniſio T. VI. Lect. Antiqu. Ingolſtad. 1604. 4. deinde in tomis Conciliorum Labbei tom. 6. p. 1800. & Harduini tom. 3. p. 2033. recuſa, in qua Canones Apoſtolici XLV. Ancyrani XXIV. Neocæſarienſes XV. Gangrenſes XX. Antiocheni XXV. Laodiceni LIX. Sardicenſes XXI. Carthaginienſes XXXIII. & diverſorum Africanæ provinciæ CV. Ab his diverſa ſunt *Capitula LXXX.* de Epiſcoporum juribus, quæ ex Græcis & Latinis Canonibus & Synodis Romanis atque decretis Præſulum ac Principum Romanorum ſparſim collecta, Ingilramo Mediomatricæ urbis Epiſcopo idem Hadrianus * Papa Romæ tradidit A. C. 785. quæ cum *Antonii Auguſtini* notis leguntur in tomo tertio Conciliorum Binii A. 1618. pag. 436. & tom. VI. Labbei p. 1828. & ſine illis notis tom. III. Harduini p. 2061. Illorum auctoritatem, quibus obtemperandum libenter ſubſcripſerat Hincmarus Laudunenſis, aſpernatur Hincmarus Rhemenſis c. 24. tom. 2. Opp. p. 475. & c. 36. p. 526.

6) *Fulgentii* Ferrandi Diaconi Carthag. qui circa A. C. 540. claruit, & cujus præter Creſconium meminit Gratianus diſt. 63. breviatio Canonum

* vel potius Hadriano obtulit Ingilramus. Vide Baluz. §. 4. præf. ad Anton. Auguſtin. de emendatione Gratiani.

2011 Ministerio de Cultura

num Eccleſiaſticorum, Capitulis CCXXXII. * contrahens præcipua, quæ continentur Canonibus Conciliorum *Ancyrani*, *Anquiritani*, *Antiocheni*, *Carthaginienſium*, *Cellenſis* ſive *Zellenſis*, *Conſtantinopolitani*, *Gangrenſis*, *Hipponenſium*, *Jucenſis*, *Laodicenſis*, *Macrianenſis*, *Maraziannenſis*, *Mazaranenſis*, *Milevitani*, *Nicæni*, *Novæcæſarienſis*, *Sardicenſis*, *Septimunicenſis*, *Suffetulenſis*, *Tenitani* & *Iusduritani*, & denique *Zellenſis* ex Epiſtola Siricii Papæ. Variis nævis ſcatere hanc breviationem docet Queſnellus diſſert. XV. ad Leonem Magnum p. 738. & pluribus oſtenſurus erat Franciſcus Florens in nova Ferrandi editione. Primus edidit cum Creſconio (de quo mox) *Franciſcus Pithœus* ex Codice MS. Eccleſiæ Trecenſis ſive Tricaſſinæ Pariſ. 1588. 8. deinde ad calcem Codicis Canonum Eccleſiæ Romanæ Pariſ. 1609. 8. Inde cum Dionyſii Exigui collectione Canonum *Chriſtoph. Juſtellus* Pariſ. 1628. 8. Hinc poſt *Antonii Dandini Alteſerræ* editionem, Auguſtoriti Pictonum 1630. 8. in qua indiculus breviationi antiquus cum notis annectitur, & poſt editionem *Petri Franciſci Chifletii* S. J. Divione 1649. 4. recuſa eſt hæc breviatio in tomo I. Bibliothecæ Canonicæ Voëlli & Juſtelli tom. 1. pag. 418. Pariſ. 1661. fol. & in Bibliotheca Patrum Lugd. 1677. tomo IX. ex Chifletii editione: & cum Codice canonum Eccleſiæ Romanæ & Petri Pithœi Miſcellaneis Eccleſiaſticis Pariſ. 1687. fol.

7) *Compendium ſacrorum Canonum*, quibus Eccleſia præſertim Hiſpanica regebatur ab ineunte ſexto ſæculo usque ad octavi initium. Hoc primus edidit illuſtriſſ. Cardinalis Joſephus Saenz de Aguirre tomo tertio Collectionis maximæ Conciliorum Hiſpaniæ, Rom. 1694. fol. putatque eſſe ipſam, de qua jam dixi Ferrandi breviationem, ſed auctam atque interpolatam, additis Conciliis & decretis poſt Ferrandi obitum lancitis.

8) *Creſconii* ſive *Criſconii*, Epiſcopi Africani, qui circa A. C. 690. vixit, *Concordia libri Canonum*, ſive *breviarium Canonicum* ad Liberinum Epiſcopum per titulos 300. ** ex Canonibus Apoſtolorum & Nicænis, Ancyranis, Neocæſarienſibus, Gangrenſibus, Antiochenis, Laodicenſibus, Chalcedonenſibus, Sardicenſibus, Carthaginienſibus, nec non ex decretis præſulum Siricii, Innocentii, Zoſimi, Cæleſtini, Leonis

* Non XXXII. ut errore typographi legas, in B. Gebh. Theod. Meieri hiſtorica relatione de collectionibus canonum § 17.

** In Codice Helmſt. Capita 303. Vide ejusd. Meieri §. 26.

2011 Ministerio de Cultura

nis & Gelaſii. Editum primum à Franciſco Pithœo A. 1588. cum Ferrandi breviatione Canonum, & cum eadem in editionibus ſupra memoratis toties recuſum, etiam in tomo primo Bibl. Canonicæ Voëlli & Juſtelli, ubi etiam duplices indices harmonici in Ferrandum & Creſconium exſtant, & in appendice præterea p. 33.--112. ejusdem Creſconii *liber Canonum*, Canones ipſos & decreta eodem ordine per titulos trecentos deſcripta exhibens, ex Codice MS. Bibl. Claromontanæ S. J. In Codice MS. Patrum Oratorii Romani Mabillonius pag. 69. itineris Italici reperit hanc notam: *Concordia Canonum à Creſconio Africano Epiſcopo digeſta ſub capitulis trecentis. Iſte nimirum Creſconius bella & victorias, quas Johannes* * *Deſ. Patricius apud Africam de Saracenis geſſit, hexametris verſibus deſcripſit ſub libris* - - -

9) *Martinus* natione Pannonicus, ex Dumienſi Abbate *Bracearenſis* in Gallicia Hiſpaniæ Epiſcopus Capitula LXXXIV. ex Orientalibus Synodis collegit & ad Concilium Lucenſe A. C. 572. miſit, quæ in Synodo etiam Braccarenſi II. A. C. 572. probata ſunt. Citantur à Gratiano his titulis: *Ex Synodo Martini Papæ, ex Concilio Martini Papæ, ex Synodico*; non confundenda cum concilio Martini II. Papæ Romani, habiti Romæ contra Monothelitas A. C. 662. cujus meminit Beda lib. 4. Hiſtor. Angl. cap. 17. Citantur, ut notat Petrus Pithœus, in ordine celebrandi concilii apud Ivonem Carnotenſem part. 4. c. 246. & apud Burchardum in fine ex Synodo Salegonſtandienſi aut potius ex concilio Toletano IV. Vide Ambroſium Moralem lib. XI. Hiſtor. Hiſpan. cap. 4. fol. 6. verſo & lib. XII. cap. 24. fol. 127. Gregorium Turonenſem lib. V. Hiſtor. cap. 57. & de virtutibus ſancti Martini c. 11. Item vide Toletanum concilium X. tom. 6. Labbei pag. 467. In Martini capitulis nihil affertur ex canonibus Apoſtolicis, * ſed ex Nicænis, Ancyranis, Antiochenis, Laodicenis, Neocæſarienſibus, Gangrenſibus, nec non Carthaginienſibus, Arelatenſis denique & Toletani concilii, ac Braccarenſis atque Agathenſis. Etiam ex capitularibus c. 68. Prodierunt hæc Martini capitula in Conciliis Hiſpaniæ, Garſiæ à Loayſa A. 1593. & in Card. Aguirre tom. 2. p. 327. In Conciliis Labbei tom. 6. p. 902.

* In editione Harduini Tom. 3. p. 394. ad canonem Martini XXVI, citatur Canon *Apoſt.* 18, ſed vitioſe, nam legendum *Antiochen.* 20, ut recte habet Labbei editio.

2011 Ministerio de Cultura

902. & Harduin. tom. 3. p. 391. Exſtant etiam cum Jo. Doujatii notis in appendice ad tomum I. Bibliothecæ canonicæ Voëlli & Juſtelli, ut ſupra p. 52. annotavi. Vide ſis quoque Petrum de Marca VII. 18. 10. de Concordia Sacerdotii & Imperii, & Quesnellum diſſ. 12. ad Leonem magnum pag. 657. & de Martino ipſo Acta Sanctorum 20. Martii, & de cæteris ejus ſcriptis Nicolaum Antonium in Bibliotheca veteri Hiſpana lib. IV. cap. 3.

10) *Iſidorus* Hiſpalenſis A. C. 633. defunctus, (de quo fuſe idem Nic. Antonius lib. V. c. 4. & Henſchenius in Actis Sanctor. ad 3. April. & Jo. Mabillonius in ſeculo ſecundo Benedictino) poſt Dionyſium Exiguum Conciliorum & Decretalium collectionem & ipſe contexuit, quam *Decretum Canonum* Trithemius appellat, c. 232. de Scriptoribus Eccleſ. & Vincentius Bellovacenſis XXIII. 31. ſpeculi Hiſt. librum Epiſtolarum decretalium Romanorum Pontificum, canonumque conciliorum, ex quo Ivonis & Gratiani decreta fuerint excerpta. Hujus videtur meminiſſe ipſe Iſidorus lib. VI. Originum c. 16. ubi poſt commemoratos quatuor Synodorum generalium Canones, *Sed & ſi qua*, inquit, *ſunt Concilia, quæ ſancti Patres Spiritu Dei pleni ſanxerunt, poſt iſtorum quatuor auctoritatem omni manent ſtabilita vigore, quorum geſta in hoc opere condita continentur.* Diverſa eſt hæc collectio ab illa Iſidori Mercatoris, de qua mox, & ſupra p. 14. Sed de iſta adhuc inedita Iſidori Hiſpalenſis ita Steph. Baluzius præfat. ad Reginonem Prumienſem: *Dionyſii ſtudium imitatus poſtea eſt* Iſidorus *Epiſcopus Hiſpalenſis, qui præter ea quæ in collectione Dionyſii continentur, etiam diverſa Africæ Concilia, tum Gallicanas & Hiſpanicas Synodos in ſuam transtulit, Epiſtolas quoque inſerens eorum Pontificum, qui poſt Damaſum Romanam cathedram tenuerunt, quam collectionem poſterorum diligentia auxit his Conciliis, quæ habita in Hiſpania ſunt poſt tempora Iſidori. Viderat unum collectionis illius exemplar vir illuſtriſſimus & excellentiſſimus in omni genere laudis Antonius Auguſtinus, Archiepiſcopus Tarraconenſis, illud ipſum fortaſſis, quod etiamnum exſtat in Bibliotheca Eccleſiæ Urgellenſis in provincia Tarraconenſi, in quo Epiſtolæ Romanorum Pontificum nullæ exſtant ante Damaſi ac Siricii tempora.*

11) *Iſidori Mercatoris* ſive *Peccatoris*, vel quicunque demum auctor fuerit, prævalentis Romanorum Epiſcoporum potentiæ, jure injuria am-

2011 Ministerio de Cultura

amplificandæ ſtudioſiſſimus, Moguntinis præſulibus Ricolfo & Otgario (non perinde Rabano) probata collectio facta poſt A C. 800. præter Epiſtolas decretales maximam partem commentitias Pontificum (de quibus ſupra p. 14. ſeq.) complectitur ſanctionum Eccleſiaſticarum farraginem ab Canonibus Apoſtolicis ad Concilium Hiſpalenſe ſecundum A.C. 617. habitum, ſæpiusque prodiit ab A. 1524. in Conciliorum tomis, licet parum diſtincta parumque ſincera, ut p. 17. monere me memini. Auctor ipſe in præfatione, inprimis conqueritur de Codicum & interpretationum varietate, *ſed hoc oppido conturbat, quod diverſæ interpretationes varias ſententias faciunt, & licet unus ſit ſenſus, diverſæ tamen ſunt ſententiæ, aliæ longiores & aliæ breviores. Ea vero Concilia, quæ Græco ſunt edita ſtilo, amplius quam tripliciter aut quadrupliciter interpretata atque conſcripta reperimus.* Deinde ordinem & rationem operis ſui exponit his verbis: *In principio vero voluminis hujus, qualiter Concilium apud nos celebratur, poſuimus. - - - Denique propter eorum auctoritatem cæteris Conciliis præpoſuimus Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, licet à quibusdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, & ſancti Patres eorum ſententias ſynodali auctoritate roboraverunt, & inter Canonicas poſuerunt conſtitutiones. Deinde quarundam Epiſtolarum decreta, virorum Apoſtolicorum inſeruimus, id eſt Clementis, Anacleti, Evariſti & cæterorum Apoſtolicorum, quas potuimus hactenus reperire Epiſtolas usque ad Silveſtrum Papam. Poſtmodum vero Nicænam Synodum conſtituimus propter auctoritatem ejusdem magni Concilii. Deinceps diverſorum Conciliorum Græcorum & Latinorum, ſive quæ antea, ſive quæ poſtmodum facta ſunt, ſub ordine numerorum ac temporum, capitulis ſuis diſtincta ſub hujus voluminis aſpectu locamus, ſubjicientes etiam reliqua decreta Præſulum Romanorum usque ad ſanctum Gregorium, & quasdam Epiſtolas ipſius, in quibus pro culmine ſedis Apoſtolicæ non impar Conciliorum exſtat auctoritas.*

Catalogus Conciliorum & Auctorum, quorum teſtimoniis Iſidorus Hypobolimæus utitur

Ex Blondelli Prolegomenis ad Pſeudo-Iſidorum pag. 57. ſeq.

INDEX CONCILIORUM ET CANONUM.

Canones Apoſtolorum dicti. Scripti videntur circa A. D. 200. Sunt enim

2011 Ministerio de Cultura

nim velut appendix libri octavi Constitutionum, quarum sententiam de Phœnice circa A. D. 208. expressisse videtur Tertull. lib. de Resurrect. c. 13. & Dionysius Alexandrinus verba citavit A. D. 260. ὡς φωνῆς Ἀποστολικῆς Euseb. teste lib. 7. c. 7. Concilium Antiochenum Canonem 33. ἀρχαῖον τῶν πατέρων κανόνα vocavit A. D. 341. Omnes vero Latine (si Baronio credamus) reddidit Dionys. Exiguus, circa A. D. 527.

Concilium Eliberitanum coactum A. D. 305.
Neocæsariense A. D. 314.
Arelatense I. eod. anno.
Nicænum A. D. 325.
Antiochenum A. D. 341.
Sardicense A. D. 347.
Laodicenum circa A. D. 360.
Constantinopolitanum Oecumen. A. D. 381.
CPolitan. aliud in causa Eutychetis congregatum A. D. 448.
Carthaginense I. A. D. 348.
II. A. D. 390.
III. A. D. 397.
IV. A. D. 398.
V. A. D. 401.
VI. A. D. 419.
Milevitanum I. A. D. 402.
Africanum sub Theodoro Papa A. D. 646.
Collectio dicta Concilium Africanum, compilata ante A. D. 527.
Concilium Chalcedonense Oecumen. congreg. A. D. 451.
Romanum sub Hilaro A. D. 465.
sub Felice III. A. D. 487. & Gelasio A. D. 494.
sub Symmacho I. & III. A. D. 499. & 501.
IV. A. D. 502.
sub Martino A. D. 649.
sub Gregorio II. A. D. 721.
Agathense A. D. 506.
Aurelianense V. A. D. 552.
Paris. III. post A. D. 559.
Parisiense sub Ludovico Pio A. D. 829.
Hispalense II. A. D. 619.

Con-

2011 Ministerio de Cultura

Concilium Toletanum VI. A. D. 619.
VIII. A. D. 653.
X. A. D. 656.
XI. A. D. 675.
Braccarense III. eodem anno.

SERIES EPISCOPORUM URBIS.

Julius I. sedit is ab A. D.	337.	ad 352.
Damasus	367.	382. aut 384.
Siricius	385.	398.
Innocentius	402.	417.
Zosimus	417.	418.
Bonifacius	418.	423.
Celestinus	423.	432.
Leo	440.	446.
Hilarus	461.	467.
Simplicius	467.	483.
Felix III.	483.	492.
Gelasius	492.	496.
Anastasius II.	496.	498.
Symmachus	498.	514.
Hormisda	514.	523.
Vigilius	540.	555.
Gregorius I.	590.	604.
Agatho	678.	682.
Gregorius II.	714.	731.
Gregorius III.	731.	741.
Zacharias	742.	752.
Hadrianus	772.	795.

NOTITIA DOCTORUM ET HISTORICORUM ECCLESIASTICORUM.

Auctor Recognitionis Clementis Romani nomine scriptarum. Vixisse videtur circa A. D. 180. vel 200. cum Basilius & Nazianzenus Philocaliæ cap. 22. testentur Origenem Tom. 3. in Genesin, ex libro recognit. 10. binas paginas descripsisse: Ruffinus, cujus versione Pseudo-Isidorus usus est, eam dica-

2011 Ministerio de Cultura

dicavit Gaudentio Eccleſiæ Brixienſis antiſtiti, quem in locum Philaſtrii A. D. 386. ſubrogatum conſtat.

Auctor primæ Clementinæ vel idem cum ſuperiore vel coævus. Falſarius verſionem à Ruffino elucubratam defloravit.

Euſebius Cæſarienſis ſcripſit ad Cæſarienſes ſuos A. D. 325. obiit 340.

Athanaſius magnus ſedit ab A. D. 326. ad 372. apologiam de fuga ſua ſcripſit A. D. 354.

Hilarius Pictavienſis ſcripſit de SS. Trinit. poſt A. D. 356. obiit A. D. 369.

Ithacius Clarus Oſſonobenſis claruit circa A. D. 385.

Gregorius Nazianzenus, Saſimorum Epiſcopatui præfectus A. D. 371. obiit anno 389. Maji 9.

Ambroſius Mediolanenſis ſedit ab A. D. 374. ad 397.

Prudentius natus A. D. 332. cœpit de rebus ſacris ſcribere A. D. 389. vitæ 57. Apotheoſin vero elaboravit poſt idololatriam ab Imperatoribus profligatam, vel anno 391. à Valentiniano, Theodoſio & Arcadio Impp. vel anno 395. ab Arcadio & Honorio.

Auctor commentarii in Paulum, Ambroſio adſcripti, vixiſſe videtur circa A. D. 380.

Hieronymus floruit ab A. D. 372. ad 420.

Auctor Epiſt. ad Oceanum de moribus Clericorum, T. IX. Operum Hieronymi inſertæ, quando vixerit incertum eſt, poſt annum D. 500. ſcripſiſſe veriſimile eſt.

Auguſtinus Hipponenſis Epiſc. ſedit ab A. D. 395. ad 430.

Cyrillus Alexandrinus ſedit ab A. D. 412. ad 444. ſcripſit adverſus Theodorum Mopſveſtenum circa A. D. 436.

Eucherius Lugdun. vel (ut alii volunt) *Euſebius Gallicanus* floruit circa A. D. 440. Eucherium Martiano & Valentiniano regnantibus, id eſt, ante A. D. 455. obiiſſe vult Gennadius de viris illuſtr. at A. 449. præciſe, Pithœi Proſper.

Atticus CPolitan. ſedit ab A. D. 405. ad 425. ad Afros ſcripſit A. D. 422.

Proclus CPol. ſedit ab A. D. 433. ad 446. ſcripſit ad Domnum Antiochenum in gratiam Athanaſii Perrheni ante A. D. 444.

Flavianus Conſtantinopolit. ſedit ab A. D. 446. ad 449. vel 450. ſcripſit ad Leonem Papam anno 448.

Proſper Aquitanicus floruit ab A. D. 427. ad 457. vel 466. ſi Baronium ſequamur; libros *de vita contemplativa* circa A. D. 450. ſcripſiſſe videtur poſt

2011 Ministerio de Cultura

post obitum Hilarii Arelatensis, cui Ravennius anno 449. successit. Vide lib. 2. cap. 9.

Petrus Ravennas, Chrysologus dictus, scripsit ad Eutychem. A. D. 448.

Socrates perduxit historiam ad A. D. 439.

Theodoretus Cyrensis scripsit Hist. Eccl. ante Concilium Ephesinum, * Baronio teste ad A. D. 427. §. 28. eundem ab anno 423. ad 453. sedisse vult Baronius idem, sed falso, cum Gennadius & ex eo Beda de 6. ætatibus; Ado in Chronico, & Freculphus Tom. I. lib. 5. c. 18. diserte doceant, eum *usque ad Imperium Leonis senioris hist. deduxisse sub eoque mortuum*: Marcellin. ad A. D. 466. eundem *de Incarnatione Domini adversus Eutychem & Dioscorum* scripsisse vult, quod confirmant Beda, Freculphus, Ado, Honorius. Sed & Theodoretus ipsemet quæst. 38. in Deuteron. à Judæorum dispersione, quam circa A. D. 73. contigisse putat Baronius, quadringentos ad sua tempora annos numerat.

Sozomenus historiam continuavit ad A. D. 411.

Auctor Actorum Sylvestri fabulas suas commentus videtur circa A. D. 440. vel 450. eas enim Gelasii tempore Romani legere consueverant.

Ennodius claruit circa A. D. 488. decretum de Cellulanis scripsit anno 502. Antonii vitam post annum 488. Apologeticum pro Symmacho Papa anno 503. Ticini sedit ab anno 515. ad 521.

Benedictus Abbas eremum petiit A. D. 494. Cassinense monasterium fundavit post annos aliquot; circa idem tempus regulam scripsisse, anno 546. obiisse videtur Totila regnante. Vide Greg. Dial. lib. 2.

Cassiodorus historiam tripartitam concinnavit circa A. D. 545. ejus enim meminit cap. 17. Lectionum divinarum, quas Synodi V. tempore scriptas ex cap. 5. colligere est. *Liberatus* paullo post obitum Vigilii ex eadem historia sententiam Socratis de Nestorio eruit.

Venantius Fortunatus floruit circa A. D. 590.

Isidorus Hispalensis sedit ab A. D. 600. ad 636. libros *de Officiis* ante A. D. 633. quo Synodus Tolet. IV. congregata est, scripsit, eos enim dicavit Fulgentio Astigitano fratri, cujus successor Abentius dicto Concilio Toletano subscriptus reperitur. *Synonyma* post A. D 614. scripsisse videtur: tunc enim Joannes Cæsaraugustanus Braulionis (cui nuncupata hæc lucubratio est) frater nondum Maximo successerat; est autem verisimile Braulionem sub fraterno regimine Archidiaconatu, quem exercebat, cum ad eum Isidorus scriberet, auctum fuisse. Quo tempore *Sententias* scripserit, non liquet.

Ser-

* *Male* Nicænum *apud Blondellum legitur.*

2011 Ministerio de Cultura

Sergius Cypri Archiepisc. ad Theodorum Papam A. D. 643. epistolam dedit.

Victor Carthag. ad eundem Theodorum scripsit A. D. 646.

Stephanus Dorensis Episc. & Græci Archimandritæ libellos Martino I. & Synodo Lateranensi obtulerunt A. D. 649.

Maurus Cæsenas, Maximus Aquileïensis, & *Deusdedit Caralitanus*, quorum verba mutuatur epistolarum decretalium effector, eidem Synodo interfuerunt.

Libri Pontificalis scriptor vixisse videtur ante A. D. 700. citatur enim à Beda, Amalario Fortunato, Walafrido Strabone, & aliis Anastasio Bibliothecario, quem Bellarminus, Baronius & alii auctorem credunt, antiquioribus.

Bonifacius Moguntinus sedit ab A. D. 719. ad 754. Annales à Pithœo editi, Hincmarus Remensis epist. 6. cap. 29. Epitome ad hist. Bedæ, Hermannus Contractus in Chron. Baronius tamen ab A. D. 723. ad 755. Pontificatum tenuisse vult; auctorem vitæ ejusdem Bonifacii recentiorem Hincmaro (ni fallor) secutus.

Citat præterea Pseudo-Isidorus:

Eangith sive Cangith Abbatissæ epistolam ad Bonifacium Moguntinum scriptam A. D. 721.

Constantini M. epistolam scriptam ad Ablavium A. D. 314. & epist. ad Episcopos Tyri congregatos A. D. 335.

Constantini junioris epist. ad Alexandrinos datam A. D. 338.

Theodosiani Codicis libri II. Tit. 1. const. 4. dat. A. C. 379.
10. const. 2. & 3. dat. A. C. 321.
18. const. 1. dat. A. C. 321.
IV. Tit. 16. const. 2. dat. A. C. 379.
IX. Tit. 1. const. 6. dat. A. C. 334.
10. dat. A. C. 373.
12. dat. A. C. 374.
ult. dat. A. C. 423.
6. const. 3. dat. A. C. 397.
ult. dat. A. C. 423.
X. Tit. 10. const. 2. dat. A. C. 313.
2. dat. A. C. 319.
30. dat. A. C. 335.

Theo-

2011 Ministerio de Cultura

Theodoſiani Codicis libri XVI. Tit. 2. conſt. 23. dat. A. C. 376.
40. dat. A. C. 412.
41, dat. eod. anno.

Novell. *Neminem exhiberi* &c. ſcript. A. D. 450.

Aniani Comitis interpretationes editas A. D. 506. Alarici Regis 22. Meſſala & Areobinda Coſſ.

Juſtiniani Conſtitutionum A. D. 545. promulgatam adverſus tria capitula, libros nimirum Theodori Mopſveſteni, Theodoreti reprehenſiones 12. anathematiſmorum Cyrilli Alexandrini, & ibæ Edeſſeni epiſtolam ad Marim Perſam.

Citat denique ex Hæreticorum lacunis:

Acacii Conſtantinopolit. epiſt. ad Simplicium Papam A. D. 476. dat.

Pauli Conſtantinopolit. Monothelitæ epiſt. ad Theodorum Papam ſcript. A. D. 646.

Conſtantis Imp. typum in gratiam Monothelitarum promulgatum A. C. 648.

Ex Judæis Philonem.

Ex Ethnicis Sixtum Pythagoræum, cujus ſententias è Græcis Latinas fecit Ruffinus, Hieronymo teſte, adverſus Pelagianos ad Cteſiphontem, in 22. cap. Hierem. & in 18. cap. Ezechielis.

12) *Theodori*, Cantuarienſis Archiepiſcopi, A. C. 690. defuncti, quem Tarſo Ciliciæ natum Vitallianus Papa Romæ ordinavit & in Angliam miſit, *Capitula Eccleſiaſtica CXX.* apud Dacherium tom. IX. ſpicilegii & Concil. Labbei tom. VI. pag. 1875. & Harduin. tom. III. p. 1771. Ejusdem Theodori *Pœnitentiale* omnium toto Occidente antiquiſſimum, editum à Jacobo Petito Pariſ. 1679. 4. Non integrum illud quidem, ſed quale ex duobus Codicibus Bibl. Thuanæ dare potuit, præcipua ſaltim ejus capita complectens. Titulos capitum LXXVIII. ediderat Henricus Speelmannus Lond. 1639. fol. tom. 1. Concilior. Angliæ, atque ex eo Petitus p. 83. qui plurima ſimilis argumenti ex priſcis pœnitentialibus libris & Canonibus adjunxit, atque eruditis notis ac diſſertationibus Theodorum illuſtravit, vindicavitque adverſus Jo. Morinum & alios novitatis eum arguentes. Integriorum Codicum MSS. Vaticani & duorum Anglicanorum mentionem facit Bailletus; * *Le preſent que Mr. Petit a fait au public, ſeroit plus com-*

* Jugemens des Savans tom. 2. part. 2. p. 568.

2011 Ministerio de Cultura

complet, s'il nous avoit donné le Penitentiel de Theodore ſur quelque Manuſcrit qui euſt eſté entier, tel qu'eſt celuy de la Bibliotheque du Vatican, qui a eſté lû & lové par Baronius, (ad A. 51. n. 24. & alibi) *& deux autres qui ſont en Angleterre, dont parle Speelmann.* Sed Cantabrigiæ quidem in Biblioth. Benedicti Codicem illum integriorem Speelmanno laudatum hodie adhuc ſupereſſe negat Caveus: Codice vero, qui in illa Bibliotheca ſervatur, & cujus apographum Pariſios transmiſſum eſt, ſola ait contineri excerpta, qualia Petitus edidit, licet Cantabrigienſis hujus MSti mentionem ille involvit ſilentio.

Operæ pretium eſt aliorum quoque Pœnitentialium libellorum Occidentalis Eccleſiæ hoc loco facere mentionem, cum de Græcis ſimilibus *Joannis Neſtevtæ* aliorumque à Joanne Morino publicatis dixerim volum. X. p. 164. ſeq. Atque primo loco memoranda ſummi & de hiſce litteris immortaliter meriti Viri *Antonii Auguſtini*, Archiepiſcopi Tarraconenſis, Canonum Pœnitentialium collectio vulgata cum notis, Tarracone 1582. 4. & recuſa Venetiis 1584. 4. rariusque hodie obvia, in qua occurrunt:

α) *Pœnitentiale Romanum*, quale Burchardus collectioni ſuæ inſeruit, in quo Pontificum Calixti II. A. 1109. & Innocentii A. 1130. mentio, & longe diverſum adeo & junioris ætatis, quam quod ex Codice antiquo Corbejenſi cum notis Hugonis Menardi lucem vidit, in ejus notis ad ſacramentarium Gregorii Magni Pariſ. 1642. 4. p. 238. atque cum iisdem recuſum eſt in Bibliotheca Patrum edit. Lugdun. tom. XIV. p. 926. nec non in nova Operum Gregorii M. editione: & ſine notis, ad calcem Morini de Pœnitentia. Hoc Cameracenſis Epiſcopus *Halitgarius*, qui A. 831. obiit, a ſcrinio Eccleſiæ Rom. deſcripſiſſe ſe teſtatur, igitur à Menardo ſub titulo Pœnitentialis Romani eſt editum, etſi quamplurima in eo deſiderentur capitula, quæ à Burchardo & aliis antiquis auctoribus ſub titulo Pœnitentialis Romani laudata ſunt, ut à Jac. Petito probe notatum.

β) *Bedæ* presbyteri A. C. 735. defuncti, ſive *Egberti* Eboracenſis Archi-Epiſcopi (defuncti A. 767.) de remedio peccatorum, excerptum ex Canonibus Catholicorum Patrum vel pœnitentiæ ad remedium animarum, Domini Egberti Archiepiſcopi. Recuſum Pariſ. 1641. cum Antonii Auguſtini juris Pontificii epitome, quæ Romæ 1614. fol.

2011 Ministerio de Cultura

fol. lucem viderat: & in Operibus Bedæ Venerabilis tom. VIII. p. 961.--968. & in Speelmanni Conciliis Angliæ tom. I.

γ) *Rabani Mauri* Archiepiſcopi Moguntini, A. C. 856. defuncti, pœnitentium liber, poſt A. 841. ſcriptus ad Otgarium Archiepiſcop. Moguntinum, cui Rabanus deinde ſucceſſit. Exſtat etiam in Operibus Rabani tom. VI. p. 154.--165.

δ) *Gregorii Thavmaturgi* & *Gregorii Nyſſeni* Græcorum Patrum Epiſtolæ Canonicæ.

ε) *Canones Pœnitentiales Aſtenſes*, in ditione Sabaudiæ.

Poſt Antonium Auguſtinum vir & ipſe doctiſſimus *Joannes Morinus* ad calcem præclari operis de diſciplina in adminiſtratione ſacramenti pœnitentiæ, quod Pariſiis primum 1651. fol. editum, deinde Bruxellis 1685. ac denique Venetiis 1702. recuſum exſtat, novam pœnitentialium libellorum collectionem dedit in qua occurrunt:

a) Antiquus Pœnitentialis Romanus, qualem ab *Halitgario* excerptum & ab Hug. Menardo editum jam dixi.

b) *Egberti* Eboracenſis Archiepiſcopi, defuncti A.C. 767. Excerptum ſive capita 245. de Canonibus Catholicorum Patrum, vel pœnitentiæ ad remedium animarum. Sive pars ſive epitome operis in quatuor libros diſtincti & adhuc inediti, quod in variis Cantabrig. & Oxonienſibus Bibliothecis ſupereſſe MStum Caveus teſtatur. Partem vulgaverat etiam Speelmannus tom. I. Concil. Angl. atque inde exhibuit Labbeus tom. 6. Concil. p. 1586. 1601. & Harduinus tom. 3. p. 1961. 1976. cum ejusdem Egberti Dialogo per interrogationes & reſponſiones de inſtitutione Eccleſiaſtica pag. 1979. (Labbeus pag. 1604.) quem Dublinii vulgaverat *Jac. Waræus*, * eques, A. 1664. 8.

c) Tres Pœnitentiales Andegavenſes, ex Codicibus MSS. D. de Loyauté, civis Andegavenſis & in ſuprema Pariſienſ. curia advocati.

d) Excerpta pauca è Reginone, Pœnitentiali Romano, Pœnitentiali Theodori Cantuar. & Bedæ. *Regino*, ex Abbate (ab A. 892. ad 899.) Prumienſi Ord. Benedicti in ditione Germaniæ Trevirenſi, Monachus S. Maximini Trevirenſis, (Chronico** ad Alberonem Metenſem

* Male *Jo. Vavraus*, Harduino & Labbeo.

** Prodiit Reginonis Chronicon Moguntiæ 1521. fol. & inter ſcriptores rerum Germanicarum

2011 Ministerio de Cultura

ſem Epiſcopum, quod à Chriſto nato ad tempora ſua A. C. 907. deduxit, non incelebris) qui opus inſigne Canonum, quod in uſus diœceſis maxime Trevirenſis, hortante Archi-Epiſcopo Trevirenſi Ratbodo, circa A. C. 906. compoſuit, editum primum à B. D. Joach. Hildebrando, ex Codice Bibliothecæ Helmſtadienſis, qui olim Flacii Illyrici fuit, & in quo præterea exſtat Synodus Remenſis adverſus Arnulphum * A. C. 991. Editum autem eſt hoc titulo : *De diſciplina Eccleſiaſtica veterum, præcipue Germanorum, libri duo.* Helmſt. 1659. 4. Fatetur ipſe Hildebrandus in defectu Codicis MS. huncce ſe titulum præfixiſſe ex ſuo ingenio, nam in Viennenſi Codice, quem poſtea nactus eſt, ipſe notat inſcribi *de Eccleſiaſticis diſciplinis & religione Chriſtiana*, atque hunc titulum Trithemio etiam inſpectum ſervavit in ſua editione Stephanus Baluzius, qui Reginonis libros duos, quorum prior Clericorum res maxime, poſterior Laicorum ſpectat, ad Helmſtadienſem editionem, veteremque Codicem MS. Bibl. Oratorii Pariſienſis, eodem quo uſus fuerat Morinus emendatos : cum notis, citatisque in margine Canonum & Capitularium regularumque monaſticarum, nec non Burchardi & aliorum locis vulgavit Pariſ. 1671. 8. Idem Baluzius præf. ad Ant. Auguſtinum de emendatione Gratiani §. 17. obſervat Reginonem admodum raro uti Pſeudepigraphis Epiſtolis decretalibus ab Iſidoro Mercatore collectis. Subjunxit Hildebrandus Varias Lectiones non Viennenſis modo Codicis ſed Moguntini quoque, nec non appendicem plurium capitum quæ in MS. Helmſtadienſi abſunt. Eam appendicem etiam auctam & emendatam Baluzius adjunxit, una cum *Rhabani Mauri* Pœnitentiali altero quod *Epiſtola ad Heribaldum* Epiſcopum Alcedronenſem ſive Autiſſiodorenſem, A. C. 853. ſcripta, continetur, & lucem viderat in Petri Stevartii tomo ineditorum, Ingolſtad. 1616. 4. Eadem multa hæc Epiſtola quæ Rabani Pœnitentium liber ſupra memoratus continet, & citatur non raro tum à Reginone tum ab Ivone, Gratiano, &c. Reginonis effigies ære deſcripta exſtat

rum Piſtorii tomo primo, Francof. 1583. fol. nec non cum Chronico Conradi de Lichtenau, Argentorat. 1609. fol. Numeros annorum ab ipſo eſſe auctore notat Mabillonius itineris Germanici pag. 23. De MSto Vindobonenſi vide Lambecium lib. 2. pag. 390.

* De hac vide Baluzium præf. ad Anton. Auguſtin. de emendatione Gratiani §. 14. & præf. ad Reginonem §. 4. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

ſtat in Iſaaci Bullarti Academia ſcientiarum, edita Gallice Pariſ. 1682. fol. tom. 1. pag. 121.

e) Excerptum ex regulæ *Chrodogangi* circa A. C. 757. Canonicis ſuis datæ cap. 28. 29. 30. Chrodogangi hujus, ab A. 742. ad 766. Metenſis Epiſcopi, qui aliis Crodegrandus ſive Crodogandus (Trithemio c. 255. de Script. Eccleſ. Ruggandus) Regula Clericis Metenſibus præſcripta, in qua S. Benedicti Regulam frequenter ſequitur, edita eſt à Luca Dacherio tom. 1. ſpicileg. p. 205. & minus interpolata à Labbeo tom. 7. Concil. p. 1444. & Harduino tom 4. p. 1181. & à Carolo le Cointe tom. 5. Annal. Eccleſiæ Francor. ad A. C. 757. Vide etiam Andream du Cheſne tom. 2. Scriptor. Francor. p. 204. & Concilium Aquisgranenſe A. C. 816. & regulam ex Chrodogando & aliis, quam dant Labbeus tom. 7. Concil. pag. 1464. & Harduinus tom. 4. p. 1198.

f) Excerpta ex tribus Codicibus Turonenſis Eccleſiæ, tribus Remenſis, & duobus Bellovacenſis, duobus Collegii Foxenſis Toloſani: quatuor Codicibus Eccleſiæ Rothomagenſis, & decem variis Codicibus MSS. Abbatiæ S. Victoris Pariſ.

g) Notitia de *Ordine Romano* MS. breviore & antiquiore, atque adeo ſinceriore quam in Melch. Hittorpii ſcriptoribus de Divinis Officiis Colon. 1568. fol. ſub init. & in Operibus Georgii Caſſandri p. 97. & in Bibliothecis Patrum ſæpe prodiit ab Alcuino, ut videtur, ad ætatis ſuæ mores auctus & interpolatus. Vide Henr. Warthoni auctarium ad Uſſerium de ſacris Scripturisque vernaculis p. 359.

h) Notitia de antiquiſſimo Sacramentario Gelaſiano, quod ex Petaviana venit in Bibliothecam Chriſtinæ, Reginæ Sveciæ. De libro ſententiarum Magiſtri *Roberti Pulli*, Cardinalis, circa A. C. 1144.

i) Ex duobus ſacramentariis Toloſanis Excerpta, & Ordo Pœnitentiæ imponendæ, & de reconciliatione Pœnitentium.

k) Ex Codice MS. Abbatiæ Dionyſianæ in agro Pariſienſi.

l) Ex duobus Sacramentorum libris in Bibl. Thuana.

Ab eo tempore *Jacobus Petitus* ad calcem Theodori Cantuarienſis edidit Excerpta ex Pœnitentialibus MSS.

α) Magiſtri *Bartholomæi*, Oxonienſis Epiſcopi.

β) *Petri* Pictavienſis, Canonici S. Victoris.

2011 Ministerio de Cultura

γ) Magiſtri *Roberti de Flamesbure*, Canonici S. Victoris & Pœnitentiarii.

δ) Magiſtri *Joannis de Deo.*

ε) Ex Anonymo de Sacramento Pœnitentiæ in Bibl. S. Victoris Pariſ.

ϛ) Ex formulario Pœnitentiali MS. Bibl. Regiæ Navarræ.

ζ) Ex libro MS. Bibl. S. Victoris Pariſ. cui titulus : *Correctior & Medicus, qui correctiones corporum & animarum medicinas continet.*

η) Ex libro Pœnitentiali MS. Bibl. Victorinæ à diverſis libris Pœnitentialibus deſumto.

ϑ) Ex tractatu de Pœnitentia in ſumma ſcholaſtica *Petri* Cantoris Pariſ. in ſumma *Magiſtri Præpoſitivi*, Cancellarii Pariſ. & in ſumma Magiſtri *Roberti de Chorcon*, Cardinalis.

Præter hæc ab Antonio Auguſtino, Jo. Morino & Jac. Petito vulgata, huc faciunt :

Collectio antiqua Canonum Pœnitentialium ſæculo IX. antiquior, inque tres diſtincta libros, quam tomo undecimo ſpicilegii vulgavit Lucas Dacherius Pariſ. 1672. 4. Præfationem hujus operis vidit & partem ejus vulgavit Beatus Rhenanus in admonitione de Tertulliani dogmatibus, teſtatus opus ipſum magno redimere ſe cupere. Vide Baluzium ad Gratianum p. 462.

Halitgarii Epiſcopi Cameracenſis, qui A. C. 831. obiit, de vitiis & virtutibus, remediis peccatorum & ordine atque judiciis pœnitentiæ, libri ſex, quorum *ſextus* ſive ultimus eſt Pœnitentiale Romanum, de quo ſupra p. 74. abunde dixi. Libros V. in lucem protulit Henr. Caniſius tom. V. lect. antiqu. parte 2. p. 227. Ingolſtad. 1604. 4. Inde recuſi ſunt in Bibliotheca Patrum Colon. 1618. tomo VIII. & Pariſ. 1654. tomo V. & Lugd. 1672. tomo XIV. Ex his *Liber I. & II.* iidem ſunt, qui inter *Rabani Mauri* Archi-Epiſcopi Moguntini, A.C. 856. defuncti, opera prodiere tom. 6. p. 125. Liber I. & II. de vitiis & virtutibus, & peccatorum ſatisfactione in remediis, ſive de pœnitentiis. *Liber III. & VI.* Halitgarii reſpondent libro II. & III. ſub ejusdem Rabani nomine editis tom. 6. p. 116. ſeq. de quæſtionibus Canonum Pœnitentialium ad Heribaldum Epiſcopum Autiſſiodorenſem. *Liber quintus* Halitgarii denique idem eſt, qui ſub Rabani nomine ad Heribaldum legitur primus tom. 6. pag. 110. Supereſt liber tertius ſive ultimus *Rabani* de vitiis & virtutibus, qui eſt de gravibus

2011 Ministerio de Cultura

gravibus mortalibus peccatis & eorum ſatisfactione, capita LXXXIII. tom. 6. p. 130--154.

S. Columbani, Luxovienſis in Burgundia Abbatis, qui A.C. 615. obiit, Pœnitentiale MS. laudat Hugo Menardus p. 932. ad Gregorii M. Sacramentorum librum. Ejusdem Columbani de pœnitentiarum menſura taxanda, ſive pœnitentiale ad calcem ejus regulæ cœnobialis, prodiit in Codice Regularum Holſtenii, Rom. 1661. 4. Pariſ. 1663. 4. parte 2. pag. 98. & inter Columbani opera à Patricio Flemingo edita Lovan. 1667. & in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. tom. XII. p. 21.

Cumeani ſive *Cummiani* Abbatis Hiberni, qui circa A. C. 660. diem obiit ſupremum, liber de pœnitentiarum menſura exſtat in eodem tomo XII. Bibliothecæ Patrum Lugd. p. 42--48. Ediderat Patricius Flemingus ex Codice Bibl. Sangallenſis, & Columbano adjunxerat.

Liber Pœnitentialis ad inſtar libri Canonum pœnitentialium ex SS. Auguſtini, Hieronymi & Gregorii M. dictis, neſcio quo auctore collectus & ſine loco aut anno impreſſionis editus in fol. fuit in Bibl. Sarraziana, in cujus Catalogo memoratur p. 32.

Pœnitentiale ſive judicia congrua pœnitentibus, capitula XXXIII. excerpta ex Patrum dictis Canonumque ſententiis prodierunt in Bibliotheca Patrum Pariſ. 1589. & 1654. tom. VI. & tom. VI. Concil. Labbei p. 1468. & tom. III. Harduini pag. 1869. ſub nomine *Gregorii III.* (Papæ ab A. C. 731. ad 741.) Petro Pithœo videtur poſterioris ſcriptoris.

Collectio Canonum Pœnitentialium MS. in Bibl. Michaëlis Thomaſii, Epiſcopi Ilerdenſis, qua uſi correctores Romani ad Gratianum.

Eugenii Papæ Canones Pœnitentiales in Bibliotheca Jo. Tilii MS. memorat idem Pithœus.

Canones XLVII. Pœnitentiales, decreto Gratiani ſubjecti in editione Pithœorum atque aliis quibusdam, & *Gratiani* ipſius tractatus *de pœnitentia*, inſertus cauſæ XXXIII.

13) *Burchardus* ſive *Brocardus* * Haſſus, ex Lobienſi Monacho Diœceſis Leo-

* Hinc *brocardica juris*. Confer Celeberr. D. Chriſtiani Thomaſii diſſert. de brocardico, *cauſa fatua excuſat à dolo*. Damaſii *Burchardica* ſive regulas Canonicas ex recenſione Petri Alauni Aquilii. Colon. 1564. 8.

2011 Ministerio de Cultura

Leodienſis, Ord. S. Benedicti, Wormacienſis ab A. C. 996. Epiſcopus, ab *Olberto* Abbate poſtea Gemblacenſi, præceptore ſuo adjutus * Walterio Spirenſe Epiſcopo impellente compoſuit, & Brunichoni Eccleſiæ Wormatienſis præpoſito dicavit *duodecim tomos decretorum* collectos ex ſacris litteris, ex Conciliis & Epiſtolis ſpuriis decretalibus, † nec non pœnitentiali Romano, Theodori & Bedæ & ex ſcriptis SS. Gregorii, Hieronymi, Auguſtini, Ambroſii, Benedicti, Baſilii Magni & Iſidori, & ſub titulis digeſtos. Hoc opus ipſum integrum nec dum lucem vidit, ſed tantum excerpta ex illo diviſa in *libros XX.* ex quibus Surius modo XVI. habuit, quibus in Conciliorum editione utitur ſub hoc titulo, *ex Codice XVI. librorum.* Exemplaria vetuſtiſſima Burchardi Pithœus teſtatur exſtare in Bibliothecis Eccleſiarum Carnotenſis, Tricaſſinæ, Veſuntinæ, Burdigalenſis. In Hendreichii Pandectis Brandenburgicis pag. 794. memoratur editio Burchardi Pariſienſis 1499. 8. quam nunquam videre me, nec ab aliis laudari memini. Sed cum viginti illis, quos dixi, libris Decreti, *lex familiæ* excuſa eſt Coloniæ 1548. (1549.) fol. & 1560. fol. ex editione Bartholdi Queſtenburg. Eadem deeſt in editione Parii. 1549. (1550.) apud Joannem Foucherium, 8. Sed hanc claudunt *Canones Synodi Salegunſtadenſis* ſub Aribone Moguntino Archi-Epiſcopo, cui Burchardus præſens adfuit A. C. 1023. & *quomodo initianda Synodus*, ſive Conſtitutio ordinis qui in celebranda Synodo obſervari debet. Bene multa accepiſſe Burchardum a Reginone, nec pauca de ſuo addentem multa corrupiſſe, notat Baluzius ad Reginonem p. 454. ſq. & ad Gratian. p. 539. 542. &c. Idem in præf. ad Ant. Auguſtinum de emendatione Gratiani § 18. teſtatur, ſe tria vidiſſe Burchardi antiquiſſima exemplaria optimæ notæ. Ex his Codicem Dionyſii Talonii, laudat p. 497. 502. &c. Atque editos libros non ſatis integros atque emendatos exſtare, obſervatum etiam in Georgii Caſſandri Operibus p. 1091. & 1098. *Nacti etiam ſumus*, inquit, *MStum opus Burchardi, quod obiter tantum cum impreſſo Pariſiis Anno MDXLIX. contulimus, & deprehendimus epiſtolæ phraſin totam immutatam. In libro vero XX. impreſſus liber capita C. exſcriptus*

vero

* Vide Baluzium §. 18. præf. ad Anton. Auguſtin. de emendatione Gratiani.

† Blondellus prolegom. ad Pſeudo-Iſidor. p. 98. Viciſſim Capitularibus noluiſſe Burchardum uti, notat Baluzius ad Gratian. p. 530. 539. &c.

2011 Ministerio de Cultura

vero CLVIII. continet, & quorundam capitum ordo immutatus legitur. Joannis Molinæi tamen editio, quem Burchardi libris emendandis operam locaſſe Caſſander ibidem teſtatur, lucem haud vidit. Non ipſo Burchardi opere ſed tantum illius epitome uſum fuiſſe Gratianum monet Guido Pancirollus III. 1. de claris legum interpretibus. Argumenta librorum viginti editorum adſcribere ſuperſedeo, quia iſta habes etiam apud Gerh. Maſtrichtum Hiſtor. Juris Eccleſ. §. 251. & Caſp. Sagittarium tom. 2. introduct. in Hiſtor. Eccleſ. p. 750. ſeq. Obiit Burchardus A. C. 1025. 13 Kal. Sept.

14) *Ivo* Carnotenſis ab A. 1092. Epiſcopus egregius doctrina, zelo, prudenti conſtantia & fide, diem obiit A. 1115. de cujus vita Johannes Fronto in opuſculis, quæ nuper junctim excudenda dedi Hamb. 1720. 8. & ante opera Ivonis edita ex Joh. Baptiſtæ Soucheti recenſione, Pariſ. 1647. fol. & in Actis Sanctorum 20. Maji tom. V. p. 247. Vide & Jacobi Hommey ſupplementum Patrum pag. 526. atque librum editum Pariſ. 1701. 12. *l' Eſprit d' Ive de Chartres dans la conduite de ſon diœceſe & dans la Cour de France & de Rome.* Journal des Savans 1701. pag. 540. Hujus Ivonis *Pannormia* (ita enim conſtanter veteres codices & Trithemius, non *Pannomia*) exſtat diviſa in partes octo: exſtat etiam major *liber Canonum* ſive *decretum Ivonis* in partes XVII. digeſtum, & curante Jo. Molinæo Gandenſi viro doctiſſimo Lovanii 1561. fol. editum, poſtea cum aliis Ivonis ſcriptis Pariſ. 1647. fol. ad fidem Codicis antiquiſſimi S. Victoris Pariſ. recuſum. Pannormia prodiit Baſileæ 1499. 4. expenſis Michaelis Furter, cum præfatione Seb. Brandt: & Lovanii 1557. 8. curante Melchiore à Vosmediano. Utrique operi præmittitur præfatio, quæ his verbis incipit: *Excerptiones eccleſiaſticarum regularum, partim ex Epiſtolis Romanorum Pontificum* (etiam ſpuriis illis,* Burchardi exemplo) *partim ex geſtis Conciliorum Catholicorum Epiſcoporum, partim ex tractatibus Orthodoxorum Patrum, partim ex inſtitutionibus Catholicorum Regum* (quas Regum leges Burchardus omiſerat) *nonnullo labore in uno corpore adunare curavi.* Sebaſtianus Brandt ſuſpicatur Pannormiam eſſe compendium, quod ex majori Ivonis decretorum opere concinnaverit *Hugo* Catalanus. ** Et ſane Vincentius Bellovacenſis XXV. 84. ſpeculi Hiſtorial. cum dixiſſet

* id. Blondellus pag. 100.

** Circa A. 1100. vid. Jac. Bergomas.

2011 Ministerio de Cultura

librum decretorum Ivonis, non parvæ quantitatis esse, nec facile portatilem, subjungit: *Hugo Catalanensis ex eodem volumine abbreviato libellum portatilem legitur composuisse, qui & ipse apud nos est & summa decretorum Ivonis appellatur.* Hanc Brandti conjecturam videtur firmare, quod Innocentius secundus, cujus decreta in calce Pannormiæ leguntur, post Ivonem fuit. Verùm Anton. Augustinus & Steph. Baluzius ** testantur illa in antiquissimis Codicibus Pannormiæ non extare, sed à recentiore manu esse addita. Neque pro epitome majoris operis haberi potest, cum pauciora habeat in quibus cum illo convenit, neque in Codicibus vetustis *summa decretorum*, quo titulo epitomen memorat Vincentius, sed *Pannormia* appellatur. Igitur Baluzio assentior, Hugonis epitomen intercidisse, & Ivonem ipsum primo composuisse Pannormiam, deinde cum probari eam legentibus videret, ad majus opus concinnandum etiam animum appulisse. Majus hoc decreti opus una cum Pannormia lucem vidisse Basileæ 1499. 4. præter rem traditur a præstantissimo Caveo in hist. literaria Scriptorum Ecclesiasticorum, & in Laur. Neocori Bibliotheca novorum librorum A. 1698. p. 58. Libro *primo* majoris operis, res ad sacrum Baptismum & Confirmationem pertinentes exponuntur. *Secundo* de Sacra Cœna & Missa & sanctitate aliorum sacramentorum. *Tertio* de Ecclesia & rebus Ecclesiasticis. *Quarto* de festis ac jejuniis, Scriptura sacra, Ecclesiæ consuetudinibus & Conciliis. *Quinto* de primatu Ecclesiæ Romanæ, & de Primatum, Metropolitanorum, Episcoporumque Ordine ac juribus. *Sexto* de vita, ordine & censura Clericorum. *Septimo* de Monachis. *Octavo* de conjugio & virginitate, de raptu, concubinatu, adulterio. *Nono* de incestu & gradibus prohibitis. *Decimo* de homicidiis voluntariis & involuntariis. *Undecimo* de Magis, sagis, histrionibus. *Duodecimo* de mendacio, perjurio, &c. *Tertiodecimo* de furto, usuris, venatoribus, ebriosis, furiosis, Judæis. *Decimoquarto* de excommunicatione. *Decimoquinto* de pœnitentia. *Decimosexto* de officio & judiciis Laicorum. *Decimoseptimo* SS. Patrum, & Gregorii M. præ cæteris sententiæ de Fide, Spe & Charitate.

Quo facilius & *Pannormiam* possis cum majore illo decreto conferre, ac

** Baluz. §. 23. præf. ad Anton. Augustin.

2011 Ministerio de Cultura

ac quam verisimiliter pro epitoma ejus haberi possit, judicare; en tibi etiam hujus librorum octo argumenta, qualia auctor ipse in calce prologi exposuit. Prima pars *hujus libri continet de fide & de diversis hæresibus, de sacramento, id est Baptismate & ministerio baptizandorum & consecrandorum & consignandorum & consignatorum & de observatione singulorum, & quid conferat Baptismus, quid Confirmatio. De sacramento Corporis & Sanguinis Christi. De Missa & sanctitate aliorum Sacramentorum.*

Secunda pars *continet de constitutione Ecclesiæ & oblationibus fidelium. De dedicatione & consecratione Ecclesiarum & Altarium. De sepultura & presbyteris, & de eorum Ecclesiis. De Decimis & legitima possessione, & de confugientibus ad Ecclesiam. De sacrilegio. De libertorum tutela. De alienatione & communicatione rerum Ecclesiasticarum. De Scripturis & authenticis Conciliis.*

Tertia pars *continet de electione & consecratione Papæ, Archiepiscoporum: de ordinibus, de clericis & de laicis: ordinandis & non ordinandis. De mutatione Episcoporum. De ordinatis non reordinandis. De continentia ordinatorum. De simoniace ordinatis & ordinatoribus, quod omnino sint deponendi, & quod misericorditer reconciliandi. De professione hæreticorum. De lapsu in sacris ordinibus, quod non debeant ministrare, & quod misericorditer ad ministrandum possint accedere. De clericis homicidis, quod non debent ministrare. De usurariis. De servis per ignorantiam ordinatis, qui debeant manere in ordinatione, qui non. De clericis ebriosis scurrilatoribus: de monachis. De ætate, qua possint parentes contradicere religioni filiorum, & qua non possint: de viduis & virginibus velatis: De Abbatissis.*

Quarta pars *continet de primatu & dignitate Romanæ Ecclesiæ: de Conciliis convocandis. De provincia, quomodo sit constituenda: de potestate Primatum & Metropolitanorum Episcoporum. De negotiis & causis Clericorum, ubi debeant tractari. De spoliatis revestiendis. De accusatione, & quo ordine, & a quibus personis, & adversus quas personas debeat vel non debeat fieri. De testibus, qui & quomodo, & quot & in quo negotio testificari debeant. De judicibus, quales debeant esse, & quando sententiam judicii debeant proferre. De appellatione, quo tempore & qua ratione debeat fieri, & de pœna male appellantium.*

Quinta pars *continet de clericis, sola infamia sine testibus, accusatis, quota manu se debeant purgare. De causis & negotiis laicorum. De vocatione excommunicandorum. De licita & illicita excommunicatione. De absolutione.*

2011 Ministerio de Cultura

De illis, qui excommunicatis in fidelitate aut ſacramento adſtricti ſunt, poſſunt ſine perjurio abſolvi ab illo ſacramento. De hæreticis poſt mortem excommunicandis. Quod ſit communicandum non ex nomine excommunicatis.

Sexta pars *continet de nuptiis, quo ſcilicet tempore & inter quas perſonas & qua de cauſa debeant fieri. De tribus, quæ perfectum reddunt Conjugium. De perfecto & imperfecto Conjugio. De Concubinis. De Conjugibus, quorum alter ſine altero continentiam vovit, vel religionis habitum ſumſit. De uxoribus, quæ viris in captivitatem ductis, aliis nupſere. Quod ſit conjugium inter perſonas ejusdem religionis vel fidei: non poteſt & inter Judæos; inter perſonas vero, quæ non ſunt ejusdem religionis vel fidei, non poteſt fieri conjugium. Quibus de cauſis non debeat ſolvi conjugium. Cujusmodi conjunctio non facit conjugium. De ſeparatione conjugii non ob cauſam fornicationis.*

Septima pars *continet de ſeparatione Conjugii ob cauſam fornicationis carnalis. De viro, qui cum alterius uxore fornicatur, quod poſt mortem mariti non poteſt eam habere uxorem. De interfectoribus conjugum ſuarum. De fornicatione ſpirituali, quod propter eam licite dimittatur uxor. De reconciliatione conjugum. De ſacramentis, quod debent viri facere mulieribus, & mulieres viris ſuis quando reconciliantur. De ſubjectione, qua debent uxores ſubjici viris ſuis. Qua ratione non debet fieri conjugium inter parentes. De eo, quod unus vir non poteſt duas commatres ducere unam poſt aliam. De eo, qui cum filiola ſua aut cum commatre ſua, aut qui filium ſuum baptizavit, aut ejus uxor filium ſuum, aut privignum ſuum de ſacro fonte levavit, aut ad confirmationem tenuit, & ideo voluit ſeparari. In quo ramuſculo conſanguinitatis poſſunt conjugia fieri. De accuſatione conſanguinitatis, & à quibus perſonis debet fieri. De inquirenda parentela & de inceſtuoſo conjugio: diſcidio de gradibus conſanguinitatis, recto & transverſo ordine diſpoſitis.*

Octava pars *continet de homicidio ſpontaneo & non ſpontaneo, & quod poteſt fieri ſine peccato: de eo, qui quemlibet clericum occiderit, quid debeat emendare. De eo, qui percuſſerit mulierem in utero habentem & abortierit, utrum homicidium fecerit, nec ne. De incantationibus & divinationibus, & diverſo genere magicæ artis. De natura dæmonum. De ſortibus. De obſervatione dierum & menſium. De juramento, quod debeat teneri, nec ne; & quos habeat comites. De omni genere mendacii.*

15) *Herardi*, Turonenſium Archiepiſcopi A. C. 858. conſtituti Capitula CXL. ex Corpore Canonum excerpta, editaque a Jac. Sirmondo in Conciliis Galliæ, atque hinc recuſa tom. VIII. Concilior. Labbei p. 637.

2011 Ministerio de Cultura

637. & tom. V. Harduin. p. 450. nec non in Capitularibus Baluzii tom. 1. De hoc Herardo Baluzius ad Anton. Auguſtin. de emendatione Gratiani p. 485. Sed Labbeus p. 637. & Harduinus p. 459. ſubjecerunt etiam *Gualteri* ſive *Walteri* Epiſcopi ab A. C. 870. Aurelianenſis capitula XXIV. ex editione Lud. Cellotii, S. J. cujus notas quoque Labbeus adjunxit, Harduinus omiſit.

16) *Iſaacus* Epiſcopus ab A. C. 859. Lingonenſis, teſte ſcriptore Chronici S. Benigni *compoſuit librum, qui dicitur Canones Iſaac, eoque ex libris Canonum utiliora quæque eligendo in unum volumen coartavit.* Illum librum primus edidit Sirmondus in Conciliis Galliæ, inde Labbeus tom. VIII. Concil. p. 598. Baluzius tom. 1. Capitular. ac denique Harduinus tom. V. Concil. pag. 419. Notat Sirmondus excerpſiſſe Iſaacum ſua ex libris *Capitularis*, ut vocat: praecipue vero ex tribus libris poſterioribus, quos Benedictus Levita (idem à quo Epiſtolas decretales ſuppoſitas collectas, ſuſpicatur Blondellus prolegom. ad Pſeudo-Iſidor. p. 28. ſeq.) ad Anſegiſi Abbatis collectionem adjecit. Ut vero idem Baluzius ad Reginonem p. 542. notat, duplex capitulorum regiorum genus erat. Alia erant regia ſimpliciter, id eſt, in Conſilio Principis inventa & ſtatuta; alia vero ſynodalia, regia ſane, ſed in Synodis facta, & utplurimum de rebus Eccleſiaſticis. Collectionem generis utriusque Capitularium Caroli M. & Ludovici Pii, Regum Francorum, circa A. C. 830. ſvaſu Otgarii Archi-Epiſc. Moguntini adornavit *Anſegiſus*, e Luxovienſi Abbas Fontanellenſis, quem Trithemius auctor eſt collegiſſe Statuta Eccleſiaſtica Caroli M. libris II. Leges mundanas ejusdem, libris II. Statuta Eccleſiaſtica Ludovici, libris II. Leges mundanas ejusdem, libris II. Hiſce libros tres alios Capitularium Pipini & Carolomanni ſubjunxit *Benedictus* Levita Moguntinenſis A. C. 845. qui cum Anſegiſo viderunt lucem, adjunctis etiam Lotharii & Caroli Calvi aliorumque Regum Francorum capitulis, cum annotationibus *Viti Amerbachii* (ex edit. Ingolſtad. 1545. 8.) & gloſſario *Franciſci Pithœi*, Pariſ. 1588. 8. & 1603. 8. & ex *Petri Pithœi* recognitione Pariſ. 1620. 1640. 8. Et in Codice legum antiquarum *Frid. Lindenbrogii*, Francof. 1613. fol. & in tomo I. *Goldaſti* * Conſtitutionum Imperialium,

* Quæ ſingula in Goldaſti conſtitutionibus contineantur, recenſet D. Jo. Fabricius, Theologus

2011 Ministerio de Cultura

rialium, ibid. 1613. 1674. & 1713. fol. Ab eo tempore *Jacobus Sirmondus* S. J. promiſſa à Pithœo Caroli Calvi, Ludovici II. Carolomanni Regis, & Caroli Simplicis Capitula, cum coronationibus Caroli Calvi & Ludovici II. Judith item filiæ & Hermintrudis, conjugis Caroli ejusdem, cum notis & analectis vulgavit Pariſ. 1623. 1640. 8. & inter ejusdem opera Sirmondi, quinque tomis in fol. junctim edita Pariſ. 1696. tomo 3. ubi etiam Capitulum regis Odonis & alia quædam addita ſunt ex locupletiſſima Capitularium editione, quam cum erudita præfat. & notis dedit *Stephanus Baluzius* Pariſ. 1677. fol. 2 Volum. in quibus & Anſegiſi ac Benedicti collectiones cum MSS. collatæ, adeoque à prioribus editt. ſubinde diſcrepantes (conferCaroli le Cointe Annales Francorum ad A. C. 827. n. 7.) & quæ à Sirmondo in lucem protracta jam dixi, & Capitularia Regum Francorum à Childeberto I. A. 554. ad Childericum III. A. 744. Pipini item & Caroli M. Pipinique Italiæ Regis ac Ludovici Pii, Caroli Calvi, Ludovici Balbi, Odonis Regis, Caroli III. & Imperatorum Lotharii atque Caroli III. continentur. Adjuncta etiam Herardi, Iſaacique Lingonenſis Capitula: & Marculfi Monachi** aliorumque formulæ veteres, quas cum eruditis notis ediderat Hieron. Bignonius Pariſ. 1613. 8. & 1666. 4. Omitto leges & Capitula Regum Francorum edita in tomo ſecundo Andreæ du Cheſne, & ad calcem Conciliorum Galliæ Narbonenſis à Steph. Baluzio, Pariſ. 1668. 8. Prodierunt etiam Caroli M. Conſtitutt. præcipuæ (ne dicam de non abſoluta & imperfecta Jo. Tilii † editione Pariſ. 1548. 8.) cum notis Viti Amerbachii, Ingolſtad. 1545. 8. & in legibus antiquis Joannis Heroldi

gus Helmſt. T. 2. Bibliothecæ ſuæ p. 248. ſeq. De Lindenbrogii Codice Legum antiquarum dixi in Bibliotheca Latina lib. IV. c. 10. p. 841. ſeq.

** Non vixiſſe Marculfum hunc Regis Dagoberti tempore, qui A. C. 638. obiit, ſed diu poſt formulasque ſacras inſcripſiſſe Lauderico non Pariſienſi ſed Meldenſi Epiſcopo, qui circa Pipini & Caroli Magni tempora claruit, contendit Launojus in inquiſitione in chartam immunitatis p. 25. & in aſſertione inquiſitionis p. 616. ſeq. Marculfi formularum antiquiſſimum Codicem membranaceum, ex auctione Gudiana redemtum, poſſideo, qui olim fuit Frid. Lindebrogii. Marculfi formulæ ſine Bignonii notis recuſæ ſunt in Frid. Lindenbrogii Codice Legum antiquarum, qui & ipſe notas addidit, & in ſupplemento Bibliothecæ Patrum Morelliano T. 2. & in Bibl. Patrum Lugdunenſi T. 12. p. 768.

† Vide Jacobi le Long Bibl. Hiſtoric. Franciæ p. 585. Gerh. von Maſtricht §. 207. Hiſtor. Juris Eccleſ.

2011. Ministerio de Cultura

Heroldi Basil. 1557. fol. & ad calcem Epistolarum Hincmari Remensis, edente a) Jo. Busæo S. J. Mogunt. 1602. 4. & in Goldasti Monarchia Imperii tom. 3. Francof. 1613. fol.

17) *Abbonis* Floriacensis Abbatis, A. C. 1004. defuncti, liber Canonum sive capita LII. ex Canonibus excerpta cum præfatione ad Francorum Regem Hugonem, filiumque Robertum, in lucem data sunt à Johanne Mabillonio tom. 2. Analect. p. 248. -- 337.

18) Sub *Anselmi* nomine, Lucensis ab A. C. 1071. Episcopi, defuncti A. 1086. de quo auctor vitæ à Seb. Tegnagelio editus, & Acta Sanctor. 18 Martii tom. 2. p. 647. seq. exstat in Barberina & aliis Bibliothecis *Collectio Canonum* in plures tributa libros. In Regia quidem Paris. b) septem primores libri sunt hoc titulo: *Incipit authentica & compendiosa collectio regularum & sententiarum sanctorum Patrum & auctorabilium Conciliorum, facta tempore* (Gregorii VII.) *sanctissimi Papæ à beato* Anselmo *Episcopo Lucensi, ejus diligenti imitatore & discipulo, cujus jussione & præcepto desideranter consummavit opus hoc.* Antonius Augustinus Hildeberto c) Cenomanensi maluit tribuere, certe Anselmi esse d) negat, quoniam Urbani II. & quoque posteriorum Pontificum decreta continet. Sed illa absunt à Codice antiquissimo Vaticano sexcentorum annorum, ut indicat Antonius Pagi ad A. C. 1086. n. 4. nec non in altero monasterii S. Germani Paris. ex quo utroque operis illius editionem molitus fuit Lucas Dacherius, qui tamen morte præventus exequi illud non potuit. Vaticani meminit etiam Baluzius ad Lupum Ferrariensem pag. 379. edit. Lips. 1710. 8. Gratianum multa ex Anselmo repetiisse non dubitabat Latinus Latinius p. 81. b. Bibliothecæ sacro profanæ.

19) Ex *Bernardi* Papiensis collectione quædam sumsisse Gratianum putat Labbeus tom. X. Concil. p. 509. sed Antonius Augustinus Bernardum Gratiano juniorem facit, ut notavi supra p. 20. Augustino assen-

a) Titulus est: *Caroli Magni Constitutiones præcipuæ tam Ecclesiasticæ quam Politicæ à Hlotario Imp. ejus nepote in epitomen redactæ.*

b) Baluz. ad Gratian. p. 641.

c) *Hildeberto* collectionem Canonum & decretorum videtur tribuisse Anton. Augustinus, quia inter ejus Epistolas per errorem legitur præfatio Ivonis.

d) id. Baluz. in præf. §. 19.

2011 Ministerio de Cultura

assentitur Steph. Baluzius pag. 521. ad Gratianum. Etiam Labbei notam in sua Concilior. editione Harduinus omisit.

20) *Jarlandi* Chrysopolitani Candela, sive opus libris XXII. distinctum & è Pontificum decretis & Patrum scriptis consarcinatum, quod Ericus Mauritius JCtus insignis in diss. de libris juris communis §. 28. p. 122. testatur MStum se sæpius vidisse in Bibliotheca eximia, quæ plus quam mille quingentos Codices MStos continet, Canonicorum ad S. Victorem Lutetiæ Parisiorum volumine 819. Additur in Codice, vixisse Jarlandum hunc ante A. 800. & quod excedit.

21) *Ratherii*, qui ex Monacho Lobiensi Episcopus Veronensis, mox Leodiensis, atque iterum Veronensis, denique exul in monasterio Lobiensi circa A. C. 973. obiit, Volumen perpendiculorum sive de contemptu Canonum liber in duas partes tributus ad Huberum Parmensem Episcopum prodiit in tomo secundo spicilegii Dacheriani Paris. 1657. 4. pag. 161. seq.

22) Ex *Hiberna* veteri Canonum collectione capitula selecta, una cum nonnullis Theodori Cantuariensis vulgavit Lucas Dacherius tomo IX. spicilegii Paris. 1669. 4. Confer D. Ittigium περὶ μαναξίην de Bibliothecis Patrum pag. 232.

23) *Flori* Magistri, qui sub Carolo Calvo A. 877. defuncto vixit, collecta ex Lege * & Canone, edidit ex Bibliotheca S. Benigni Divionensis idem Dacherius tom. XII. spicilegii, Paris. 1675. 4.

24) Canonum libri à Chilperico Rege (qui A. C. 584. obiit) ad Episcopos missi meminit Gregorius Turonensis lib. V. Histor. Francorum cap. 18.

Pervetusta collectio Canonum MS. quæ fuit Claudii Puteani, citatur à Baluzio ad Gratian. p. 483. 487. &c. 500. 501. 509. 521. sq.

Antiquissima alia Canonum collectio Lugdunensis, optimæ notæ, quam confectam in Hispania & inde Lugdunum olim advectam putat idem Baluzius p. 490. Citat eandem cum antiqua collectione Canonum Andegavensi pag. 503. quam laudat iterum p. 552. & 461. Alia in codice MSto monasterii Rivipullensis, id. p. 515. 535. Vetus collectio canonum MS. in Bibl. Regia, id. p. 523. 525. Aliæ quædam Canonum collectiones MSS. quibus ex

* Codicis Theodosiani breviario de Episcopis & hæreticis.

2011 Ministerio de Cultura

ex Bibl. Vaticana & Eccleſiæ Mutinenſis uſi Correctores Romani ad Gratianum. His adde collectionem canonum & decretalium, quam in membrana MS. habuit V. C. Gerhardus von Maſtricht, & deſcribit in Hiſtoria Juris Eccleſiaſtici §. 413. diſtinctam in libros tres.

Arabica canonum collectio, ſive Nomocanon Arabicus MS. in Bibl. Bodlejana.

25) GRATIANUS de Cluſio, Tuſciæ civitate, Monachus S. Felicis Bononienſis, Ordinis S. Benedicti, A. C. 1151. tempore Eugenii III. Papæ in illo monaſterio abſolvit opus jam ab A. 1127. cœptum, quod Innocentius III. *corpus Decretorum* vocat, Auctor ipſe *Concordantiam diſcordantium Canonum* inſcripſit. Dividitur opus in *Diſtinctiones* 101. (quarum ſingulae ſuis iterum diſtinguuntur capitulis) & *Cauſas* 36. (quæ ſuis iterum *quæſtionibus*, quæſtiones capitulis ſubdividuntur) & tractationem *de Conſecratione*, quinque diſtinctionibus abſolutam. In cauſa XXXIII. amplus *de pœnitentia* tractatus occurrit, ſeptem abſolutus diſtinctionibus. Privatis auſpiciis hoc opus eſt compoſitum à Gratiano, Burchardi, Anſelmi atque Ivonis collectionibus ſtrenue uſo, quorum omnium luminibus obſtruxit, atque ut notat Pancirollus, *tantæ poſtea auctoritatis fuit, ut vulgo* Magiſter *vocatus, maximum in decidendis cauſis pondus habuerit, etſi velut privati hominis eius dicta vim legis non obtinent.* Quam ſaepius erraſſe Gratianum multi jam notarunt, vel dum Burchardi & aliorum errores ſequitur, vel dum ipſe non accurate lecta excerpit, vel dum interpretibus errantibus præbet aurem, ipſe ne ſummos quidem Græcæ linguæ apices callens, ut monuit Baluzius ad Anton. Auguſtinum de emendatione Gratiani p. 536. Licet vero Papæ Romani auctoritatem, Epiſtolis decretalibus obſequens, ſuper omnia effert maxime, nihilominus multa ipſi exciderunt, quæ Pontificis aſſeclæ ab illo dicta nollent, & quorum partem collectam videre licet in D. Jo. Henr. Feuſtkingii præſidiis Veritatis ex Jure Canonico, Witeb. 1711. 4. D. Jo. Chriſtoph. Pfaffii dogmatibus Proteſtantium ex jure Canonico comprobatis, Tubing. 1712. 4. ab Auctore Aſyli innocentiæ Queſnellianæ in jure Canonico quæſiti, Francof. 1718. in Sam. Stryckii præſidio Religionis Evangelicæ ex jure Canonico in terris Proteſtantium &c. Vide ſis etiam D. Joh. Gerhar-

2011 Ministerio de Cultura

dum tom. 1. Confeſſ. Cathol. p. 730. ſeq. Huic Gratiani collectioni *Cottæ Paleæ* diſcipulus dicitur aliquot addidiſſe capita, quæ in antiquioribus MSS. non leguntur. His *Paleæ* nomen eſt adſcriptum, quod alii putant eſſe παλαιὸν, pro veteri interprete, alii paleam, velut levioris rem momenti, minus bene utrumque.

Prima Gratiani editio Argentinenſis, charta maxima A. 1471. fol. per Henricum Eggeſtein, memoratur Joanni Caillio in hiſtoria typographiæ, Gallice edita Pariſ. 1689. 4. pag. 19. atque inde Michaëli Maittaire in Annalibus typograph. p. 92. qui p. 94. etiam affert Auctoritates Decretorum per Joannem Caldrini, ex editione Colonienſi A. 1471. fol. apud Petrum de Olpe.

Baluzius pro prima habuit Moguntinam, in cujus calce leguntur hæc verba: *Anno incarnationis Dominicæ M CCCC LXXII. Idibus Auguſtiis Sanctiſſimo in Chriſto Patre ac Domino* Sixto *Papa* quarto *Pontifice Maximo Illuſtriſſimo, Nobiliſſimo domus Auſtriæ* Friderico *Romanorum Rege glorioſiſſimo rerum Dominis: Nobili nec non generoſo* Adolpho de Naſſau *archiepiſcopatum gerente Moguntinenſem, in nobili urbe* Moguncia, *quæ noſtros apud majores aurea dicta, quam divina etiam clementia dono gratuito præ cæteris terrarum nationibus arte impreſſoria dignata eſt illuſtrare, hoc præſens* Gratiani Decretum *ſuis cum rubricis, non atramentali penna cannave, ſed arte quadam ingenioſa imprimendi, cunctipotente adſpiranti Deo,* Petrus Schoiffer de Gernſerheym *ſuis conſignando ſcutis feliciter conſummavit.* Scutum ſive inſigne ſequitur duplex, in quorum altero crux S. Andreæ cum quatuor faſtigiis anſatis cuſpidatisque, in altero figura Græcum lambda majuſculum referens inter tres ſtellas.

Hanc inſecutæ ſunt Venetæ 1474. & 1479. fol. cum præfatione Petri Albiguani Trecii & 1480. 4. per Adamum de Rotwil. & cum gloſſa Venet. 1478. & 1486. fol. & 1493. fol.

Baſil. 1476. fol. cum gloſſis.

Pariſ. 1500. 4. 1508. 1517. 8. 1522. 1528. 4.

Decretales per Petrum Schoiffer, Mogunt. 1479. fol.

Decretales, nec non Sextus Decretalium cum Clementinis & Extravagantibus. Venetiis per Nic. Jenſon. 1479. fol.

Sextus

2011 Ministerio de Cultura

Sextus Decretalium per Leonardum Pflugl & Georgium Laver, Rom. 1472. fol.

Sextus Decretalium, Clementinæ & Extravangantes ex Franciſci Monelienſis recognitione, additis gloſſis, Venet. 1483. fol. per Bartholomæum de Alexandria & Andream de Aſula.

Nova compilatio Decretalium Gregorii IX. cum gloſſa ordinaria Bernardi Brixiani A. 1473. fol. Mogunt. apud Petrum Schœffer de Gernsheim, Papa Sixto IV. & Friderico Rege Rom. & Archiepiſcopo Moguntino Adolpho. Vide Catalogum Bibl. Hohendorfianæ p. 16.

Juris Canonici Compendium, Argentorat. 1499. fol. in Biblioth. Barberina.

Corpus Juris Canonici gloſſatum ad manus mihi eſt ex editione Baſileenſi 1512. fol. in cujus tomo *primo* occurrit decretum Gratiani cum Beati Rhenani præfatione, in qua teſtatur ad antiqua exemplaria & Moguntinenſem editionem illud eſſe emendatum à Joanne Amorbachio. Excuderunt Johannes Peter & Johannes Frobenius Hammelburgenſis, cives Baſileenſes. Additæ gloſſæ *Joannis* (Semecæ) *Theutonici*, * præpoſiti Halberſtadienſis A. C. 1243. defuncti, & notæ *Bartholomæi Brixienſis*, qui A. 1240. claruit, cum diviſionibus Archidiaconi & caſibus Benedicti: nec non medullis & margarita decreti ſive indicibus locupletiſſimis. *Tomo ſecundo* exſtant, Concordantiis & annotationibus illuſtrati, quinque libri *Decretalium* ** *Gregorii IX.* auſpiciis à *Raymundo de Pennaforti*, Hiſpano Ord. Prædicator, poſt A. C. 1230. collecti ex Conſtitutionibus & Conciliis ab Alexandro III. qui Papa fuit ab A. C. 1159. ad Gregorium IX. quem conſtat Pontificatum geſſiſſe ſiſſe ab A. 1227. ad 1241. De hoc Raymundo, qui A. C. 1275. ætat. 99. obiit, adi ſis Acta Sanctorum ad 7. Januar. tom. 1. p. 404. & Natalem Alex. tom. 7. Hiſt. Eccleſ. pag. 144. Ejus

* De hoc conſules D. Jo. Andream Schmidium in diatriba de triumviris Halberſtadienſibus, Clemente II. Semeca & Conrado Halberſtadienſi. Helmſt. 1715. 4. De Decretalibus à B. Luthero publice exuſtis Witebergæ 1520. 10. Dec. Vide Lutheri Opp. tom. 1. Altenb. pag. 539. & Burch. Gotthelff Struvii Bibliothecam librorum variorum tom. 1. pag. 135. ſeq.

** De quinque collectionibus Decretalium, quæ Gratiano poſteriores illam Gregorii IX. anteceſſerunt, & ab Antonio Auguſtino editæ & illuſtratæ ſunt, dixi ſupra p. 20. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

ſummam de caſibus pœnitentialibus, cum gloſſis Jo. de Friburgo nuper recuderunt Avenione 1715. 4. Tomo *tertio* denique ſive ultimo Corporis Canonici exſtat 1) *liber ſextus decretalium* à Bonifacio VIII. in Concilio Lugdunenſi editus, cum gloſſematis & interpretamentis Johannis Andreæ, Heliæ & Dominici de ſancto Geminiano, caſibus litteralibus, ſummulis, &c. Liber ſextus decretalium vocatur, qui in libros quinque diviſus complectitur conſtitutiones Gregorii IX. & X. nec non Innocentii IV. Alexandri, Urbani, Clementis IV. Nicolai III. & Bonifacii VIII. Conciliorumque inprimis duorum Lugdunenſi A. C. 1245. & 1274. collectas juſſu Bonifacii VIII. à Guilelmo Archiepiſcopo Ebredunenſi, Berengario Epiſcopo Biterenſi & Richardo de Senis Vice-Cancellario Eccleſiæ Romanæ, promulgatasque A.C. 1297. 2) *Clementinæ* (ſive quinque libri Conſtitutionum Clementis V. in Concilio Viennenſi A. C. 1310.) cum enarrationibus, gloſſis, caſibus & additionibus Joannis de Imola & Franciſci Zabarellæ. 3) *Extravagantes* ſive XX. conſtitutiones Johannis XXII. A. C. 1320. cum interpretamentis Domini Zenzelini & Johannis Franciſci de Pavinis. 4) *Extravagantes communes* liber I. II. III. V. cum gloſſis Joannis monachi Picardi Cardinalis, Guillemi de monte Lauduno & Jo. Franciſci de Pavinis.

Aliæ editiones Corporis Juris Canonici gloſſati, tribus in fol. voluminibus editi, hæ mihi innotuere:

Lugd. 1508. 1548. 1554. 1572. 1584. 1618. 1624.
Pariſ. 1561. 1585. 1612.
Antwerp. 1573.

Præterea exſtat:

Decretum Gratiani Pariſ. 1552. 8. duobus volum. poſt Decretales Pariſ. 1550. 8. duobus volum.

Sextus Decretalium liber Pariſ. 1537. 8.

Corpus Juris Canonici cum paratitlis *Antonii Democharis*. Lugd. 1555. forma minore, ſex volum.

Cum gloſſis & notis *Caroli Molinæi*. Lugd. 1559. 4. Quæ à Clemente VIII. in hac editione damnata ſunt, exhibet Poſſevinus tom. 1. apparatus ſacri p. 302--327.

Cum paratitlis *Anton. Democharis, Anton. Contii* (qui ſolet diſtinguere verba

2011 Ministerio de Cultura

verba Gratiani à verbis Canonum & aliorum) & annotatt. marginalibus, Antwerp. 1570. 8. tribus volum.

Venet. 1572. 4.

Ex recenſione *Franciſci Modii*. Francof. 1586. 8.

Ex *Petri Matthæi* editione. Francof. 1590. 8. quatuor Volum. Hic *ſeptimum decretalium librum* addidit, qualem Sixti V. auſpiciis juſſi fuere colligere Dominicus Cardinalis Pinellus, Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus, Hieron. Cardinalis Pinellus, Lucius Sanus Epiſcopus Rupanus, Seraphinus Olivarius Rotæ Auditor, Laurentius Blancherus Rotæ Auditor, & ejus in Galliam profecti loco, Hieronymus Pamphilius Auditor & ipſe, Franciſcus Pegna Rotæ Auditor, Pompejus Arreſtinus Advocatus Conſiſtorialis, Julius Cæſar Ottinellus Secretarius Congregationis.

Ex *Romana Correctione* ad exemplaria undecim MSS. auſpiciis Gregorii XIII. 1582. fol. & 1584. 4. Correctioni illi affuere * præter Cardinalem *Caraffam*, *Franciſcus Turrianus*, poſtea Jeſuita: *Petrus Diaconus*, Presbyter Hiſpanus: *Flaminius Nobilius*, Theologiæ Doctor, cui Annotationum cura mandata eſt: *Hieronymus Pariſetus*, Juris Canonici Doctor in Studio Rom. *Lalemus Salemius* Viterbienſis, annos natus LXXV. & *Petrus Morinus* Gallus. Correctores Romanos Demochare & Contio audaciores fuiſſe paſſim queritur Baluzius in notis ad Gratianum, adeo ut p. 516. ſcribat: *Gratiani collectionem hodie non habemus, ſed collectionem correctorum Romanorum, inhærentem ordini qui ſervatus à Gratiano eſt.* Et p. 522. *Debebant Gratianum emendare ad vetera exemplaria, emendationes vero ex originalibus, ut vocant, adnotare in margine aut in notis, ut factum à Demochare & Contio.* Adde pag. 492. 494. 499. 527. 531. &c.

Recuſum ex Romana editione Corpus juris Canonici, Pariſ. 1587. fol. cum notis *Joh. Pauli Lancelotti*, ejusque libris IV. Inſtitutionum juris Canonici, primum editis A. 1563.

Lugd. 1591. 4. 1605. 4. Pariſ. 1618. fol. Genev. 1631. 4. Lugd. 1661. 4. Antwerp. 1648. fol. Colon. 1670. 4.

Cum gloſſis & additionibus *Aug. Caravitæ*, P. *Andreæ Alciati*, *Proſperi*

* Indicem ſelectorum virorum ſub Pio IV. & Pio V. emendationi Gratiani præfectorum habes apud Antonium Auguſtinum in fine libri 1. dialog. 20. de emendat. Gratiani, & Gerh. von Maſtricht in hiſtoria juris Eccleſ. §. 393.

2011 Ministerio de Cultura

Caravitæ, & P. *Marcelli Francolini*, Venet. apud Juntas, 1615. 4. quatuor volum.

A *Petro* & *Francisco Pithœis* fratribus ad MSS. Codices singulari industria restitutum & notis illustratum. Paris. 1685. 1687. fol. 2 voluminibus, & Lipsiæ 1695. 1705. fol.

Specimen novæ editionis, quam cum notis Practicis, Criticis, Historicis, Chronologicis & Geographicis molitus est *Jo. Petrus Gibertus*, Doctor Theologus Aquensis, habetur in ejus disquisitione historica de doctrina Canonum corpore juris inclusorum circa requisitum, ad filiorum matrimonium, parentum consensum: Paris. 1709. 12. Vide Novellas Reip. litterariæ illius anni, mense Augusto p. 166. seq.

26) *Hincmari* * Remensis Archiepiscopi, A. C. 882. ** defuncti, liber de Synodis, qui citatur à Francisco Turriano & recognitoribus Decreti Romani, nondum mihi visus est, inquit Petrus Pithœus, & vereor ne sint capita XX -- XXVII. ejusd. Hincmari adversus Hincmarum Laudunensem, in quo de Conciliorum Canonibus & Decretis, Epistolisque Pontificum agit, in tomo posteriore operum Hincmari, pag. 451 --- 494. edit. Sirmondianæ Paris. 1645. fol. Hincmari hujus Capitula excerpta ex Canonibus & presbyteris parochiæ suæ data A. C. 852. aliaque illis superaddita A. 857. & 874. & 877. edidit Sirmondus in Conciliis Galliæ & in Hincmari Operum tom. 1. p. 701. atque inde Labbeus tom. VIII. Concil. p. 568. & Harduinus tom. V. p. 391.

27) *Gregorium* cognomento *Polycarpum* inter Canonum & decretorum collectores laudat Turrianus lib. 1. pro Canonibus Apostolorum cap. 21. p. 95. cum Anselmo Lucensi, Deusdedit, Ivone, Burchardo & Gratiano. Hic est Gregorius presbyter, auctor collectionis Canonum, cui titulum fecit *Polycarpum*, & qua adhuc inedita usi Antonius Augustinus & Romani correctores ad Gratianum.

28) *Deusdedit*, Presbyter R. E. Cardinalis titulo Eudoxiæ † ab Hildebrando

* Turrianus *Ignarum* solet vocare, sæpius ad eum provocans in Apologia pro Canonibus Apostolor. p. 25. 64. 65. 90. 104. 141. 284. &c.

** Male A. 842. excusum in Cangii indice auctorum mediæ Latinitatis p. 114.

† Cangio *Cardinalis S. Petri ad vincula*. Turriano *Cardinalis tituli Apostolorum*, ubi virum suæ ætatis doctissimum vocat, laudatque ejus librum, quod ad Regem vel Imp. non pertinent potestates Ecclesiasticas constituere, nec electionem summi Pontificis confirmare, p. 95. Apologiæ pro Canonibus Apost. Ejus lucubrationem adversus invasores Simoniacos & reliquos schismaticos laudat Baronius ad A. C. 1087. n. 23.

2011 Ministerio de Cultura

brando Papa factus, jussu Victoris III. Papæ, Canonum Volumen, ut Platina ait, in ordinem redegit circa A. C. 1087. Ejus in quibusdam Bibliothecis exstant libri quatuor de rebus Ecclesiasticis, sive de privilegiis Romanæ Sedis. Ab his diversa est ejus collectio Canonum, qua MS. usi Correctores Romani ad Gratianum. Vide Gerh. von Mastricht historiam juris Eccles. §. 273. *Hunc quidam Burchardi breviatorem dixerunt: male. Vidimus aliquando exemplar hujus collectionis in Bibliotheca Dominicanorum Valentin. quatuor in libros distinctum, continens multa ex Rom. Ecclesiæ scriniis, quæ Burchardus non viderat.* Hæc Petrus Pithœus.

29) *Rutgerus* Trevirensis Episcopus, Ratbodi successor, circa A. C. 917. decretorum librum collegit, quem in Synodo à suffraganeis suis comprobari curavit, ut ex Trithemii Chronico Hirsaugiensi notavit Petrus Pithœus.

30) *Remedii* Curiensis Episcopi Canones Ecclesiæ Alemannicæ ex Pontificum Epistolis excerpti circa A. C. 813. jussu Caroli M. Vide Goldastum tom. 2. scriptorum Alemannicor. Francof. 1606. & 1661. fol. pag. 154. 157. ubi etiam de *Notingo* Constantiensi Episcopo defuncto A. C. 934. qui Remedio alios Canones adjecit.

31) *Sicardus* Cremonensis Episcopus circa A. 1160. clarus.

32) Auctor libri *Populeti.*

33) *Radulphi de Rivo* Canonici & Decani Tungrensis, defuncti A. C. 1403. liber de Canonum observantia ex Codice Jacobi Pamelii editus Lovanii 1568. & in Melch. Hittorpii collectione de divinis Catholicæ Ecclesiæ officiis, Colon. 1568. fol. pag. 529. & in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. 1672. tom. 26. p. 289 -- 320. recusus, capitibus sive propositionibus XXIII. continet Ordinem cultus Ecclesiastici & officia eorum, qui vitam Canonicam professi sunt.

INDEX SCRIPTORUM
in hoc capite memoratorum.

Abbo Floriacensis, p. 87.
Cardinalis Aguirre, 19.
Natalis Alexander, p. 2.
ALEXIUS ARISTENUS, 43. 46.

Ano-

2011 Ministerio de Cultura

Anonymæ collectiones Canonum, p. 4. 60. Hiſpan. 64. Hibern. 88. aliæ, ibid.
ANONYMI σύνταγμα κανόνων, 28. aliud perditum, 36.
ANONYMI Nomocanon, 50. ſynopſis Canonum Coteleriana, 50.
Anſegiſus Abbas, 85.
Anſelmus Lucenſis, 87.
ANTONIUS Lemnius, 45.
APOSTOLICI CANONES, 4.
ANTIOCHENI Apoſtolorum, 8.
APOSTOLICÆ CONSTITUTIONES, 10.
ALEXIUS ARISTENUS, 43. 46.
ANTONIUS CUBOCLESIUS, 47.
ARSENIUS, 44.
Antonius Auguſtinus, 2. 20. 74.
THEODORUS BALSAMON, 47.
Steph. Baluzius, 2. 22. 86.
Magiſter Bartholomæus, Oxon. Epiſc. 77.
Beda, 74.
Bernardus Circa, 20. Papienſis, 87.
Compoſtellanus, 20.
Levita, 85.
Guil. Beveregii Synodicum ſive Pandectæ Canonum, 54. ſeq.
MATTHÆUS BLASTARES, 45. 50. 57. ſeq.
David Blondellus, 14.
Juſtus Henning Bœhmerus, 2. 3.
Bullaria Pontificum, 23. ſeq.
Burchardus Wormac. 79.
CHRISTOPHORUS CAMPANAS, 47.
Capitularia Regum Francorum, 85. 86.
Chrodogangus, 77.
Bernardus Circa, Papienſis, 20.
Codex Canonum Eccleſiæ Romanæ, 59. ſeq.
CODEX Eccleſiæ Orientalis, 37-41.
CODEX Eccleſiæ Univerſæ, 41.
CODEX Eccleſiæ Africanæ, 41. ſeq.
Carolus le Cointe, 2.
S. Columbanus, 79.
Hermann Conringius, 3.
CONSTANTINUS HARMENOPULUS, 45.
Corpus Juris Canonici, 89. ſeq.
Jo. Baptiſta Cotelerius, 6. 50.
Petrus Couſtant, 22.
Creſconius Afer, 64.
Cumeanus, 79.
Deusdedit, 95.
Dionyſius Exiguus, 4. 12. 61.
Joannes Doujatius, 2.
Egbertus Eboracenſis, 75.
Epiſtolæ Decretales, 12. ſeq. 66.
ſingulorum Pontificum, 21. ſq.
Decretalium libri, 90. ſeq.
Elias Ebingerus, 41.
Robertus de Flamesbure, 78.
Claudius Fleury, 2.
Franciſcus Florens, 2.
Florus Magiſter, 88.
GERASIMUS, 47.
Gratianus, 89.
Hadrianus Papa, 62. 63.
Halitgarius, 78.
Greg. Haloander, 5.
Herardus Turonenſis, 84.
Gentianus Hervetus, 5.

Hilde-

2011 Ministerio de Cultura

Hildebertus Cenomanenſis, 87.
Hincmarus, 94.
Hugo Catalanenſis, 81. 82.
Jarlandus, 88.
Ingilramus, 63.
JOANNES Abbas S. Anaſtaſiæ, 47.
Joannes de Deo, 78.
JOANNES JANOPULUS, 47.
LASCARIS, 47. ſq.
MONACHUS, 48.
NESTEUTES, 74.
PEGANIUS, 48.
SCHOLASTICUS, Presb. Antiochen. 6. 35. 36. 43. 49.
STAURACIUS, 48.
Joannes Gallenſis ſeu Vallenſis, 20.
Franciſcus Joverius, 5.
Iſaacus Lingonenſis, 85.
Iſidorus Hiſp. 13. 66.
Iſidorus Mercator, 14. 66. ſeq.
Iho. Ittigius, 3.
Ivo Carnotenſis, 81.
Chriſtoph. Juſtellus, 2. Bibliotheca Canonica, 51. ſeq.
LEO MAGENTINUS, 48.
NUMODOTA, 48.
SEBASTENUS, 48.
XANTHOPULUS, 48.
Jo. Mabillonius, 2.
LEO MAGENTINUS, 48.
MANUEL MALAXUS, 48. 50.
Bonaventura Malvaſia, 19.
Petrus de Marca, 2.
Martinus Braccarenſis, 65.
Gerhard von Maſtricht, 3.
MATTHÆUS BLASTARES, 45. 50. 57. ſeq.
Gebhard Theodorus Meier, 3.
Joannes Morinus, 78.
NILUS Rhodius, 48.
NOMOCANONUM ſcriptores, 48. ſeq.
Ordo Romanus, 77.
Cotta Palea, Gratiani diſcipulus, 90.
Jacobus Petitus, 73. 77.
Petrus Pictavienſis, 77.
Petrus Pithœus, 2. 13. 62. 85.
PHOTIUS Patriarcha CPol. 27. 49.
MAXIMUS PLANUDES, 50.
Pœnitentiales libelli, 74. ſeq.
Gregorius Polycarpus, 94.
Populeti liber, 95.
MICHAEL PSELLUS, 49.
Rabanus Maurus, 75. 76. 78. 79.
Radulphus de Rivo, 95.
Regino Prumienſis Abbas, 75. ſeq.
Remedius, 95.
Romana decretalium compilatio, 20.
Rutgerus Trevirenſis, 95.
Jo. Andreas Schmidius, 3.
SABINUS Heracleæ Epiſc. 25.
Sicardus Cremonenſis, 95.
SIMEON Magiſter & Logotheta, 43.
Jac. Sirmondus, 86.
SOPHRONIUS, 45.
STEPHANUS Epheſius, 26.
Jo. Strauchius, 3.
Burchard Gotthelf Struvius, 3.
Tancredus, 21.

2011 Ministerio de Cultura

THEODORITUS, 6. 35. seq.
THEODORUS PRODROMUS, 45.
THEODORUS BALSAMON, 47.
Theodorus Cantuar. 73.
THOMAS Selybriæ Episc. 48.
Christianus Thomasius, 3.
Jo. Tilius, 37.
Franciscus Turrianus, 6. 8. 19.
Jacobus Usserius, 2.
Joh. Wendelstinus, 17. 62.
LEO XANTHOPULUS, 48.
Caspar Zieglerus, 3.
JO. ZONARAS, 46.

CAPUT II.

De CONCILIIS * ECCLESIASTICIS eorumque COLLECTIONIBUS.

Concilia. 1. Historiæ & synopses Conciliorum. 2. De Conciliorum ritu & auctoritate scriptores. 3. Concilia alia generalia sive Oecumenica, alia particularia. 4. Collectiones Conciliorum utriusque generis universales, 5. & particulares certarum nationum. 6. Index Conciliorum Alphabeticus & Chronologicus ex editione novissima Harduiniana, collatus cum Regia & Labbei. 7. Notitia Geographica Episcopatuum, quorum in Conciliis mentio. 8. Mantissa de recentibus Historiæ Ecclesiasticæ scriptoribus. 9.

I.

CONCILIA nemo ignorat esse conventus antistitum Ecclesiæ, quibus de dogmatibus, moribus ac disciplina debet constitui, ut ad Divini Verbi regulam errores reprobentur, abusus corrigantur. A quo tempore Principes fuere Christiani, Synodi ejusmodi, ut Nicæna à Constantino, CPolitana à Theodosio, convocatæ sunt à Principibus, & sub

* Franc. Polletum, qui in Historia Fori Romani lib. 3. pag. 285. negat *Concilii* vocabulum honeste de conventibus Ecclesiasticis usurpari posse, confutavit Georg. Henr. Ursinus, quem vide sis in Observatt. Philologicis c. 3. 4. 5.

2011 Ministerio de Cultura

ſub eorum auctoritate celebratæ, * à quibus etiam habent, ut definitiones Synodicæ in illorum ditione legum inſtar valere potuerint. Eorundem Principum conniventia primum deinde imbecillitate & ſiniſtra fortuna factum eſt, ut quod Principum erat, uſurparent Præſules Romani, & hac ipſa poteſtate ad illorum auctoritatem magis magisque circumſcribendam abuterentur. Subinde tamen Pontificibus ipſis metuenda fuere Concilia, atque hodie etiam nulla magis Romæ inviſa vox, quam provocantium in Gallia à Papa, & appellantium Concilium. Etiam Concilia poſſe errare, cum homines ſint fuerintque à quibus illa haberi contingit, & gravibus ſæpe animorum motibus obnoxii, nemo ſanus dubitet, & tot damnantium ſe mutuo ſententiarum contrariæ deciſiones neminem patiantur dubitare. Notiſſima quoque & multorum calamis celebrata Greg. Nazianzeni querela gravis de infelici cœtuum ejusmodi ſucceſſu, & de *φιλονεικίαις* ac *φιλαρχίαις* Epiſcoporum ſuo tempore, qui ad Synodos convenerant, Epiſt. 55. ad Procopium. Nihilominus iniquiſſimum fuerit hoc promiſcue de omnibus pronunciare, ut contra evidens eſt non temere conculcandam eſſe Conciliorum, Oecumenicorum præſertim auctoritatem, quorum doctrinæ & conſtitutionibus, Verbo Divino minime diſſentientibus, jam à tot ſæculorum decurſu obſequium Chriſtiani orbis ſuffragatur, idque ſuadet non modeſtia tantum & pudor, ſed prudentia, officium ac pietas. Patet quoque in Conciliorum decretis pulcherrimam hiſtoriæ Eccleſiaſticæ partem, luculentiſſime ac certiſſime tam quod ad dogmata quam ad diſciplinam moresque attinet, traditam explicatamque contineri. Quamobrem duxi operæ pretium poſt notitiam de collectionibus Canonum expoſitam capite ſuperiore, etiam Conciliis impendere caput præſens tertiumque & quartum, ac pro inſtituti mei ratione ita de illis tractare, ut Synodorum acta & conſtitutiones conſulere cupientibus, per apparatus litterarii chronologicique ac geographici ſubſidium facilior ſit ad eas aditus, & expeditior evolutio.

* Vide Launoji partem ſextam Epiſtolarum, nec non Petrum de Marca libro VI. de Concordia Sacerdot. & Imperii; Hug. Grotium T. 3. Opp. Theol. p. 113. ſq. M. Antonium de Dominis VI. 5. & VII. 3. Jac. Baſnage Hiſt. Eccleſiaſtique liv. 10. Chamier. Panſtratiæ Cathol. Tom. 2. lib. XIII. 10. 11. 12. XIV. 6. &c.

2011 Ministerio de Cultura

II. Historiæ & Synopses ** Conciliorum.

Institutione Canonica, nella quale si contengono le leggi di Santa Chiesa, le Ordinatione de' summi Pontefici & le Constitutioni di tutti i sacri Concilii, raccolta per *M. de gli Alberti.* Venet. 1569. 4.

Thomæ Mariæ Alfani, Ord. Prædicator. Neapoli, præter Collectionem Conciliorum Neapolitanorum prelo paratum habet opus quadripartitum, *lezioni per lo studio de' Concilii*, cujus prima parte tractat generatim de Conciliis, 2) de Conciliis per prima sex sæcula, 3) à sæculo septimo ad duodecimum, 4) à sæculo tertiodecimo in præsens tempus. A. 1719.

Dan. Angelocratoris Epitome Conciliorum usque ad Dordracenam Synodum. Marpurg. 1620. 4.

Anonymi Histoire des Conciles generaux, commençant par le premier Concile de Nicée. Paris 1691. 8. Amst. 1692. 4. Acta Erud. 1692. p. 457.

Antonii Augustini, summi viri, Historiam Conciliorum MS. memorat Nic. Antonius Bibl. Hispan. T. 1. p. 500.

Ægidii Gonsalez d' Avila Toletani, S. J. Concilia generalia in locos communes redacta. Philippus Alegambe Bibl. Jesuit. p. 8.

Summa Conciliorum ex Mœrlini, Joverii, Baronii, Binii, Coriolani, Sirmondi aliorumque collectionibus ac MStis aliquot, auctore *Lud. Bailio.* Paris. 1645. 1659. & 1672. fol. Patavii 1701. fol. 2 Volum. Vide & infra in Coriolano.

Antonio Baldasarri, S. J. istoria di tutti i Concilii œcumenici di Oriente e di Occidente, con la scelta d'alcuni nazionali. Venet. 1708. 12. duobus Volum. Giornale de' letterati d' Italia tom. 7. pag. 466. tom. 15. p. 473.

Marci Battaglini, Nuceritani Episcopi, Historia universale di tutti i Concilii generali & particolari 475. Venet. 1688. 1696. & 1704. fol. Nouvell. de la Rep. des lettres 1688. Jul. p. 695. Galleria di Minerva tom. 1. p. 269. seq.

Bernardi Guidonis, Ord. Prædic. libellum de Conciliis citat Baluzius tom. 7. Misc.

** De Græcis infra capite 3.

2011 Ministerio de Cultura

7. Misc. pag. 79. Ejusdem Chronicon p. 405. & Historiam Ordinis fratrum Prædicatorum p. 479. Vixit A. C. 1320.

D. Laurentii Brancati, infra *Laurea*.

N. Burchardi, Presbyteri Vesontini, summula Conciliorum generalium. Paris. 1718. 12. Journal des Savans 1719. p. 58.

Abregée des Conciles generaux par *Felix Buy*. Vigneul Marville tom. 3. melanges d'histoire & de litterature p. 7. seq.

Jo. Cabassutii Aquisextiensis presb. Congregat. Oratorii Notitia Ecclesiastica Historiarum, Conciliorum & Canonum invicem collatorum, veterumque ac recentiorum Ecclesiæ rituum. Lugd. 1680. fol. 1685. 1690. Brevior ejusdem Cabassutii notitia Conciliorum S. Ecclesiæ, Lugd. 1670. 8. recusa Venet. 1703. 8.

Joach. Camerarii enumeratio Oecumenicarum synodorum, indictis temporibus atque præcipuis illarum negotiis, ad calcem Chronologiæ Nicephori CPol. & narrationis de Synodo Nicæna, Basil. 1561. fol. & ad calcem Synopseos de VII. Synodis, quam Græce cum Abr. Sculteti versione recudi curavit Jo. à Fuchte. Helmst. 1614. 8.

Bartholomæi Carrantzæ Mirandæ, Ord. Prædicator. summa Conciliorum, sed mire contaminata interpolataque & truncata Conciliorum decreta referens, licet edita sæpissime Venet. 1546. 1573. Salmanticæ 1551. 4. Antwerp. 1556. 1561. 1576. Lugdun. 1564. 1570. 1600. 12. Paris. 1564. 1655. 1660. 12. Rom. 1635. 8. & cum *Francisci Sylvii* additionibus, Duaci 1639. 1659. 1679. 8. & *Francisci Jansenii Elinga*, Ord. Præd. Lovan. 1681. 4.

Guilielmi Cave præclara notitia Conciliorum omnium in parte altera Historiæ literariæ scriptorum Ecclesiasticorum tradita Lond. 1697. & Genev. 1699. fol. quæ priori parti juncta iterum lucem vidit Genev. 1705, 1720. fol.

Dav. Chytræi Catalogus Conciliorum, Onomastico ejus Theologico subjunctus, Witeb. 1578. 8. & ad calcem Synodici veteris à D. Jo. Pappo Græce & Lat. editi Argentor. 1601. 4.

Francisci Longi à Coriolano summa Conciliorum usque ad Gregorium XV. Lugd. 1623. Antwerp. 1623. Paris. 1639. 1645. fol. cum additione 100. Conciliorum per *Ludov. Bailium*, Paris. 1745. fol. Vide D. Jo. Fabricii Theologi Helmst. Bibliothecam tom. 2. p. 331.

Ejusdem Longi Chronologia Pontificum & Conciliorum. Lugd. 1623. fol. De Conciliis generalibus approbatis & reprobatis cum explicatione bullæ Dominicæ. Rom.

2011 Ministerio de Cultura

Jo. Dartis de Conciliis commentario in Decreti dist. 15. & 16. qui inter ejus opera lucem vidit Paris. 1656. fol. non modo in genere disputat de Conciliis, sed & historiam Conciliorum generalium & multorum particularium persequitur, adjunctis ad Canones non paucos observationibus.

Franciscus Jansenius Elinga, supra in *Carranza*.

Zegen Bernhardi Espen tractatus Historico-Canonicus, exhibens scholia in plurimorum Canones Conciliorum. Leodii 1593. 4.

D. Jo. Forsteri tractatus de Conciliis præcipue quatuor Oecumenicis cum brevi hypotyposi Colloquiorum inter Lutheranos & Anti-Lutheranos habitorum. Witeb. 1613. 4.

D. Salomonis Gesneri libri IV. de Conciliis, quorum 1) generalem tractationem, 2) Historicam narrationem Conciliorum usque ad A. 1600. 3) & 4) refutationem librorum duorum Rob. Bellarmini de Conciliis continent. Witeb. 1607. 8.

Jo. Ludovici Hartmanni, vide infra in Ruelio.

Godfridi Hermantii scriptum postumum, table des Canons des Conciles & des decrets des Papes & des Eveques, disposée suivant l'ordre des matieres. Ellies du Pin tom. 18. Bibl. Eccles. p. 186.

Alius *Hermantius* Cadomensis, auctor Historiæ Conciliorum editæ Gallice Rothomagi 1695. 12. Histoire des Conciles, ou l'on verra en abregé ce qui s'est passé de plus considerable dans l'Eglise, depuis sa naissance jusqu'à present. Hæc auctior recusa 1704. & 1716. 12. quatuor voluminibus. Journal des Savans 1695. p. 650. Memoires de Trevoux 1717. p. 1929. seq.

Dictionaire des Conciles par Mr. *Hermant*. MS. id. 1702. pag. 324. edit. Amstel.

Casp. Heunischii Chronologia sex Conciliorum Oecumenicorum, subjecta ejus Patrologiæ. Lips. 1679. 4.

D. Joachimi Hildebrandi historia postuma Conciliorum à nato Christo ad A. 1645. in Ecclesia habitorum. Helmst. 1707. 4.

Joh. Hoornbeck lib. 1. Miscellaneorum sacrorum cap. 23. de ratione & ritibus Synodorum in veteri Ecclesia differens.

Francisci Joverii sanctiones Ecclesiasticæ tam Synodicæ Conciliorum universalium & particularium quam Pontificiorum decretorum, Paris. 1555. fol.

Ema-

2011 Ministerio de Cultura

Emanuelis Katonæ de Patrum, Conciliorum & traditionum auctoritate, Francofurti 1611. 8.

Philippi Labbei S. J. Synopsis Historica Conciliorum, Paris. 1661. 4. & tomo primo Conciliorum, Paris. 1672. fol. *Dan. Nesselii* symbola synodica ad Labbei synopsin, quam promisit in sciagraphia magni corporis historici (Act. Er. 1692. p. 499.) non vidit lucem, quod sciam. Labbei historia Synodorum Galliæ. Paris. 1646. fol.

D. Joh. Lassenii Synopsis & summa Conciliorum omnium inde à passione Christi usque hæc tempora in Europa, Asia, Africa & America habitorum. Jen. 1661. 4.

D. Laurentii Brancati Cardinalis de Laurea, Min. Convent. S. Francisci Epitome Canonum omnium sive index in Concilia generalia ac provincialia, Decretum Gratiani, Decretales & constitutiones Pontificum. Rom. 1659. Colon. 1684. fol.

Synodorum generalium ac provincialium decreta & canones scholiis, notis ac historica Actorum dissertatione illustrati per *Christianum Lupum*, Ord. eremitar. S. Augustini. Bruxell. 1673. 4. quinque Volum. Vide Ellies Du Pinium tom. 18. Bibl. Eccles. p. 132.

Leandri de S. Martino Historia & Harmonia Conciliorum. Francof. 1618. fol.

Dan. Nesselii, vide supra in *Labbeo*.

Lucas Osiander in Epitome Historiæ Ecclesiasticæ per XVI. Centurias deductæ etiam synopsin Conciliorum exhibet, Tubing. 1608. 4. Quemadmodum & in Centuriis XIII. Magdeburgensibus caput nonum solet tribui Conciliis, ne dicam de aliis Historiæ & Annalium Ecclesiasticorum scriptoribus, quos in mantissa ad hoc caput recenseo.

Francisci de Padilla Index Chronographia seu Epitome Conciliorum. Madrit. 1587. 4.

Theodori Pangali, istoria polemica Pontificia de i primi Concili generali. Giornale de' letterati d'Italia tom. 15. p. 470.

Mutii Pansæ Historia Conciliorum generalium ad Tridentinum usque, cum ejus observationibus de Bibliotheca Vaticana. Rom. 1590. 4. Italice.

Delectus Actorum Ecclesiæ universalis, sive nova summa Conciliorum auctore *P. Poisson*, sacri Oratorii presbytero. Lugd. 1705. fol. 2 Volum.

2011 Ministerio de Cultura

2 Volum. Nouvell. de la Rep. des lettr. 1705. II. p. 578. Memoires de Trevoux 1705. pag. 2005.

Gabrielis Prateoli narratio historica Conciliorum XCIV. & in Chronico Chronicorum Jani Gruteri lib. 2. pag. 246. & cum castigationibus *Joannis Lydii*, Francofurtensis. Lugd. Bat. 1610. 8. Francof. 1614. 8.

Joannis Prideaux Synopsis Conciliorum, in ejus Operibus junctim editis Oxon. 1651. 4. Tiguri 1672. 4. p. 707. seq.

Jo. Baptista Ricciolus Chronologiæ reformatæ parte 3. pag. 130. - 150. Concilia ordine Chronologico & Alphabetico percensens.

Edmundi Richerii, Doctoris Sorbonici, Historia Conciliorum generalium, libri IV. Colon. 1683. 8. 2 Vol. Acta Erud. 1683. p. 494. 550.

Gregorii de Rives Canonum Conciliorum Epitome. Lugd. 1663. fol.

Jo. Lud. Ruelii de Conciliis quatuor Oecumenicis. Colon. Brandeb. 1667. & Altdorf. 1669. Ejusd. Concilia illustrata per sedecim secula, sive Historia Conciliorum & Colloquiorum continuata ad A. 1661. à Joanne Ludovico Hartmanno, Superintendente Rotenburgensi ad Tuberim. Noriberg. 1675. 4. quatuor volumina.

Projet d'une nouvelle somme des Conciles par *Mr. Sautour*. Mem. de Trevoux 1710. p. 743. Neuer Bücher-Saal XII. p. 937. l'Histoire des Conciles generaux par demandes & par réponses, eodem auctore.

Emanuelis Schelstrateni Antiquitas illustrata circa Concilia generalia & provincialia, decreta & gesta Pontificum &c. Antwerp. 1678. 4.

D. Joh. Andreæ Schmidii, Theologi Helmst. Conciliorum & Colloquiorum erudita historia synoptica, in tomo secundo introductionis Casp. Sagittarii ad Historiam Ecclesiasticam. Jen. 1718. 4.

Nic. Selnecceri Catalogus brevis præcipuorum Conciliorum Oecumenicorum & Nationalium. Lips. 1561. 8. *Francof.* 1571. 8.

Nicolai Simonis, Carmelitæ, qui Harlemi A. 1511. diem obiit, Volumina duo Conciliorum, quorum meminit Theodorus Schrevelius in Harlemo sua p. 81. lucem nunquam viderunt.

Simonis Starnvolscii Epitome Conciliorum tam generalium quam provincialium vitarumque Pontificum. Rom. 1615. 1653. fol.

Franciscus Sylvius, supra in *Carranza*.

Lud. Thomasini dissertationes 20. in Concilia generalia & particularia tomus I. Paris. 1667. 4. & tomo XV. Rocaberti Bibl. maximæ Pontificiæ. Ejusdem opus ingens 3 Voluminibus in fol. MS. remarques

2011 Ministerio de Cultura

marques ſur les Conciles. Vide Catalogum Bibl. Hohendorfianæ (quam Cæſareæ nuper Auguſtiſſimus Carolus VI. adjunxit) III. pag. 232.

Henr. Zindelii tabula Conciliorum univerſalium. Hanov. 1671.

Anonymi Hiſtoire des Conciles generaux. Paris 1699. 8. 2 Vol. Unſchuldige Nachrichten 1701. p. 93.

Analyſe, ou idée generale (peu exacte) des Conciles oecumeniques & particuliers. Bruxell. 1706. 8. 2 Volum. Journal des Sav. Sept. pag. 947.

Methode pour apprendre facilement l'hiſtoire de la Bible avec l'hiſtoire des Conciles generaux, dediée à Madame de Maintenon, troiſieme edition. Paris 1695. 12. Journal des Sav. p. 685.

Neſcio quid libri ſit, de quo Hiſtoire des Ouvrages des Savans 1699. Septembr. *On inprime au Louvre chez Mr. Aniſſon l'Hiſtoire des Conciles, in folio. Le Pere Harduin, le P. Daniel & le P. Douvcin, preſident à cette impreſſion.*

III. De ritu Conciliorum & auctoritate.

Acta Appellationum à Pontifice ad Concilium, ut à Gregorio IX. A. 1239. & ab Innocentio IV. A. 1245. tum ab Alexandro IV. Urbano IV. Clemente IV. Gregorio X. Sed & à Bonifacio VIII. A. 1303. & à Johanne XXII. Benedicto XII. Gregorio XII. Martino V. Eugenio IV. Nicolao V. Calixto III. Pio II. Paulo II. &c. A Sixto IV. A. 1478. 1483. 1484. & ab Innocentio VIII. Alexandro VI. Julio II. Leone X. A Clemente VII. A. 1526. 1527. & à Pio IV. ab Innocentio XI. A. 1688. & noviſſime à Clemente XI. A. 1717. & 1718. Vide Du Puy, preuves des libertez c. 13. Petrum de Marca IV. 17. de Concordia Sacerdotii & Imperii, Anonymi traité de l'autorité du Pape (à la Haye 1720. 12.) tom. 3. p. 93. ſeqq. & tom. 1. pag. 309. Rev. D. Chriſtoph. Matthæi Pfaffii Acta publica Conſtitutionis *Unigenitus* p. 251. ſeq. 276. 360. 410. 431. 451. 586. & poſt præf. Cardinalis item Noallii appellationem cum D. Jo. Mich. Heineccii animadverſionibus editam Hall. 1718. 4.

Decreta Concilii Piſani A. 1409. Conſtantienſis A. 1415. Baſileenſis A. 1432.

2011 Ministerio de Cultura

Didaci de Alabus Esquivel, Episcopi Granatensis liber de Conciliis universalibus, ac de his, quæ ad Religionis & Reip. Christianæ reformationem instituenda videntur. Granatæ 1582. fol.

Natalis Alexandri Sec. XV. & XVI. diss. IV. tom. VIII. Hist. Eccles. pag. 365. seqq. edit. in fol.

Petri Allixii diss. de Conciliorum quorumvis definitionibus ad examen revocandis, Paris. 1680. 8. *(sine auctoris nomine cum dissert. de vita Tertulliani &c.)*

Jacobi Almaini contra Thomam Cajetanum de auctoritate Ecclesiæ & Concilii, quod illius potestas & auctoritas Pontifice sit superior. Confer Ellies du Pin tom. 14. p. 90.

Mosis Amyraldi diss. III. 1) *de Conciliorum origine & necessitate*, 2) *de ratione Conciliorum convocandorum*, 3) *de illorum auctoritate. Inter ejus diss. Salmur.* 1641. 8. *atque in Disp. Salmurienſibus pag.* 505 -- 552. *Salmur.* 1665. 4.

Camilli Andociani Hispani, grande volumen de Conciliis, quod è Clasenio laudat D. Jo. Andreas Schmidius p. 774.

Antonii Joannis Astorii tractatus de Synodo Diœcesana, Tarracone 1604. 4.

Rob. Bellarmini Liber de Conciliis & Ecclesia, & secundus de Conciliorum auctoritate, quo summum Pontificem absolute esse supra Concilia contendit.

Cypriani Beneti, infra in Rocaberto, tom. 7.

Johannes Brevicoxa, Theologus Paris. ex cujus tractatu MS. de potestate Ecclesiæ & Conciliorum nonnulla affert Jo. Launojus VIII. 11. Epist.

Cataldini de Boncompagnis, infra in Rocaberto, tom. 6.

Henr. Bullingeri de Conciliis libri II. Tigur. 1561. *& Germanice* 1574. &c.

Tho. Cajetani, infra in Rocaberto, tom. 19.

Joach. Camerarii Synodica, i.e. de indicta Synodo capita. Prima, secunda, tertia. Lipsiæ 1543. 8.

Camilli Campegii infra in Rocaberto, tom. 7.

Melchioris Cani infra in Rocaberto, tom. 16.

Petri Josephi Cantelii, S. J. dissertatio V. & VI. in metropolitanarum urbium historia civili & ecclesiastica, Paris. 1685. 4.

Joannes Capistranus de Papæ & Concilii auctoritate. Venet. 1580. 4.

Jac. Cappelli dissertationes III. de Conciliis, contra Bellarminum. Tom. 1. diss. Sedanens. p. 1033. seq. Genev. 1661. 4.

D. Mar.

2011 Ministerio de Oultura

Barthol. Carranzæ, vide infra in Jacobatio.

D. Martinus Chemnitius in examine Concilii Tridentini, *Francof.* 1565. 1585. 1609. & 1707. *fol.* & 1599. 8. *duobus volum.* & *Germanice à G. Nigrino. Francof.* 1576. *fol.*

Gilberti de Choiſeul du Pleſſis Pralain, Tornacenſis Epiſcopi, Epiſtola ad M. Steyaertum, Theol. Lovanienſem, de autoritate Eccleſiæ, quam in Concilio univerſali, Pontificis poteſtate ſuperiorem eſſe diſputat. Vide Ellies du Pin Bibl. Eccleſ. tom. 18. p. 179. ſeq.

Nicolai de Clemangis diſputatio ſuper materia Concilii generalis, habita cum quodam Scholaſtico Pariſienſi p. 61. ſqq. Operum editorum à Joh. Martino Lydio, Lugd. Bat. 1613. 4.

Hermanni Conringii Exercitatio hiſtorico-politica de Conciliis & circa ea ſummæ poteſtatis auctoritate, Helmſt. 1650. 1675. 4. *reſpondente Joach. Johanne Madero.*

Caſparis Contareni Cardinal. de poteſtate Pontificis & Concilii, Venet. 1562.

Rudolphi Cupers, infra in Rocaberto, tom. 19.

Nic. Cuſanus de Concordantia Catholica libro 2.

Philippi Decii Conſilium ad Ludovicum Francorum Regem pro auctoritate Concilii generalis ſupra Papam.

Jo. Anton. Delphini libellus de tractandis in Concilio Oecumenico, & qualiter & in quem finem Patres ea differere conveniat. Rom. 1561. 4. infra in Jacobatius.

Chriſtiani Dreieri diſputatio XVII. & XVIII. controverſ. præcip. cum Pontificiis eſt de convocatione & Præſide Conciliorum. Regiomont. 1688. 4.

Guil. Durandi, Mimatenſis Epiſcopi, de modo generalis Concilii celebrandi. Pariſ. 1545. 8. & ſæpius recuſ. ut 1635. 1671. &c.

Andreæ Duval, infra in Rocaberto, tom. 3. & in Vigorio.

Boëtii Eponis, infra in Rocaberto, tom. 5.

Joannis Fabri, Epiſcopi Viennenſis, libellus præparatorius Concilii univerſalis futuri.

Pauli Fabulotti, infra in Jacobatio, & Rocaberto, tom. 18.

Vincentii Ferre, infra in Rocaberto, tom. 20.

Jo. Gerſonis de Concilio generali unius obedientiæ &c. Confer Ellies du Pinii Gerſoniana, & F. D. T. B.* Apologiam Gerſonis pro ſuprema Eccleſiæ & Concilii generalis autoritate. Lugd. Bat. 1676. 4.

* Edmundi Richerii,

2011 Ministerio de Cultura

Cl. Gouſtæi, quæ Regia poteſtas, quo debent auctore ſolennes Eccleſiæ conventus indici, qui in his locus & ordo conſidendi Regum Procerum & Populi? Senonibus 1561. 4.

Dominici Gravinæ, infra in Rocaberto, tom. 8.

Tractatus de modo & ordine generalis Concilii celebrandi, auctore *Alphonſo Guerrerio* Hiſpano. Neapoli 1545. 4.

D. Jac. Heilbrunneri von *Conciliis*, Catholiſchen Glauben/ ꝛc. Rettung wider J. P. Ficklers Rettung der *Concilien* des Pabſts. *Laugingæ* 1591. 4.

Jo. Gordonus Huntleus Controverſiis de Eccleſia, Papa, Conciliis, &c.

Dominici Cardinalis *Jacobatii* de Concilio tractatus, Rom. 1538. fol. & in Rocaberto, tom. 9. Solet etiam Conciliis Labbei velut apparatus alter ſubjici volumen Pariſ. 1672. excuſum, in quo continentur præter Jacobatium, *Jo. Antonius Delphinus* de Concilio Oecumenico, ex edit. Rom. 1561. *Hieron. Donatus* de Principatu Romanæ Sedis Apologeticus ad Græcos cum Epiſtola ad Oliverium Cardinalem Neapolitanum ex edit. Rom. 1525. *Marci Mantua Bonaviti*, Patavini JCti, Dialogus de Concilio, ex edit. Venet. 1541. 4. *Pauli Fabulotti*, Romani, ex Religione SS. Barnabæ & Ambroſii de poteſtate Papæ ſupra Concilium ad Fabricium Verullum Cardinalem, ex edit. Venet. 1613. *Barthol. Carrantzæ* quatuor Controverſiarum de auctoritate Pontificis & Conciliorum explicatio, ad edit. Venet. 1546. *Petri de Monte* Veneti, Epiſcopi Brix. Monarchia ſive de Pontificis & Conciliorum generalium poteſtate, ex edit. Rom. 1537. ad MS. Felini Sandei tranſcripta.

Jo. Henichii diſſertatio de auctoritate antiquitatis Eccleſiaſticæ & Conciliorum. Luneburg. 1648.

D. Henr. Hœpfneri diſſ. de Conciliis contra Rob. Bellarminum. Lipſ. 1620. 4.

Stanislai Hoſii, infra in Rocaberto, tom. 19.

Iſidori Mercatoris, qualiter Concilium celebratur. Vide ſupra p. 67.

Franciſci Junii de Conciliis & de magiſtratus ſummi circa illa officio contra Bellarmin. tom. 2. Opp. p. 1025. ſqq. Genev. 1613. *fol.*

D. Andreæ Kunadi diſſ. de Conciliis Eccleſiaſticis. Witeb. 1654.

Petri Labati, infra in Rocaberto, tom. 18.

Joannis Lampadii decades tres diſſertationum de Conciliis. Brem. 1613. 1615. 1618. 8.

Jo.

2011 Ministerio de Cultura

Jo. Launoji plures & eruditæ dissertationes exstant in ejus Epistolis parte 2. 3. 4. 5. & 6. quibus Bellarminum Papæ auctoritatem supra Concilium efferentem confutat. Multis etiam idem parte 8. confirmat non Papam præfuisse Conciliis nec Papæ confirmatione opus fuisse. Conter B. D. Antonii Reiseri Launojum confessorem p. 427. seq.

Sibrandi Lubberti de Conciliis libri V. contra Bellarmin. Genev. 1601. 8.

Ludovici presbyteri Congregat. Oratorii. Vide infra Thomasin.

D. Martini Lutheri von den *Conciliis* und Kirchen. *Witeb.* 1539. 4. & *tom. 7. Jen. p. 218. tom. 7. Altenb. p. 235. Confer Sleidanum lib. 12. p. 345. & Seckendorfium lib. 3. de Lutheranismo p. 244. seq.*

Petri Magni de Concilio libellus. 1587. 4.

Marci Mantuæ Bonaviti, vide supra in Jacobatio. Unschuldige Nachrichten 1702. p 628.

Jo. Marius, Belga, de Schismatum & Conciliorum Ecclesiæ universalis differentia, deque præstantia Gallicæ Ecclesiæ Conciliorum, tol. è Gallico Latine edidit Simon Schardius cum Theodorici Niem de schismate.

Jo. Anton. Massobrii tractatus de Synodo diœcesana seu Episcopi. Rom. 1627. 4.

D. Jo. Frid. Mayeri diss. quod Papa non sit supra Concilium. Gryphuwald.

Petri Molinæi de Conciliis, tom. 1. diss. Sedanensium. Genev. 1661. 4.

Petri de Monte, vide in Jacobatio & Rocaberto, tom. 18.

Jac. Naclanti tractatus, an acta generalis Concilii necessario exigant Confirmationem Papæ. Venet. 1562.

Friderici Nauseæ ad Paulum III. Papam rerum Conciliarium, seu de Conciliis libri V. Lipf. 1538. fol.

Didaci Nugni Cabezudi tractatus de auctoritate Papæ & Concil. Venet. 1612.

Jo. Andreæ Osiandri assertiones Theologicæ de Conciliis. Tubing. 1666.

Antonii Paulutii, infra in Rocaberto, tom. 4.

De Concilio, liber *Reginaldi Poli* Cardinalis. Rom. 1562. 4. Lovan 1569. 8. & in Rocaberto, tom. 18.

P. Francisci Porteri, Hiberni, systema decretorum dogmaticorum è Conciliis. Avenione 1693. Acta Erud. p. 335.

2011 Ministerio de Cultura

Urbanus Regius in Colloquio de Concilio Mantuano tom. 4. Opp. Germanice editor. p. LXVI. seq. non adeo aspernatur Conciliorum auctoritatem, sed partium studio & dominandi, quod est in Papa & Episcopis, nihil boni ex illis exspectandum queritur. Idem dixeris de B. Lutheri & aliorum Protestantium durius in Concilia dictis, quæ colligit Allatius p. 33. contra Hottingerum & contra Creyghtonum p. 63. seq.

Edm. Richerii Apologia pro Joanne Gersonio pro suprema Ecclesiæ & Concilii generalis auctoritate &c. Lugd. Bat. 1676. 4.

In Bibliotheca maxima Pontificia *Jo. Thomæ Rocaberti*, quæ Tomis XXI. Rom. 1697. fol. lucem vidit, plura exstant scripta, quorum pleraque Pontificis auctoritatem super Concilia mordicus tuentur; tomo 1. *Adami Tanneri* ex Commentar. in summam D. Thomæ tom. 3. disp. qu. 4. tomo 3. *Andreæ Duvalii*, Doctoris Sorbonici, de suprema Pontificis in Ecclesiam potestate: tomo 4. *Antonii Paulutii* JCti Veneti Jurisprudentia sacra de Ecclesia, Pontifice, Comitiis Ecclesiasticis: tomo 5. *Boëtii Eponis* de Hierarchia Ecclesiastica & de provocatione à summo Pontifice ad Concilium generale: tomo 6. *Cataldini de Boncompagnis* de translatione Concilii Basil. & Potestate Papæ: tomo 7. *Camilli Campegii* Ord. Præd. de Pontificis supra Reges & Concilium auctoritate: *Cypriani Beneti* de prima Orbis sede, Concilio, Ecclesiastica potestate & Papæ supremo insuperabilique Dominio: tomo 8. *Dominici Gravinæ* de causis Conciliorum &c. tomo 9. *Dominici Jacobatii* liber 3--10. tomo 10. *Dominici à S. Trinitate* de summo Pontifice & sacris Conciliis: tomo 11. *Emanuelis à Schelstrate* Antiquitatis illustratæ diss. 1. & 3. & ad Concilium Constantiense de superioritate Papæ supra Concil. tomo 12. *Francisci Suarezii* de Conciliis: tomo 13. *Joannis de Turrecremata*: tomo 15. *Lud. Thomasinus*: tomo 16. *Melchioris Cani*: tomo 18. *Pauli Fabuloti* & *Petri Labati* de Papæ superioritate supra Concilia, *Petri à Monte*, & *Reginaldi Poli*: tomo 19. *Rudolphi Cupers*, JCti, *Stanislai Hosii*, *Tho. Cajetani* de comparatione auctoritatis Papæ & Concilii: & tomo 20. *Tho. Stapletoni*, *Vincentii Ferre* de comparatione Concilii generalis cum potestate Papæ.

Antonii de Rosellis Monarchia seu de potestate Imperatoris ac Papæ, & de materia Conciliorum. Venet. 1487. fol.

Emanuelis à Schelstrate, supra in Rocaberto, tom. 11.

Nicolai

2011 Ministerio de Cultura

Nicolai Simonis Carmelitæ, A. 1511. defuncti de poteſtate Papæ, Imp. & Concilii libri IV. memorantur à Valerio Andrea & Franciſco Sweertio in Bibl. Belgica.

Tho. Stapletoni, ſupra in Rocaberto, tom. 20.

Franciſci Svareſii, in Rocaberto, tom. 12.

Matthæi Sutlivii libri de Conciliis contra Bellarmin. Lond. 1600. 4.

Mich. Thomaſii Takaquet, Epiſcopi Ilerdenſis, de ratione habendi Concilia provincialia ac diœceſana, ac de iis quæ in his præcipue ſunt tractanda, cui adjungitur *Iſidori* ordo de celebrando Concilio. Rom. 1565. 4. & tom. 2. Bibl. Hiſpan. p. 117.

Adami Tanneri, ſupra in Rocaberto, tom. 1.

Lud. Thomaſinus de auctoritate Papæ ſupra Concilium, Pariſ. 1667. 4. & tom. 15. Rocaberti. Vide Ellies du Pin tom. 18. Bibl. Eccleſ. p. 188. Hiſtoire des ouvrages des Sav. 1695. Fevr. p. 284.

Gerh. Titii Diſp. Theologica de Conciliis, Helmſt. 1656. 4.

Dominici à S. Trinitate, ſupra in Rocaberto, tom. 10.

Joannis de Turrecremata de Papæ Conciliique generalis auctoritate. Venet. 1563. 4. & tom. 13. Rocaberti.

Dan. Toſſani de Colloquiis & Conciliis quisnam eorum uſus in Eccleſia. Heidelb. 1589. 8.

Franciſci Turriani, S. J. de Papæ ſupra Concilium auctoritate. Florent. 4.

Petri Pauli Vergerii cur & quomodo Chriſtianum Concilium debeat eſſe liberum? 1557. 8. Ejusdem Concilia Papæ vitanda, 1553. 4.

De Conciliis Synodia Ugonia, ſive *Matthiæ Ugonii*, Epiſcopi Famaguſtani, opus de omnibus ad Concilia rite ac legitime celebranda pertinentibus. Brixiæ 1541. fol. Venet. 1565. fol.

Simonis Vigorii de auctoritate Concilii generalis ſupra Papam. Colon. 1613. 8. Declaration aux Docteurs de Sorbonne, 8. Apologia de ſuprema Eccleſiæ auctoritate contra Andream du Val. Trecis 1615. 8.

Campegii Vitringæ Oratio de Synodis. Franek. 1706. 4. **Unſchuldige Nachrichten** *1706. p. 536.*

Guilelmi Wake, Archiepiſcopi poſtea Cantuarienſis, liber inſignis, qui inſcribitur: the authority of Chriſtian Princes over their Eccleſiaſtical Synods aſſerted, with particular reſpect to the Convocations of the Clergy of the Realm and Church of England. Lond. 1697. Omitto ſcripta plurima apud Anglos ab eo tempore de eodem argumento in utramque partem vulgata,

2011 Ministerio de Cultura

gata, Wakii ſententiam tuentibus G. Tydallo, White Kenneto, Humfredo Hody, Benjamino Hoadly, &c. Contrariam Franciſco Atterbury, Samuele Hillio aliisque.

Eliæ Weihenmaieri diſſ. de convocatoribus ac directoribus priorum quatuor Conciliorum Oecumenicorum adverſus Baronium, Bellarminum, Binium, &c. Witeberg. 1692. 4.

Guil. Whitakeri prælectiones de Conciliis contra Bellarminum &c. ſex quæſtionibus. Cantabrig. 1600. Herborn. 1601. 8. & tom. 1. Opp. p. 569. Genev. 1610. fol.

Georgii Wicelii adhortatio ad Epiſcopum Moguntinum, ut vocetur Concilium.

Andreæ Willeti ſynopſis papiſmi de Conciliis adverſus Bellarmin. Oppenheim. 1618. 4.

Franciſci de Zabarellis, ad quem pertinet jus indicendi Concilium (tempore ſchiſmatis A. 1404. inter Innocentium VII. & Benedictum) Mogunt. 1607. 8. & in Simonis Schardii ſyntagmate tractatuum de Imperiali jurisdictione Argentor. 1609. fol. ex edit. A. 1545.

IV. Concilia & Synodi Eccleſiaſticæ auctoritatem diverſam obtinent, prout celebratæ ſunt vel à ſingularum diœceſeon clericis ac præſulibus, quales in ſingulis provinciis bis per annum fieri cautum eſt canone Apoſt. 37. & Nicæno 5. Vide Petr. de Marca VI. 13. de Concordia Sacerdotii & Imperii. Vel quæ ſunt habita ab Epiſcopis plurium diœceſeon ſub uno Metropolita, Exarcho aut Patriarcha: vel denique, quæ cõmuni nomine magnæ partis Orbis Chriſtiani ex variis provinciis ac diœceſibus ſive Orientis ſive Occidentis Eccleſiarum, quod poſtremum genus Oecumenica, generalia atque univerſalia Concilia appellari conſueverunt. Vide Suicerum in σύνοδος. Quatuor duntaxat hujuſcemodi ſunt, quæ ab Oriente pariter & Occidente, à Romana Eccleſia & Proteſtantibus ſuſcipiuntur:

1. Nicænum ſub Conſtantino M. adverſus hæreſin	Arii	A.C. 325.
2. CPolitanum ſub Theodoſio M.	Macedonii	381.
3. Epheſinum ſub Theodoſio minore	Neſtorii	431.
4. Chalcedonenſe ſub Imp. Marciano	Eutychis	451.

Orientalis Eccleſia præterea amplectitur:

5. CPolitanum ſub Juſtiniano, de tribus Capitulis & adverſus Origenianos & Eutychianos	553.
6. Trullanum ſub Conſtantino Pogonato adverſus Monotheletas	680.

Quini-

2011 Ministerio de Cultura

Quinisextum Trullanum sub Justiniano Rhinotmeto, contra Honorium & Monotheletas. 691
7. Nicænum sub Constantino V. & Irene Matre, pro imaginibus. 787
CPolitanum sub Basilio Macedone, contra Photium. 869
8. CPolitanum sub eodem Basilio, pro Photio. 879

At in Romana Ecclesia * pro Oecumenicis Conciliis insuper habentur:

9. Lateranense I. A. 1119. sub Callisto II.
10. Lateranense II. A. 1139. sub Innocentio II.
11. Lateranense III. A. 1180. sub Alexandro III.
12. Lateranense IV. A. 1215. sub Innocentio III.
13. Lugdunense I. A. 1245. sub Innocentio IV.
14. Lugdunense II. A. 1274. sub Gregorio X.
15. Viennense A. 1311. sub Clemente V.
16. Constantiense A. 1414. sub Joanne XXII. ad Martinum V.
17. Basileense ** A. 1431. sub Eugenio IV.
18. Florentinum A. 1439. sub Eugenio IV.
19. Lateranense V. A. 1512. sub Julio II. & Leone X.
20. Tridentinum A. 1545. ad 1563. sub Paulo III. ad Pium IV.

V. Collectiones Conciliorum, generalium & particularium.

Primum omnium † *Jacobus Merlinus*, Doctor Theologus & Ecclesiæ Parisiensis Pœnitentiarius, Lutetiæ A. C. 1524. duos conciliorum tomos, à Petro Quentello A. C. 1530. †† Coloniæ recusos, & A. C. 1535. denuo Pa-

P

risiis

* Vide Laur. Brancati Epitomen Canonum p. 133.

** Basileense Concilium inter generalia omittit Brancatius, Bellarminus etiam Constantiense lib. 1. de Concil. cap. 5. A Gallicana Ecclesia nec Florentinum nec Lateranense V. pro universalibus haberi, notat Jo. Launojus Parte VIII. Epist. 11. p. 736. seq.

† Cum Doctor olim meus B. Thomas Ittigius notitiam Collectionum Conciliorum dederit in Actis Eruditorum A. 1684. p. 348. eam hoc loco excerpere & observationibus meis ac supplementis auctam lectori exhibere volui.

†† Apud Labbeum, qui præfationes superiorum editionum tomo primo Collectionis suæ præmisit, præter rem, typographi vel calami vitio traditur editionem Colonienſem Merlinianam Anni 1530. esse in 8. Est mihi in manibus editio Colonienſis A. 1530. perinde in fol. ut Parisienses 1524. & 1535. Tomus prior mera est Isidori collectio.

sed

2011 Ministerio de Cultura

risiis impressos adornavit; uno quidem concilia una cum Romanorum Pontificum epistolis decretalibus ab Isidoro quondam compilata, altero vero acta duorum Constantinopolitanorum, nec non Constantiensis & Basileensis concilii complexus.

Hujus diligentiam imitatus *Petrus Crabbe*, Mechlinensis, ordinis Franciscani A. C. 1538. Coloniæ apud Petrum Quentel, itidem duos conciliorum tomos Carolo V. Imperatori dicatos, sed longe ampliores edidit, in quibus præter appendices & supplementa concilii Constantiensis & Basileensis, variasque synodos & epistolas, gesta Concilii Chalcedonensis ex recensione Rustici Romanæ ecclesiæ Diaconi, Liberati Carthaginiensis breviarium, concilium Lateranense sub Innocentii III. Pontificatu celebratum, gesta concilii Florentini ex interpretatione Bartholomæi Abrami Cretensis, & vitas Romanorum Pontificum adjecit. Cum vero, ne sic quidem conciliorum historiæ satisfeciisse sibi videretur, anno vulgaris æræ 1551. junctis *Orthuini Gratii* studiis, Coloniæ ex officina Joannis Quentel, novum conciliorum opus tribus tomis comprehensum, Nicæno II. Lateranensi V. plurimisque aliis conciliis additis, in publicum emisit. In tomo 2. p. 809. exhibuit etiam Leodiensis Cleri epistolam contra Paschalem II. & tom. 2. pag. 967. Opusculum tripartitum de variis negotiis & abusibus, nec non tom. 3. p. 819. consilium delectorum Cardinalium & aliorum Prælatorum de emendanda ecclesia Paulo III. jubente conscriptum & exhibitum A. C. 1538. quæ tria scripta deinde omissa à Binio, dedit iterum Ed. Brown in appendice ad fasciculum rerum expetendarum fugiendarumque. Crabbium in Conciliis integre ac fideliter edendis summam diligentiam adhibuisse, Guil. Witackerus in præfat. ad tom. 2. Opp. libenter fuit professus.

Anno 1555. Parisiis apud Audoënum Parvum *Franciscus Joverius* Valentinus tripartitum sanctionum ecclesiasticarum opus, quarum prima classis synodos universales, secunda particulares, tertia Pontificum decreta continet, eum in finem Parisiis vulgavit, ut singulis sanctionum istarum generibus, quæ hactenus permixta fuerant, seorsim collocatis, conciliorum lectio jucundior & facilior redderetur. Verum cum novi nihil attulerit, sed potius de contrahendo volumine, ne ultra debitam magnitudinem excresceret, solicitus fuerit, æque minus hoc loco rationem ejus aliquam habendam

sed ut supra p. 17. notavi, interpolata & additis Pontificum post Gregorium Magnum decretis aucta. In editionibus A. 1530. & 1535. ad calcem Tomi I. etiam addita bulla aurea Caroli IV. & bulla Pii V. de non appellando ad futurum Concilium. Harduinus præterea memorat alteram collectionem Conciliorum, quam vocat, elegantissimam Anni 1535. apud Franciscum Regnault, Parisiis in 8. quam non vidi.

2011 Ministerio de Cultura

bendam ducimus, quam Bartholomæi Carranzæ & cæterorum, qui conciliorum tomos in ſummas & compendia redegerunt, de quibus ſupra pag. 100. ſeq.

Progredimur ergo ad *Laurentium Surium* Carthuſianum, qui quatuor volumina conciliorum, Coloniæ A. C. 1567. Gerwini Calenii Juris Licentiati, & heredum Joannis Qventelii typis impreſſa divulgavit & Philippo II. Hiſpaniarum Regi inſcripſit, in quibus non ſolum aliquot locorum millia, ad manuſcriptorum codicum fidem diligenter collata, emendavit & integritati ſuæ reſtituit, verum etiam libris octo Conſtitutionum Apoſtolicarum, quas vocant, & codice encyclio ſeu ſyntagmate epiſtolarum ſynodalium, pro defenſione Concilii Chalcedonenſis ad Leonem Imp. ex diverſis provinciis ſcriptarum, Concilio V. generali, plurimisque aliis antiquitatis eccleſiaſticæ monumentis, quæ in id usque tempus deſiderata fuerant, conciliorum theſaurum locupletavit. Ad hanc editionem animadverſiones nonnullæ *Latini Latinii* leguntur in eius Bibliotheca ſacro-profana p. 117. ſeq. De *Frontonis Ducæi* ad hanc editionem notis & variis lectionibus, quas deinde ad Binium edendas transmiſit, vide Petri Aurelii Opera tom. 3. p. 285. ſeq. 289. De fide non optima, qua in vulgandis Conciliis Surius fuit uſus, B. D. Caſparem Lœſcherum diſſ. de latrociniis in publicos ſcriptores §. 46. & 48.

Surianam Conciliorum Collectionem *Venetæ* excepit, quæ in quinque tomos diſtributa A. C. 1585. auſpiciis Sixti V. ex Dominici Nicolini officina prodiit, actis Concilii Nicæni, quæ Alphonſus Piſanus ediderat, nec non actis Epheſini Concilii, quæ Theodorus Peltanus Latino idiomate donaverat, & Caroli Borromæi Conciliis Mediolanenſibus, nonnullisque aliis conciliis & epiſtolis auctior; ut annotationes breviores margini, & pleniores contextui adjectas taceamus. Male Hendreichius pag. 580. Pandect. Brandenburg. editionem Venetam Conciliorum tribuit Binio. Male idem memorat editiones Colonienſem 1628. pro 1618. & Romanam 1628. pro 1608.

Severinus Binius Canonicus Colonienſis A. C. 1606. novam conciliorum collectionem, ſcholiis & annotationibus ex Baronio * maxime depromptis, & ad Curiæ Romanæ placita accommodatis illuſtratam, &

* Binium Baronii perpetuum exſcriptorem vocat Matthæus Larroquanus pag. 155. diſſ. de Liberio Pontifice. Et ideo notas ejus omiſiſſe ſe in ſua Conciliorum editione Harduinus profitetur. Binius in Græcis, ut multa docent, parum exercitatus judicæ Labbeo tom. 1. p. 192. Malam quoque fidem illius in Conciliis edendis arguit Beveregius

2011 Ministerio de Cultura

duodecimo post anno vulgaris æræ 1618. iterum aliam in eruditorum conspectum hoc discrimine prodire jussit, ut prior editio mere Latina quatuor tomis, tertio in duo volumina diviso, contineatur, in posteriore autem, quæ longe amplior & illustrior est, Græca, præter alias accessiones plurimas & maximas, quæcunque reperiri potuerunt, accesserint, singulis tomis in duo vel tria volumina distributis; quanquam postea Parisienses, cum posteriorem Binii editionem A. C. 1638. iterum Morellianis typis prelo subjecerunt, totum opus in novem tomos, septimo in duo volumina partito, digesserunt. Cæterum e plurimis, quæ Binius partim in prima, partim in secunda editione conciliorum tomis primus inseruit, nominare jam sufficiat Concilia Hispanica, quæ A. C. 1593. Madriti apud Petrum Madrigalium, *Garsiæ Loaisæ* studio, cum ejusdem scholiis & annotationibus edita fuerant, & tomos IV. Græco-Latinos Conciliorum generalium, quæ A. C. 1608. Pauli V. auspiciis Romæ ex Vaticana typographia prodeuntia *Jac. Sirmondo* curante lucem alpexerunt. Sirmondi præfatio in ejus Operibus tom. 4. p. 606. recusa legitur.

Verum & voluminum numero, & augusto chartæ & typorum apparatu, Binianas & omnes reliquas conciliorum collectiones antecellit *Regia*, quæ in 37. tomos diffusa A. C. 1644. Parisiis in publicum exivit, quæ & ipsa novis accessionibus minime caruit. In ea enim Jacobi Sirmondi Concilia Gallicana, Horatii Justiniani Concilium Florentinum, quod paulo ante id tempus Romæ excusum fuerat, Vigilii epistola pro confirmatione Synodi V. & appendix ad Concilium Claromontanum cum dissertationibus Petri de Marca, antiqua Angliæ Concilia, Concilium Lemovicense ex manuscripto Thuanæ Bibliothecæ Codice suppletum, aliaque, quæ Binium & reliquos Conciliorum editores latuerant, comparent. Jacobus le Long in Bibliotheca Historica Galliæ p. 89. ex Lengleto notat fuisse, qui observarint monumenta Potestatem Regum Principumque spectantia in hac editione accuratius quam in aliis expressa legi. Tamen & ipse monet in hac etiam exstare, quod Philippus Pulcher jure fuerit excommunicatus, & auctor scripti Tolosæ 1691. 12. excusi, lettre d'un Abbé à un Prelat

veregius notis ad Synodicum p. 170. 172. 175. &c. Confer Tho. Comberi Canonici Eboracensis fraudes Romanas in editione Conciliorum priorum quatuor seculorum & à Baronio commissas, Lond. 1689. 4. Acta Erud. tom. 2. Supplem. p. 39. Tho. Jamesii of the corruption of Scripture, Councels and Fathers; by the Church of Rome. Lond 1611. 4. Guilhelmi Grashovii Epistolam ad Severinum Binium de Conciliorum editione. Lond. 1624. & in Edwardi Brown appendice ad fasciculum rerum expetendarum & fugiendarum num. XXIII.

2011 Ministerio de Cultura

Prelat de la Cour de Rome pag. 54. non ſine indignatione teſtatur hoc ſe videre, quod in Conciliis, Regis ſumtu excuſis, non levis macula memoriæ majorum ejus adſpergatur, decretisque Regiam poteſtatem circumſcribentibus & Regno ſchiſmatis notam impingentibus concilietur auctoritas. Labbeus tom. 1. p. 194. *Neque hic ſollicitabo manes ſollertis, mihi dum viveret amici, Regiæ ſeu Lupareæ, ut vocant, collectionis Conciliorum editoris, quem Binianis erroribus tenacius, ſaltem per initia adhæſiſſe, ſæpius doluimus.* Indicem Chronologicum & Alphabeticum in hanc editionem habes in Catalogo Bibl. publicæ Groninganæ p. 38. ſeq.

Viginti tomis minor eſt conciliorum collectio, quam ab eo tempore *Philippus Labbeus* S. J. in ſe ſuſcepit, & operi * A. 1667. 17. Mart. immortuus *Gabrieli Coſſartio* S. J. perficiendam reliquit, A. C. 1672. Pariſiis abſoluta. Sed quantum Regiæ cedit voluminum numero, typis quippe minutioribus expreſſa, tantum conciliorum & tractatuum ad pleniorem conciliorum hiſtoriam pertinentium copia Regiam ſuperat; ut patet ex ſynopſi ſingulorum 17. tomorum, in qua aſteriſco notantur, quæ in Regia collectione deſiderantur: qualia ſunt Clementis Romani prior ad Corinthios epiſtola cum præfatione & notis Patricii Junii, & poſterioris epiſtolæ fragmentum cum divinatione Godofredi Vendelini, Conſtitutiones Apoſtolicæ Græce & Latine, interprete Franciſco Turriano; Urſini Afri tractatus de baptiſmo hæreticorum, a Rigaltio in notis ad Cyprianum, non expreſſo Autoris nomine vulgatus; Ferdinandi de Mendoza libri tres de confirmando Concilio Eliberitano; Canones 84. Nicæni, cum aliis ejusdem concilii ſanctionibus & decretis, ex Arabica verſione ab Abrahamo Ecchellenſi Maronita Latine redditi, ejusdemque interpretis diſſertatio & notæ: Concilium Carthaginienſe I. a Luca Holſtenio ex Vaticana Bibliotheca emendatum; Marii Mercatoris commonitorium ſuper nomine Celeſtii, Pelagii, & Juliani; Petavii

* Jo. Commirius p. 212. Poëmatum hoc Labbeo poſuit epitaphium:

Labbeus hic ſitus eſt, vitam mortemque requiris?
Vita libros illi ſcribere, morsque fuit.
O nimium felix, qui Patrum antiqua retractans
Concilia, acceſſit Conciliis Superûm.

Idem de Coſſartio p. 212.

Hic & Concilia & cœtus ſpectare piorum
Meo adſidentem Labbeo demum licet,
Et conjuratos Chriſtum defendere Patres &c.

2011 Ministerio de Cultura

tavii dissertatio de damnatione Photini ; variorum Patrum epistolæ & responsa canonica ; varia concilia ex libello synodico ; Albaspinei ad concilia nonnulla observationes ; Jacobi Sirmondi ad epistolas Pontificum & Concilia Galiica notæ postumæ, aliaque ecclesiastica monumenta ab ipso edita ; ut ipsius Labbei observationes passim interspersas, & cætera, quæ partim in primo & secundo tomo, ex quibus huc paucula speciminis loco excerpsimus, partim in reliquis voluminibus occurrunt, silentio prætermittamus, cum longe plura sint, quam ut hic sigillatim recenseri possint aut debeant.

Jamque apud multos perfecta & omnibus numeris absoluta videri poterat conciliorum collectio, cum vir celeberrimus *Stephanus Baluzius*, postquam & suopte ingenio a teneris ad hæc studia propensus, & Petri de Marca, quem perquam sibi familiarem habuit, exemplo incitatus, & Colbertina, cui postmodo præfectus fuit, Bibliotheca aliisque subsidiis adjutus, maximam ecclesiasticæ eruditionis supellectilem collegisset, plurima in conciliorum collectionibus etiam postremis omissa, aut negligentius, quam oportuit, tractata deprehendit. Quamobrem, si ad emendanda, augenda, & complenda conciliorum acta animum appelleret, operæ se pretium facturum existimavit, eoque consilio novam conciliorum collectionem seu potius reliquarum collectionum supplementum apparare cœpit, cujus primus tomus A. 1683. Parisiis editus, & A. 1707. sub titulo supplementi Conciliorum Labbei iterum expositus, ab A. C. 125. ad sexti usque seculi medium pertingit. Auspicatur a concilio Siculo contra Heracleonitas Valentini progeniem coacto, cujus memoriam antiquus autor, sub Prædestinati nomine a Sirmondo editus, in libro primo de hæresibus ad posteros transmisit, ex quo etiam concilium Pergamense contra Colarbasianos, Romanum contra Venustianos, Carthaginiense contra Manichæos, Orientale contra Cerdonianos, & duo Achaica contra Valesios & Aetianos, suo quodque loco inserta memorantur. Longum esset referre concilia, quæ a Labbeo & aliis omissa, ex Eusebio, Athanasio, Hilario, Ambrosio, Epiphanio, Hieronymo, Augustino, Mario Mercatore, Victore Tununensi, Photio, aliisque autoribus Baluzius supplevit. Longius ea enumerare, quæ vel a plurimis mendis liberavit, vel loco non suo posita monuit, vel egregiis observationibus illustravit, vel accessionibus non pœnitendis locupletavit. Quocirca unum tantum ac alterum exemplum referemus.

Ad Concilium Mediolanense, A. C. 355. in causa Athanasii a trecentis & amplius Episcopis habitum, ex vita Eusebii Vercellensis, quam tom. 4. Italiæ

2011 Ministerio de Cultura

Italiæ ſacræ Ferdinandus Ughellus publicavit, prolixam de rebus in eo geſtis narrationẽ addit. Acta Ariminenſis concilii A. 359. ex fragmentis Hilarii, a Nic. Fabro ex Petri Pithœi Biblioth. editis, & Hieronymo, ſubjectis notis & variis lectionibus recenſet. Synodum Seleucienſem ejusd. Anni, cum eam tanto compendio in concilia relatam animadverteret, ut etiam expoſitio fidei in illo concilio tradita omiſſa fuerit, paulo accuratius enarrandam exiſtimavit, ut harum rerum ſtudioſi in unum locum congeſta reperire poſſint, quæ Athanaſius, Hilarius, Epiphanius, Severus Sulpitius, Socrates, aliique veteres de iſta ſynodo tradiderunt. Concilium Rom. A. 367. in quo Damaſus publica voce Liberium damnavit, quamvis ejus mentio nullibi quam in vita Euſebii Romani habeatur, non indignum tamen cenſuit, quod reliquis conciliis adjungeretur. Concilii Cabarſuſſitani A. 393. epiſtolam ſynodicam ab Auguſtino ſervatam cum pluribus codicibus manuſcriptis contulit, & varias lectiones annotavit. Ad Concilium Carthaginienſe IV. quod A. C. 398. celebratum eſt, canonem 105. nunc primum ex Urgellenſis eccleſiæ codice adjecit, ex quo etiam ad Regenſe concilium duos canones addidit, quos in vulgatis editionibus deeſſe deprehendit. Acta Concilii ad Quercum contra Chryſoſtomum A. 403. habiti, quæ in poſtrema conciliorum editione ex Photio relata fuerant, ex Palladii dialogo, quem Emerico Bigotio debemus, memorat. In epiſtola Vigilii ad Profuturum Epiſcopum Bracarenſem ſcripta, quæ quondam Eutherio vel Eleutherio inſcripta fuerat, eam partem, quæ de Romanæ eccleſiæ primatu agit, omiſit, fidem antiquorum codicum, ex quibus hanc epiſtolam edidit, ſecutus. Sed his omiſſis ad ea, quæ majorem hujus tomi partem occupant, transeamus.

Celebris eſt *collatio* Auguſtini ævo inter *Catholicos & Donatiſtas* A. 411. habita, cujus geſta Severini & Juliani impulſu Marcellus Memorialis in compendium contraxit. Eorum unicum, quantum conſtat, manuſcriptum exemplar ab interitu ſervatum hodie ſupereſt, quod quum ſuperiore ſeculo Johannis Tilii Meldenſis Epiſcopi beneficio in Franciſci Balduini manus perveniſſet, poſt ejus mortem primum Papyrii Maſſoni, ac deinceps Petri Pithœi cura emendatius prodiit. A quo tempore collationis ejus geſta etiam cum Optati Milevitani operibus, & in conciliorum tomis excuſa denuo fuerunt. Cum autem Baluzius multa adhuc emendanda reſtare intelligeret, id operæ in ſe ſuſcepit, ut codices editos cum manuſcripto, quod nunc in Colbertina Bibliotheca aſſervatur, diligenter conferret, errata veteris librarii tolleret, & geſta hæc longe ſaniora, quam unquam antea prodierant, vulgaret. Adjunxit ſermones ab Auguſtino ante & poſt collationem

2011 Ministerio de Cultura

nem habitos, & quæ in geſtis tertiæ cognitionis deſiderantur, ex Auguſtini breviculo ſupplevit. In notis vero, quas addidit, non ſolum emendationum ſuarum rationem expoſuit, verum etiam plurima obſcura & intellectu difficilia ſolerter explicavit, & inprimis eccleſiæ Africanæ notitiam egregie illuſtravit.

Antiquam verſionem *Concilii Epheſini* ab Antonio Contio quondam editam, & in tomis conciliorum hactenus neglectam, novæ huic conciliorum collectioni inſerere non dedignatus eſt, cum præſertim eam ope trium vetuſtiſſimorum codicum longe meliorem fecerit, & eruditis conjecturis ſuis ubique additis, a plurimis mendis & lacunis repurgaverit. Subjuncta eſt actio VI. Concilii Epheſini, interprete Mario Mercatore nunc primum edita, cum epiſtolis quibusdam ad Neſtorii cauſam pertinentibus, quas inter Marii Mercatoris opera Garnerius jam ediderat. Succedunt fragmenta quædam Græca, partim ex codicibus Bibliothecæ Regiæ nunc primum edita, partim ex monumentis Eccleſiæ Græcæ a Cotelerio vulgatis deprompta. Præmiſſum eſt actis concilii Epheſini commonitorium Cyrilli Poſidonio datum, cum propter Neſtorii negotium Romam mitteretur, inter Jacobi Sirmondi ſchedas haud ita pridem repertum, nec non commonitorium Cæleſtini Epiſcopi Romani Epiſcopis & Presbyteris ad Epheſinum concilium euntibus datum, quod hactenus ineditum Baluzius aſſerit, oblitus, quod Chriſtianus Lupus Ord. Fr. Eremit. S. Auguſtini, poſt variorum Patrum epiſtolas ad Epheſinum & Chalcedonenſe concilium ſpectantes, illud ipſum commonitorium jam evulgaverat.

Totum illud *ſyntagma epiſtolarum a Lupo ex codice Caſinenſi* Romæ deſcriptum, & poſtea in Belgio vulgatum, & in Actis Erudit. menſe Auguſto 1683. memoratum, Baluzius in novam hanc conciliorum collectionem intulit, ægerrime ferens, quod MS. illum codicem, quo Lupus uſus fuerat, conſulere haud potuerit. Quamvis enim nihil intentatum reliquiſſet, ut ejus compos fieret, tanta tamen fuit monachorum iſtorum pertinacia, ut nulla arte nullisque precibus id impetrare potuerit. Suſpicatur autem Baluzius, autorem iſtius collectionis fuiſſe Africanum & trium capitulorum defenſorem, & poſt Juſtiniani tempora hoc ſynodicum adverſus tragœdiam Irenæi, ſeu adverſus libros, quos Irenæus Neſtorii partibus addictus, tragœdiam vocavit, compilaſſe, quod a Lupo admodum indiligenter emiſſum queritur. Notas, quas Lupus admodum prolixas ad ducenteſimum usque collectionis hujus caput, cui immortuus eſt, * adjunxit, Baluzius omiſit, & ipſe

* 10. Jul. A. 1681. Vide Ellies du Pin tom. 18. Bibl. Eccleſ. p. 131.

2011 Ministerio de Cultura

ipſe breviores animadverſiones ſingulis fere paginis ſubjecit, in quibus haud raro a Lupi ſcholiis diſſentit. Cum enim Lupus in ſcholiis ad cap. 117. ſolum Damaſum damnaſſe Lucium Arianum & Maximum Cynicum aſſerat, id negat Baluzius, eumque vehementer errare minime dubitat, cum Damaſus Lucium non ſolus, ſed cum concilio Italiæ & totius Occidentis damnaverit, Maximum autem non damnaverit, ſed potius contra Nectarium partibus ejus addictus fuerit. Quæ Lupus de pactis inter Proclum & Domnum conventis ex epiſtola Theodoreti ad Flavianum in ſcholiis ad c. 192. protulit, Baluzius mera eſſe commenta judicat. Loca, e quibus Lupus evincere conatur, Chriſtianam fidem ſemper tradidiſſe, unicuique fideli præſertim Epiſcopo eſſe proprium cuſtodem Angelum, id minime probare quod debent, Baluzius arbitratur.

Idem antiquam *Chalcedonenſis Concilii* verſionem, quam Ruſticus Diaconus emendandam ſuſcepit, & Petrus Crabbe primus integram edidit, cum antea exiguam ejus partem Merlinus evulgaſſet, a Romanis conciliorum generalium editoribus, quos Binius & reliqui ſecuti ſunt, ſub emendationis ſpecie tantum non obliteratam animadvertens, antiqua Chalcedonenſis concilii exemplaria magno ſtudio conquiſivit, & cum editis tanta diligentia contulit, ut ipſe pæne vereatur, ne in annotatione variarum lectionum, quas huc congeſſit, nimius fuerit. In prolegomenis huic concilio præfixis, ut & hoc addamus, inter alia contra Paſchaſium Quesnelium diſputat, qui Julium Puteolanum Epiſcopum Epheſino concilio non interfuiſſe, & actionem concilii Chalcedonenſis de Domno, a Latino quodam impoſtore in gratiam Romani Pontificis confictam cenſuerat.

Poſt appendices Concilii Chalcedonenſis, *Codicem* illum *encyclium* juſſu Caſſiodori Senatoris ab Epiphanio Scholaſtico Latinitate donatum, & primum a Surio vulgatum, cujus jam ſupra mentionem fecimus, eadem methodo, qua Chalcedonenſe Concilium tractavit. Cum enim Romana & cæteris Romanam ſecutis conciliorum editionibus multa huic codici perperam inſerta, multa haud exigui momenti intacta & prætermiſſa, ordinem epiſtolarum turbatum, ipſumque codicem loco alieno poſitum obſervaſſet, exemplaria manuſcripta & edita antiqua & nova accurate perluſtravit, & quantum inter ſe varient, oſtendit.

Poſtremum hujus tomi *Concilium* eſt *genenle quintum*, cujus emendationem etſi jam Labbeus antiquo Claudii Jolii codice adhibito aggreſſus fuerat, Baluzius tamen eodem codice, quo Labbeus uſus fuerat, penitius in-

 ſpecto,

2011 Ministerio de Cultura

ſpecto, deprehendit, multa ab ipſo neglecta & præterita fuiſſe. Quapropter ſe rem nec a propoſito ſuo alienam, nec eruditis ingratam facturum arbitratus eſt, ſi ea, conſulto præterea Bellovacenſi codice, in nova hac conciliorum collectione fideliter ſuppleret. Videas igitur hic fragmentum ex judicato Vigilii, duas Vigilii epiſtolas ad Juſtinianum & Theodoram, jam olim a Monotheletis corruptas, eoque nomine in ſynodo generali VI. falſi poſtulatas, teſtimonium Theodori Cappadocis & Cethegi patricii, de jurejurando, quo ſe Vigilius obſtrinxit, & literas Juſtiniani adverſus Vigilium, ut maximum variarum lectionum apparatum taceamus. Additi ſunt canones concilii V. quos ex veteri MS. Bibliothecæ Cæſareæ Petrus Lambecius Græce edidit, quos excipit conſtitutum Vigilii de damnatione trium capitulorum in Colbertino quodam codice inventum, & ab epiſtola Vigilii ad Eutychium, quam in Regiæ Bibliothecæ codice repertam Petrus de Marca publici juris fecerat, & erudita diſſertatione illuſtraverat, diverſum.

Poſt finem tomi primi accedunt *Addenda* ad concilium Chalcedonenſe, ab Hieronymo Calanata ſerius transmiſſa, & alia nonnulla, quæ in diverſis conciliis edenda vel emendanda Cl. Autor obſervavit, qui toto hoc opere monſtravit, longe pleniorem & emendatiorem conciliorum collectionem fieri poſſe, ſi quis pulcherrimi iſtius & utiliſſimi laboris conſilium aliquando capiat. Quamvis vero optandum foret, ut ipſe, qui conſilium dedit, negotio huic, cui nemo aptior, manum admoviſſet, * interim tamen maximæ ipſi ab hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſtudioſis gratiæ debentur, quod ſaltem aliis egregii hujus operis molem in ſe aliquando fortaſſe ſuſcepturis fundamenta præſtruxit, & ut maximum laborum compendium illis faceret, nullis vigiliis atque laboribus pepercit. *Hactenus de collectione Conciliorum Baluziana.*

Petri Pithœi corpus Conciliorum, amplius Labbeano, nunquam lucem vidit: ea MSta uſus eſt Sirmondus ** ad Gallicorum Conciliorum editionem.

Neque

* Tomi ſecundi Conciliorum argumentum & elenchus editus eſt à Baluzio A. 1688. ut memorat Jacobus le Long p. 89. Biblioth. Hiſtoricæ Gallicæ. Obiit Baluzius 28. Jul. 1718. ætat. 88. De cujus vita & ſcriptis, Europe ſavante 1718. Auguſt. pag. 239. Journal de Sav. 1719. Jul. p. 18. ſeq.

** Journal des Sav. p. 1697. ſeq. *Mr. Desmarets, Avocat au Parlement, nous apprend dans la Preface qu'il a miſe à la téte du Corps de Droit Canonique de* Mrs. Pithou, *que quand* Pierre, *l'aîné & le plus ſavant des deux freres,*

2011 Ministerio de Cultura

Neque editum eſt ſupplementum Conciliorum, quod è MSS. Bibliothecæ Cæſareæ dare promiſit *Lambecius* lib. 1. pag. 127. 132. 146. &c. ac poſt Lambecium *Daniel Neſſelius* in ſciagraphia magni corporis hiſtorici.

Fatis etiam prius interceptus fuit *Petrus Allixius*, quam Conciliorum generalium corpus notis & diſſertationibus illuſtrandum ac quinque voluminibus abſolvendum, cujus A. 1693. * ſpem fecit, ad umbilicum perducere potuit.

Non difficile fuiſſet *Joanni Harduino* S. J. ſi hoc ei fuiſſet propoſitum, quadraginta tomis ** Concilia edere, atque ita voluminum multitudine non Labbeanam modo ſed ipſam etiam Regiam *συναγωγὴν* ſupergredi. Sed viſum ipſi potius minuere quam augere tomorum amplitudinem & numerum, igitur noviſſima quam ipſi debemus collectio undecim modo tomis, (ſive duodecim, nam quintus in duo volumina diviſus eſt) tota abſolvitur, Pariſ. 1715. non pauca tamen habet recens addita, multa emendatiora, & brevibus ſed appoſitis & eruditis notis illuminata, præcipue laudatiſſimam operam ab eo poſitam videre licet in indice Geographico Epiſcopatuum, in quo Geographiæ Eccleſiaſticæ veteri lucem novam ac ſingularem ab eo allatam eſſe nemo negaverit. Cæterum character typorum, Græcorum præſertim, longe quam in Labbeana (nedum Regia) minutior, notæ pleræque omnes non Binii modo ſed Labbei quoque prætermiſſæ,

res, eut entrepris de revoir le texte du decret, & des decretales, & de le corriger, il fit venir pour cet efet avec beaucoup de peine & de depenſe des plus fameuſes Bibliotheques de l' Europe, un grand nombre d' anciens manuſcrits de Conciles generaux & provinciaux, dont il auroit donné le recueil au public s' il en avoit eu le tems. Ce recueil qui dés lors ſe trouva plus ample que n'eſt celui que le P. Labbe & le P. Coſſart ont fait imprimer depuis, fuit preté en 1621. par Mr. Dupui au P. Sirmond, *qui s' en ſervit pour publier ſes Conciles de France, comme il le temoigne en pluſieurs endroits de ſes notes.*

* Acta Erud. 1693. p. 96.

** Hiſtoire des ouvrages des Savans A. 1690. Fevr. p 279. *Je ne connois point les auteurs de deux petits livres - - - - ce ſont là des bagatelles en comparaiſon d' un grand ouvrage que le P. Hardouin va commencer: je veux dire de donner les Conciles en quarante Volumes. Il eſt ſavant & aſſez laborieux pour une pareille entrepriſe.*

2011 Ministerio de Cultura

omissa etiam multa alia, quæ multi omissa nolent, atque ideo cogentur tanto sumtu etiam Labbeanam sibi editionem comparare, ne dicam alterata quædam & perperam posita, ut κυρίαις δόξαις calamus suffragaretur, cujus rei exemplum supra p. 65. attuli: quare semper erit commodum priores editiones conferre, ubi argumentum dubium fuerit, nec uno Harduino stare: imo peroptandum Concilia de integro bona fide recenseri à viris rei Ecclesiasticæ peritis & veritati candide litantibus, ut necessariis notis instructa & adversus corruptelas præmunita segi tutius & majore cum fructu possint. Quæ libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ Regumque potestati contraria, in indice præsertim operis Harduinus tradidit, à Ludovico Ellies du Pinio notata sunt in scripto ad Parlamentum Parisiense, cujus decreto 20. Dec. A. 1715. opus ipsum tantisper prohibitum constat. Conspectum Conciliorum Harduini vide si placet in Actis Eruditor. A. 1715. p. 377. & in altero Diario Lipsiensi, cui titulus Neuer Bücher-Saal/ parti LI. p. 143.

De Conciliis in Gallia habitis.

Petri Frizon Gallia purpurata sive de rebus gestis Pontificum & Cardinalium, atque Epitome Conciliorum Galliæ, Paris. 1638. fol.

Conciliorum Synodorumque Galliæ brevis & accurata historia, auctore *Philippo Labbe*, S. J. Paris. 1646. fol.

Concilia antiqua Galliæ, à Constantini temporibus ad finem decimi sæculi, tres in tomos ordine digesta cum Epistolis Pontificum, Principum Constitutionibus & aliis Gallicanæ rei Ecclesiasticæ monumentis, opera *Jac. Sirmondi* S. J. cujus notæ ad calcem cujusque voluminis subjiciuntur. Paris. 1629. fol. Vide tom. 4. Opp. Sirmondi p. 626. Eadem Concilia cum Sirmondi notis repetita postea in magnis collectionibus, Regia, Labbei † & Harduini. Petrus Aurelius * olim promisit, se plures collectionis illius Sirmondianæ errores ostensurum. Non tamen illud præstitit. Edita etiam nonnulla Conciliorum decreta ab eodem Sirmondo cum appendice codicis Theodosiani &c.

Con-

† Labbeus etiam postumas Sirmondi notas primus addidit.

* Petrus Aurelius responsione ad Sirmondum de Canone Arausicano pag. 306. *Ut magis intelligi possit quam immerito tantulam animadversionem tomis illis iniquam dixeris, & meum in te pudorem sis aspernatus; profiteri*

2011 Ministerio de Cultura

Conciliorum antiquorum Galliæ à Sirmondo (magno auctoris avunculo) editorum ſupplementa, opera *Petri de la Lande*, Ricomagenſis, Theſaurarii Eccleſiæ Regalis S. Frambaldi Silvanectenſis, Pariſ. 1660. fol. Audaciam hujus Lalandei perſtringit Baluzius notis ad Epiſtolam CXXX. Lupi Ferrarienſis.

Concilia XV. Galliæ Narbonenſis, cum ſtatutis Guidonis Fulcodii, Archiepiſc. Narbonenſis, collecta & notis illuſtrata à *Stephano Baluzio*, Tutelenſi. Pariſ. 1668. 8. Idem Baluzius quædam Conciliorum decreta vulgavit cum Petri de Marca opere de Concordia Sacerdotii & Imperii.

Synodicon Eccleſiæ Pariſienſis ab A. 1196. Pariſ. 1674. 8. Journal des Sav. 1675. p. 9.

Concilia Eccleſiæ Rotomagenſis, edita ſtudio *Franciſci Pommeraye*, Benedictini è Congregatione S. Mauri, cum notis *Antonii Godini*, Rothomagi 1677. 4. & cum auctario *Guil. Beſſini* ex ejusdem S. Mauri Congregatione, Officialis Fiſcanenſis, Rothomagi 1717. fol. Europe Savante 1718. Martio p. 83.

Aquitanica quædam Concilia etiam edidit *Philippus Labbeus* tomo poſteriore Bibliothecæ novæ MSS. Pariſ. 1657. fol.

Nonnulla itidem Galliæ Concilia in lucem producta ab *Edmundo Martene* in nova collectione veterum monumentorum, Rothomag. 1700. 4. & in theſauro novo Anecdotorum, Pariſ. 1717. fol.

Concilia Provinciæ Turonenſis ſtudio *Joannis Maan*, ad calcem Hiſtoriæ

fiteri non verebor, non tres literulas, ſed res graviſſimas; non in una voce, ſed permultis locis, ita in tomis tuis detortas, & ſine cauſa ulla deformatas eſſe, ut ſine publica expurgatione præteriri nullo modo poſſint. Quem laborem, niſi quis alius ſuſcipiat, ego Eccleſiæ Gallicanæ, Catholicæque univerſæ bono deberi non patiar diutius, & quæ prima mihi vacui temporis facultas à ſodalibus tuis Eccleſiæ populatoribus continget, eam huic muneri conſecrabo, quo planius fiat te fruſtra ad curandum Canonis unius reduviam exarſiſſe, cum de tuendo tomorum tuorum ipſo capite laborare debueris; & perperam laureolam in hoc muſtaceo quæſiſſe, quam in illa tomorum mole ægre reperies: & me qui talia objicere potuerim, moderatione aliqua, non mala mente, de trium literarum unæ vocula commoviſſe te magis quam reprehendiſſe.

2011 Ministerio de Cultura

Ecclesiasticæ Turonensis ab eodem vulgatæ, Augustæ Turonum 1667. fol.

Constitutiones Synodales Caturcenses, editæ & renovatæ per *Antonium de Lusetgio*, Episcopum Caturcensem A. 1502. Petracoræ 1503. fol.

Concilia novissima Galliæ à tempore Concilii Tridentini celebrata, in editionibus Regia Paris. & Colonienſibus omissa, editore *Ludovico Odespun* de la Meschinieres, Presbytero Turonensi. Paris. 1646. fol. Eadem postea dedere Labbeus & Harduinus. Singula autem Galliæ Concilia, quando habita & ubi in tomis Conciliorum vel in aliis collectionibus reperiantur, ordine Alphabetico exponit Jacobus le Long in Bibliotheca Historica Galliæ p. 89--113.

Canones Ecclesiastici ad Ecclesiæ Gallicanæ usum collecti ab *Adriano Behotio*, Magno Archidiacono Rothomagensi. Paris. 1605. 8.

Decretorum Ecclesiæ Gallicanæ ex Conciliis ejusdem Oecumenicis, statutis Synodalibus Patriarchicis, Provincialibus ac Diœcesanis, Regiis Constitutionibus, Senatusconsultis, Episcoporum Galliæ scriptis, aliisque cum veterum tum recentium monumentis collectorum libri VIII. opera *Laurentii Bochelli*, Crespeiensis Valesii, in suprema Parisiensi Curia Advocati. Paris. 1609. 1621. fol.

Omitto notitiam Conciliorum, quæ passim traditur à Carolo Cointe in Annalibus Francorum, nec non a Sammarthanis fratribus in Gallia Christiana, quæ cum pulcherrimo auctario jam recuditur: tum singulorum Episcoporum decreta constitutiones & censuras Ecclesiasticas, quales longe plurimæ exstant in Bibl. Telleriana p. 165. seq. & 191. quibus potest addi Recueil des ordonnances, mandemens & censures de Mr. l'Eveque d'Arras. 1710. 8. Acta Erudit. 1710. pag. 438.

Recueil des Actes, titres & memoires concernans le Clergé de France. Paris 1716. fol. quinque Volum. Journal des Savans 1717. p. 622.

Synodicon in Gallia Reformata, or the acts, decisions, decrees and canons of the famous National Councils of the Reformed Churches in France, by *John Quick*, Lond. 1692. fol. 2 Volum. Acta Erud. A. 1693. p. 23.

D. Thomæ Ittigii Historia Synodorum Nationalium à Reformatis in Gallia habitarum, Parisiensis A. 1559. Pictavienſis A. 1560. Aurelianensis A. 1562. Lugdunensis A. 1563. & Charentonensis A. 1631. variis illustrata observationibus, Lipſ. 1706. 1707. 4.

Tous

2011 Ministerio de Cultura

Tous les Synodes Nationaux des Egliſes Reformées de France par *Jean Aymon*. Hagæ Com. 1710. 4. duobus Volum. Acta Erud. tom. V. Supplem. p. 375. Journal des Sav. 1711. p. 353. Memoirs of literature T. 1. p. 128. 181. 187. 191. 206. 230. 235. 239. Bibliotheque choiſie de Mr. Jean le Clerc T. 21. p. 377. Hiſtory of the works of the learned A. 1710. p. 605. 643. &c.

De Conciliis in Hiſpania habitis.

Concilia Hiſpanica à *Garſia Loaiſa* collecta editaque Madrit. 1693. fol. deinde inſerta poſterioribus Binii editionibus, nec minus Regiæ, Labbeique & Harduini.

Concilium Illiberitanum cum *Ferd. Mendozæ* obſervationlbus, Madrit. 1594. fol. & *Gundiſalvi Tellez.* Lugd. 1665. fol.

Brevis epitome decretorum, quæ in Valentinis Synodis ſtatuta ſunt, ordine alphabetico digeſta à *Gaſp. Scholano.* Valentiæ 1616. 8.

Joſephi Saënz, Cardinalis *de Aguirre*, notitia Conciliorum Hiſpaniæ. Salmanticæ 1686. 8. Acta Erud. A. 1688. p. 71. & 1694. p. 447.

Ejusdem collectio maxima Conciliorum Hiſpaniæ & novi Orbis. Rom. 1694. fol. tomis quatuor. Acta Erud. A. 1696. pag. 120. 164. 214. 217. Ex his quædam ab Harduino delibata.

Omitto Conſtitutiones ſynodales in ſingulis diœceſibus Hiſpaniæ, ut Conſtitutionum Provincialium Tarraconenſium libros V. ab Anton. Auguſtino editos Tarracone 1580. 4. aliasque aliarum provinciarum, vulgatas lingua Hiſpanica, quarum locuples Catalogus exſtat in Bibliotheca Telleriana p. 148. & 167.

De recentioribus nonnullis Synodis Hiſpaniæ, quibus etiam interſunt Laici; vide Rich. Simonis Epiſtolas ſelectas Gallice editas tom. 2. Epiſt. 20. p. 109. ſeq.

De Conciliis in Italia habitis.

Romana quædam Concilia primus luci aſſeruit *Lucas Holſtenius* in collectione Romana bipartita veterum Hiſt. Eccleſiaſt. monumentorum poſtuma, Rom. 1662. 8.

Alexander Raynaldus, teſte Allatio p. 23. Apum Urbanarum enumeravit omnia Concilia Romæ habita, adjecitque ex Vaticanis Codicibus ab aliis ignorata vel derelicta: tradidit exemplar Scipioni Cotellucio Cardinali, tunc temporis R. E. Bibliothecario.

Caroli

2011 Ministerio de Cultura

Caroli Borromæi Concilia Provincialia Mediolanenſia. Mediolan. 1599. fol. Venet. 1600. 4. Lugd. 1683. fol.

Multa Synodorum per varias Italiæ diœceſes celebratarum Acta ſeparatim edita recenſentur ordine Alphabetico in Bibliotheca Telleriana p. 159 -- 164. & 190. ſeq.

Conciliorum Regni Neapolitani fragmenta, Fr. *Thomæ Mariæ Alfani* Ord. Prædicator. ſtudio & labore collecta ac notis & diſſertationibus illuſtrata duobus tomis, quorum prior Synodos ante Concilium Tridentinum, alter poſt illud habitas, complectitur. Hoc opus ad præla paratum habere ſe profitetur auctor, qui ſub Thomæ Nitalæ nomine Florentiæ 1715. 8. Joannis Cardinalis de Turrecremata flores ſententiarum ex Thomæ Aquinatis ſcriptis collectos de ſummi Pontificis auctoritate edidit.

De Conciliis habitis in Anglia.

Hiſtoriam Conciliorum Anglicanorum breviter exponit *Martinus Kempius* in Bibliotheca Anglorum Theologica, edita Regiomont. 1677. 4. cap. XXI. p. 540 -- 610. præcipue ex Jo. Lud. Ruellii & Jo. Lud. Hartmanni Conciliis illuſtratis.

Henricus Speelmannus ex tribus, quos meditatus eſt, Conciliorum Britannicorum tomis primum tantummodo edidit, Lond. 1639. fol. complectentem Synodos ab initio Chriſtianæ Religionis ad periodum dynaſtiæ Anglo-Saxonicæ ſive Annum Chriſti 1066. Concilia, decreta, leges, conſtitutiones in re Eccleſiarum Orbis Britannici, videlicet Pambritannica, Pananglica, Scotica, Hibernica, Cambrica, Mannica, Provincialia, Diœceſana. Secundus tomus ab illo tempore usque ad excuſſum ab Henrico VIII. Papæ jugum, à Carolo Speelmanno nepote editus Lond. 1664. fol. manum admovente Guilelmo Dugdalo, minus emendatus minusque plenus. Tomus tertius, qui inſecuta tempora debebat perſequi, necdum lucem adſpexit.

Laurentii Howel Synopſis Canonum SS. Apoſtolorum & Conciliorum Oecumenicorum & Provincialium ab Eccleſia Græca receptorum, nec non Conciliorum, Decretorum & Legum Eccleſiæ Britannicæ & Anglo-Saxonicæ. Lond. 1708. fol. Hiſtory of the works of the learned A. 1708. p. 237. Ausführlicher Bericht von Büchern VII. pag. 728.

Pro-

2011 Ministerio de Cultura

Provinciale, ſive Conſtitutiones Angliæ, cum ſummariis & annotationibus *Guilelmi Lindewood*, Antwerp. 1525. fol. & Provinciale vetus provinciæ Cantuarienſis, cum ſelectioribus Lindewoodi notis, ex recenſione *Roberti Scharrok*. Oxon. 1664. 8.

Etiam Synodorum quarundam notitia peti poterit ex magna collectione actorum publicor. *Tho. Rymeri* ab A. 1101. ad 1616. tomis XVI. in fol.

Synodos, Convocationes & Conventus Eccleſiæ Anglicanæ perſequitur *Guilelmus Wake*, Archiepiſcopus hodie Cantuarienſis, in libro Anglice edito de ſtatu Eccleſiæ Clerique Anglicani.

De Conciliis habitis in Germania.

Statuta ſeu Decreta Provincialium & Diœceſanarum Synodorum Eccleſiæ Colonienſis. Colon. 1554. fol.

Acta Synodalia Oſnabrugenſis Eccleſiæ ab A. 1628. ad 1653. Colon. 1653. fol.

Sed quo pluribus innoteſcat atque ad promovendum tam præclarum opus ſtimulus addatur, age hoc loco oportuno, apponam integram delineationem collectionis novæ Conciliorum, aliorumque Eccleſiaſticorum monumentorum Germaniæ noſtræ, quam laudatiſſimo ſtudio parat eruditiſſimus vir *Chriſtophorus Matthæus Pfaffius*, Theologus Primarius & Cancellarius Tubingenſis.

ECCLESIÆ GERMANICÆ *tum veteris tum recentioris* ACTA PUBLICA, *inde à primis ejus initiis usque ad noſtra tempora digeſta, Concilia omnia, Imperatorum Germanorum Capitularia quævis & edicta Eccleſiaſtica, Pontificum Romanorum Bullæ Epiſtolæque, Eccleſiæ Germanicæ res juraque ſpectantes. Concordata, aviſamenta & gravamina nationis Germanicæ, Acta Reformationis ſciſſam in tres partes Eccleſiam Germanicam exhibentia, tum quæ in Comitiis Imperii concluſa, tum quæ in conventibus colloquiisque publicæ autoritate habitis diſceptata enataque fuere, Confœderationes denique & Pacificationes religioſæ. Omnia ex inſtrumentis authenticis, ubi dantur, fontibus ſaltem ſuis depromta recenſebit, atque ubi opus quidem id videbitur illuſtrata dabit, diſſertationemque præliminarem adjiciet Chriſtoph. Matthæus Pfaffius.*

Lecturis ſalutem plurimam dicit CHRISTOPH. MATTHÆUS PFAFFIUS, Theologus Tubingenſis.

SÆpiſſime jam animum noſtrum ſubiit cogitatio, qui contigerit, ut, cum Eccleſiarum fere quarumvis Orientalium & Occidentalium Concilia actaque publica in unum viri doctiſſimi digeſſerint, atque patriæ ſubinde

2011 Ministerio de Cultura

ſuæ res ornare certatim contenderint, nemo hactenus inter cives noſtros exſtiterit, qui Germanicæ Eccleſiæ acta publica Conciliaque in Corpus quoddam conflare & juxta temporum ordinem diſpoſita, luci exhibere ſuſtinuerit. Cum enim cumulata laude donati fuerint hactenus Viri præſtantiſſimi, qui Eccleſiæ Græcæ & Orientalium acta publica Conciliaque recenſuere, id quod poſt multos alios præſtitere *Beveregius*, *Juſtellus*, *Allatius*, *Clemens Galanus*, *Ludolphus*: qui porro Eccleſiæ Romanæ Italicæque res ejusmodi compilationibus ornavere, tum qui Conciliorum Romanas dedere collectiones, tum qui vitas Pontificum Romanorum enarravere, tum qui opera eorundem epiſtolasque & bullas in lucem prodire juſſere, ut *Ughellum*, qui *Italiam ſacram* ſcripſit, ut *Borromæum*, qui *Concilia Mediolanenſia* edidit, ut *Pithœum*, ut *Queſnellum* aliosq;, qui *Codicem Canonum Eccleſiæ Romanæ* exhibuere, taceamus: qui etiam Eccleſiæ Africanæ Conſtitutiones Canonesque illuſtravere, *Juſtelli*, *Schelſtratius*, *Capellus*, *Ellies du Pin*: qui rurſus Eccleſiæ Hiſpanicæ Concilia in unum jacta curis ſuis adſperſere, inter quos *Garciam Loaiſam* & *Joſephum Saënz de Aguirre*, Cardinalem maxime nominamus: qui & Eccleſiæ Gallicanæ Concilia ſtatutaque paſſim contulerunt, *Pithœus*, *Sirmondus*, *Rochellus*, *de la Lande*, *Odeſpunius*, *le Cointe*, *Baluzius*, *Pommeræus*, *Martenius*, *de Taix*, * *Sammarthani*, *Quickius*, *Aimonius*, alii: qui denique Eccleſiæ Anglicanæ Concilia actaque expoſuere, *Lindwoodus*, *Speelmannus*, *Dugdalius*, *Howelus*, *Rymerus*, aliique, cum & ii, qui reconditiorem plenioremque & ſolidiorem hiſtoriarum notitiam ſibi comparare avent, facile pervideant, nihil ſe acturos, ſi ex Scriptoribus ſaltem ſingularibus, *Actis Publicis* inſuper habitis atque neglectis, ſapiant. Mirum ſubinde cuipiam videatur neceſſe eſt, quod inter Germanos hactenus Eccleſiæ patriæ acta nemo in ordinem digerere atque diſponere tentaverit, digeſtaque in dias luminis auras quantocyus emiſerit. Fuit hinc opus hoc deſideratum hactenus, atque à Viris doctiſſimis, barbaris maxime exterisve, qui in interiora Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Germanicæ penetralia viſceraque πάνυ μᾶλλον ἀναζητήσαι, ut expoliretur perficereturque, expetitum. Quamvis enim, quæ huc pertinent, paſſim à ſummis, qui Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcriptis excoluere, Viris exhibeantur, nulla tamen hactenus collectio in unum facta à quoquam fuit, ubi, quæ in ampliſſimis voluminibus iisque ſubinde rariori-bus miris modis diſperſa exſtant, quæ & nonniſi iis, qui hiſtoriam literariam ad unguem norunt, ſingula cognita eſſe poſſunt, jam coadunata atque congregata reperirentur. Nec profecto defuere eruditiſſimi Viri, qui haud ita pridem, cum adhuc extra Germaniam verſaremur, frequenter nos monuere,

* *Guil. de Taix*, Memoires des affaires du Clergé de France 1576--1586. Paris 1625. 4.

2011 Ministerio de Cultura

nuere, ut hanc ſpartam nobis exornandam ſumeremus. Sed manum quo minus rei adjiceremus, tum vaſta rerum congerendarum moles operisque amplitudo, cui exornando impares lacerti humerique noſtri videbantur, tum officii, quo tum defungebamur, quibus Sereniſſimi Wirtembergiæ Ducis FRIDERICI LUDOVICI inſtitutio ſacrorumque apud eundem peragendorum cura eo tempore fuerat concredita, ratio effecit. Nunc autem, cum inde fere à biennio literis ſanctioribus in Academia Tubingenſi docendis ſimus admoti, cum & nuper valetudo, qua valde afflicta diu laboravimus, tantiſper nobis, Deo dante, reſtituta fuerit, tentandum nobis eſt, num ſpem Virorum doctiſſimorum aſſequi quadantenus, exſpectationemve pro tenuitatis noſtræ modulo tantiſper ſuſtinere valeamus. Exhibemus itaque hic rerum à nobis dandarum conſpectum, eo fine, ut & videant eruditi, quid e promiſſo opere habeant exſpectare, &, ſi quæ ſint à nobis vel errata vel omiſſa, (quæ profecto haud ſatis humana cavet natura) literis ad nos datis ſupplere iidem & corrigere poſſint. Quæ itaque daturi ſumus, *Acta*, hæc fere ſunt, à nobis ſecundum temporum ſeriem ita disponenda.

Circa medium Sec. IV. Concilium Agrippinenſe, quod noviſſime exhibuit quoque Harduinus, lectis Crabbii, Surii & Sirmondi veſtigiis. De ejusdem epocha diſputavere Cointius, Henſchenius, Pagius. De *αὐθεντία* poſt Elliesium du Pin latius agemus. Acta edita ſunt ex Hiſtoria Servati Tungrenſis, ad quam Papebrochius conferendus eſt, & Herigero, Abbate Laubienſi.

A. 386. Trevirenſe Concilium ex Sulpitio Severo.
397. Anaſtaſii I. Epiſtola ad Epiſcopos Germaniæ, apud Harduinum & Lünigium.
440. Leonis I. Epiſtola ad Epiſcopos Germaniæ de Chorepiſcopis.
444. Concilium Veſontinum contra Chelidonium ex Sirmondo trahi huc poterat, niſi idem id potius Viennenſe eſſe notaſſet.
497. Epiſtola Epiſcoporum Germaniæ ad Anaſtaſ. II. Pont. Rom. apud Goldaſtum.
590. Epiſtola Pelagii II. ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ, quam tamen ſuppoſititiam eſſe conſtat.
590. Concilium Metenſe ex Gregorio Turonenſi apud Sirmondum, Pagium, Natalem Alex. & Harduinum,

2011 Ministerio de Cultura

A.630. Dagoberti, Regis Francorum Capitularia tria ex Baluzio, ſex nempe Ripuariorum, lex Alemannorum, & lex Bajuvariorum.

697. Concilium Trajectenſe, cujus acta habet Marcellinus, illuſtravit Cointius, ſuſpectum Henſchenio, Mabillonio, Pagio.

Epiſtolæ & Acta Bonifacii, Germanorum Apoſtoli, Pontificumque Romanorum Gregorii II. Gregorii III. Zachariæ I. & Hadriani I. apud Baronium, Goldaſtum, Ducheſnium, Gretſerum, Serarium, Dacherium, Schilterum, Harduinum & Lünigium.

Capitularia, epiſtolæ, diplomata & edicta Caroli M. ad res Eccleſiæ Germanicæ ſpectantia apud Pithœum, Baronium, Goldaſtum, Baluzium, Harduinum, Lünigium, alios.

740. Concilium Germanicum ſub Bonifacio apud Baronium & Harduinum.

742. Concilium aliud Germanicum ſub eodem apud eosdem, itemque Goldaſtum, Serarium, Lehmannum, Cointium, Holſtenium, Schilterum, Baluzium, Natalem Alex. Mabillonium, Pagium, Lünigium. Cæterum idem hoc Concilium & *Francicum* adpellari videas.

743. Liptinenſe, quo vel maxime pertinet *indiculus ſuperſtitionum paganicarum* ex Baronio, Sirmondo, Cointio, Conringio, Schiltero, Baluzio, Pagio, Natali Alex. & Meinderſio.

744. 745. Germanicum apud Baronium, Goldaſtum, Schilterum, Baluzium & Harduinum.

745. Romanum (jam enim & Romanorum Conciliorum acta tum damus, ubi ad Eccleſiæ Germanicæ res enarrandas neceſſaria ſunt) apud Cointium & Harduinum.

747. Germanicum, quod è Willibaldo J. A. Schmidius quoque notavit.

753. Metenſe apud Harduinum, quod ad A. 757. Schmidium notare videmus.

756. Liptinenſe, quod tamen fictitium eſſe notarunt Sirmondus, Baluzius & Pagius.

761. Durienſe apud Caniſium, Sirmondum & Harduinum.

763. Nivernenſe apud Sirmondum & Harduinum.

764. Wormatienſe apud eosdem.

765. Attiniacenſe apud eosdem.

770. Wormatienſe apud eosdem, Baronium item & Goldaſtum.

771. Valentinianum ex Reginonis Chronico apud Sirmondum.

2011 Ministerio de Cultura

A. 772. Wormatienſe apud laudatos Autores, maxime vero Baluzium, qui de purgatione Sacerdotum decretum ibi factum exhibet, atque Harduinum.

772. Dingolvingenſe, quod Marcus Welſerus primus edidit, repetitum a Baronio, Cointio, Natali Alex. Pagio & Harduino.

773. Romanum, notatum etiam Struvio in Syntagm. Hiſt. Germ. p. 194.

775. Durienſe apud Baronium, Sirmondum, Mabillonium, Pagium & Harduinum.

776. Wormatienſe apud Baronium, Sirmondum, Pagium & Harduin.

777. Paderbornenſe apud Labbeum, Pagium & Schatenium.

779. Durienſe aliud poſt Sirmondum Caveus notat. Hinc factum, ut entia hic præter neceſſitatem diligentiſſimus Lünigius multiplicaret.

780. Paderbornenſe ſive Lippienſe apud Labbeum & Schatenium.

782. Paderbornenſe apud Schatenium, & Colonienſe quoddam apud Lünigium, qui & Lippienſe hic notat.

785. Paderbornenſe apud Schatenium, Pagium, &c.

786. Paderbornenſe notat Caveus. Verum & entia hic præter neceſſitatem multiplicantur.

786. 787. Wormatienſia apud Pagium & Harduinum.

788. Ingelheimenſe l. c. & apud Sirmondum. Accedere poſſunt, & quæ ex Chronico Reicherſpergenſi, quod nuper Ludewigius recuſum edidit, peti poſſunt.

789. Aquisgranenſe apud eosdem & Baluzium.

790. Wormatienſe apud Sirmondum & Harduinum.

792. Ratisbonenſe apud Cointium & Harduinum.

794. Francofurtanum illud & inſigne datum & illuſtratum apud Goldaſtum, Baronium, Petavium, Sirmondum, Aguirre, Baluzium, Dorſchæum, Maimburgium, Nat. Alex. Pagium, Dallæum, Spanhemium, Cabaſſutium, Harduinum, cum capitularibus actisque omnibus huc pertinentibus.

797. Aquisgranenſe apud Baluzium & Harduinum.

799. Aquisgranenſe apud Sirmondum, Nat. Alex. Pagium & Harduin.

800. Conventus generalis Moguntinus apud Lyſerum.

Canones Alemannicæ Eccleſiæ veteris à Goldaſto editi.

802. Aquisgranenſe apud Sirmondum, Cointium, Baluzium, &c.

2011 Ministerio de Cultura

A. 803. Ratisbonense apud Pagium, Baluzium & Harduinum.
Wormatiense apud Baluzium.
806. Ad Theodonis villam apud Baronium & Harduinum.
807. Salisburgense apud Canisium, Aventinum, Cointium, Mezgerum, alios.
809. Aquisgranense apud Baronium, Cointium, Schilterum, Baluzium & Harduinum.
813. Moguntinum apud Baronium, Cointium, Sirmondum, Cabassutium, Natalem Alex. Serarium, Harduinum, Lünigium. A. 1532. Basileæ editum habetur.
813. Aquisgranense apud Baluzium.
ad A. 814. Trevirense notat Lünigius, ex Sirmondo videlicet, Duchesnio & Harduino.
Capitularia, donationes, diplomata, reformatio, rescripta & Acta Ludovici Pii & sequentium Imperatorum usque ad Arnolphum apud Goldastum, Baronium, Sigonium, Schilterum, Baluzium, Harduinum, Lünigium, Struvium. De αὐθεντίᾳ omnium agetur curatius.
A. 816. Aquisgranense apud Sirmondum, Cabassutium, Natal. Alex. Baluzium, Harduinum, Lünigium.
817. Aquisgranense apud Goldastum, Baronium, Sirmondum, Baluzium, Harduinum, Leibnitium.
817. Romanum de donationibus sedi Romanæ factis, in Jure Canonico & apud Raph. Volatterran. Sigon. Baron. Cointium, Harduinum, alios, quos citat Struvius in Syntagm. Hist. Germ. p. 210. 211.
818. Aquisgranense apud Baluzium & Harduinum.
ad A. 819. Ingelheimense notat Lünigius, id quod tamen alios fugit.
A. 821. Theodonis Villare & Triburiense apud Sirmondum, Harduinum, Cointium, Goldastum, Baluzium.
826. Ingelheimense apud Baluzium, Sirmondum, Harduinum.
Gregorii IV. epistolæ quædam apud Baronium & Harduinum ad Episcopos Germaniæ.
828. Aquisgranense apud Cointium, Pagium, Baluzium, &c.
829. Moguntinum apud Baronium & Sirmondum.
829. Wormatiense apud Baluzium, Cointium, Pagium & Harduinum.
830. Aquisgranense præsente Gregorio IV. Pontifice de reformandis Sacerdotum & Monachorum moribus apud Henricum Mutium.
A. 831.

2011 Ministerio de Cultura

A. 831. Noviomagenſe apud Harduinum.
833. Moguntinum fictitium apud Lyſerum, ubi & neſcio, quo jure Aquisgranenſe notat Lünigius.
833. Wormatienſe apud Cointium & Harduinum. Geſta duorum Conciliorum Magunciaci & Wormacienſis, edita Baſileæ apud Henr. Petri 1532. 4.
833. Hamburgenſe apud Lambecium.
834. Moguntinum apud Lyſerum.
835. Metenſe apud Sirmondum, Pagium & Harduinum.
835. Theodonis-Villare apud Sirmondum, Harduinum, Cointium.
836. Aquisgranenſe apud Baronium, Sirmondum, Harduinum, Natalem Alex. Pagium.
836. Wormatienſe apud Schmidium.
840. Ingelheimenſe apud Sirmondum, Pagium & Harduinum.
841. vel 842. Aquisgranenſe apud Harduinum.
843. Colonienſe apud Harduinum & Baluzium, cum Agrippinenſe haud ſit, ſed Gallicanum aliud, omittitur.
Sergii II. epiſtola apud Harduinum.
844. Theodonis-Villare apud Harduinum & Baluzium, itemque Natalem Alex.
847. Moguntinum apud Baronium, Harduinum, Serarium, Lünigium, alios.
Leonis IV. epiſtola ad Lotharium & Ludovicum Imp. apud Baron.
848. Moguntinum apud Baronium, Mabillonium, Harduinum, Sirmondum, Serarium, Nat. Al. Pagium, Mauguinum, Leibnitium, alios.
852. Moguntinum apud Baronium, Harduinum & Pagium.
857. Moguntinum apud Baronium, Serarium, Freherum, Harduinum.
858. vel 859. Metenſe apud Harduinum & Baluzium, itemque Sirmondum & Pagium.
859. Moguntinum apud Sirmondum.
860. Confluentinum apud Baronium, Sirmondum & Harduinum.
860. vel 861. Aquisgranenſe apud Goldaſtum, Sirmondum, Baluzium & Harduinum.
Nicolai I. Epiſtolæ ex Baronio & Lünigio.
862. Aquisgranenſe apud Baronium, Sirmondum & Harduinum.
863. Romanum apud Baronium & Goldaſtum.

2011 Ministerio de Cultura

A. 863. Metense apud Baronium, Sirmondum, Harduinum, Natalem Alex. & Pagium.

Colonienſe fictitium apud Goldaſtum, ubi & epiſtolæ Epiſcoporum Germaniæ ad Nicol. I. quales duæ & in Baronio atque Lünigio.

Wormatienſe apud Aventinum & Goldaſtum. Idem ad A. 868. referunt Pagius, Cabaſſutius, Natalis Alex. Harduinus, Lünigius. Acta prolixiora promiſit Neſſelius.

Hadriani II. Epiſtolæ apud Baronium, Harduinum & Lünigium.

Acta Teutgaudi Trevirenſis & Guntharii Agrippin. apud Baronium, Lünigium & alios.

869. Metenſe apud Sirmondum, Schilterum, Pagium, Baluz. & Hard.

870. vel 871. Colonienſe fictitium apud Goldaſtum, Freherum & Hard.

870. Romanum apud Baronium.

873. vel 874. Colonienſe apud Meibomium & Harduinum.

875. Romanum, & A. 876. Ticinenſe apud Baronium, Harduinum, Struvium & alios.

887. Colonienſe apud Harduinum.

888. Moguntinum apud Harduin. Nat. Alex. Schatenium, Paullinium.

888. Metenſe apud Harduinum, Sirmondum, Nat. Alex.

890. Forcheimenſe apud Lünigium.

890. Wormatienſe apud Harduinum, Pagium, Cabaſſutium & Nat. Alex.

895. Moguntinum apud Serarium, Nat. Alex. alibi.

895. Triburienſe apud Baronium, Henſchenium, Harduinum, Nat. Alex. Lambecium & Schilterum. Prodiit & ſeparatim.

899. Triburienſe apud Sigebertum Gemblacenſem.

Johannis VIII. epiſtolæ quædam ad Epiſcopos Germanos, horumque epiſtola ad Johannem, & Hattonis Archiep. Mogunt. epiſtola ad Johannem IX. apud Harduinum & Lunigium.

ad A. 903. Synodum Leodienſem diligentiſſimus Lunigius notat, quam invenire hactenus non potuimus.

ad A. 912. idem notat Concilium Confluentinum.

A. 916. Synodus Altheimenſis ex Hermanno Contracto & Ivone apud Schilterum.

922. Concilium Confluentinum, quod exſtat apud Harduinum.

928. Duisburgenſe apud eundem.

932. Erfordienſe apud Schilterum, Leibnitium & Harduinum.

A. 943.

2011 Ministerio de Cultura

A. 943. Bonnenſe apud Leibnitium & Harduinum.
Agapeti II. quædam epiſtola apud Harduinum.
947. Virdunenſe apud Harduinum.
948. Moſomenſe apud Baronium & Harduinum.
948. vel 949. Ingelheimenſe apud Goldaſtum, Sirmondum, Schilterum, Freherum, Pagium, Leibnitium, Natalem Alex. & Harduinum.
948. Trevirenſe apud Harduinum & Maſenium.
949. Romanum apud Harduinum.
951. vel 952. Auguſtanum apud Goldaſtum, Caniſium, Natalem Alex. Pagium & Harduinum.
ad A. 956. Auguſtanum, ſed dubium notat Lunigius.
Leonis VII. epiſtola ad Gallos & Germanos apud Harduinum.
963. 964. Acta Conciliorum Romanorum, Ottonis I. & Leonis VIII. ex Goldaſto, Baronio, Natali Alex. Pagio, Schiltero, Struvio, Lunigio, aliis.
963. Concilium Moguntinum dubium notat Lunigius, ſcilicet ex Trithemio.
964. Colonienſe ex Trithemio.
972. Ingelheimenſe apud Baronium, Pagium & Harduinum.
Benedicti VI. Epiſtola quædam apud Harduinum.
Pilgrimi Laureacenſis Epiſtola ad Benedictum VII. apud eundem.
Benedicti VII. epiſtola ad Gallos & Germanos apud eundem.
992. Concilium Aquisgranenſe apud Hermannum Contractum.
995. Moſomenſe apud Baronium, Pagium & Harduinum.
996. Concilium Romanum fictitium de VII. Electoribus inſtitutis apud Baronium, Harduinum & alios. Vide & Struv. in Syntagmate Juris publici diſſert. 16. § 3.
Gregorii V. epiſtola ad Germanos apud Baronium.
1000. Synodus Gandenſis apud Leibnitium.
Ottonum Imperatorum Conſtitutiones Eccleſiaſticæ donationesque & diplomata, itemque Senatus Romani conſulta & Leonis VIII. bulla ex Baronio, Goldaſto, Holſtenio, Schiltero, Harduino, Struvio, autoribusque apud hunc citatis, itemque Lunigio.
Epiſtola Udalrici, Epiſcopi Auguſtani ad Nic. I. ejusdemque Canoniſatio in Concilio Romano A. 993. facta apud Goldaſtum, Baronium, Schilterum, Cherubinum, Calixtum, Harduinum, alios.

2011 Ministerio de Cultura

A. 1001. Varias Synodos ſub initium Seculi XI. habitas, Palithinam ſive Pœldanam, Francofurtanam & Frizlarienſem Tangmarus apud Leibnitium memorat.

1005. Concilium Tremonienſe apud Meibomium, Schilterum, Pagium, Leibnitium & Harduinum.

1006. Francofurtanum apud Baluzium, Leibnitium & Harduinum; ad A. 1011. refert Lehmannus.

1007. Aliud Francofurtanum, prioris appendix, apud Gretſerum & Ludewigium.

ad A. 1010. Gandersheimenſe notat Lunigius, de quo tamen nihil habet Leukfeldius.

A. 1011. Bambergenſe apud Harduinum.

1018. Neomagienſe apud Meibomium & Leibnitium.

1018. Goslarienſe apud Leibnitium.

1022. Salegunſtadienſe apud Cabaſſutium, Natalem Alex. Pagium & Harduinum, Orthuinum item Gratium, Leibnitiumque & Lunigium.

1022. vel 1023. Aquisgranenſe apud Harduinum.

1022. Moguntinum ſive Salegunſtadienſe (quæ neſcio, quo jure in duo dividit Lunigius) apud Leibnitium, Natalem Alex. Serarium, Pagium, Harduinum. Addit aliud Moguntinum ad A. 1023. Schmidius cum Lyſero. Cæterum heic in annis mirè variant Scriptores. Ita enim ad A. 1026. novum Salegunſtadienſe memorant autores vitarum Meinwerci & Godehardi apud Leibnitium.

1027. 1028. Ad hos annos Francofurtenſe, Moguntinum ſive Geizliceuſe, itemque Palithinum ſive Pœldenſe, Scriptores apud Leibnitium & Harduinum notant.

1031. Triburienſe apud Harduinum.

1035. vel 1036. Triburienſe aliud apud eundem, itemque Freherum & Pagium. Unum hoc idemque cum priore eſſe notavit Schmidius.

1043. Trevirenſe apud Leibnitium.

1044. Conſtantienſe apud Harduinum.

1046. Sutrinum apud Baronium, Pagium & Harduinum.

1047. Germanicum quoddam apud Pagium & Schmidium, qui notat, à Coſſartio id omiſſum fuiſſe; habet idem & Baronius.

A. 1049.

2011 Ministerio de Cultura

A. 1049. vel 1051. Moguntinum apud Bœclerum, Leibnitium, Pagium & Harduinum.
1049. Wormatienſe apud Natalem Alex. & Pagium.
1052. Goslarienſe apud Hermannum Contractum.
1053. Wormatienſe apud eundem.
1054. Moguntinum apud Harduinum.
1056. Colonienſe apud Lupum & Harduinum.
1061. Baſileenſe apud Baronium, Schilterum & Harduinum.
1062. Osborienſe apud Natalem Alex. Pagium & Harduinum.
1069. Moguntinum apud Pagium, Harduinum & Lunigium. Acta Moguntiæ cuſa ſunt in forma majore.
1071. Moguntinum aliud apud Harduinum & Lunigium.
1072. vel 1073. Erfordienſe apud Baronium, Serarium, Leibnitium & Harduinum.
1074. Erfordienſe alterum apud Serarium & Piſtorium.
1075. Moguntinum apud Harduinum.
1076. Triburienſe apud eundem & Baronium.
1076. Wormatienſe apud Goldaſtum, Meibomium, Natalem Alex. Pagium, Harduinum & Lunigium.
1076. Romanum apud Lupum & Harduinum.
1076. Papienſe apud Harduinum.
1078. & ſeqq. Romana Concilia apud Lupum, Natalem Alex. Pagium & Harduinum.
1080. Moguntinum apud Harduinum.
1080. Herbipolenſe apud Bertholdum & Harduinum.
1080. Brixinenſe apud Lupum, Natalem Alex, Harduinum, Lunigium, maxime vero Goldaſtum.
1080. Ultrajectinum apud Natalem Alex.
1085. Berbacenſe apud Lupum & Natalem Alex.
1085. Moguntinum apud Aventinum, Kranzium, Goldaſtum, Freherum, Piſtorium & Harduinum.
1085. Quintilineburgenſe apud Baronium, Lupum, Natalem Alex. Pagium & Harduinum, itemque Goldaſtum & Urſtiſium.
1086. Moguntinum apud Dubravium, Pagium, &c.
1086. Oppenheimenſe in Chronica Auguſtenſi & Bertholdo.
1094. Conſtantienſe apud Pagium & Harduinum.

2011 Ministerio de Cultura

Acta, Conſtitutiones, decreta & epiſtolæ Imperatorum Henrici II. & Henrici IV. apud Aventinum, Baronium, Goldaſtum, Magdeburgenſes, Urſtiſium, Reuberum, Harduinum & Lunigium.
Clementis II. epiſtola ad Clerum Bambergenſem apud Gretſerum, Pagium & Ludewigium.
Leonis IX. diploma de Corpore S. Dionyſii apud Harduinum.
Gregorii VII. dictatus, acta epiſtolæque decretales apud Goldaſtum, Baronium, Cherubinum, Schilterum, Rechenbergium, Harduinum, Lünigium & Ditmarum.
A. 1105. Quintilineburgenſe ſive Northuſanum apud Goldaſtum, Piſtorium, Leibnitium & Harduinum.
1105. Moguntinum apud Harduinum.
1106. Auguſtanum apud Ditmarum.
1108. Moguntinum apud Kranzium.
1111. Lateranenſe apud Baluzium, Natalem Alex. Pagium & Harduinum.
1115. Colonienſe apud Harduinum.
1116. Colonienſe aliud apud eundem.
1118. Colonienſe aliud apud eundem.
1118. Frizlarienſe apud Pagium & Harduinum.
ad A. 1121. Conventum Quedlinburgenſem Lünigius notat. Ex Harduino ſcilicet.
1122. Wormatienſe apud Goldaſtum, Pagium & Harduinum.
1129. Leodienſe apud Kranzium.
1130. Herbipolenſe apud Baronium & Pagium.
1131. Moguntinum apud Serarium & Harduinum.
1131. Leodienſe apud Leibnitium, Pagium & Harduinum.
1148. Trevirenſe apud Pagium & Harduinum.
1151. Moguntinum apud Kranzium.
1152. Conſtantienſe apud Theodor. Engelhuſenium, quem Leibnitius dedit.
1159. Moguntinum apud Serarium.
1160. Papienſe apud Goldaſtum, Baronium, Pagium, Harduinum & Lünigium.
1161. Laudenſe apud Goldaſtum, Natalem Alex. & Harduinum.

2011 Ministerio de Cultura

A. 1165. vel 1166. Herbipolenſe apud Goldaſtum, Baronium, Pagium, Harduinum & Lünigium.
1168. Lateranenſe apud Harduinum.
1177. Venetum apud eundem.
1178. Salisburgenſe quoddam Lünigius notat.
1179. Lateranenſe apud Cabaſſutium, Natalem Alex. Pagium & Harduinum.
1186. Moſomenſe apud Pagium & Schmidium.
1186. Geilhuſanum apud Schilterum.
1189. Ratisbonenſe apud Freherum.
1196. Bambergenſe apud Hoffmannum.

Epiſtolæ Pontificum Romanor. Paſchalis II. Calixti II. Innocentii II. Lucii II. Eugenii III. Hadriani IV. Alexandri III. Clementis III. & Innocentii III. apud Baronium, Cherubinum, Baluzium, Harduinum, Lünigium, aliosque quam plurimos, Goldaſtum, Urſtiſium, Martenium, &c.

Acta Innocentii II. & Lotharii II. apud Baronium, Lünigium, aliosque.

Senatus Romani conſultum ſub Conrado III. apud Goldaſtum.

Acta Henrici V. cum Paſchali II. & Calixto II. juramentum Pontifici præſtitum, privilegiaque Sedi Romanæ data, conſtitutionesque & epiſtolæ apud Baronium, Goldaſtum, Cherubinum, Schilterum, Pfeffingerum, Leibnitium, Harduinum, Ditmarum & Lünigium.

Epiſtola Procerum Germaniæ ad Hadrianum IV. de delenda infami pictura, coronationem Lotharii II. repræſentante; ex Radevico apud Schilterum.

Friderici I. Acta cum Pontificibus Rom. Eugenio III. Hadriano IV. & Alexandro III. Conſtitutiones itidem, reſcripta & epiſtolæ, apud Goldaſtum, Baronium, Schilterum, Harduinum & Lunigium.

Principum Germaniæ reſcriptum ad Innocentium III. de electione Ottonis IV. apud eosdem.

Ottonis IV. donatio Sedi Romanæ facta apud Baronium. Ejusdem reformatio apud Goldaſtum. Juramentum Sedi Romanæ præſtitum apud Lünigium.

1219. Concilium Salisburgenſe apud Freherum.

2011 Ministerio de Cultura

A. 1225. Germanicum ſive Colonienſe ſive Moguntinum (inde enim factum, ut entia hic rurſus præter neceſſitatem Lünigius multiplicaret, ex unico tria faciens Concilia, Germanicum, Colonienſe & Moguntinum) apud Natalem Alex, & Harduinum.
1226. Leodienſe apud Harduinum.
1228. Romanum apud Raynaldum, Natalem Alex. & Harduinum.
1233. Moguntinum apud Harduinum.
1235. Moguntinum aliud apud Raynaldum & Harduinum.
1245. Acta Concilii Lugdun. contra Frider. II. apud Harduinum.
1248. Scheningenſe apud Oſtrogothos in Suecia habitum, inter Concilia Germaniæ memorat Lunigius, qui forſan alicubi *Sueviam* pro *Suecia* legit. Ponit enim *zu Scheningen in Schwaben.*
1248. Vratislavienſe apud Raynaldum, Harduinum, alios.
1260. Colonienſe apud Natalem Alex. Harduinum & Lunigium.
1260. Moguntinum apud Serarium.
1261. Moguntinum aliud apud Serarium, Leibnitium & Harduinum.
1266. Colonienſe apud Harduinum & Lunigium.
1267. Vratislavienſe apud Harduinum, aliosque, quos notat Schmidius.
1267. Viennenſe in Auſtria apud Freherum, Lazium, Caniſium, Lambecium, Natalem Alex. & Harduinum.
1273. Leodienſe in Chronico Elwangenſi.
1274. Salisburgenſe apud Mezgerum, Natalem Alex. & Harduinum.
1276. Triburienſe apud Lambertum Schaffnaburgenſem.
1280. Colonienſe apud Natalem Alex. Harduinum & Lunigium.
1281. Salisburgenſe apud Mezgerum, Natalem Alex. & Harduinum. Poſt hoc aliud Salisburgenſe adhuc Mezgerus ponit.
1287. Herbipolenſe apud Natalem Alex. & Harduinum.
1291. Salisburgenſe apud Mezgerum, Harduinum & Lünigium.
1292. Aſchaffenburgenſe apud Harduinum.
1300. Colonienſe apud Harduinum.

Statuta Eccleſiæ Conſtantienſis ab Edmundo Martenio edita.
Ottonis IV. Acta cum Pontificibus Rom. apud Baronium, Lünigium, &c.
Ejusdem Decretum de bonis eccleſiaſticis apud Goldaſtum.
Friderici II. Imp. Conſtitutiones, apologia, aurea bulla, acta contra hæreticos, cum Pontificibus Romanis & contra Synodum Lugdunenſem,

2011 Ministerio de Cultura

nenſem epiſtolæ, &c. apud Radevicum, Petrum de Vineis, Albertum Stadenſem, Matthæum Pariſienſem, Baronium, Goldaſtum, Cherubinum, Schilterum, Harduinum & Lünigium.

Acta Pontificia contra Conradum, apud Cherubinum.

Conradi V. edictum apud Goldaſtum.

Richardi Angli Conſtitutio apud Goldaſtum.

Conradini querelæ apud Goldaſtum.

Rudolphi Habsburgici, Adolphi & Alberti I. Imperatorum, Electorumque Imperii Principumque acta, donationes Sedi Romanæ factas ſpectantia, Conſtitutionesque aliæ, qualis illa Rudolphi pro primis precibus, apud Goldaſtum, Lünigium, &c. itemque in appendice Actorum Comaclenſium, &c.

Epiſtolæ Pontificum Romanorum Innocentii III. Alexandri IV. Urbani IV. Gregorii X. &c. apud Baronium, Goldaſtum, Baluzium, Harduinum, &c.

Legatorum Pontificiorum ſtatuta & mandata Germanis A. 1225. & 1246. præſcripta apud Lünigium.

1306. Colonienſe. Ad hunc enim annum & ſequentes 1307. & 1310. Henrici II. Archiep. Colonienſis acta Synodalia exhibet Lunigius. Adde Harduinum.

1310. Moguntinum ſeparatim cuſum. Adjice eundem.

1310. Salisburgenſia duo. Conſule eundem.

1310. Trevirenſe. Inſpice Edmundi Martenii theſaurum anecdotorum, qui nuper hujus Concilii notitiam & acta dedit. Adde tamen & Lunigium.

1322. Colonienſe apud Harduinum & Lunigium.

Statuta Synodalia Colonienſia annorum 1327. 1328. 1330. quæ & exhibet Lunigius.

1327. Moguntinum. Evolve Statuta Moguntina.

1333. Colonienſe apud Lunigium.

1350. Bremenſe apud Lambecium.

1359. Moguntinum apud Serarium.

1370. Colonienſe. Etenim ſtatuta ſynodalia Frid. III. Archiep. Colon. ab A. 1370. usque ad A. 1400. exhibet Lunigius.

1372. Moguntinum apud Serarium.

1387. Salisburgenſe apud Natalem Alex. & Harduinum.

Henrici

2011 Ministerio de Cultura

Henrici VII. Lützelburgici Acta Ecclesiastica apud Goldastum, Schilterum, Leibnitium & Lunigium.

Ludovici Bavari & Johannis Pontif. Rom. Ordinumque Imperii Acta apud Goldastum, Flacium, Herwartum, Freherum, Schilterum, Harduinum, Lunigium, alios.

Electorum rescriptum ad Benedictum IV. apud Goldastum, Lunigium, aliaque apud hunc haud negligenda.

Gravamina nationis Germanicæ 1345. 1346. apud Goldastum.

Eduardi Angli acta ecclesiastica apud Goldastum.

Caroli IV. mandata, Constitutiones & epistolæ, itemque Reformatio apud Goldastum, Cherubinum, Schilterum, Leibnitium, Lunigium & Struvium.

Wenceslai Constitutio pro primariis precibus, itemque reformatio aliaque apud Goldastum & Lunigium.

Clementis VI. epistola contra Flagellantes apud Harduinum.

Urbani VI. epistola ad Wenceslaum apud Lunigium.

Bonifacii IX. Constitutio pro libertaae Ecclesiastica apud Goldastum & Lunigium.

A. 1405. Pragense apud Raynaudum & Harduinum.

1408. Pragense apud Raynaudum.

1409. Francofurtanum apud Harduinum.

1414. Constantiense illud insigne, cujus acta amplissima non solum apud Collectores Conciliorum, separatimque cusa exstant, sed & aucta suppletaque & meliorem in formam fusa conspiciuntur maxime apud Goldastum, Holstenium, Schilterum, Hermannum von der Hardt, Leibnitium, Schelstratium, Lenfantium, Lunigium, aliosque, quos longo recenset ordine Vir summus *Jo. Andreas Schmidius.* * Novissime acta hujus Concilii accessionibus haud contemnendis ornavere Viri præstantissimi, *Edmundus Martene*, Monachus Benedictinus e congregatione S. Mauri, S. Germani à Pratis, & *Burgeois du Chastenet*, Parlamenti Parisiensis Advocatus, quas & nos actis communibus adjiciemus. Alia quædam eaque & ipsa nondum cusa haud parvæ molis, Protocollum quoque

* Supplemento ad Casp. Sagittarii Τ῀ μακαρίτου introductionem in Historiam Ecclesiasticam T. 2. p. 982. seq.

2011 Ministerio de Cultura

que Concilii Constantiensis authenticum, exstitere apud Virum celeberrimum, qui vero nuper vivis excessit, & cujus mortem lachrymis acerbis Respublica deflet literaria, *Stephanum Baluzium*, in Bibliothecam Regiam Parisiensem jam, uti accipimus, invehenda.

A. 1420. Salisburgensia duo apud Natalem Alex. Harduinum & Lunigium.
1420. Lubecense apud Lunigium.
1421. Pragense apud Raynaldum & rerum Bohemicarum scriptores, quorum longum agmen dant Caveus & Schmidius.
1423. Colonienſe apud Harduinum & Lunigium.
1431. Basileense apud Autores, quos citant Caveus & Schmidius. Addi merentur Goldastus, Orthuinus Gratius, Cherubinus, Leibnitius, Lunigius, & qui novissime anecdota hujus Concilii acta dedit, Martenius. Plura adhuc dabunt Lenfantius & von der Hardt, queis fausta ut adsit Lucina, precamur. Amplissima hujus Concilii Acta atque ea nondum cusa apud Baluzium vidimus.
1435. Synodus Argentoratensis apud Martenium.
1437. Synodus Pomeranica apud Ludewigium.
1440. Frisingense Concilium apud Harduinum & Lunigium.
1449. Lausannense apud Harduinum cum advisamentis Nicolai V. cæterisque actis huc pertinentibus.
1451. Moguntinum apud Serarium.
1452. Colonienſe apud Harduinum.

ad A. 1470. Colonienſe aliud Lunigius memorat. Statuta judicialia Theodorici Archiepiscopi Colonienſis edita 1529. 4.

A. 1479. Confluentinum apud Lunigium, ubi & Gravamina quædam nationis Germanicæ exhibentur.
1489. Stargardense apud Ludewigium.
1499. Moguntinum apud Serarium.
1499. Sedinense apud Ludewigium.

Acta in causa Ruperti Palatini contra prætensiones Pontificum apud Herwartum, Schilterum, Goldastum, Leibnitium, Struvium, alios.

Sigismundi Imp. reformatio, concordata cum Martino V. avisamenta & gravamina nationis Germanicæ A. 1416. & 1427. Constantiæ & Moguntiæ sub ipso producta, Constitutiones, acta & epi-

2011 Ministerio de Cultura

ſtolæ apud Goldaſtum, Leibnitium, Müllerum, Struvium, Harduinum, Lunigium, alios.

Alberti II. ſanctio pragmatica apud Goldaſtum.

Unio Electorum ad ſchiſma tollendum apud Müllerum, 1438. Add. Lunigium.

Acta Friderici III. aviſamenta, reformatio, gravamina nationis Germanicæ eidem bis ac ter propoſita, juramentum Nicolao V. præſtitum, concordata maxime nationis Germanicæ cum Nicolao V. A. 1447. facta, & declaratione Gregorii XIII. explicata, apud Goldaſtum, Urſtiſium, Duarenum, Fuggerum, Kulpiſium, Cherubinum, Schilterum, Leibnitium, Dattium, Müllerum, Cortrejum, Lunigium, Struvium.

Johannis XXIII. Bulla apud Harduinum & Lunigium.

Eugenii IV. Bullæ, res Eccleſiæ Germanicæ ſpectantes, apud Harduinum, Bzovium, Wadingum, Cherubinum, Lunigium.

Nicolai V. Bullæ apud eosdem.

Calixti III. confirmatio indultuum de precibus primariis apud Harduinum & Lunigium.

Indulgentiæ Papales per Raymundum Perandum in Germania A. 1489. publicatæ, apud Lunigium.

Innocentii XIII. Indultus de primariis precibus apud Lunigium.

Pii II. quædam epiſtolæ & retractionum maxime bulla apud Goldaſtum, Harduinum & Lunigium.

A. 1505. Gravamina nationis Germanicæ apud Orthuinum Gratium & Goldaſtum.

1510. Gravamina nationis Germanicæ cum edicto Maximiliani I. apud Goldaſtum, Schilterum, Struvium & Lunigium.

1511. Maximiliani I. mandatum, legatis Romam miſſis datum de Convocatione Concilii univerſalis.

1512. Edictum Maximiliani I. de abolitione Concilii Piſani & Turonenſ. apud Goldaſtum & Schilterum.

1516. Concilium Colonienſe apud Lunigium.

1517. Theſes Lutheri indulgentiis Tetzelianis oppoſitæ.

1518. Maximiliani I. literæ ad Leonem X. de Luthero, apud Lunigium & Goldaſtum.

2011 Ministerio de Cultura

A. 1518. Colloquium Augustannm inter Cajetanum & Lutherum, cujus fontes Schmidius indicavit.

1518. Colloquium Lipsiense.

1520. Bullæ Leonis X. contra Lutherum, apud Cherubinum, Lunigium, Harduinum, &c.

1521. Acta Conventus Wormatiensis, cum Caroli V. ad Lutherum & Hadrianum VI. epistolis, itemque edicto contra Lutherum, apud Goldastum, Orthuinum Gratium, Melanchthonem, Lunigium. Alios fontes, qui anhelat, Schmidium consulat.

1522. Hadriani VI. Breve ad Fridericum, Electorem Saxoniæ, adversus Lutherum; apud Cherubinum, Harduinum, Lunigium.

1522. Acta Conventus Norimbergensis, ubi gravamina nationis Germanicæ fuere proposita, apud P. Martyrem, Orthuinum Gratium, Goldastum, Hortlederum, Struvium, Lunigium.

1524. Acta Conventus Ratisbonensis, apud Goldastum, Hortlederum, Lunigium, itemque Harduinum, qui & Canones Campegii de reformando Clero Germaniæ exhibet.

1525. Recessus Augustani excerpta ex Corpore Recessuum petenda.

1526. Prima confœderatio religiosa Torgensis, inter Johannem Electorem Saxoniæ & Philippum Landgravium Hassiæ, apud Hortlederum.

1526. Recessus Spirensis, excerpenda quædam ex corpore recessuum, Hortledero, &c.

1526. Acta Caroli V. & Clementis VII. apud Lunigium.

1526. Colloquium Homburgense apud Scultetum & Lambertum.

1527. Statuta judicialia Hermanni Archiepiscopi Colon. edita 1529. 4.

1528. Concilium Bituricense contra Lutherum, apud Harduinum.

1528. Concilium Senonense vel potius Parisiense contra Lutherum, apud eundem & Lunigium.

1529. Conventus Spirensis, cujus acta dabuntur ex corpore Recess. Imperii, Goldasto, Hortledero, Mullero, Cœlestino, Lunigio, cum instrumento *Protestationis* & edicto Caroli V. contra Anabaptistas.

1529. Colloquii Marpurgensis acta, separatim cusa, sed & danda ex Goldasto & Joh. Brentio, qui historiam arcanam ejusdem conscripsit, è tabulario Reutlingensi adjiciendam itemque Paullinio.

2011 Ministerio de Cultura

Tacemus vero fontes eos prorſus, quos celeberrimi viri Schmidius & Lœſcherus citant.

A. 1530. Acta Conventus Auguſtani ſuppeditabunt Melanchthon, Cœleſtinus, Chytræus, Hortlederus, Heuterus, Goldaſtus, Seckendorfius, Mullerus, & Receſſuum Imperii Corpus, itemque Lunigius aliique, ut alios adhuc fontes, quos Wernsdorfius & Lœſcherus monſtrant, taceamus. Dabimus vero hic non ſolum Confeſſionem Auguſtanam ex exemplo Brentiano, ſed etiam ſcripta nomine Imperatoris Caroli V. & Statutum Imperii Romano-Catholicorum, imo & privatis à Doctoribus Romanenſibus Auguſtanæ Confeſſioni oppoſita, ab Andr. Fabricio Leodio tota & Dav. Chytræo ex parte ſaltem edita, tum quia apparent rariſſima, tum quia ſine iis Theologia Auguſtanæ Confeſſionis, ipſis utpote oppoſita, nequit intelligi. Addemus & Tetrapolitanam Confeſſionem.

1531. Fœdus Smalcaldicum apud Hortlederum & Lunigium.

1532. Acta Conventus Schweinfurtenſis apud Goldaſtum, Seckendorfium, in der Strasburgiſchen Kirchen-Ordnung, Magirum, &c. aliosque apud Lœſcherum.

1532. Prima pacificatio religioſa Norimbergenſis apud Goldaſtum, Hortlederum & Lunigium, in corpore receſſuum Imperii & in Recueil des traités des paix.

1532. Indultus primariarum precum per Clementem VII. datus, apud Lunigium.

1532. Caroli V. edictum ad ordines Imperii de tollendo diſſidio religionis & Concilio convocando, apud Lunigium.

1534. Tractatus Cadanenſis apud Goldaſtum & Hortlederum.

1534. Clementis VII. Conſtitutio contra Epiſcopos, concordatis nationis Germanicæ contravenientes, apud Lunigium.

1535. Receſſus Imperii Wormatienſis contra Anabaptiſtas Weſtphalos, in Corpore Receſſuum.

1536. Concilium Colonienſe apud Harduinum, idem & ſeparatim cuſum Colon. 1538. fol. Addi poſſent, ſi rerum id pateretur moles, reformatio Hermanni Archiepiſcopi Colonienſis, cum Colonienſium antididagmate, Bucerique hanc in rem ſcriptis, actisque iſtis Colonienſibus omnibus & ſeparatim cuſis & apud Lunigium aliosque inveniendis. Sed eo excurrere vix nobis licebit.

2011 Ministerio de Cultura

A. 1536. Pauli III. Bulla in Cœna Domini, quam ſub ſequentibus Pontificibus, neſcio cur, ad nauſeam usque repetierit facetus homo, Laërtius Cherubinus.

1536. Confirmatio fœderis Smalcaldici apud HORTLEDERUM, LUNIGIUM, & in Recueil des traittés des paix.

1536. Acta Collegii Bevergenſis, ex archivis Caſſellanis petenda, hactenus apud Wigandum.

1536. Formula Concordiæ Wittebergenſis, data à Luthero, Bucero, Melanchthone, Myconio, GOLDASTO, Oſiandro, HOSPINIANO, Magiro, multisque aliis paſſim, Wigando, HOSPINIANO, Seckendorfio, Chytræo, GARTHIO, Luthero ipſo, quos omnes fere Lœſcherus hic in partes vocat.

1537. Ferdinandi I. literæ ad Lutherum apud GOLDASTUM & LUNIGIUM ſuppoſititiæ eſſe videntur.

1537. Acta Conventus Smalcaldici, ubi & articuli Smalcaldici fuerunt producti, & contra Schwenckfeldium actum, ſeparatim cuſa. Exſtant & apud HORTLEDERUM, & qui utramque heic ſemper paginam facit, Seckendorfium.

1538. Fœdus Romano-Catholicorum Smalcaldico oppoſitum der Catholiſche Gegen-Bund/ apud HORTLEDERUM, LUNIGIUM & in Recueil des traittés des paix.

1539. Acta Comitiorum Francofurtenſium apud GOLDASTUM & HORTLEDERUM.

1539. Concilium HILDESHEIMENSE apud LUNIGIUM.

1540. Acta Conventus HAGENOËNSIS apud Melanchthonem & HORTLEDERUM.

1540. Acta Conventus Wormatienſis apud eosdem.

1541. Acta Colloquii Ratisbonenſis apud autores a Schmidio citatos, GOLDASTUM etiam, qui & edictum Caroli V. Spirenſe 1541. habet, HORTLEDERUM, Bucerum, qui Acta ampliſſima edidit, LUNIGIUM. Adde receſſum Ratisbonenſem hoc anno factum, in corpore receſſuum exſtantem. *Interim Ratisbonenſe* apud Jo. Erdmannum Bielckium.

1542. Ferdinandi I. declaratio, ſociis Auguſtanæ Confeſſionis facta, apud LUNIGIUM.

1544. Receſſus Spirenſis in Corpore Receſſuum.

2011 Ministerio de Cultura

A. 1545. Concilium Tridentinum ſeparatim toties cuſum & apud Harduinum quoque exhibitum, cujus hiſtoria repetenda ex Sarpio, Card. Pallavicino, collectione epiſtolarum & obſervationum Vaſſoriana aliisque infinitis fere monumentis, quæ luculenta profecto recenſet celeberr. Schmidius. Solum addimus Lunigium, qui acta quædam Concilii Tridentini quoque exhibuit.

1545. Caroli V. approbatio articulorum Lovanienſium apud Goldaſtum & Lunigium.

1545. Acta Colloquii Ratisbonenſis, haurienda è fontibus à Schmidio adductis.

1546. Unio Caroli V. & Pontificis Romani apud Goldaſtum & Hortlederum.

1546. Pauli III. indulgentiæ ad exſtirpandam hæreſin Lutheranam, apud Hortlederum & Lunigium.

1548. Concilium Moguntinum ſeparatim euſum.

1548. Synodus Auguſtana apud Harduinum.

1548. Synodus Trevirenſis apud eundem, Maſenium & Lunigium.

1548. *Interim Auguſtanum*, apud Goldaſtum, Oſiandrum, in corpore receſſuum, Lunigium & alibi paſſim, ſeparatim ſæpius cuſum.

1548. *Interim Lipſienſe* apud Joh. Erdmannum Bieckium.

1548. Receſſus Auguſtanus in corpore receſſuum.

1549. Concilium Colonienſe apud Harduinum & ſeparatim cuſum.

1549. Moguntinum, ſub D. Sebaſtiano, Archiepiſcopo & Electore, apud Cabaſſutium, Natalem Alex. Harduinum, Lunigium, idemque ſeparatim editum Mogunt. 1549. fol.

1549. Trevirenſe, ſub Joanne Archiepiſcopo, apud Cabaſſutium, Natalem Alex. Harduinum & Lunigium, & ſeparatim cuſum Colon. 1549. 4. adjunctis aliis Archiepiſcoporum ſtatutis provincialibus.

1549. Argentoratenſe ſub Eraſmo Epiſcopo celebratum, cujus ſtatuta & decreta prodierunt Moguntiæ 1566. fol.

1549. Caroli V. conſtitutio de obſervat. canonum, apud Lunigium.

1550. Synodus Cameracenſis ſeparatim impreſſa.

1552. Transactio Paſſavienſis, cum appendice & ſeparatim edita, & apud Goldaſtum, Londorpium, Mejerum, in corpore receſſuum, apud Hortlederum, Cortrejum, Lunigium, in Recueil des traités des paix & alibi paſſim.

2011 Ministerio de Cultura

A. 1554. Ferdinandi I. edictum de Catechismis, allaque apud Goldastum & Lunigium.

1555. Pax Augustana religiosa apud Goldastum, Schilterum, Londorpium, Cortrejum, Lunigium, &c. qui & acta huc pertinentia habent.

1556. Synodus Barthensis separatim edita.

1556. Colloquium Ilsenacense à Flacio, Paullinio aliisque datum.

1557. Wormatiense separatim cusum atque etiam apud Melanchthonem, Goldastum, Freherum, Osiandrum, Fornerum, Altingium, Lunigium. Acta ejus MSS. à Joachimo Camerario scripta exstant in Bibliotheca Universitatis Tubingensis.

1558. Conventus Francofurtanus apud Goldastum, Hospinianum, Bossuetum, alios. Acta ejusdem plenissima manu scripta habentur in tabulario Illustris Consistorii Stuttgardiani.

1559. Protestatio Statuum Evangelicorum contra Reservatum Ecclesiasticum, apud Lunigium.

1560. Colloquii Vinariensis Acta, à Simone Musæo & Marquardo Frehero edita.

1560. Colloquii Heidelbergensis Acta, ab Altingio allisque data.

1561. Conventus Naumburgensis, à D. Hönnio celeberrimoque Viro *V. E. Læschero* descriptus. Compositum in eodem scriptum fuit, quo enarratæ fuere rationes, quæ Protestantes adegerint, quo minus Concilio Tridentino præsentes se stiterint. Ejusmodi scripta publica tria danda sunt; unum de A. 1537. alterum de A. 1546. tertium de A. 1564. apud Goldastum, Hortlederum, Lunigium invenienda. Vide, si placet, librum commentarium, quem de actis scriptisque publicis Ecclesiæ Wirtembergicæ scripsimus, pag. 37. 38. Cæterum amplissima acta Conventus Naumburgensis, sed manu scripta, asservantur in tabulario Illustris Consistorii Stutgardiani.

1564. Colloquium Maulbronnense; cujus fontes in libro citato p. 76. sq. satis indicavimus.

1564. Ferdinandi I. literæ ad Pontificem de danda laicis communione sub utraque, cum brevi concessorio Pii IV. apud Goldastum, Pelissonium, Lunigium.

2011 Ministerio de Cultura

A. 1564. Ferdinandi I. literæ ad Georgium Wicelium, apud Orthuinum Gratium.

Caſſandri Conſultatio & Wicelii via regia.

1564. Pii IV. indultus primariarum precum apud Lunigium.

1564. Maximiliani II. epiſtola ad Pium IV. de conjugio Clericis non prohibendo, apud eundem & Goldaſtum.

1565. Concilium Cameracenſe apud Harduinum.

1566. Synodus Dicœceſana Argentoratenſis ſeparatim cuſa.

1566. Pii V. Bulla apud Lunigium.

1567. Synodus Auguſtana apud Lunigium.

1567. Conſtitutiones & decreta Synodalia Civitatis & Dicœceſis Conſtantienſis, à Marco Sitico Cardinali, Epiſcopo Conſtantienſi, prodierunt ſeparatim Conſtantiæ 1568. 4.

1568. Pii V. conſtitutio de reſign. bonorum Eccleſ. apud Lunigium.

1568. Colloquium Altenburgenſe ſeparatim cuſum.

1569. Conſtitutiones & Decreta in Synodo Salisburgenſi, edita ſub D. Joanne Jacobo Archiepiſcopo. Dilingæ 1574. 4.

1570. Concilium Mechlinienſe ſeparatim cuſum, itemque apud Caballutium, Natalem Alex. & Harduinum.

1570. Synodus Guelpherbytana, ubi formula concordiæ inter Saxonicas Svecicasque Eccleſias condita fuit. Acta ſeparatim prodiere. Vide diſſert. de actis ſcriptisque publicis Eccleſiæ Wirtemberg. p. 41.

1571. Conventus Dreſdenſis Crypto-Calvinianorum, quos vocant, acta ſeparatim cuſa.

1571. Colloquium Franckenthalenſe cum Anabaptiſtis, ſeparatim cuſum.

1574. Torgavienſe apud Oſiandrum & Hutterum.

1576. Acta Conventus Lichtenbergenſis apud Hutterum.

1576. Declaratio Concordatorum nationis Germanicæ per Gregorium XIII. apud Cherubinum, Lunigium, &c.

1576. Varia Acta Maximiliani II. apud Lunigium.

1576. Acta Conventus Maulbronnenſis apud Hutterum & Oſiandrum. Vide libellum de actis ſcriptisque publ. Eccl. Wirtemb. p. 41.

1576. Acta Conventus Torgenſis apud Hutterum.

1576. Acta Conventus Riddagshuſani apud eundem.

2011 Ministerio de Cultura

A. 1576. Synodus Antwerpienſis, ſeparatim cuſa.
1576. Colloquium Jeverenſe, à Selneccero, Wigando & Feuſtkingio datum.
1577. Acta Conventus Bergenſis apud Hutterum.
1577. Acta Conventus Sangerhuſani apud eundem.
1578. Acta Conventus Tangermundenſis apud eundem.
1578. Acta Conventus Langenſaltzenſis apud eundem.
1578. Colloquium Hertzbergenſe ex editione Olearii, non Serveſtana, & Huttero.
1579. Conventus Juterbocenſis apud Hutterum.
1579. Conventus Torgenſis apud Huterum alibique. Cæterum acta ad Formulam Concordiæ ſpectantia plurima prodiere, quæ recenſere nunc non vacat. Habet & ejusmodi quædam Goldaſtus. Dabimus hic & plura ἀνέκδοτα.
1580. Uratislavienſis Synodus ſeparatim cuſa, Uratislaviæ 1585. 4. cum Uratislavienſis Eccleſiæ ſtatutis ſynodalibus antiquis.
1581. Gregorii XIII. Conſtitutio de emendatione Calendarii apud Goldaſtum & Lunigium.
1582. Conventus Erfurtenſis, ubi apologia Formulæ concordiæ fuit confecta.
1583. Acta Conventus Quedlinburgenſis apud Hutterum aliosque, quos longo agmine Schmidius recenſet. Habentur eadem ampliſſima ſed manu ſcripta in tabulario Illuſtris Conſiſtorii Stutgardiani, ut taceam Lunigium, qui Receſſum Quedlinb. exhibet.
1586. Concilium Cameracenſe apud Harduinum.
1586. Colloquium Mompelgardenſe, cujus fontes nuper *indicavimus.
1589. Badenſe, de quo itidem noviſſime** egimus.
1590. Emmendingenſe à Fechtio datum.
1593. Neuburgenſe ſive Bipontinum apud Hutterum.
1601. Ratisbonenſe apud Thuanum, Ludolphum, Hunnium, Crameram, Tannerum aliosque, quos nuper citavimus † & quos in partes celeberrimus Schmidius vocat. Cum Poſt-colloquio.
1606. Acta Donawerdenſia apud Londorpium & Mejerum.
1606. Pacificatio Viennenſis cum Hungaris apud Mejerum & in Hiſt. diplomatica Eccl. Hung.

* De actis ſcriptisque publicis Eccleſ. Wirtemberg. p. 79. ſeq.
** id. p. 80. † id. p. 84. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

A. 1607. Concilium Mechlinienſe ſeparatim cuſum, itemque apud Cabaſſutium, Natalem Alex. & Harduinum.
1609. Synodus Conſtantienſis ſub Jacobo Epiſcopo Conſtantienſi, Prodiit Conſtantiæ 1609. 4.
1609. Literæ Majeſtatis Rudolphi II. apud Goldaſtum, Mejerum & Lunigium.
1610. Unio Halenſis ſive Heilbronnenſis, cum actis reliquis apud Londorpium, Lunigiumque, & in Recueil des traités des paix.
1610. Liga Catholico-Romanorum Imperii Statuum Herbipolenſis apud Londorpium, Mejerum, Lunigium.
1610. Synodus Antwerpienſis & Argentoratenſis, omnes ſeparatim cuſæ.
1610. Decreta Synodalia Diœceſis Auguſtanæ, ſub D. Henrico Epiſcopo promulgata, editaque Dilingæ 1611. 4.
1611. Acta Aquisgranenſia apud Mejerum.
1612. Indultus primariarum precum Pauli V. apud Lunigium.
1613. Gravamina Statuum Romano-Catholicorum & Proteſtantium apud Londorpium, Mejerum & Lunigium.
1613. Colloquium Durlacenſe ſeparatim aliquoties cuſum.
1615. Colloquium Neuburgenſe, de quo nuper egimus.
1618. Acta Pragenſia, Bohemica, Sileſiaca, Auſtriaca, apud Londorpium & in Recueil des traités des paix.
1620. Aſſecuratio Romano-Catholicorum apud Lunigium.
1620. Pauli V. indultus primariarum precum apud eundem Lunigium.
1620. Transactio Ulmenſis inter Ligiſtas & Unitos apud Londorpium & Lunigium, itemque in Recueil des traités des paix.
1625. ſqq. Oſnabrugenſes variæ Synodi apud Lunigium.
1625. Conventus circuli Saxon. inferioris acta habent Londorpius & Adlzreiterus.
1627. Synodus Colonienſis, &
1628. Oſnabrugenſis ſeparatim cuſæ.
1629. Pacificatio Lubecenſis apud Londorpium, & in Recueil des traités des paix.
1629. Edictum Reſtitutorium apud Londorpium, Mejerum, Lunigium & in Recueil des traités des paix.
9. Compoſitio pacis Dillingenſis.

A. 1629.

2011 Ministerio de Cultura

A. 1629. Pupilla Augustanæ Confessionis cum defensione contra compositionem Dillingensem.

1630. Replica circuli Suevici ad Imperatoris edictum restitutorium per JCtos Tubingenses separatim cusa.

1631. Acta Conventus Colloquiique Lipsiensis apud Londorpium, Mejerum, Vogelium, Kromayerum, Calixtum, Lunigium, alios.

1635. Pacificatio Pragensis apud Londorpium, Mejerum, Vogelium, Lunigium, inque Corpore Recessuum &c.

1638. Indultus primariarum precum per Urbanum VIII. apud Lunigium.

1645. Colloquium Thorunience apud Calixtum, Hülsemannum, Prawdekium, à S. Hyacintho, Hartknochium, Calovium, Hoornbekium, Andreæ, *Jægerum* nostratem.

1645. Pacificatio Lintzensis cum Hungaris, in Histor. diplomatica Eccles. Hungar.

1646. Recessus Monasterienses Ferdinandi III. apud Lunigium.

1648. Instrumentum Pacis Westphalicæ, cum Innocentii X. bulla & Protestatione Nuncii Pontificii, in corpore recessuum & apud Londorpium, Pufendorfium, Happelium, Cortrejum, Lunigium, &c. itemque in Recueil des traités des paix.

1651. Recessus Norimbergensis, quo Pacificatio Westphalica executioni data fuit, apud Londorpium & Lunigium.

1651. Colloquium Rheinfelsense apud Valerianum Magnum & Haberkornium aliosque, quos refert Schmidius.

1661. Cassellense, separatim cusum, quod plurimis scriptis polemicis, quæ Schmidius citat, occasionem dedit.

1662. Decreta & statuta diœcesanæ Synodi Colonienses, sub D. Maximiliano Henrico Archiepiscopo celebratæ, edita separatim Colon. 1666. fol.

1665. Decreta & constitutiones synodales Ecclesiæ & Episcopatus Lausannenses per J. B. de Strambino Episcopum confirmatæ. Friburgi 1666. 4.

1695. Leopoldi & Innocentii XII. Constitutiones abusum electionum sacrarum concernentes apud Lunigium.

Articulus IV. Pacis Rysvicensis Gravaminaque Statuum Imperii Protestantium hinc enata, quæ in Antonii Fabri Staats-Cantzley & in electis Juris Publici recensentur.

2011 Ministerio de Cultura

Acta Sileſiaca de A. 1706. ſeqq. apud eosdem exſtantia itemque ſeparatim cuſa.

A. 1715. Caroli VI. edictum contra injurias, queis diverſæ fidei ſocii inconſulte ſe invicem lacerant, apud Fabrum & Lunigium.

Et hæc quidem ſunt *Acta* illa, quæ in unum compingere, ſi hoc quidem Viris doctis, ſi & Bibliopolis, qui ſumtus rebus dare velint, arrideat inſtitutum, ſi &, quod primum præcipuumque eſt, vires valetudinemque largiatur nobis divina bonitas, fert animus. Accedimus autem ad rem præparati atque haud parvo ad hoc opus exornandum ſtudio collato, qui non ſolum Scriptores rerum Germanicarum omnes à Schardio, Piſtorio, Reubero, Frehero, Goldaſto, Caniſio, Lindenbrogio, Urſtiſio, Schiltero, Meibomio, Paullinio, Leibnitio, Ludewigio aliisque editos pervolavimus, ſed & rerum Eccleſiaſticarum collectiones à Goldaſto & Lunigio, maxime vero Conciliorum collectoribus factas cum cura inſpeximus atque evolvimus, etſi & in Goldaſto ſive fidem ſive curam, in Lunigio id maxime, quod, unde ſua habeat, qui tamen, quæ in prima parte Spicilegii Eccleſiaſtici dedit, ex libris impreſſis mutuatus eſt, nullibi adſcripſit, deſideremus. Hinc, quæ è Goldaſto, quæ itidem e Baronio, quæ & e Lunigio, qui data à prioribus documenta monumentaque in ſcenam fœcundior ipſe reduxit, dabimus, ad artis criticæ diplomaticæque trutinam revocabimus atque fontes, e quibus viri iſti biberunt, ſollicite, ubi id quidem nobis cognitum erit, indicabimus. Contulimus &, quæ ex Londorpii, Mejeri & Mülleri, Fabrique itidem aliorumque ampliſſimis compilationibus ad rem totius Eccleſiæ Germanicæ (particularium enim Eccleſiarum Germanicarum acta publica heic enarrare nobiscum prorſus haud conſtituimus) ſpectant. Nec tamen cogitare velimus quenquam, infinitorum fere voluminum hanc noſtram collectionem fore, maxime, ſi acta iſta colloquiorum & conventuum, & Conſtantienſis Baſileenſisque Conciliorum acta omnia hactenus edita, ut cætera jam taceamus, prælo dare aveamus. Dabimus enim ſaltem neceſſaria, dabimus certa, dabimus ſelecta. Colloquiorum & conventuum acta, ubi prolixiora ſunt, ubi & à litigantium utraque parte data, coarctabimus, quantum res ſinit, & breviabimus, ita tamen, ut rebus nihil decedere videatur, totumque opus paucis in forma majore voluminibus conſtet. Germanica ob barbaros, qui noſtra non norunt, (ob hos enim vel maxime hunc laborem noſtrum inſumimus) Latina ea fide, ad quam interpres aſſurgere

2011 Ministerio de Cultura

gere poteſt, faciemus. Ubique vero ab omni partium ſectæve ſtudio (quod profecto cane pejus & angue nobis eſt, odio plus quam Vatiniano, quamdiu ſpiritus hos noſtros artus reget, à nobis proſequendum) nobis cavebimus, dexteritatisque noſtræ & fidei, addimus & induſtriæ curæque nullo rerum faſtidio nauſeave, aut longioris operis mora minuendæ cumulata, ſperamus, ſpecimina exhibebimus, atque etiam ſubinde, quæ hucusque lucem non conſpexere, acta vel a Viris doctis nobiscum communicata, vel e tabulariis publicis petita immiſcebimus. Diſſertationem præliminarem primas facere paginas Actaque ipſa præcurrere jubebimus, ubi de horum *αὐθεντίᾳ* juxta rerum temporumque ordinem atque de ſingulorum eorundem neceſſitate & uſu luculentius diſſeremus. Totum vero Opus notis noſtris, brevioribus licet, quæ acta, ubi id quidem opus videbitur, illuſtrent explicentque, diſtinguemus, variaque & Juris ſubinde publici & Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ capita, ubi fatemur, nos aliquando à Viris doctiſſimis (nondum enim ſub incudem omnia heic ſatis revocata ſunt) diſſentire, maxime quod jus ſacrorum inveſtiturasque eccleſiaſticas concernit, curate enucleabimus. Nec tamen, quæ in conſpectu hoc noſtro notamus, ſingula exhibebimus, niſi ita Viri eruditiſſimi, quorum conſiliis aſſurgemus, exiſtimaverint. Scripſimus enim ſaltem hic omnia, ne quis clamitet, hæc vel illa omiſſa & neglecta à nobis eſſe. Enimvero ſunt multa Concilia Germanica & acta vetera parvi admodum imo nullius momenti, quibus profecto charta ſaltem maculatur, oculusque & ſtudium lectoris fallitur. Dantur & talia Conventuum Colloquiorumque Acta, quæ impune negligi poſſunt, in quibus tamen omnibus vel dandis vel omittendis prudentiorum atque etiam Bibliopolarum rationes ſpectabimus. Addidimus & quædam Concilia haud Germanica, maxime Romana, ubi ad res Eccleſiæ Germanicæ momentum quoddam conferunt. Colloquia * plurima conventusque privatos plane tacuimus atque pede ſicco præteriimus, queis ea ſaltem, quibus publica conſtat auctoritas, acta dare conſtitutum eſt. De neceſſitate atque utilitate inſtituti noſtri multa diſſerere cum injuria lectorum noſtrorum, prudentiorum ſaltem, conjunctum videri poſſet, cum no-

* Colloquiorum religioſorum publice & privatim intra bina proxima ſæcula habitorum hiſtoriam & acta dare noviſſime promiſit vir celeberrimus D. *Jo. Michael Heineccius* in ſchedlaſmate hac de re edito Halæ Magdeburgicæ 1719. 4. Breviorem eorum hiſtoriam ſingulari concinnatam ſtudio debemus Rev. D. *Jo. Andreæ Schmidio* in tomo II. intrroductionis Caſp. Sagittarii ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam p. 1495 -- 1608.

2011 Ministerio de Cultura

rint omnes, nullam Hiſtoriam accuratam ſolidamque dari poſſe, niſi quæ ex *Actis publicis* extrahatur. Sunt, qui hac ratione Hiſtoriam Germanicam Politicam poſt alios eosque itidem doctiſſimos Viros nuper expoſuere (jam enim inde ab aliquo tempore magna lux ſtudio huic plaudentibus omnibus, qui literas amant, affunditur) Viri plane eximii, *Burcardus Gotthelf. Struve* & *Jacobus Carolus Spener*, hic olim, cum ante decem annos Muſas Oxonienſes ambo magno ſtudio frequentaremus, ſocius noſter longe ſuaviſſimus deſideratiſſimusque, qui ex *Actis publicis* ſua ambo depromſere adeoque *pragmaticam* rerum notitiam dedere, quæ genuinum hiſtoriarum uſum ſimul doceat. Scilicet ita viam nobis parare animus eſt ad Hiſtoriam Eccleſiæ Germanicæ univerſalem conficiendam, quam, ſi ita rerum noſtrarum rationes ſiverint, ſepoſito partium ſtudio ſuamque in rem abire juſſis ſectæ præjudiciis exarare olim forſan nobis continget. *Acta* vero *publica* Eccleſiæ Germanicæ nunc daturi rogamus Viros doctos, quibus harum rerum ſtudium familiare eſt, & qui in publicum egregium notitiæ, qua fulgent, ſupellectilem conferre amant, ut, ſi videant, vel quædam a nobis omiſſa eſſe, qualia vel maxime in Pontificum Romanorum actis, epiſtolis decretalibus Bullisque, quarum collectiones omnes nondum poſſidemus, vel Imperatorum Romanorum Conſtitutionibus, edictis reſcriptisve, qui diligentiam rebus hic afferre volunt librorumque affluxu gaudent, reperire poterunt, ea per literas nobiscum benevole communicent, ut porro, quæ ſupervacanea atque nullius momenti uſusque videbuntur adeoque in hac collectione omittenda, atro lapillo notent, ut denique, ſi qua habeant inedita Conciliorum, Conventuum vel Colloquiorum acta, diplomata vel Epiſtolas, ad ornandum hoc opus noſtrum publicamque rem augendam uſibus noſtris ea conſecrent, denique vero de ordine rerum totiusque collectionis methodo ineunda placita ſua nobiscum conferant. Quod reſtat, ſi hoc inſtitutum applauſu eruditorum haud careat, novam addere collectionem, quæ alterius appendix videri poſſit, poterimus, ſua utilitate & elegantia haudquaquam priori ceſſuram, ubi Eccleſiæ Germanicæ veteris libros Eccleſiaſticos, Miſſalia vetera, Symbola, litanias antiquiſſimas & progreſſu temporum ſubinde variatas interpolatasque, Codicemque Canonum aliumque canticorum veterum Eccleſiæ Germanicæ & Statuta ejusdem Synodalia, Moguntina, Trevirenſia, Colonienſia, Salisburgenſia, Argentoratenſia aliaque dabimus, adjectis quoque iis Autoribus Germanis antiquioribus, qui de divinis Eccleſiæ officiis ac miniſteriis cultusque publici, prout

2011 Ministerio de Cultura

prout olim is obtinuit, ratione ſcripſere, inter quos maxime Rabanus Moguntinus, Amalarius Trevirenſis, Walafridus Strabo, Berno Augienſis, Rupertus Tuitienſis, Radulphus de Vico & Hugo de S. Victore (Micrologum enim Gallum fuiſſe recte exiſtimavit Mabillonius) eminent, adjectis & porro Confeſſionibus præcipuis recentioribus Proteſtantium, tum qui Auguſtanam profitentur Confeſſionem atque maximam partem ſua ſibi habent doctrinæ Chriſtianæ Corpora, commune illud primum, poſtea Philippicum, Pomeranicum, Prutenicum, Thuringicum, Julium, Wirtembergicum, ut alias Confeſſiones particulares taceamus: tum qui Reformatorum titulo gaudent, tum etiam Anabaptiſtarum, additis quoque Ordinationibus præcipuis Eccleſiaſticis, inter quas Formula Miſſæ Wittebergenſis à Martino Luthero confecta, & Reformatio Hermanni Colonienſis primas tenent: additis denique actis controverſiarum particularium & litium Theologicarum præcipuis, maxime vero iis, quæ *Adiaphoriſtica, Interimiſtica, Antinomiſtica, Majoriſtica, Synergiſtica, Oſiandrina, Flaciana*, &c. quæ & *Crypto-Calviniana* faceto nomine, quæ *Irenica*, quæ *Tubingenſia*, quæ *Calixtina*, quæ *Terminiſtica*, quæ denique *Pietiſtica* ab infauſta illa ineptaque *Pietiſmi*, quem appellant, ſecta adpellaveris. Sed ab his quidem latius nunc enarrandis calamum facile abſtinemus, idque unicum monemus, iis typis, ſi quidem adſint, qui ſumtibus haud parcant, Bibliopolæ, omnia exſcriptum iri, quæ elegantiam & nitorem Belgicorum, Anglicorum vel Gallicorum haud infeliciter imitentur, cum exterorum magis quam civium noſtrorum gratia hoc quicquid eſt operis ſuſcipiamus. Jam vero e veſtibulo rerum & propylæo vel tandem egredimur, qui ædificii ampliſſimi vaſtiſſimique molem è longinquo ſaltem ſpectandam dedimus, & oſtia heic claudimus, teque, Lector benevole, ut conatibus hiſce noſtris faveas, rogamus.

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT III.

SYNOPTICÆ VETERUM de SYNODIS, universalibus maxime, Relationes.

Latinorum Isidori Hisp. Gelasii, Gregorii M. libri diurni Pontificum, nec non Bedæ & Freculfi. 1. Græcorum Germani CPol. 2. Nicephori CPol. 3. Photii CPol. 4. Anonymi. 5. Nili Rhodii. 6. De ineditis Photii Tyrii, Maximi, Mich. Pselli. 7. Synodicon vetus, vulgatum à Johanne Pappo. 8.

I.

QUatuor Concilia universalia amplecti se profitetur Isidorus Hisp. lib. VI. etymolog. c. 16. cujus verba laudant Gratianus dist. 15. Ivo libro 2. Pannormiæ, aliique juniores. *Inter cætera autem Concilia, quatuor esse scimus venerabiles Synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia, vel totidem Paradisi flumina. Harum prima* Nicæna *Synodus CCCXVIII. Episcoporum, Constantino Augusto imperante peracta est; in qua Arianæ perfidiæ condemnata blasphemia, quam de inæqualitate Sanctæ Trinitatis idem* Arius *asserebat: consubstantialem Deo Patri Deum Filium eadem Sancta Synodus per Symbolum definivit. Secunda Synodus CL. Patrum sub Theodosio Seniore* Constantinopoli *congregata est, quæ* Macedonium *Spiritum Sanctum Deum esse negantem, condemnans, consubstantialem Patri & Filio Spiritum Sanctum demonstravit, dans Symboli formam, quam tota Græcorum & Latinorum confessio in Ecclesiis prædicat. Tertia Synodus* Ephesina *prima CC. Episcoporum sub Juniore Theodosio Augusto edita est, quæ* Nestorium, *duas personas in Christo asserentem, justo anathemate condemnavit, ostendens manere in duabus naturis unam Domini nostri Jesu Christi personam. Quarta Synodus* Chalcedonensis *DCXXX. Sacerdotum sub Marciano Principe habita est; in qua* Eutychem *Constantinopolitanum Abbatem, Verbi Dei & carnis unam naturam pronunciantem, & ejus defensorem* Dioscorum, *quondam Alexandrinum Episcopum, & ipsum rursus Nestorium cum reliquis Hæreticis una Patrum sententia damnavit, prædicans eadem Synodus Christum Dominum de virgine sic natum, ut in eo substantiam Divinæ & Humanæ confiteamur naturæ.*

Hæ

2011 Ministerio de Cultura

Hæ sunt quatuor Synodi principales, fidei doctrinam plenissime prædicantes. Sed, & si qua sunt Concilia, quæ sancti Patres Spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auoritatem, omni manent stabilita vigore; quorum gesta in hoc Opere condita continentur. Ante Isidorum Gelasius in Synodo Rom. (A. 493.) apud eundem Gratianum loco laudato, Burchardum lib. 3. decreti c. 220. Ivonem &c. *Quamvis aliud fundamentum nemo possit ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus, tamen ad ædificationem nostram eadem sancta Romana Ecclesia, post illas Veteris vel Novi Testamenti, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet scripturas. Sanctam Synodum Nicænam trecentorum XVIII. Patrum, mediante maximo Constantino Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est. Sanctam Synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio Seniore Augusto, in quo Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit. Sanctam Synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est, cum consensu beatissimi Cælestini papæ, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Arcadio Episcopo ab Italia destinato. Sanctam Synodum Chalcedonensem, mediante Martiano Augusto & Anatolio Constantinopolitano Episcopo, in qua Nestoriana & Eutychiana hæresis simul cum Dioscoro, ejusque complicibus damnatæ sunt. Sed & si qua sunt concilia à sanctis patribus hactenus instituta, præter istorum quatuor autoritatem, & custodienda & recipienda decrevimus.*

S. Gregorius Magnus addit quintam Synodum lib. 1. regesti Epist. 24. cujus verba idem laudat Gratianus: *Sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere & venerari me fateor: Nicænum scilicet, in quo perversum Arii dogma destruitur; Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonii error convincitur; Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas judicatur; Chalcedonense vero, in quo Eutychis Dioscorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione custodio: quia in his velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit, & cujuslibet vitæ, atque actionis norma consistit. Quintum quoque Concilium pariter veneror, in quo Epistola, quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris Dei & hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur; & in quo scripta quoque Theodoriti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata, refutantur. Cunctas vero, quas præfata veneranda Concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector: quia, dum universali sunt consensu constituta; se, & non illa destruit, quisquis præsumit aut solvere, quos religant, aut ligare, quos solvunt.*

2011 Ministerio de Cultura

Sextam Synodum adjungunt Beda libro de temporibus ſive ſex ætatibus Mundi tom. 2. Opp. p. 116. & Freculfus capite ultimo Chronici. Bedæ verba hæc ſunt: *Agatho Papa ex rogatu Conſtantini Heraclii & Tiberii principum piiſſimorum, miſit in regiam urbem legatos ſuos, in quibus erat Joannes Romanæ Eccleſiæ tunc Diaconus, non longe poſt Epiſcopus, pro adunatione facienda ſanctarum Dei Eccleſiarum. Qui benigniſſime ſuſcepti à Reverendiſſimo fidei Catholicæ defenſore Conſtantino, juſſi ſunt remiſſis diſputationibus philoſophicis pacifico colloquio de fide vera perquirere, datis eis de Bibliotheca Conſtantinopolitana cunctis antiquorum Patrum, quos petebant libellis. Adfuerunt autem & Epiſcopi* CL. *præſidente Georgio Patriarcha regiæ urbis, & Antiochiæ Macario. Et convicti ſunt, qui unam voluntatem & operationem adſtruebant in Chriſto, falſaſſe Patrum Catholicorum dicta perplurima. Finito autem conflictu Georgius correctus eſt. Macarius vero cum ſuis ſequacibus, ſimul & prædeceſſoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo & Petro anathematizatus, & in locum ejus Theophanius, Abbas de Sicilia, Antiochiæ Epiſcopus factus. Tantaque gratia legatos Catholicæ pacis comitata eſt, ut Joannes Portuenſis Epiſcopus, qui erat unus ex ipſis, dominica octavarum Paſchæ miſſas publice in Eccleſia S. Sophiæ coram principe & patriarcha Latine celebraret. Hæc eſt ſexta Synodus univerſalis Conſtantinopoli celebrata, & Græco ſermone conſcripta, temporibus papæ Agathonis, exequente ac reſidente piiſſimo principe Conſtantino intra palatium ſuum, ſimulque legatis Apoſtolicæ Sedis & Epiſcopis* CL. *reſidentibus. Prima enim univerſalis Synodus in Nicæa congregata eſt contra Arium,* CCCXVIII. *Patrum, temporibus Julii papæ ſub Conſtantino principe. Secunda in Conſtantinopoli* CL. *patrum, contra Macedonium & Eudoxium, temporibus Damaſi papæ & Gratiani principis, quando Nectarius eidem urbi eſt ordinatus Epiſcopus. Tertia in Epheſo* CC. *patrum, contra Neſtorium Auguſtæ urbis Epiſcopum, ſub Theodoſio magno principe & papa Cæleſtino. Quarta in Chalcedone, patrum* DCXXX. *ſub Leone papa, temporibus Martiani principis, contra Eutychem nefandiſſimorum præſulem monachorum. Quinta item Conſtantinopoli, temporibus Vigilii papæ, ſub Juſtiniano principe, contra Theodorum & omnes hæreticos. Sexta hæc, de qua in præſenti diximus.* Freculphus tom. 14. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1194. *Ut omiſſa ſuperius pauliſper repetamus, quæ ſint univerſales ſex Synodi, quas totus Oriens recipit & concelebrat, qui Catholicam fidem ſana mente retinent, oſtendamus. Prima enim univerſalis Synodus in Nicæa congregata eſt contra Arium,* CCCXVIII. *patrum, temporibus Julii Papæ ſub Conſtantino principe. Secunda in Conſtantinopoli,* CL. *patrum, contra Macedonium*

2011 Ministerio de Cultura

donium & Eudoxium, temporibus Damasi Papæ & Gratiani principis, quando Nectarius eidem urbi est ordinatus Episcopus. Tertia in Epheso, CC. patrum contra Nestorium Augustæ urbis Episcopum, sub Theodosio Magno Principe, & Papæ Cælestino. Quarta in Chalcedone, patrum DCXXX. sub Leone Papa temporibus Marciani principis contra Eutychen, nefandissimorum præsulem monachorum. Quinta item in Constantinopoli, temporibus Vigilii Papæ sub Justiniano principe, contra Theodorum & omnes hæreticos. Sexta Synodus universalis Constantinopoli celebrata, & Græco sermone conscripta, temporibus Papæ Agathonis, exequente ac residente pissimo principe Constantino, intra palatium suum, simulque legatis Apostolicæ Sedis & Episcopis CL. *residentibus.* Dilertissime autem liber diurnus * Romanorum Pontificum in professione fidei prima p. 28. *Sanctæ quoque universaliaConciliaNicænum,Constantinopolitanum,Ephesinum primum, Chalcedonense, & secundum Constantinopolitanum, quod Justiniani piæ memoriæ Principis temporibus celebratum est, usque ad unum apicem immutilata servare. Et una cum eis pari honore & veneratione sanctum* sextum *Concilium, quod nuper Constantino piæ memoriæ Principe, Agathone Apostolico prædecessore meo convenit, medullitus & plenius conservare, quæque vero prædicaverunt prædicare, quæcunque condemnaverunt, ore & corde condemnare.* In professione secunda p. 39. *Inter hæc veneranda universalia quinque Concilia etiam sanctum Sextum Concilium universale centum septuaginta quinque venerabilium Præsulum prædicamus, quod favente Deo, & votum piæ memoriæ magni Principis nostri Domini Constantini clementer implente, in urbe regia, eo præsidente, celebratum est, cui Apostolicæ recordationis Agatho Papa per Legatos suos & Responsales præfuit, cujus venerabilem tomum celebriter assequentes, eos qui novo & hæretico dogmate immaculatam Dei Ecclesiam polluere nitebantur, & errasse manifestius probaverunt, & cum sui erroris autoribus, atque fautoribus, perpetuo anathemate damnaverunt.*

Recte atque veraciter statuentes, sicut duas unius Domini nostri Jesu Christi naturas, id est, Deitatem & Humanitatem, cujus duas nativitates esse cognoscimus; de Patre videlicet, ex æterno; de matre, de qua humanitas ei accessit, ex tempore: ita duas quoque substantias unius ejusdemque personæ con-

fitemur,

* Liber Diurnus Romanorum pontificum, ab Ivone, Gratiano, Anselmo Lucensi aliisque laudatus, lucem primum vidit cum notis Joannis Garnerii paris. 1680. 4. Scriptus ei videtur ex usu octavi sæculi.

2011 Ministerio de Cultura

fitemur, juxta ſubſiſtentiam unitas, ex quibus & in quibus idem Dominus noſter Jeſus Chriſtus Filius Dei, & adnuntiatur, & creditur : quia totus Deus totus factus eſt homo, & in ſuis integer manens, etiam in noſtris perfectus apparuit, abſque ſolo peccato, quia in ſe ſalvare totum hominem venerat ; ita quoque & duas naturales habere voluntates, duasque naturales operationes, ſecundum ſanctorum Patrum doctrinam, decreverunt.

Autores vero novi hæretici dogmatis Sergium, Pyrrhum, Paulum & Petrum Conſtantinopolitanos, una cum Honorio, qui pravis eorum aſſertionibus fomentum impendit ; pariterque & Theodorum Pharanitanum, & Cyrum Alexandrinum, cum eorum imitatoribus, ſimulque & hos, qui hæretica dogmata contra veritatem fidei ſynodaliter declaratam atque prædicatam, pertinaciter defendebant.

Peſſimum etiam & Deo odibilem Macarium (cum ejus diſcipulo, & magiſtro impietatis, Stephano, & Polychronio deliro ſene, novo Simone) cum omnibus hæreticis ſcriptis atque ſequacibus nexu perpetui anathematis devinxerunt, qui unam execrabiliter aſſerebant voluntatem, & unam operationem in Chriſto ; quam neque divinam, neque humanam, neque inconditam, neque conditam poterant demonſtrare, ſed velut confuſam atque congregatam. Sicut de naturis impius Eutyches, ita de naturalibus voluntatibus atque operationibus Chriſti, juxta hæreticorum præſtigias, nitebantur defendere.

Sed & eos, qui unam ſimul & duas voluntates & operationes in Chriſto dicere præſumebant, ſive nec unam, nec duas ; vel qui proprietates naturarum Chriſti confundere vel extinguere niſi ſunt, vel nituntur, pari cum eis anathemate multaverunt.

Propterea quosquos, vel quæque ſancta ſex univerſalia Concilia abjecerunt, ſimili etiam nos condemnatione percellimus anathematis.

Cum ſupra fatis hæreticis, Sabellium, Paulum Samoſatenum, Marim Perſam, Montanum, Donatum, Eunomium, Novatum, Sabbatium, Acacium, Anthimum, Julianum Halicarnaſſeum, Theodoſium, Gajanum, Priſcillianum, Pelagium, Cæleſtium & Julianum eorum diſcipulum, & cum eis ſimul omnes hæreticos eorumque ſimul ſequaces execramur ac condemnamus.

Quosque vero, vel quæque eadem ſex ſancta Concilia *ſuſceperunt, ut rectæ fidei conſortes ſuſcipimus, & cum eadem reverentia, ore & corde veneramur.* Et in profeſſione tertia pag. 50. *Ad hæc vero ſuſcipio & amplector & veneror definitionem, quam Deo auſpice, fecit ſancta & univerſalis ac magna ſexta Synodus, quæ nuper in regia Conſtantinopoli urbe, in qua & Apoſtolicæ Sedis Lega-*

2011 Ministerio de Cultura

Legatos præsidere manifestum est, quæ & per decretum Christianissimi, ac piissimi, à Deoque coronati Constantini Principis congregata est, & quæ suscepit, suscipio, & quæ vel quos abjecit, abjicio, similiter & quos anathematizavit atque damnavit, anathematizo & damno.

Et hanc denique, dilectissimi, orthodoxæ atque Apostolicæ fidei normam in omnibus tenentes, atque spiritalium Patrum, lucidissimis veluti sæculi luminaribus, sacris inhærentes doctrinis, oportet nostræ humilitatis religiosa devotione, quæ eorum magisterio, illustrante superna gratia, corde concepimus, ore etiam libere confiteri, ut in die adventus Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi à dextris consistentes, illam desiderabilem de Evangelio mereamur vocem audire, dicentem: Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis præparatum est de origine mundi.

Denique septima & octava Synodus adjungitur in recentiore professione Pontificia, quam cum libro diurno vulgavit Garnerius pag. 28. *Sanctaque octo universalia Concilia, id est Nicænum, CPolitanum & Ephesinum primum, Chalcedonense, quintum quoque & sextum CPolitana, & septimum item Nicænum, octavum quoque CPolitanum usque ad unum apicem immutilate servare.*

II. Græcas Synopses Conciliorum, sive breves de Synodis universalibus commemorationes, ut distinctius referam, prima est *Germani* Patriarchæ ab A. C. 715--730. CPolitani, *de sex Synodis œcumenicis, ὡς ἐπὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, πόσαι εἰσὶ καὶ πότε, καὶ διὰ τί συνηθροίσθησαν, quot, quando & quare fuerint congregatæ?* Incipit: *Χρὴ πάντα Χριστιανὸν γινώσκειν ὅτι ἓξ.* Prodierat sine nomine auctoris, cum *Henr. Justelli* versione ad calcem Nomo-Canonis Photiani, Paris. 1615. 4. & in Bibl. Canonica Voëlli & Justelli, Paris. 1661. fol. tom. 2. pag. 1155. recusa in Harduini Conciliis tom. 5. p. 1458. servata Justelli versione, quam retinuit etiam *Steph. le Moyne*, qui ex Codicis Oxoniensis fide scriptum hoc in Variis Sacris tom. 1. p. 81--123. iterum vulgatum, Lugd. Bat. 1685. 1694. 4. auctori suo Germano restituit, & nonnulla supplevit quæ Justellus & Harduinus non habent, ut de quinta Synodo p. 76. verba: *μεθ' ὧν καὶ τὴν Ἴβα λεγομένην Ἐπιστολὴν πρὸς τὸν Πέρσην γεγράφθαι Μάριν ἀπερρίζωσεν, ὡς ὄντα μόνον ὀρθῶν δογμάτων ἀντίπαλον, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀσεβείας συμμέτοχον. Cum quibus Epistolam, quæ ab Iba dicebatur scripta ad Marin Persam, non tantum ut contrariam orthodoxæ doctrinæ, sed ut omni impietate refertam erasit & eradicavit.* Et p. 79. 80. clausulam:

2011 Ministerio de Cultura

Hæ vero descriptæ sunt sex sanctæ & œcumenicæ Synodi, ad majorem instructionem eorum, qui laboribus indulgent. Dictum est autem quando, quare, quibus in locis fuerunt congregatæ, quos & quæ dogmata anathematizaverunt, quales orthodoxas doctrinas confirmaverunt. Beati vero, & ter beati omnes, qui divina dogmata ab illis sancita indubitante corde custodiunt, & blasphemas doctrinas ab illis damnatas & reprobatas detestantur, perspicue & insigniter concomitante præceptorum divinorum impletione & observantia. Quæ immobiliter & firmissime custodientes, faxit, ut nos omnes sine condemnatione sistamur coram tremendo & terribili tribunali Christi veri Dei nostri, cui & Deo Patri simul cum illius Spiritu sanctissimo, vivificante consubstantiali, gloria, honor, potentia, nunc, semper & in infinita sit sæcula. Amen.

Ἰδὲ πρὸς μείζονα γνῶσιν τ̃ φιλονόνων ἐγράφησαν αἱ ἁγίαι ἓξ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι, πότε καὶ διατί & ἐν ποίοις τόποις συνηθροίσθησαν, & τίνας ἀνεθεμάτισαν μετὰ τ̃ δογμάτων αὐτ̃ῶν, καὶ τίνα ταῦτα ὑπάρχουσι, καὶ ποῖα δόγματα ὀρθόδοξα ἐβεβαίωσαν. Μακάριοι οὖν καὶ τρισμακάριοι πάντες οἱ ἀδιστάκτῳ καρδίᾳ, τὰ ὑπ' αὐτ̃ῶν κυρωθέντα φυλάττοντες θεῖα δόγματα, καὶ τὰ ὑπ' αὐτ̃ῶν καθαιρεθέντα βδελυττόμενοι βλάσφημα δόγματα, προδήλως συνεπομένης καὶ τ̃ τ̃ θεσπεσίων ἐντολ̃ῶν ἐκπληρώσεως, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀκλινεῖς νομοφύλακας ἀπαραιτήτως παραμεῖναι τ̃ῷ φοβερῷ & φρικτ̃ῷ βήματι, Χριστ̃οῦ τ̃οῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμ̃ῶν, μεθ' οὗ τ̃ῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἅμα τ̃ῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ καὶ ὁμοουσίῳ αὐτ̃οῦ Πνεύματι, δόξα τιμὴ κράτος, νῦν & ἀεὶ καὶ εἰς τ̃οὺς ἀπεράντους αἰ̃ῶνας τ̃ῶν αἰ̃ώνων. Ἀμήν.

III. In *Nicephori* CPolitani (quem Patriarcham fuisse constat ab A.C. 806. ad 815.) Epistola Synodica ad Leonem III. Papam, septem Synodi breviter describuntur & probantur hunc in modum:

Salubriter præterea reverenterque veneror, & amplector septem sacras & œcumenicas Synodos: omniaque supernaturalia, & salutaria dogmata & decreta, quæ a sanctis & divinis patribus nostris, quos olim Spiritus sanctus ad ecclesiam suam regen-

Πρὸς τούτοις ἀπαρασίως ἀποδέχομαι καὶ πιμῶ τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους· & τὰ ἐν αὐταῖς δογματοθέντα & κηρυχθέντα θεῖά τε καὶ ὑπερφυῆ καὶ σωτήρια δόγματα τ̃ῶν τε ὁσίων καὶ θεοφόρων πατέρων ἡμ̃ῶν. ὃς καὶ καιρὸν ἔθετο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον

2011 Ministerio de Cultura

γιον ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν αὐτῷ καὶ διέπειν.

Πρῶτα μὲν τὴν ἐν Νικαίᾳ συνελθοῦσαν τῶν τιή. ἀοιδίμων πατέρων ἡμῶν σύνοδον, κ᾽ τὸ δυσεβοῦς καὶ μανιώδους Αρείου· ὃν τ᾽ ἐκκλησίας ἐξώσασα, πίστιν ἡμῖν ἀληθῆ καὶ εὐθυτάτην διὰ τοῦ ἱεροῦ καὶ θείου συμβόλου ἐξεφώνησε· τὸν λόγον, καὶ τὸ Θεοῦ υἱὸν, ὃ κτίσμα καθ᾽ αὐτὸν, ὁμοούσιον δὲ τῷ Πατρὶ καὶ συνάναρχον, ὡς Θεὸν ἀληθινὸν καὶ κτίστην τ᾽ ἁπάντων ὀρθοδόξως ἐδογμάτισεν.

Εἶτα τὴν μετ᾽ αὐτὴν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι τ᾽ πόλεων συναθροισθεῖσαν τ᾽ ρν᾽. θεοπνεύστων πατέρων. τ᾽ ἀνόσιον πνευματομάχον καθελοῦσαν Μακεδόνιον. τ᾽ τὴν τοῦ ἱεροῦ συμβόλου ἔννοιαν ἐξαπλώσασαν, καὶ τοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγοις ἐπιφανώσασαν, Θεὸν ἀληθινὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ κ᾽ τὸ κτίσμα αὐτὸν βεβαιώσασαν. καὶ Απολιναρίου τ᾽ Λαοδικέα, τ᾽ ὄντως ἄφρονα καὶ ἀνόητον τ᾽ ἐκκλησίας ἀποκηρύξασαν.

Μεθ᾽ ἣν τὴν ἐν Εφέσῳ τὸ τετάρτου συναγηγερμένην, τ᾽ ἱερῶν διακοσίων διδασκάλων ἁγίαν σύνοδον κ᾽ Νεστορίου τ᾽ ματαιόφρονος καὶ τ᾽ ἐκείνου βλασφη-

regendam paſcendamque inſtituit, in illis exſtant ſancita & determinata.

Inprimis quidem ſacram trecentorum & octodecim celeberrimorum patrum Synodum, qui quondam apud Nicæam civitatem, contra impium & furioſum Arium convenerunt. Quæ & impietatis auctorem ab eccleſia expulit, & fidem veram rectamque per ſacrum illud divinumque ſymbolum nobis expoſuit: & Deum Verbum, Deique Filium, non creaturam, ut ille; ſed Patri homouſion, & certum verumque Deum, & rerum omnium creatorem eſſe, orthodoxe determinavit.

Deinde vero centum & quinquaginta ſanctorum diviniſſimorumq; Patrum Synodum: quæ poſt Nicæam in hac regia civitate coacta Macedonium impiiſſimum Spiritus ſancti impugnatorem exauctoritavit: oſtendens illum non eſſe quid creatum, ſed verum Deum Patri & Filio per omnia homouſion: eadem ſacrum ſymbolum Spiritus ſancti verbis fuſius explicavit: quin & Apollinarium qüoque hominem vere ſtolidum & mente deſtitutum, ab Eccleſia pepulit.

Poſt hanc autem ſuſcipio ſacram ducentorum ſanctorum Patrum doctorumque hominum Synodum, quæ contra veſanum Neſtorium, blaſphe-

2011 Ministerio de Cultura

blaſphemasque ejusdem voces Epheſi coïit, eumdemque gradu & loco movit: & unam esse Christi & Dei noſtri perſonam, duas vero ejusdem naturas ſine ulla confuſione ac diviſione inter ſe unitas determinans: unum rurſum eumdemque Deum & hominem ſimul esse declarans: ac ſacram tamdem virginem Mariam vere proprieque Deiparam esse pronuncians.

Complector quarto ſacram ſexcentorum & triginta divinorum Deoque afflatorum patrum Chalcedone coactorum Synodum: quæ impiiſſimos Eutychem, & Dioſcorum, obſcuramque ac tenebroſam eorundem confuſionem condemnavit. His anathemate jugulatis, unum eundemque Chriſtum Deum ac Dominum noſtrum & hominem perfectũ, & Deum rurſum profectum esse in duabus quidem naturis, in una vero perſona inconfuſe indivulſeque exſiſtentem, pie deprædicavit.

Tum quintam rurſum ſacram centum & ſexaginta quinque ſanctorum Patrum Synodum, quæ in hac iterum divina Deoque addicta civitate coacta, impia Theodori, Neſtorii, Origenis, Didymi, Evagrii, reliquorumque hæreticorum prædicta ſectantium dogmata, dudum quidem ante apud plerosque occultata, per id vero tempus acerbos denuo ramos ſurculosque proferentia, juſtè excidit, quæ enim ipſi mente delira, &

βλασφημιῶν, ἃν καθελὼσα, μίαν ἐξ Χριστὸ καὶ Θεὸ ἡμῶν καθ' ἕνωσιν ὁμολογήσασιν, καὶ δύο φύσεις ἀσυγχύτως τε ἀδιαιρέτως σοφῶς ἐδογμάτισε, τὸν αὐτὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον ἀποφήνασα, καὶ τὴν ἁγίαν Μαρίαν, κυρίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκον ὁμολογήσασα.

Μετὰ ταῦτα δὲ ἐν Χαλκηδόνι συνδραμόντων ἑξακοσίων τριακοντα ἁγίων θεοφόρων πατέρων, ἥτις τὸν δυσεβεῖς, Εὐτυχέα τε Διόσκορον, καὶ τὴν ζοφώδη καὶ ἐσκολιασμένην αὐτῶν σύγχυσιν κατεδίκασε· τε τοὺς ἀναθεματίσασα, τέλειον αὐτὸν Θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον τε αὐτὸν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν ἐν δύο φύσεσι καὶ ὁμοουσίαν μιᾷ ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως εὐσεβῶς ἀνεκήρυξεν.

Εἰ μὴν καὶ τὴν αὖθις καθ' αὐτὴν τὴν θεοφρούρητον πόλιν συγκροτηθεῖσαν ἁγίαν πέμπτην σύνοδον τε ἑξακοσίων ἁγίων πατέρων ἡμῶν· ἥτις τε Θεοδώρου καὶ Νεστορίου, τοῦς δὲ καὶ Ὠριγένους, Διδύμου τε καὶ Εὐαγρίου καὶ τε ἀμφ' αὐτοὺς κακοδόξων ἀσεβῆ δόγματα, τέως μὲν ἤδη τοῖς πολλοῖς κρυπτόμενα, τηνικαῦτα δὲ πικρῶς ἀναφυέντα τε ἀναβλαστήσαντα ἐξέτεμε· δι' ὧν γὰρ αὐτοὶ ἐληρώδησαν μυθολογημάτων, Ἰουδαϊκῆ τε

2011 Ministerio de Cultura

γε καὶ Ἑλληνικῇ μᾶλλον, ἢ Χριστιανικῇ δόξῃ ἐπηκολούθησαν.

& fabulosè profitebantur, ea Judæorum & paganorum imaginationi verius, quam Christianorum fidei, consentanea erant.

Ἑξῆς τὴν ἕκτην τῶν ῥό. ἱερῶν ἀνδρῶν οἰκουμενικὴν σύνοδον, καὶ αὐτὴν κατὰ τὸ βασίλειον ἄστυ συνηγμένην, ἐπὶ τῶν κατὰ Χριστὸν φύσεων τάς τε ἰδιότητας καὶ φυσικὰς ἐνεργείας καὶ θελήσεις κηρύξασαν· ἀναθεματίσασαν δὲ Θεόδωρον τὸν τῆς Φαρὰν ἐπίσκοπον, καὶ Ὀνώριον, Κύρον τε καὶ Σέργιον, Πύρρον, Παῦλον καὶ Πέτρου, τῆς συγχωρήσει Θεοῦ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν ἐν τῇ ἱερωσύνῃ εἰσφθαρέντας· ἔτι καὶ Μακάριον τὸν Ἀντιοχείας ὀνομαζόντα πρόεδρον, καὶ Στέφανον τοῦτου μαθητήν· πρὸς δὲ καὶ Πολυχρόνιον, τὸν νηπιόφρονα γέροντα· οἷς ἓν θέλημα, καὶ μίαν ἐνέργειαν, ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἐδόξαζον.

Poſt hanc & ſextam quoque ſanctam & œcumenicam centum & ſeptuaginta ſanctorum virorum Synodum, iterum in regia hac urbe congregatam venerorum: quæ pro natura Chriſti ratione, ejusdem quoque proprietates, naturalesque operationes, & voluntates diſtinxit, ac prædicavit: & Theodorum Epiſcopum Pharan, Honorium, Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui permiſſu Dei per corruptionem & fraudem in Eccleſiæ ſacerdotium irrepſerant, Macarium Antiochiæ antiſtitem, & Stephanum Macarii diſcipulum, & Polychronium puerilem inſanumque ſenem, anathemati ſubjecit. Unam enim hi duntaxat voluntatem, unamque operationem, Chriſto Servatori noſtro tribuendam docebant.

Ἐπὶ ταύτης δὲ πάλιν καὶ μετὰ ταῦτα τὴν ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον συνελθοῦσαν τῶν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις ἁγίων πατέρων ἑβδόμην καὶ ἱερὰν σύνοδον· ἥτις πάσας τὰς προλαβούσας ἁγίας συνόδους ἐπεσφράγισε, καὶ τὰ τούτων δόγματα· τῶν σεπτῶν τε ἱερῶν εἰκόνων τὴν ἀρχῆθεν παραδεδομένην τῇ ἐκκλησίᾳ προσκύνησιν ἀνεδέξατο, ὁρίσασα παραπλησίως αὐτὰς τῷ τύπῳ τοῦ ζωοποιοῦ

Recipio tamdem ſeptimam ſacram centum & quinquaginta ſanctorum Patrum Synodum, noſtro hoc ævo in civitate Nicæa denuo celebratam, quæ omnes præcedentes ſacras Synodos, earumque dogmata ac decreta confirmavit, & quodammodo obſignavit: ſacrarumque ac venerabilium imaginum cultum adorationemque jam inde ab initio eccleſiis traditam, ſuſcepit; definivitque non ſecus venerandas eſſe, atque

2011 Ministerio de Cultura

atque vivificæ crucis effigiem. Eos proinde ex Eccleſiis ejicimus, qui in harum contumeliam & everſionem futili garrulitate Chriſtianis inſultant, quaſi Deorum loco hactenus illas habeant, venerenturque: quales ſunt Theodoſius, Baſilius & Siſinnius, qui Dei permiſſione epiſcopalibus ſedibus præfuere.

Has itaque prædictas ſacras œcumenicas Synodos ſuſcipio, & omnium electorum beatorumque Patrum dogmata & opuſcula, ut quæ ab omni reprehenſione alienam doctrinam ſalutisque fundamentum contineant, ex animo complector: demum quoscunque Eccleſia Catholica recipit, illos ego quoque recipio: & quoscunque illa averſatur, illos ipſos & ego itidem averſor. Exſecror etiam modisque omnibus deteſtor, qui à Simone Mago appellationem ſortiti, & ab omni prorſus pietate exuti, ad præſentem usque diem pravorum exitialiumque dogmatum opinionibus ſanctorum traditionem infirmare, virulentumque zizaniorum ſemen orthodoxæ fidei agro immiſcere non ceſſant. Hos (inquam) omnesq; eorumdem ſequaces exſecror, & veluti Eccleſiarum Chriſti peſtes reſpuo & anathematizo.

ποιᾶς φαυρᾶς προσκυνεῖσθαι· ἀπεβάλομεν τ ἐκκλησίας τοὺ ἐφ' ὕβρει καὶ καταφρονῇ τούτων κενολογήσαντας, καὶ τ Χριστιανῶν κατηγορήσαντας, ὅτι ὡς θεοῖς αὐτοῖς προσεκύνησαν· τυπέσι Θεοδόσιον, Βασίλειον, Σισίννιον, τὰς παροράσει Θεᾶ ἱερατικῶν θρόνων ἄρξαντας.

Καὶ ταύτας τὰς εἰρημένας ἁγίας οἰκουμενικὰς συνόδους ἀποδέχομαι, καὶ πάντων τ ὑμνεῖτων καὶ μακαρίων πατέρων τὰ τε δόγματα καὶ πονήματα ἀσπάζομαι, ὡς διδασκαλίαν ἀνεπίληπτον, καὶ σωτηρίας θεμέλιον· καὶ ὃς ἡ καθολικὴ ἐκκλησία προσίεται ἀποδέχομαι, καὶ ὃς ἀποστρέφεται ἀποστρέφομαι· ἀποβάλλομαι δὲ καὶ παντελῶς ἀποτρέπομαι τὰς ἀπὸ Σίμωνος τ Μάγου, καὶ μέχρι τ δεῦρο τ εὐσεβείας παντάπασιν ἀποπεπλωκότας, καὶ δόξαις πονηρῶν δογμάτων ἐφθαροποιῶν ἐμφυρέντας, καὶ τὴν τ ἁγίων πατέρων ἀθετήσαντας, καὶ τ πικρὸν τ ζιζανίων σπόρον συναναμίξαι τῇ τ ὀρθοδοξίας χαρᾷ τολμήσαντας, αὐτούς τε ἀναθεματίζω, καὶ πάντας τὰς ἑπομένους αὐτοῖς· καὶ ὡς λύμην τ καθ' ἡμῶν ἐκκλησίας διαπτύω καὶ τῷ ἀναθέματι καθυποβάλλω.

Illa Nicephori CPol. ad Leonem III. Epiſtola, Græce primum prodiit in Actis Synodi Epheſinæ, licet tot ſæculis illâ junior p. 303. Heidelberg. 1591. fol. & Latine in Theodori Peltani verſione illorum Actorum pag. 342.

2011 Ministerio de Cultura

342. ibid. 1604. fol. Deinde veterem Latinam verſionem ad Baronium miſit Fronto Ducæus, deſcriptam ex magno Codice Conciliorum MSto Bibl. Canonicorum Eccleſiæ Virdunenſis in Lotharingia. Dedit igitur eam Baronius in Annalibus ad A. 811. n. 19. ſeq. Denique cum Peitani verſione legitur Græce & Latine in Conciliis Labbei tom. VII. p. 1205. & Harduini tom. IV. p. 978. Græcis utrobique ex præclaro Codice Seguieriano caſtigatis.

IV. *Photii*, qui Patriarchatum Cpol. geſſit ab A. 857. ad 867. atque iterum ab A. 877. ad 886. narratio de ſeptem Synodis, quæ incipit: *ἡ πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος*, ſæpius lucem vidit, atque pars eſt primæ ejus Epiſtolæ ad Michaëlem Bulgariæ Principem, ut dicere me memini Volum. IX. p. 520. Nunc tantummodo addere juvat, hunc eſſe libellum Photii de Synodis, quem laudat Allatius pag. 450. de conſenſu, atque alibi: Et illam Photii Epiſtolam verſibus expreſſam Gallicis Regi Chriſtianiſſimo Ludovico XV. recens oblatam à P. D. Bernardo Theatino, editamque Pariſiis 1718. 4. hoc titulo: *Maximes pour la conduite du Prince Michael, Roi de Bulgarie.* Diverſa tamen eſt, & necdum edita ejusdem Photii *Συναγωγὴ τῶν πρακτικῶν καὶ ἐπιστολικῶν οἰκουμενικῶν συνόδων*, quæ incipit: *ἀναγκαῖον δὴ μέλλοντας ἡμᾶς Χριστιανικῶν αἱρέσεων ἐπιμιμνῄσθαι*, MS. in Bibl. Cæſarea teſte Lambecio III. p. 46.

V. Anonymi *Σύνοψις τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, πῶς καὶ πότε καὶ κατὰ τίνων ἑκάστη αὐτῶν συνήχθη.* *Compendiaria narratio de ſeptem univerſalibus Synodis ubi, quando & contra quos qualibet earum fuerit congregata.* Incipit: *Χρὴ γινώσκειν πάντα Χριστιανὸν ὅτι ἑπτά εἰσιν ἅγιαι.* Primus edidit Græce è MS. Bibl. Auguſtanæ *David Hæſchelius*, dicavitque Theodoro Cantero, Auguſtæ Vindel. 1595. 4. Deinde Commelinus ſubjunxit Græce Gelaſii Actis Synodi Nicænæ editis Heidelberg. 1604. fol. & Latinam *Abrahami Sculteti* verſionem, iisdem Gelaſii Actis per Rob. Balforeum, Scotum verſis, ibid. Ab eo tempore *Joannes à Fuchte* ſynopſin iſtam Græce & Latine cum Abrah. Sculteti verſione iterum vulgavit, Helmſt. 1614. 8. adjecta Joach. Camerarii brevi de Synodis Oecumenicis enarratione. Præter Sculteti vertit etiam Latine *Conradus Rittershuſius*, cujus interpretatio legitur in ejus Commentario ad Novellas p. 51. Argentorat. 1615. & 1629. 4. nec non in libro ſecundo ſacrarum lectionum, capite undecimo p. 120. Norimb. 1643. 8. Multis partibus locupletior eſt, licet idem initium

2011 Ministerio de Cultura

tium & multa eadem habet Synopsis de septem Synodis Oecumenicis, quam ex Codice Antonii Eparchi Græce & Latine edidit *Stephanus le Moyne* tom. 1. Variorum sacrorum Lugd. Bat. 1685. 1694. 4. pag. 81 -- 118. Confessionem autem fidei, quam eidem p. 118 -- 123. alio, ut videtur, auctore subjunxit, hoc etiam loco exhibere juvat.

CRedo in unum Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, &c. Sic sentiens, & confessus immutabiliter fidem in Ecclesia Catholica & Apostolica ædificatam & annunciatam, septem sanctas & generales Synodos recipio.

Primam quæ Arium & illi consentientes cum abominanda eorum doctrina, quæ docet creaturæ adorationem, evertit & effringit.

Secundam quæ mente captum Macedonium ab Ecclesiastica communione & statione removit & abscidit, ut qui adhæreret insaniæ ad Arianam proxime accedenti. Nam cum in ordinem creaturarum cogeret sanctissimum, & omnipotentem Spiritum, à creaturæ adoratione non cohibeatur.

Tertiam vero, ut quæ tollat & evertat Hæresin impii Nestorii novam ubique & Deo adversam. Nam totum hominem Deo verbo unitum hypostatice & indivisibiliter, temere & inepte avellens à divina Verbi persona, illum propriam personam habere sibi, & fingebat & monstrum istud doctrinæ disseminabat. Quapropter Filium & Verbum Dei, quod in çarne apparuit, merum esse homi-

Πιςεύω εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν ὐρανοῦ καὶ γῆς· ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων· καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· φῶς ἐκ φωτός· Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα· παθόντα καὶ ταφέντα· καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς· καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸν κύριον καὶ τὸ ζωοποιὸν· τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον· τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον· τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν· εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν· ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς μετάνοιαν· προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν· καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν.

Τὴν μὲν πρώτην ἥτε δὴ Ἄρειον & τοὺς ὁμοφρονας αὐτῷ ἅμα τῇ βδελυκτῇ αὐτῶν κτισματολατρείᾳ, καθελοῦσαν καὶ διαῤῥήξασαν.

Τὴν δὲ δευτέραν ὡς τὸ φρενοβλαβῆ Μακεδόνιον & ἐκκλησιαστικῆς χορωδίας ἐξοσρακίσασαν καὶ ἀποτεμοῦσαν, Ἀρείῳ ὡμότητα καὶ αὐτὸν μανίαν ἐκμεμηνότα· ἐν κτίσμασι γὰρ καὶ ἔτος τὸ πανάγιον καὶ παντουργὸν ἀθεεὶς Πνεῦμα κτισματολατρεῖν ἐκ ἠνέσχετο.

Τὴν δὲ τρίτην ὡς καθαιρέτην ὅσαν & δυσεβοῦς Νεσοριάδος καὶ τ' αὐτῷ καινοποιηθείσης θεοσυγοῦς αἱρέσεως. ἔθος γὰρ τ' ἀδιαιρέτως καὶ καθ' ὑπόσασιν ἑνωθέντα τῷ Θεῷ Λόγῳ ὁλικὸν ἄνθρωπον τελμηρῶς καὶ ἀφρόνως τ' θεϊκῆς & Λόγου διαπτῶν ὑποσάσεως ἰδιοὐποσαθὲν αὐτὸν ἑτεροτελόγει τε καὶ ἐφαντάζετο. διὸ καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον τ' σαρκὶ ἐπιφανέντα υἱὸν καὶ Λόγον & Θεοῦ ὀνειρώξας,

2011 Ministerio de Cultura

ξας, ἀκολούθως ὁ τρισάθλιος καλεῖν καὶ τὴν παναγίαν θεοτόκον, χριστοτόκον οὐκ ἠρυθρίασε.

hominem somnians, per consequentiam, iste miserrimus, sanctissimam virginem Dei matrem, tantum Christi matrem vocare non erubuit.

Τὴν δὲ τετάρτην ὡς τὸ δυστυχέσταλον Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον ἀλάστορα καταῤῥάξασαν καὶ ἀναθεματίσασαν μετὰ τῆς φαντασιώδους αὐτῶν φρενοβλαβείας καὶ πάσης αὐτῶν τῆς συμμοιρίας. τὴν γὰρ τοῦ Κυρίου σάρκα μὴ εἶναι ὁμοούσιον ἡμῖν ἐληρώδουν. ἀλλ' ἐκ δύο μὲν φύσεων τὴν ἕνωσιν συναναλωθῆναι φησίν, μηδετέρας ἀποσωζούσης σῶα τὰ ἰδιώματα μήτε τῆς θείας μήτε τῆς ἀνθρωπίνης.

Quartam quæ infelicissimum Eutychem & superbum Dioscorum anathematizavit & deturbavit, cum omni eorum societate & ineptis eorum figmentis. Nam Domini carnem nostræ non esse similem nec consubstantialem delirabant, sed unionem fieri duarum Naturarum, post unionem vero in unam consumi & conflari naturam, nulla naturarum, nec Divina nec Humana servante sartas tectas suas proprietates.

Τὴν δὲ πέμπτην ὡς ἐκτεμοῦσαν τε καὶ ἀποτεφρώσασαν τέλεον πρὸ πολλοῦ μὲν ὑπὸ τῆς συνόδου σβεσθέντα. ἔστι δὲ ἀναῤῥιπιζόμενα πάλιν μιαρὰ δόγματα τοῦ δυσεβοῦς Νεστορίου τοῦ τὰ Βασιλίδου ἀθέως ἱεραρχήσαντος, καὶ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας ἀθεώτερον ὑποσκοπήσαντος. ἀλλὰ μὲν καὶ αὐτοὺς πάντας τοῦτο τὴν τοιαύτην ματαιοφροσύνην νοσήσαντας. ἔτι δὲ καὶ ὡς Διδυμάσαντά τε καὶ ἐκθεμένους Ὠριγένην, Δίδυμον καὶ Εὐάγριον ἑλληνόφρονι λογισμῷ καὶ ἀσυνέτῳ γνώμῃ εἰς ἔσχατον βυθὸν ἀθεότητος ἐμπεπωκότας. βαθμοὺς γὰρ καὶ ὑποβάσεις θεότητος ἀναπλάσαντες καὶ ψυχῶν προϋπάρξεις καὶ τὰ πρὸς τὸ θεῖον αὐτῶν νεύσεως ἀπορροίας τε καὶ ἀποπτώσεις ἐν ἑαυτοῖς ὑποστήσαν-

Quintam, ut rescindentem & in cineres plane redigentem, ea quæ diu ante à tertia Synodo fuerunt exstincta. Insuper & detestanda dogmata, impii Nestorii in urbe Regia impie sacra administrantis, & Theodori Mopsuestiæ iniquissimi Episcopi, quæ iterum fuerant quasi flatu suscitata; sicut & omnes alios, qui istis ineptiis correpti laborabant. Ut & evellentem & demetentem doctrinas Origenis, Didymi, Evagrii, gentilium dogmatibus incoctorum, qui imprudenti & inepta sententia, in ultimum impietatis barathrum delapsi sunt. Nam divinitatis gradus & inferiora subsellia fingebant & excogitabant, animarum præexistentiam, & illarum (secundum divinitatem nutus sui) effluvia & la-

 psus,

2011 Ministerio de Cultura

plus, in ſe ipſis ſubſtituentes & admittentes, illas ad diverſa & varia corpora accedere, & in illa detrudi volebant, & ſuppliciorum finem, & Dæmonum reſtitutionem in priorem ſtatum, & ventriloquium eructantes, ore aperto fabulabantur, inaniterque jactabant & decantabant.

σήσαντες εἰς διαφοράς τε καὶ πολυειδῆ σώματα μεταγγίζοντες ταύτας καὶ μεταβάλλοντες, καὶ τελῶ κολάσεως, ϵ Δαιμόνων ἀποκαταστάσεις, ἀπὸ κωλίας τὸ δὴ λεγόμενον ἐρευγόμενοι ἀθυροστόμως ἐμυθολόγησάν τε καὶ ἐφαψώδησαν.

Sextam vero, ut rejicientem & avellentem Honorii, Sergii, Macarii ſocios, ineptos & monſtra loquentes, ſimul & eos, qui illorum impietatem impotenter repræſentabant, cum eorum peregrinis & alienis figmentis. Unam quippe voluntatem, & unam operationem, Chriſto Deo noſtro, ex duabus immutabilibus naturis emergenti, iſti miſeri peſſime tribuebant.

Τὴν ἕκτην δὲ ὡς ἀποῤῥίψασάν τε καὶ καταπασάσασαν τοὺς ἀμφὶ Ὀνώριον, καὶ Σέργιον, καὶ Μακάριον, τοὺς τερατολόγους καὶ ἀσυμφώνους. ἅμα δὲ καὶ τοὺς τὴν αὐτῶν δυσσέβειαν ἀκρατῶς ἀπομαξαμένους μετ' ἐκφύλου καὶ ἀλλοκότου αὐτῶν πλασματολογίας. ἓν γὰρ θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν τῷ ἐκ δύο ἀσυγχύτων φύσεων πεφυκότι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν κακῶς οἱ δείλαιοι ἐπεγράφοντο.

Cum his vero ſanctam magnam ſeptimam Synodum Nicænam ſecundam, hoſtes imaginum, ut ipſius Chriſti hoſtes, & ſanctorum accuſatores, tanquam excrementa rejicientem & removentem; & cum illis abominabilem Manichæorum hæreſin. Nam Domini noſtri Jeſu Chriſti ſanctum corpus, & nobis conſubſtantiale, imagine repræſentare abhorrebant, illud nec figurari nec circumſcribi poſſe debacchantes, ac propterea nec nobis eſſe conſubſtantiale, impotenter & furioſe concludentes. Has ergo ſeptem ſanctas Synodos generales recipio, anathematiſans eos, quos illæ ana-

Πρὸς ταύταις δὲ καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον ἱερὰν ϵ μεγάλην ἑβδόμην συνόδον ὡς τοὺς εἰκονομάχους καὶ διὰ τοῦτο Χριστομάχους καὶ ἁγιοκατηγόρους ἀποσκυβαλίσασάν τε καὶ καταβαλοῦσαν. καὶ σὺν αὐτοῖς καὶ τὴν βδελυκτὴν Μανιχαϊκὴν αὐτῶν αἵρεσιν. τὸ γὰρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἅγιον σῶμα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν γράφειν εἰκονικῶς ἐμυσάττοντο, τὸ ἄχραντον καὶ ἀσώματον αὐτοῦ καταβαχχεύοντες, ϵ διὰ τοῦτο μὴ εἶναι ἡμῖν ὁμοούσιον μανικῶς συμπεραίνοντες. Ταύτας οὖν τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους ἀποδέχομαι, ἀναθεματίζων μὲν οὓς ἐκεῖναι ἀνεθεμάτισαν, καταπαυόμε-

2011 Ministerio de Cultura

the-

νῶ δὲ ἔμπαλιν καὶ μεγαλύνων ὡς ἐπ-
ευφήμησαν. αὕτη μὲ ἡ τῆ πίστεως Ⓒ
τῆ εἰς ταύτην ἀνηκόντων καὶ πρὸ αὐτὴν
ὑφισαμένων ὁμολογία. ἐν ταύτῃ μοι
ἡ ἐλπίς. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν
ὅσοις εὐσεβεῖν μεμελέτεται καὶ τὰ κα-
θαρᾶς καὶ ἀκιβδήλε δόξης τῆ Χρι-
στιανῶν θεῖο ἔρως προσπέφυκεν.

themate percuſſerunt, & amplexu & oſculo excipiens, iterumque celebrans eos, quos illæ laudibus & teſtimonio ſuo ſunt proſecutæ. Hæc eſt fidei meæ & eorum, quæ ad illam pertinent & ab illa dependent confeſſio. In ea ſpes mea collocata eſt, ſicut & omnium aliorum, quibus pietas curæ eſt, & quibus innatus eſt divinus amor puræ & ſinceræ Chriſtianorum doctrinæ.

Non omittendus etiam *Conſtantinus Harmenopulus*, * JCtus circa A. 1380. defunctus, qui in protheoria epitomes ſacrorum Canonum ** non pluribus quam ſeptem Synodis univerſalibus teſtimonium perhibet his verbis:

Τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἡ μὲ
πρώτη ἐν Νικαίᾳ ἐπὶ Κωνσταντίνε τῆ
μεγάλε, κατ' Ἀρείε, τῆ κτίσμα τὸν υἱὸν
τῆ Θεῆ λέγοντ Ⓒ, συνηθροίσθη, τριακο-
σίων δέκα, καὶ ὀκτὼ Θεοφόρων ἁγίων
ὅσα πατέρων, ὃν καὶ ἀνεθεμάτισεν. ἡ
δὲ δευτέρα ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ
Θεοδοσίε τῆ μεγάλε συνηθροίσθη κατὰ
τῶν πνευματομάχων, ἑκατὸν πεντήκοντα
ἁγίων ὅσα πατέρων, ὃς καὶ ἀνεθεμά-
τισεν. ἡ δὲ τρίτη ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ Θεοδο-
σίε τῆ μικρῆ συνηθροίσθη κατὰ Νεσορίε,
τῆ ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν δογμα-
τίζοντ Ⓒ καὶ Κελεστίνε, διακοσίων ἁ-
γίων ὅσα πατέρων, ὃς καὶ ἀνεθεμά-
τισεν. ἡ δὲ τετάρτη ἐν Χαλκηδόνι ἐπὶ
Μαρκιανῆ συνηθροίσθη κατὰ Διοσκόρε
καὶ

Prima Synodus Oecumenica Nicææ ſub Conſtantino Magno, adverſus Arium, qui Creaturam eſſe dicebat Dei Filium, convenit, ac omnino CCCXVIII. divis ſanctisque Patribus congreſſis, Arium anathemati ſubjecit. Secunda CL. Patres habuit, coacta Conſtantinopoli ſub Theodoſio Magno, contra Pnevmatomachos, quos anathemate feriit. Tertia ſub Theodoſio Minore coiit Epheſi contra Neſtorium, qui Chriſtum tradebat nudum Hominem eſſe, contraque Cæleſtinum. Adfuere Patres CC. & in iſtos anathematis eſt promulgata ſententia. Quarta Chalcedone convenit ſub Mar-

* Dixi de eo Volum. X. p. 274. ſqq.

** In Freheri Jure Græco Romano lib. I. p. I. & in Rittershuſii Sacris Lect. p 138.

2011 Ministerio de Cultura

Marciano, adverſus Dioſcorum & Eutychem, qui duas Verbi, Dei pariter & hominis, naturas, poſt unionem commiſtas, in unam naturam redactas dicebant: ideoque à DCXXX. Patribus ibidem anathematis ſubjecti fuerunt. Quinta ſub Juſtiniano I. Conſtantinopoli collecta, quum CLX. ſancti Patres adeſſent, quartæ Synodi decreta confirmavit, eique reſiſtentes, & inter hos Origenem, atque omnes hæreticos anathemate mulctavit. Sexta itidem Conſtantinopoli habita, congreſſis CLXX. ſanctis Patribus, ſub Imperio Conſtantini Barbati, anathematis ſententiam tulit in eos, qui unam in Chriſto voluntatem & unam agendi vim tradebant. Canones & ipſa nullos expoſuit, uti nec quinta fecerat. Ideoque coacta in Trullo palatii Conſtantinopolitani Synodus alia fuit CCXXVII. Patrum, Juſtiniani naribus mutilati, Barbati filii, juſſu, Canonum duntaxat exponendorum cauſſa. Quapropter & iſthæc ſexta dicitur, uti quæ ſuppleverit, quod ſextæ deerat, Canonum ſcilicet expoſitionem.

Septima Nicææ ſub Conſtantino, & matre ipſius Irene, congregata fuit adverſus imaginum adverſarios, qui à CCCLXVII. Patribus iſthic anathemati fuere ſubjecti.

καὶ Εὐτυχῆς, τὰς δύο φύσεις τ̃ Θεανθρώπ λόγ μετὰ τὴν ἕνωσιν λεγόντων συγκεχυθῆναι, καὶ εἰς μίαν φύσιν ἀποτελεσθῆναι. ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων ἴσα πατέρων, οἳς καὶ ἀνεθεμάτισεν. ἡ δὲ πέμπτη ἐπὶ Ἰουστινιανῦ τ̃ πρώτ ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθεῖσα, ἑκατὸν ἑξήκοντα καὶ πέντε ἁγίων ἴσα πατέρων, τὰ τ̃ τεσσάρτης ἐπεκύρωσε δόγματα, καὶ τοὺς ἀνθισαμένους ταύτῃ ἀνεθεμάτισε, καὶ σὺν αὐτοῖς Ὠριγένην καὶ τοὺ αἱρετικοὺς ἅπαντας. ἡ δὲ ἕκτη ἐν Κωνσταντινουπόλει καὶ αὕτη συναθροισθεῖσα, ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἁγίων ἴσα πατέρων, ἐπὶ Κωνσταντίν τ̃ Πωγωνάτ, τὸν μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστ̃ δογματίζοντας ἀνεθεμάτισε, κανόνας δὲ ἐδὲ αὕτη ἐξέθετο, ὥσπερ ἐδὲ ἡ πέμπτη, καὶ διὰ τ̃το ἡ ἐν Τρούλλῳ συνηθροίσθη ἡ καὶ ἕκτη (πενθέκτη, ut vocat Theodor. Balſamo init. l. 7. Jur. Græco Romani) λεγομένη, ἥτις κ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐν τῷ Τρούλλῳ συνηθροίσθη τ̃ Παλλαδίου, διακοσίων εἰκοσιεπτὰ ἁγίων ἴσα πατέρων κ κέλευσιν Ἰουστινιανῦ τ̃ ῥινοτμήτου τ̃ υἱ̃ τ̃ Πωγωνάτου, δι' ἕνδεσιν καὶ μόνων Κανόνων. ὅθεν καὶ ἕκτη προσαγορεύεται, ὡς τὸ τῇ ἕκτῃ ἐλλεῖπον ἀναπληρώσασα, ὅπερ ἐστὶν ἡ τ̃ Κανόνων ἔκθεσις. ἡ δὲ ἑβδόμη ἐν Νικαίᾳ ἐπὶ Κωνσταντίνου τ̃ Εἰρήνης τ̃ μητρὸς αὐτοῦ συνηθροίσθη κ τ̃ εἰκονομάχων, τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ ἑπτὰ ἁγίων ἴσα πατέρων. οἳς καὶ ἀνεθεμάτισεν.

Mae-

2011 Ministerio de Cultura

Matthæus vero *Blastares* Hieromonachus * in proœmio Syntagmatis Alphabetici Canonum de octo Synodis disserit, ex quo tantum hoc loco adscribam quæ de septima & octava Synodo scribit:

Χρόνων παρερρυηκότων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, ὀγδόῳ δὲ ἱσαμένῳ τῷ Κωνσταντίνῳ τῇ βασιλείᾳ καὶ τῇ μητρὸς αὐτοῦ Εἰρήνης, Νικαίαν δὲ τὴν Βιθυνῶν μητρόπολιν κειτήριον τῆς εὐσεβείας, καὶ ἡ ἑβδόμη σύνοδος δείκυσιν, ὡς γε δὴ καὶ ἡ πρώτη σύνοδος πάλαι· εἰς ἑπτὰ δὲ καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίους ἄνδρας ἱερεῖς ἐπληθύνετο, ταξιάρχας τῆς ἱερᾶς αὐτῆς φάλαγγος προβαλλομένη Ταράσιον Κωνσταντινουπόλεως τὸν ἐν ἱερεῦσι θεῖον προβόητον. Πέτρον τε τὸν ἱερέων τάγματος πρῶτον, καὶ ἕτερον Πέτρον πρεσβύτερον καὶ ἡγούμενον τῆς ἁγίας Σάβα μονῆς, τὸν τόπον Ἀδριανοῦ τοῦ Πάπα Ῥώμης πληρωτάμενον. Ἰωάννην τε καὶ Θωμᾶν πρεσβυτέρους. Καὶ καλὸν ἐν ἀσκηταῖς λάμποντας, τὸν τῆς ἀναβολῆς πατριαρχῶν τὸν τόπον ἐπέχοντας· λέγω δὲ Ἀπολιναρίου Ἀλεξανδρείας· Θεοδωρήτου Ἀντιοχείας, καὶ Ἠλία Ἱεροσολύμων. Αὕτη τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος τοὺς εἰδώλων τὰς προσκυνητὰς τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ εἰκόνας, ὧν μιαρᾶς γλώττης, ἀποκαλοῦντας, δι' ὧν εἰδώλων πλάνη δώκεται, κοινῇ ψήφῳ δεσμοῖς ἀλύτοις τῷ ἀναθέματι περιβάλλουσι· καὶ κανόνας δύο πρὸς τοῖς εἴκοσιν εἰς τὴν τῶν πιστῶν ὠφέλειαν συντεθέασιν, ἐξακις χιλιοστοῦ ἑβδομηκοστοῦ ἐνενηκοστοῦ ἕκτου τηνικαῦτα διϊπωεύοντος ἔτους.

Elapsis (post sextam) centum viginti annis, octavo autem imperii Constantini & matris ejus Irenes fluente, septima etiam Synodus, ut prima olim, Nicæam Bithyniorum metropolim pietatis forum ostendit. Trecentis autem sexaginta septem sacris viris ornata est: Sacræ hujus phalangis constituens duces, Tarasium Constantinopolitanum, magni inter Dei Sacerdotes nominis, Petrum in Sacerdotum ordine primas tenentem, & alium Petrum Presbyterum, & sancti Sabæ monasterii præfectum, qui Adriani Papæ Romani locum sortitus est: Johannem & Thomam Presbyteros, & admodum inter Monachos celebres, Orientis Patriarcharum locum tenentes, nimirum Apolinarii Alexandrini, Theodoriti Antiocheni, & Eliæ Hierosolymitani. Hæc igitur sancta Synodus eos, qui venerandas Christi & sanctorum illius imagines, per quas idolorum error expellitur, oh impura lingua! idola vocant, irresolubilibus anathematis vinculis communi suffragio subjecerunt: & duos & viginti canones in fidelium utilitatem composuerunt: Anno mundi VICIↃ CC XCVI. ** tunc temporis labente.

* De hoc Blastare, Volum. X. p. 493.

** A. C. 787.

2011 Ministerio de Cultura

Alia quædam Conſtantinopoli quoque Synodus celebrata eſt in celebri ſanctorum Apoſtolorum templo, quæ inſcribitur ſancta & magna prima & ſecunda Synodus. Fertur autem eam Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani diebus congregatam fuiſſe, quo tempore Báſilius Macedo Romani Imperii ſceptra tenebat: quinto & ſeptuageſimo anno à Synodo ſeptima elapſo. Cum in primo enim conventu ſeditio aliqua coorta eſſet, ſecunda etiam congreſſione divinis patribus opus fuit, in qua decreta confirmarentur pariter & ſcriptis mandarentur, ut exinde una Synodus diſtincte nominetur. Et hæc etiam canones ſeptemdecem compoſuit.

Alii præterea tres canones à Synodo, quæ Photium in throno Conſtantinopolitano ultima collocavit, poſt divini Ignatii translationem, utroque ſæpius antea ejecto & rurſus introducto, editi fuerunt.

Γέγονέ ἳις καὶ ἑτέρα ἐπὶ τὴν Κωνσταντινόπολιν σύνοδος, ἐν τῷ φωτεινῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ναῷ, ἥτις ἐπιγέγραπται ἡ ἁγία καὶ μεγάλη πρώτη καὶ δευτέρα σύνοδος. ἐπὶ τῶν ἡμερῶν δὲ φασι ταύτην ἠθροῖσθαι Φωτίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ἡνίκα Βασίλειος ὁ Μακεδὼν τὰ σκῆπτρα τῶν Ρωμαίων διεῖπεν ἀρχῆς, ἑβδομηκοστῷ καὶ πέμπτῳ ἔτει μετὰ τὴν ἑβδόμην ἐξήκοντος σύνοδον· σάσεως δέ τινος κατὰ τὴν πρώτην συμβάσης συνέλευσιν, καὶ δευτέρας συνδρομῆς τοῖς θείοις πατράσιν ἐδέησεν, ἐν ᾗ καὶ δογματισθέντα κυρωθῆναί τε καὶ γραφῆ δοθῆναι, ὡς ἐντεῦθεν διηρημένως τὴν μίαν ὀνομάζεσθαι σύνοδον. κανόνας δὲ καὶ αὕτη συνέθηκεν ἑπταικαίδεκα.

Ἀλλὰ καὶ ἕτεροι τρεῖς κανόνες ἐξεφωνήθησαν τῇ συνόδῳ ἥτις τὸ Φώτιον τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως τελευτῶσα ἐνίδρυσε, μετὰ τὴν τοῦ θείου μετάθεσιν Ἰγνατίου, ἑκατέρου πολλάκις πρότερον ἐκβαλλομένου καὶ ἀντεισαγομένου.

VI. *Nilus* Metropolita Rhodius, Philothei Patriarchæ CPol. circa A.C. 1366. exarchus, ſed quod cum Palamitis * faceret ſacro Rhodi ſolio etiam invito Philotheo deturbatus, præter alia, quæ ab Allatio libro de Niliis cap. 16. commemorantur, ſcripſit ſynopticam narrationem de Synodis Oecumenicis novem, quam Græce & Latine vulgavit Chriſtoph. Juſtellus ad calcem Nomocanonis Photiani Pariſ. 1615. recuſam deinde in Bibliotheca Juris Canonici Voëllo-Juſtelliana Pariſ. 1661. fol. tom. 2. pag. 1155. & in Conciliis Jo. Harduini tom. V. p. 1479. Diverſa eſt hæc ſynopſis ab ejusdem Nili explanatione Canonum Synodicorum, Georgii Coreſſii &

* Vide Nicolaum Methonenſem libro in Palamam, & Nic. Comnenum Papadopoli p. 226. Prænot. Myſtagog.

2011 Ministerio de Cultura

& Johannis Lascaris notis illustratum, de qua supra p. 48. Placet hoc loco tantum referre, quæ scribit Nilus de Synodo sexta, septima, octava & nona.

Η ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, συναθροισθεῖσα ὑπὸ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἁγίων πατέρων, ὧν ἡγεῖτο Ἀγάθων Ῥώμης, Γεώργιος Κωνσταντινουπόλεως, Πέτρος μοναχὸς τοποτηρητὴς τοῦ Ἀλεξανδρείας, Θεοφάνης Ἀντιοχείας. ἐπὶ Ὀνωρίου πάπα Ῥώμης, Κύρου Ἀλεξανδρείας, Σεργίου τε καὶ Πύρρου καὶ Παύλου καὶ Πέτρου ἐπισκόπων Κωνσταντινουπόλεως. ἦν δὲ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη ςροθ'. ἀπὸ δὲ Χριστοῦ ψιθ'. ἀπὸ ἕκτης ἕως ἑβδόμης ἔτη ἑκατὸν ἐννέα.

Sancta & œcumenica sexta Synodus habita est, imperante Constantino Pogonato, congregata à centum septuaginta sanctis Patribus, cui præerant Agatho Romæ, Georgius Constantinopolis, Petrus Monachus Alexandrini legatus, Theophanes Antiochiæ Episcopus adversus Honorium Papam Romæ, Cyrum Alexandriæ, Sergium, Pyrrhum, Paulum & Petrum Constantinopolis Episcopos. Erat annus mundi 6179. Christi vero 719. † A sexta ad septimam sunt anni novem & centum.

Η ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἑβδόμη σύνοδος ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ συγκροτηθεῖσα ὑπὸ τριακοσίων ἑξήκοντα τριῶν ἁγίων πατέρων κατὰ τῶν εἰκονομάχων. ἡγοῦντο δὲ αὐτῆς Ἀδριανὸς πάπας Ῥώμης, Ταράσιος Κωνσταντινουπόλεως, Πολιτιανὸς Ἀλεξανδρείας, Θεοδώρητος Ἀντιοχείας, Ἠλίας Ἱεροσολύμων. ἦν δὲ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη .·.·. ἀπὸ δὲ Χριστοῦ ἔτη ψκδ'. ἀπὸ ἑβδόμης ἕως ὀγδόης ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι.

Sancta & œcumenica septima Synodus Nicææ secundo habita est, imperantibus Constantino & ejus matre Irene, congregata à sexcentis sexaginta tribus sanctis Patribus adversus iconomachos. Præerant huic Adrianus Papa Romæ, Tarasius Constantinopolis, Politianus †† Alexandriæ, Theodoritus Antiochiæ, Elias Hierosolymorum. Annus erat mundi * Christi vero 724. A septima ad octavam sunt anni centum viginti.

Η ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ὄγδοη σύνοδος ὀγδοήκοντα ἁγίων πατέρων γέγονεν ἐπὶ τοῦ βασιλέως Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος, καθ' ἣν

Sancta & œcumenica octava Synodus trecentorum octoginta sanctorum Patrum habita est, imperante Basilio Macedone, ** in qua Synodo

† Imo 680. †† Apolinarius.

* Ex auctoris mente & calculo esset annus mundi 6288. Concilium vero illud habitum A. C. 787.

** Anno Christi 869.

2011 Ministerio de Cultura

coaluit pax cum Occidentali Eccleſia ac reliquis Patriarchis, manifeſte profitentibus Occidentalibus in hæc verba: Nos ita legimus ac credidimus ut & vos absque ulla additione Symbolum ſanctum, ut ita ſe habens ſit vere Symbolum veræ fidei. Sed & eos, qui addunt aut detrahunt quid, anathematizamus. Aderant illic Joannes Papa Romæ, Photius Conſtantinopolis, & legati Romanorum Eccleſiæ, Paulus, & Eugenius Epiſcopi, & Petrus Presbyter ac Cardinalis, aliique Patriarchæ per legatos: quibus congregatis pro communi Eccleſiarum concordia, Presbyteri quidem ſenioris Romæ conclamarunt, decorum eſt nihil aliud innovari, ſed veterem definitionem & toto orbe obtinentem ac celebratam legi & confirmari. Cumque ſanctum Symbolum absque adjectione, ſicuti ſe habet, lectum fuiſſet, ſancta Synodus acclamavit, nos ſecundum Servatoris doctrinam & Apoſtolorum traditionem, ac præterea ſecundum Canonicos ſanctarum & œcumenicarum ſeptem Synodorum typos, definitionem ſinceriſſimæ Chriſtianorum fidei antiquitus à patribus ad nos usque propagatam mente & lingua comprobamus, & omnibus conſtanter annunciamus, nihil detrahentes, nec adjicientes menti nec verbis, nihil immutantes, nihil adulterantes. Poſtea legati

ἡν σύνοδον γέγονεν εἰρήνη μεταξὺ τ δυτικῆς ἐκκλησίας καὶ τ ἄλλων πατριαρχείων, φανερῶς ὁμολογησάντων τ δυτικῶν, ὅτι ὕτως ἀναγινώσκομεν καὶ πιστεύομεν, ὡς καὶ ὑμεῖς, χωρὶς προσθήκης τινὸς τὸ σύμβολον τὸ ἅγιον ὡς ὕτως ἔχον, ὄντως σύμβολον εἶναι τ ἀληθ̃ς πίστεως, ἀλλὰ κ τὺς προσθέντας, ἢ ἐλλείποντας ἀναθεματίζομεν. ὅπ̃ερ καὶ τηνικαῦτα Ἰωάννι Πάπα Ρώμης, Φωτίῳ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοποτηρητῶν τ Ρωμαίων ἐκκλησίας, Παύλῳ κ Εὐγενίῳ ἐπισκόποις, καὶ Πέτρῳ πρεσβυτέρῳ καὶ καρδιναλίῳ, καὶ τ ἄλλων πατριαρχῶν διὰ τοποτηρητῶν. ὧν συνελθόντων ὑπὲρ τ κοινῆς ὁμονοίας τ ἐκκλησιῶν, οἱ μὲν τοποτηρηταὶ τ πρεσβυτέρου Ρώμης ἐβόησαν, πρέπον ὄν μὴ ἕτερον καινουργηθῆναι, ἀλλὰ αὐτὸν τ ἀρχαῖον ὅρον καὶ ἀνὰ πᾶσαν τ οἰκουμένην κρατοῦντά τε καὶ βεβαιωθῆναι, καὶ τ ἱερ̃ συμβόλου ἀναγνωσθέντος ἄνευ πρ̃ς. θήκης ὡς ἔχει, ἡ ἁγία σύνοδ̃ ἐξεβόησεν, ἡμεῖς κ τὴν τ Σωτῆρος διδασκαλίαν καὶ τ Ἀποστόλων παράδοσιν, ἔτι δὲ καὶ τὺς κανονικὺς τύπους τ ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων τ ἄνωθεν ἐκ πατέρων κ μέχρι ἡμῶν κατεπικυρωθέντα τ ἀκραιφνεστάτης τ Χριστιανῶν πίστεως ὅρον, καὶ διανοίᾳ κ γλώττῃ στέργομέν τε καὶ πᾶσι προκηρύττομεν διαπρυσίως, οὐδὲν ἀφαιροῦντες, οὐδὲ προστιθέντες κ τ διάνοιαν ἢ λέξιν, οὐδὲν ἀμείβοντες, οὐδὲν παραλλάττοντες. καὶ μ τ ὅπ̃ οὔτε τοποτη-

2011 Ministerio de Cultura

τηρηϛαι Ρώμης καὶ ἡ σύνοδος ἅπασα ἐξεβόησεν, ἕτερον ἐκθέσθαι σύμβολον, καὶ ὅρον ἀνακινῆσαι, ἢ προθήκην ἢ ὑφαίρεσιν ποιῆσαι ἐν τῷ ἀναγνωσθέντι ἱερῷ καὶ ἁγίῳ συμβόλῳ, ἀνάθεμα ἔστω· ταῦτα καὶ ἐν τοῖς Ρωμαϊκοῖς κανόσι τοῖς ἐκ τῆς πράξεως τῆς συνόδου ταύτης εὑρίσκεσθαι ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς Ἰωάννου πάπα Ρώμης πρὸς Φώτιον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. καὶ ἡ σὴ ἀδελφότης ἐπίσταται, ὡς ὅτε πρὸς ἡμᾶς παρεγένετο ὁ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀποσταλεὶς παρ' αὐτῆς περὶ τοῦ ἁγίου συμβόλου ἡμᾶς ἐδοκίμασεν, εὗρεν ἀπαθῆ τρόπον, καθὼς ἐξ ἀρχῆθεν παρεδόθη ἡμῖν, διατηροῦντας, καὶ μήτε προσθέντας τι, ἢ ἀφαιροῦντας, ἀκριβῶς οἴδαμεν, ὡς τὰ τοιαῦτα τολμῶσι βαρεῖα κατάκριμα ἀναμένουσα ἀποκεῖται. καὶ πάλιν ἂν ἐγνωρίσαμεν τῇ αἰδεσιμότητί σου, ἵνα περὶ τοῦ ἄρθρου τούτου, δι' οὗ συνέβη τὰ σκάνδαλα μέσον τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ἔχῃ πληροφορίαν εἰς ἡμᾶς, ὅτι οὐ μόνον λέγομεν τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρώτους θαρρήσαντας τῇ ἑαυτῶν ἀπονοίᾳ τοῦτο ποιῆσαι, παραβάτας τῶν θείων λόγων κρίνομεν καὶ μεταποιητὰς τῆς θεολογίας τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων, οἳ συνοδικῶς παρέλαβον τὸ ἅγιον σύμβολον, καὶ μετὰ τοῦτο ἴσμεν αὐτοὺς τάττομεν, ὅτι καὶ ταὐτὸν ἐκείνῳ τετολμήκασι, καὶ παραδόντες εἰς θάνατον τὸ κυριακὸν σῶμα, ἀλλὰ τοὺς πιστούς, οἵτινές εἰσι μέρη τοῦ σώματος αὐτοῦ, διαιρίσαντές τε, καὶ διατέμνοντες ἀλλήλων.

legati Romæ & tota Synodus acclamavit, si quis edat aliud symbolum, aut hanc definitionem commoveat, vel adjiciat detrahatve quidpiam huic sacro sanctoque symbolo, quomodo lectum est, anathema esto. Hæc etiam in Romanis canonibus actorum hujus Synodi comperiuntur ex epistola Joannis Papæ Romani ad Photium Patriarcham Constantinopolis. Et tua fraternitas novit, quod cum ad nos venit, qui nuper ab ea missus est, ut probaret nos super sancto symbolo, invenit nos illud conservantes intemeratum prout antiquitus nobis traditum fuerat, neque quidquam adjicientes detrahentesve, cum probe noverimus iis qui talia audent gravem imminere condemnationem. Rursus igitur significamus reverentiæ vestræ, ut de hoc articulo, ob quem inter ecclesias Dei scandalum exortum est, ita de nobis persuasum habeas quod non modo dicimus hoc, sed & eos qui primum ausi sunt sua temeritate hoc facere, eos transgressores divinorum sermonum censemus & interversores Theologiæ Domini Christi, sanctorumque Patrum, qui synodice symbolum hoc sanctum acceperunt, eosque cum Juda collocamus, quod idem ac ille sint ausi, non dominicum quidem corpus morti tradentes, sed fideles, qui sunt corporis ejus membra, lacerantes, & alios ab aliis discerpentes.

2011 Ministerio de Cultura

Sancta & œcumenica Synodus nona habita est imperante beato & celebri Imperatore domino Andronico Palæologo, & Joanne filio ejus, adversus Barlaam & Acindynum. Docebant illi modo quidem nullam esse distinctionem in divina natura, essentia & operatione, sed eandem esse & indistinctam; modo vero distinctionem quidem aliquam esse dicebant, verum ita ut substantiam quidem increatam, substantiales vero ejus operationes atque naturales concederent diversas esse à proprietatibus humanæ naturæ, non tamen increatas sed creatas. Rursus divinum illud lumen quod in monte Thabor effulsit, phantasma prorsus & creaturam orientem ac intercidentem esse dicebant, at neque divinæ naturæ fulgorem esse fatebantur, qui dicitur divinitas & lux inaccessa atque ardens. Adversus hos igitur ita docentes, congregata est hæc sancta Synodus coarguens insanientes illos ac mentientes modis omnibus, reliquosque hæreticos impietate superantes. Intererant huic Synodo Isidorus Constantinopolis, Lazarus Hierosolymorum Episcopi, tum Alexandrinus ac Antiochenus, per legatos, Gregorius Palamas, Philotheus Coccinus, & alii monachi multi magnæ virtutis ac prudentiæ, qui etiam hos anathematizaverunt. Accepimus voce, Deus, significari ope-

Η ἁγία κ οἰκουμενικὴ ἅυλη συνόδος ἐνάτη γέγονεν ἐπὶ τ βασιλείας τ μακαρίτου κὴ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ανδρονίκου τ Παλαιολόγου, κὴ Ιωάννου τ υἱοῦ αὐτ, κ τ Βαρλαὰμ, κὴ Ακινδύνου. ἐδογμάτισαν γὰρ ὅτι νῦν μὲν ἀδιαίρετόν ἐστι καὶ ἀδιάφορον τὴν θείαν φύσιν, νῦν δὲ διαίρεσιν εἶναι ἔλεγον· πλὴν τὴν μὲν οὐσίαν ἄκτιστον, τὰς δὲ ἀυτῆς οὐσιώδεις ἐνεργείας κὴ φυσικὰς συγχωροῦντες ἑτέρας εἶναι, πλὴν οὐκ ἀκτίστους, ἀλλὰ κτιστάς. κ ἐπὶ τὸ ἐν τῷ Θαβωρίῳ ἐκλάμψαν θεῖον ἐκεῖνο φῶς, φάσμα ἀπολῶς κ κτίσμα, γινόμενον κὴ ἀπογινόμενον, ἀλλ' ὅτε θείας φύσεως φυσικὴν αἴγλην, κὴ θεότητα τ φωτὸς ἀπρόσιτον κὴ ἄκτιστον λεγόμενον. κ τούτων οὐν οὕτω λεγόντων ἐνήχθη ἡ ἁγία σύνοδος ἅυλη ἐλέγξασα τούτους ἀνοητοῦντας κὴ ψευδομένους κ πᾶν εἶδος λόγου, κὴ ἀσεβοῦντας μᾶλλον τ ἄλλων αἱρετικῶν. παρῆσαν δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ Ισίδωρος Κωνσταντινουπόλεως, Λάζαρος Ιεροσολύμων, Αλεξανδρείας, κὴ Αντιοχείας διὰ ὑποτεταγμένων, Γρηγόριος ὁ Παλαμᾶς, Φιλόθεος ὁ Κόκκινος, κὴ ἕτεροι μοναχοὶ πολλοὶ ἐναρέτοι κὴ λογάδες, οἱ κὴ αὐτοὺς ἀνεθεμάτισαν. παραλάβομεν, ὅτι θεὸν ἐνεργοῦντα δηλοῖ, θεότητος δὲ ἐνέργειαν. οὐδὲν δὲ τ κτιστῶν ἐνέργεια. παραλάβομεν ὅτι τὸ μηδεμίαν

2011 Ministerio de Cultura

μίαν δύναμιν ἢ ἐνέργειαν ἔχον, ἀλλ' ἔστι ἔστιν, ἀλλ' ἔστι τι ἐστίν. οὐδέ ἐστιν αὐτῷ θέσις ἢ ἀφαίρεσις. τὸ δὲ ἔχον, ἕτερόν ἐστι πάντως ὃ ἔχει.

operantem, voce vero Divinitatis operationem. Nihil autem horum trium est operatio. Accepimus id quod nullam virtutem aut operationem habet, omnino non esse; illud, inquam, nec est aliquid, nec ejus est positio vel detractio. Quod autem habet, aliud omnino est ab eo quod habet.

VII. Laudantur etiam ineditæ quædam lucubrationes huc facientes: ut *Photii* Tyriorum Episcopi, qui Concilio Chalcedonensi A. C. 451. interfuit, cujus Synopsin de Conciliis, Christiani Ravii beneficio ex Oriente se adeptum, testatur Jac. Usserius libro de symbolis p. 22. atque ex illa affert, quod quum Patres Nicænos Symbolum fidei exposuisse prius dixisset Photius usque ad capitulum illud, καὶ εἰς Πνεῦμα τὸ ἅγιον, de CPolitanis postea suo loco addidit: Τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐκφάτυναν· καὶ Θεὸν ἀληθινὸν, καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐκήρυξαν· προθέντες τῷ προεκτεθέντι ἐν Νικαίᾳ τῆς πίστεως συμβόλῳ καὶ ταῦτα. Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον καὶ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν. Καὶ ὅτως ἀναπληρώσαντες τὸ σύμπαν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως σύμβολον τῇ ἐκκλησίᾳ παρέδωκαν. *Orthodoxam fidem confirmarunt, & Spiritum sanctum quoque verum Deum, & consubstantialem Patri, prædicarunt; addentes prædicto Nicæno fidei Symbolo & ista:* Et in Spiritum sanctum, Dominum & vivificantem, qui ex Patre procedit, &c. *usque ad*, Vitam futuri sæculi. Amen. *Atque ita fidei orthodoxæ Symbolum complentes, Ecclesiæ tradiderunt.*

Michaëlis Pselli de Conciliis Opusculum, nec non *Maximus* de Synodis, ambo MSS. servantur in Bibl. Bavarica. Omitto, quod Photii CPol. Epistola, in qua Synopsis de septem Synodis legitur, etiam fertur sub

2011 Ministerio de Cultura

ſub nomine aliorum Patriarcharum CPol. ut *Siſinnii*, teſte Baronio ad A. C. 863. n. 33. & Allatio de conſenſu pag. 606. nec non *Palamæ* & *Philothei*, ut refert Nic. Comnenus Papadopoli pag. 340. Prænotionum Myſtagogicarum.

VIII. Claudam hoc caput inſigni antiquitatis monumento, quod non modo multa paucis comprehendit, ſed etiam varia docet alibi quærenda incaſſum. Eſt illud Synodicum veteris ſcriptoris ſive notitia Conciliorum in Eccleſia habitorum usque ad Photii tempora, quod cum verſione ſua perſpicua & accurata edidit meritiſſimus Argentoratenſium Theologus D. *Johannes Pappus*, * Argentor. 1601. 4. Ab Allatio p. 388. de conſenſu *auctor Synodici* vocatur *valde pius, quisquis ille fuerit.* Et p. 455. *Synodicon accuratiſſime confectum temporibus Photii.* Illud, ut frequentius poſſit evolvi à ſtudioſis, hoc loco dare volui, licet recuſum in Bibliotheca Canonica tom. 2. p. 1166. & in Harduini Conciliis tomo V. Nam Labbeum omitto, qui in ſua Conciliorum Collectione dedit quidem hoc Synodicum, ſed non una ſerie deſcriptum, ſed ſparſim ſingulis capitibus ad tempora ſua relatis, ita ut caput primum legatur tom. 1. pag. 21. caput ſecundum pag. 599. caput tertium pag. 564. caput quartum pag. 583. &c.

ΣΥΝΟΔΙ-

* D. Pappus in præfat. ad Andream Unghadium, L. Baronem in Sonneck. *Cum ante annos ſedecim ferme* Andreas *quidam* Darmarius *Epidaurius libros aliquot Græcos Manuſcriptos venales attuliſſet, inter cæteros* συνοδικὸν *iſtud mole quidem exiguum, ſed rerum quæ in eo tractantur varietate & copia ſatis magnum, licet pretio juſto majore id æſtimaret, redimendum tamen ab eo putavi. Videbam enim, etſi non omnium, ut habet inſcriptio, plerarumque tamen & quidem præcipuarum Synodorum ad nongenteſimum prope à CHRISTI Servatoris nativitate annum, hiſtoriam eo contineri: quin & indicis vicem id ipſum præſtare poſſe in veteris Eccleſiæ hiſtoricos, qui adhuc exſtant.* - - - -
Suſpicatur deinde auctorem eſſe *Nicephorum* Patriarcham CPol. cujus Chronicon in eadem tempora deſinat. Sed Nicephorus ille jam A. C. 828. diem obiit: Et ſynodici auctor commemorat res A. 869. geſtas.

2011 Ministerio de Cultura

ΣΥΝΟΔΙΚΟΝ, ΠΕΡΙΕΧΟΝ

ΕΝ ΕΠΙΤΟΜΗ ΑΠΑΣΑΣ ΑΠΟ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ ΓΕΓΟΝΥΙΑΣ
ὀρθοδόξους καὶ αἱρετικὰς συνόδους: μέχρι τ ὀγδόης, τ ἐπὶ τῆ τ ΦΩΤΙΟΥ,
καὶ τ Πάπα ΙΩΑΝΝΟΥ ἑνώσει.

LIBELLUS SYNODICUS, OMNES SYNODOS,

TAM ORTHODOXAS, QUAM HÆRETICAS, BREVI COMPENDIO CONTINENS:

Quæ ab Apoſtolorum inde tempore, usque ad Octavam, ſuper unione PHOTII, & JOHANNIS Papæ inſtitutam, ſunt celebratæ.

D. JO. PAPPO, Theologo Argentoratenſi, interprete.

I. HIEROSOLYMITANA, APOSTOLORUM.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις, ὑπὸ τ θεοδιδάκτων ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ μυσταγωγῶν πρεσβυτέρων, & τ σὺν αὐτοῖς ἀδελφῶν: κ' τ ἐπιχειρησάντων πιστῶν φαρισαίων, περιτύνειν τὴν ἐν σαρκὶ γιγνομὴν, καὶ τηρεῖν τὰ νόμιμα ἔθη μ τὸ εἰσδέξασθαι καθάπαξ τὰς πίστεις, τὴν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκύνησιν καὶ λατρείαν: & χάριτι καὶ νόμῳ δουλεύειν, οἱονεὶ δυσὶ κυρίοις: ὅπερ ἀπεῖπεν ὁ τ ὑπὲρ νοῦν ἀγαθῶν πάροχος, καὶ τ καπήλους τ νόμου ἐξαγορηγάμενος ἡμᾶς χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν.

SYNODUS divina & ſancta, Hieroſolymis à divinitus edoctis ſanctisque Apoſtolis, & myſteriorum præfectis Presbyteris, aliisque, cum ipſis qui erant, fratribus celebrata: contra eos, qui fidem ſuſceperant, Phariſæos: qui & circumciſionem, in carne quæ fiebat, retinere, & legales conſuetudines, poſt receptam quoque à fidelibus eam, quæ in Spiritu & veritate fit, adorationem & cultum, obſervare: atque ita Gratiæ & Legi, tanquam duobus Dominis ſervire conabantur. Quod quidem is ipſe, qui maxima illa ſupra mentis noſtræ captum nobis confert munera & à legis maledicto nos redemit, Chriſtus Deus noſter * prohibuit. A.C. 49.

Μετὰ γοῦν τὴν τ Ἀποστόλων σύνοδον, ἐξανέστη Σίμων ὁ μάγος, καὶ Κήρινθος: οὓς ἀπεκήρυξαν οἱ κορυφαῖοι τ Ἀποστόλων: τ Σίμωνα,

Poſt Apoſtolorum autem Synodum, Simon Magus exſurrexit & Cerinthus: quos Apoſtolorum refutarunt principes: Simonem quidem,

* Matth. VI. 24.

2011 Ministerio de Cultura

dem, Petrus: Cerinthum vero is, qui Theologus cognominatur, Johannes. Poſt iſtos Valentinus exſurrexit, Secundus, Marcion, Baſilides, Saturninus, Carpocrates, Ebion, Hermogenes, Alexander ærarius, eorumque complices.

να, Πέτρ☉: τὸν δὲ Κήρινθον, ὁ τ θεολογίας ἐπώνυμ☉ Ἰωάννης. Μετὰ τύτ☉ς ἐξανέστη Οὐαλεντῖνος, Σεκοῦνδ☉, Μαρκίων, Βασιλείδης, Σατορνῖν☉, Καρποκράτης, Αἰβίων, Ἑρμογένης, Ἀλέξανδρος ὁ Χαλκεύς, κ᾽ οἱ σὺν αὐτοῖς.

2. Lugdunensis, Irenæi.

Synodus divina & ſancta provincialis, duodecim Epiſcoporum, collecta Lugduni metropoli Galliæ, ad Rhodanum flumen, ab Irenæo ſancto Martyre, ejusdemque urbis Epiſcopo: contra præſcriptos Hæreticos.

Σύνοδ☉ θεία κὴ ἱερὰ τοπικὴ, δύο κ᾽ δέκα ἐπισκόπων, ζυναθροισθεῖσα ἐν Λυγδούνῳ μητροπόλει τ Γαλλίας, ὑπὲρ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν ὑπὸ Εἰρηναίυ ἱερομάρτυρ☉, ἐπισκόπυ τῆς αὐτῆς πόλεως κ᾽ τῶν παροικησάντων αἱρετικῶν.

3. Romana, Telesphori.

A.C. 146. Synodus ſancta & divina provincialis, Romæ, duodecim Epiſcoporum à Teleſphoro ſancto Martyre, ejusdemque urbis Papa, collecta contra Theodotum Coriarium Byzantium, diſcipulum illorum: qui cum ſapientia plurimum præſtaret, ſed in perſecutione ſacrificaſſet, Chriſtumque negaſſet: atque id à fidelibus ipſi exprobraretur, neque ipſe hoc probrum ferret, dicere auſus fuit impius ille: Ego Deum non negavi, ſed nudum hominem.

Σύνοδ☉ θεία κὴ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ῥώμῃ, δυοκαίδεκα ἐπισκόπων, ὑπὸ Τελεσφόρυ ἱερομάρτυρ☉, τ αὐτῆς πάπα ζυναθροισθεῖσα: κ᾽ Θεοδότυ σκυτέως τ Βυζαντίυ, τ αὐτῶν μαθητ. ὃς εἰς ἄκρον σοφίας ἐληλακὼς, κ᾽ ἐν τῷ διωγμῷ ἐπτύσας, κὴ ἐξαρνησάμ☉ς τὸν Χριστὸν, ἐλέγετ☉ ὑπὸ τῶν πιστῶν ὀνειδιζόμ☉ς, κὴ μὴ φέρων τὴν αἰσχύνην, εἰπεῖν ἐτόλμησεν ὁ ἀνόσιος: Ἐγὼ Θεὸν κ᾽ ἠρνησάμην, ἀλλὰ ἄνθρωπον ψιλόν.

4. Romana, Aniceti.

170. Synodus divina & ſancta provincialis, Romæ congregata à beatiſſimo Aniceto, ejusdem urbis Papa, & Polycarpo ſancto Martyre Smyrnæ

Σύνοδ☉ θεία κὴ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τ μακαριωτάτυ Ανικήτ☉, τ αὐτῆς πάπα, κὴ Πολυκάρπυ ἱερομάρτυρος

2011 Ministerio de Cultura

τυρος ἐπισκόπε Σμύρνης, Ϛ ἑτέρων ἐπισκόπων δέκα: κ᾽ τῶν Ἰεδαϊκῶς τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης ἑορταζόντων τὸ θεῖον πάσχα, καὶ ἑτέροις ἔθεσι καὶ τύποις τοῦτο ἐκτελούντων: ὁρίσασα τὸ μὲν φερτὸν καὶ ζωτήριον πάθος τ δεσπότε ἡμῶν Ἰησ Χριστ καὶ Θεοῦ, τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ μυστικῶς ἐκτελεῖν: τὴν δὲ ζωαρχικὴν ἀνάστασιν, αὐτῇ τῇ πρωϊδόξῳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ, ἐκ παντὸς τρόπε ἄγειν.

næ Episcopo, aliisque Episcopis decem: contra eos, qui Judaico more Luna decima quarta divinum celebrabant Pascha, aliisque ritibus & typis id ipsum perficiebant. Hæc igitur Synodus definivit tremendam & salutarem Domini nostri Jesu Christi & Dei passionem in sancta Parasceve mystice celebrandam, Resurrectionem autem vitæ auctricem, ipsa celebri & magna Dominica omni modo esse peragendam.

5. Hierapolitana, Apolinarii.

Σύνοδ θεία καὶ ἱερὰ ἐπαρχική, ἐν Ἱεραπόλει τ Ἀσίας, συναθροισθεῖσα ὑπὸ Ἀπολιναρίε, ϗ ταύτης ὁσιωτάτε ἐπισκόπε, καὶ ἑτέρων εἰκοσιἑξ ἐπισκόπων: ἀποκηρύξασά τε καὶ ἐκκόψασα Μοντανὸν καὶ Μαξιμίλλαν, τὰς ψευδοπροφήτας: οἱ καὶ βλασφήμως, ἢ δαιμονιῶντες, καθώς φησιν ὁ αὐτὸς πατὴρ, τὸν βίον κατέτρεψαν. Σὺν αὐτοῖς δὲ, κατέκρινε καὶ Θεόδοτον τ σκυτέα.

Synodus divina & sancta provincialis, Hierapoli Asiæ celebrata ab Apolinario sanctissimo hujus Episcopo, aliisque viginti sex Episcopis: quæ abdicavit & exstirpavit Montanum & Maximillam Pseudoprophetas: qui blaspheme, utpote à dæmone obsessi, sicut idem pater dicit, vitam commutarunt. Cum iisdem vero & Theodotum Coriarium (eadem Synodus) condemnavit.

6. Achillana, Sotæ.

Σύνοδ θεία καὶ ἱερὰ μερική, ϗναθροισθεῖσα ὑπὸ ϗ ὁσιωτάτε ἐπισκόπε Ἀχιλῶν *Σωτᾶ, καὶ ἑτέρων δυοκαίδεκα ἐπισκόπων: ἥτις ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε τ σκυτέα Θεόδοτον, καὶ Μοντανὸν, σὺν Μαξιμίλλῃ: ὀκτακοσίους καὶ ἑβδομήκοντα ὀκτὼ αἰῶνας δογματίζοντα, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἑαυτὸν εἶναι ἀπιφημίζοντα.

Synodus divina & sacra particularis, congregata à sanctissimo Achillarum Episcopo Sota, aliisque duodecim Episcopis; quæ refutatum Theodotum Coriarium abdicavit: Montanum item cum Maximilla, qui octingentos septuaginta octo Æonas docebat, seque ipsum pro Spiritu sancto venditabat.

* ἐν Ἀγχιάλῳ Euseb. V. 19. Hist. Eccles.

2011-Ministerio de Cultura

7. Gallicana, Confessorum.

Synodus divina & ſacra provincialis in Gallia, congregata à Confeſſoribus : quæ Montanum & Maximillam abdicavit : cujus decretum ad eos, qui in Aſia erant, fideles dimanavit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Γαλλίᾳ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τῶν ὁμολογητῶν : ἀποκηρύξασα Μοντανὸν καὶ Μαξιμίλλαν : ἧς ὁ ὅρος πρὸς τοὺς ἐν Ἀσίᾳ πιστοὺς διέβη.

8. Ephesina, Polycratis.

A.C. 198. Synodus ſimplex, neque exquiſita, particularis, Epheſi metropoli Aſiæ congregata à Polycrate ſanctiſſimo ejusdem Epiſcopo : quæ dignum cenſet & conſtituit, ut omnes Luna decima quarta Judæorum ritu myſticum Paſcha peragant : tanquam hoc ipſa jam inde à principio accepiſſet à ſanctis Apoſtolis Timotheo & Philippo confirmatum. Victor autem Romanorum Eccleſiæ ſanctiſſimus Papa excommunicationem mittit Polycrati, qui huic præfuerat Synodo : neque hoc ſolum, ſed Synodice etiam ea, quæ ad hoc feſtum pertinebant, perſequitur : & cum ipſo Synodi in plurimis provinciis & partibus terræ congregatæ, idem unanimiter ſtatuunt. Hæc vero Commodo imperante evenerunt.

Σύνοδος ἁφελὴς, ἀνεξέταστος, μερικὴ, ἐν Ἐφέσῳ μητροπόλει τῆς Ἀσίας, συναθροισθεῖσα ὑπὸ Πολυκράτους τοῦ ὁσιωτάτου αὐτῆς ἐπισκόπου : ἀξιοῦσα καὶ ὀφείλουσα ἅπαντας, ὥστε ἐν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης, Ἰουδαϊκῶς ἄγειν τὸ μυστικὸν πάσχα, ὡς ἔτι ἀνέκαθεν παραλαβοῦσα, βεβαιούμενον παρὰ Τιμοθέου καὶ Φιλίππου τῶν Ἀποστόλων. Βίκτωρ δὲ ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἀγιώτατος πάπας, ἀκοινωνησίαν στέλλει Πολυκράτει ταύτης προϊσαμένῳ. Οὐ μόνον δὲ ἔτο, ἀλλὰ καὶ συνοδικῶς τὰ περὶ τοῦ αὐτῆς ἑορτῆς διεξέρχεται : καὶ σὺν αὐτῷ ἐν πολλαῖς ἐπαρχίαις καὶ μέρεσι τῆς γῆς σύνοδοι συγκροτῆται, καὶ συμφώνως ὁρίζουσι. Ταῦτα δὲ Κομμόδου βασιλεύοντος, γέγονεν.

9. Romana, Victoris.

Synodus divina & ſacra provincialis Romæ collecta à beatiſſimo ejusdem Epiſcopo Victore, & aliis Epiſcopis quatuordecim : quæ vetat Judaice celebrari Luna decima quarta

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Ῥώμῃ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου αὐτῆς Πάπα Βίκτωρος, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων : ἀπαγορεύουσα Ἰουδαϊκῶς πολεῖν

2011 Ministerio de Cultura

τελεῖν τῇ δεκάτῃ τεσσάρτῃ τοῦ σελήνης τὸ θεῖον καὶ μυστικὸν πάσχα: ἀλλ' ἐν μόνῃ τῇ μεγάλῃ καὶ ζωοδοτικῇ κυριακῇ.

quarta ſanctum & myſticum Paſcha: ſed in ſola magna & vitæ præſtatrice Dominica.

10. HIEROSOLYMITANA, NARCISSI.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ ἐπαρχική, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπὸ Ναρκίσσου, τοῦ ταύτης τρισμακαρίου ἀρχιεπισκόπου, καὶ ἑτέρων Ἐπισκόπων δεκατεσσάρων, ὑπὲρ τοῦ μυστικοῦ πάσχα, ὁρίσασα κατὰ τὸν ἁγιωτάτου, Ἀνίκητον καὶ Βίκτωρα.

Synodus divina & ſacra provin- A.C.
cialis, collecta Hieroſolymis à ter- 198.
beato illius Archiepiſcopo Narciſſo,
& aliis Epiſcopis quatuordecim:
ſuper myſtico Paſcha, ſecundum
ſanctiſſimum Anicetum & Victo-
rem pronuncians.

11. CÆSARIENSIS, PALÆSTINA, THEOPHILI.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ ἐπαρχική, συναθροισθεῖσα ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, Πυργωστράτων, ὑπὸ Θεοφίλου τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτου Ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων δυοκαίδεκα ὑπὸ τοῦ ἁγίου πάσχα, ὁρίσασα ὡσαύτως.

Synodus divina & ſacra provin- 198.
cialis, collecta Cæſareæ Palæſtinæ,
ſive Pyrgoſtratonis, à Theophilo
ſanctiſſimo ejusdem Epiſcopo, a-
liisque duodecim: quæ de ſancto
Paſcha idem conſtituit.

12. LUGDUNENSIS, IRENÆI.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Λουγδούνῳ τῆς Γαλλίας, ὑπὸ Εἰρηναίου τοῦ ταύτης ἁγιωτάτου Ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων δεκατριῶν Ἐπισκόπων: ὁρίσασα ὑπὲρ τοῦ θείου καὶ μυστικοῦ πάσχα ὁμοίως.

Synodus divina & ſacra provin- 198.
cialis, collecta Lugduni Galliæ, ab
Irenæo ſanctiſſimo ibidem Epiſco-
po, aliisque tredecim Epiſcopis:
quæ ſimiliter de divino & myſtico
Paſcha conſtituit.

13. CORINTHIACA, BACCHYLIDIS.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Κορίνθῳ ὑπὸ Βακχυλίδου, τοῦ ταύτης ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ ἑτέρων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων: ὁρίσασα περὶ τοῦ μακαρίου πάσχα ὡσαύτως.

Synodus divina & ſacra provin- 198.
cialis, collecta Corinthi à Bacchyli-
de ejusdem ſanctiſſimo Archiepi-
ſcopo, aliisque octodecim Epiſco-
pis: quæ idem de beato Paſchate
conſtituit.

2011 Ministerio de Cultura

14. ASIATICA, PLASMÆ.

A.C. 198. Synodus divina & ſacra provincialis, collecta in Aſia à Plaſma ſanctiſſimo, aliisque quatuordecim Epiſcopis: quæ ſimiliter de ſancto Paſcha conſtituit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ζυναθροισθεῖσα ἐν Ἀσίᾳ, ὑπὸ Πλασμᾶ * τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ ἑτέρων δεκατεσσάρων ἐπισκόπων: περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁρίσασα ὁμοίως.

15. OSROENA.

198. Synodus divina & ſacra provincialis in Oſroëne, cui Edaſa & Adiabenorum regia ſubjacet, collecta ab Epiſcopis octodecim, quorum præſes memoriæ proditus non eſt: de ſancto Paſcha idem ſtatuens, Commodo imperante.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ὀσροΐνῃ, ὑφ' ἣν καὶ ἡ Ἔδασα καὶ τῶν Ἀδιαβηνῶν γῆ, ζυναθροισθεῖσα ὑπὸ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων, ὧν ὁ πρεσβύτατος μεμαθήκασι: περὶ τοῦ θείου πάσχα ὡσαύτως ὁρίσασα, Κομμόδου βασιλεύοντος.

16. MESOPOTAMICA.

198. Synodus divina & ſacra provincialis, ab octodecim Epiſcopis collecta in Meſopotamia, Commodo imperante; quæ de ſancto Paſcha ſimiliter conſtituit: cujus præſidem, Hiſtoricorum nemo manifeſtavit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ὑπὸ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων ζυναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ἐπὶ Κομμόδου τοῦ βασιλέως: περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁμοίως ὁρίσασα: ἧς τὸν προκαθεζόμενον, ἀδήλως τῶν ἱστορικῶν ἐδήλωσεν.

17. BOSTRENA, ORIGENIS.

229. Synodus divina & ſacra provincialis, collecta à doctiſſimo Origene in Boſtra Arabiæ, quam Jeſaias olim Botron nominavit, cognominem Boſoræ matri divini Jobi; ad emendationem ſacriſophiſtæ Berilli ejusdem urbis Epiſcopi, qui in Theodoti Coriarii ſenſum prolapſus fuerat, & ad orthodoxam rurſus fidem, Origenis cohortatione recurrerat.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ζυναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ πολυμαθοῦς Ὠριγένους, ἐν Βόστρᾳ τῆς Ἀραβίας, ἥντινα Ἡσαΐας πάλαι Βότρον ** ὠνόμασεν, ἐπώνυμον οὖσαν Βοσόρας, τῆς μητρὸς τοῦ θεσπεσίου Ἰώβ; ἐπὶ διορθώσει τοῦ ἱεροσοφιστοῦ Βηρύλλου, τοῦ τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπισκόπου, εἰς τὸ τοῦ σκυτέως Θεοδότου φρόνημα παρασυρέντος, καὶ αὖθις παλινδρομήσαντος εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ταῖς τοῦ Ὠριγένους.

18. ARA-

* Πάλμαν vocat Euſebius IV. 13.

** Eſ. LXIII. 1. Βοσόρ.

2011 Ministerio de Cultura

18. ARABICA, EJUSDEM.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀραβίᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ Ὠριγένους, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων: ὑπὲ τῆ τῶν πιστῶν διορθώσει, ἔκ τινος λοιμώδους αἱρέσεως, ἀναφανείσης συμφθείρεσθαι τὰς ψυχὰς τοῖς σώμασι, καὶ πάλιν συνανίστασθαι οἰηθέντων: τῆ ὧν ἐκινέσει δὲ ὁ Ὠριγένης προκαθεζομένου, τὴν πλάνην ἀπεθεμένων.

Synodus divina & ſacra provincialis, in Arabia collecta ab Origene, aliisque quatuordecim Epiſcopis pro correctione fidelium ex quadam peſtilente hæreſi, quæ affirmabat una cum ipſis corporibus animas interire, easdemque rurſus cum corporibus reſurgere arbitrabantur: Origenis autem, qui præſidebat, cohortatione, errorem depoſuerunt. A.C. 249.

19. ROMANA, VICTORIS.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ῥώμῃ, ὑπὸ Βίκτωρος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων: ἀποκηρύξασα Θεόδοτον, Αἰβίωνα, καὶ Ἀρτέμονα, οὐχ ἧττον Ἰουδαίων τῆ πίστει. ἦτοι γὰρ ἀρχηγοὶ γεγόνασι Παύλου τοῦ Σαμοσατέως καὶ Νεστορίου.

Synodus divina & ſacra provincialis, collecta Romæ ſub Victore ſanctiſſimo Papa, aliisque quatuordecim Epiſcopis; quæ Theodotum, Ebionem & Artemonem abdicavit, qui non minus, quam Judæi, fide. Hi enim duces fuerunt Pauli Samoſateni & Neſtorii. 198.

20. ROMANA ALIA, EJUSDEM.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ῥώμῃ, ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Βίκτωρος: ἀποκηρύξασα Σαβέλλιον καὶ Νόητον, τὸν ὑπὸ τὸ τρισυποστάτου θεότητος, συναλοιφὴν καὶ συναίρεσιν ὑποστάσεων προσβεύοντας: Οὐαλεντῖνον, τὸ σὺν πολλοῖς ἀποπήμασι, καὶ ἐφάνιον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ δογματίζοντα.

Synodus divina & ſacra provincialis, collecta Romæ à beatiſſimo Papa Victore; quæ Sabellium & Noëtum abdicavit, qui de divinitate in tribus perſonis ſubſiſtente, contractionem & commixtionem perſonarum divulgabant: Valentinum item, qui præter cæteras ineptias, corpus etiam Chriſti cœleſte aſſerebat. 198.

21. ROMANA, CORNELII.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, πατέρων μακαρίων, ἐν Ῥώμῃ, συναθροι-

Synodus divina & ſacra provincialis, patrum beatorum Romæ con- 252.

2011 Ministerio de Cultura

congregata à Cornelio beatiſſimo Papa, aliisque octodecim Epiſcopis: quæ Novatum, laqueum illum pœnitentiam agere volentium, abdicavit.

αθροισθεῖσα ὑπὸ Κορνηλίου τοῦ μακαριωτάτου Πάπα, καὶ ἑτέρων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων: ἀποκηρύξασα Νοβάτον, παγίδα τῶν μετανοεῖν βουλομένων.

22. CARTHAGINENSIS, CYPRIANI.

A.C. 254. Synodus divina & ſacra provincialis, Carthagine, nova Africæ civitate dicta, collecta à ſacro martyre Cypriano, qui ejus erat Epiſcopus, aliisque octoginta quatuor Epiſcopis; quæ Novatum, utpote pœnitentiam lapſis negantem, abdicavit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Καρθαγένῃ τῇ Νεαπόλει τῆς Ἀφρικῆς καλουμένῃ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἱερομάρτυρος Κυπριανοῦ, ἡγουμένου αὐτῆς ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων ὀγδοήκοντα τεσσάρων ἐπισκόπων: ἀποκηρύξασα Νοβάτον, ὡς τὴν μετάνοιαν τοῖς πταίουσι κλείοντα.

23. ANTIOCHENA, DEMETRII.

255. Synodus divina & ſacra provincialis, Antiochiæ collecta à Demetrio, ejusdem ſanctiſſimo Epiſcopo: quæ Novatum depoſuit, tanquam qui peccatoribus patrocinaretur.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ Δημητριανοῦ τοῦ ταύτης ἁγιωτάτου ἐπισκόπου: καθελοῦσα Νοβάτον, ὡς ὄντα φιλαμαρτήμονα.

24. ALEXANDRINA, DIONYSII.

258. Synodus divina & ſancta particularis, Alexandriæ collecta à confeſſore Dionyſio, ejusdem Archiepiſcopo: quæ Sabellium divinitatis inimicum abdicavit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ μερικὴ, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ ὁμολογητοῦ Διονυσίου, καὶ ταύτης δὲ χειροτονίας: ἀποκηρύξασα τὸν Σαβέλλιον τὸν ἀντίθεον.

25. ALEXANDRINA ALIA, EJUSDEM.

263. Synodus divina & ſancta provincialis, collecta Alexandriæ ab eodem Dionyſio: quæ damnavit & poſt mortem abdicavit Nepotianum, Epiſcopum Ægypti & Cerinthum: tanquam aſſeverantes, eoque errori plurimos alios involventes,

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὑπὸ τοῦ προειρημένου Διονυσίου: καὶ δικάσασα καὶ ἀποκηρύξασα μετὰ θάνατον, Νεπολιανὸν ἐπίσκοπον Αἰγύπτου, καὶ Κήρινθον: ὡς ἀβεβαιωμένους, καὶ πολλοὺς ἐξαπατῶντας, ἐν

2011 Ministerio de Cultura

ἐν τῇ ἐπιγείῳ Ἱερουσαλὴμ τὸ χεῖρον εἶναι τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν χιλιετηρίδα δογματίζοντας, πρὸς τούτοις θυσίας καὶ μηλοσφαγίας νομοθετοῦντας.

tes, in terrena Hierusalem Christi esse regnum, & millenarium annorum docentes: & præterea boum sacrificia & ovium mactationes tanquam legitimas exigentes.

26. Romana, Stephani.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα ὑπὸ Στεφάνου τοῦ ἱερομάρτυρος πάπα: ἀποκηρύξασα τοὺς ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνόδῳ ἀλογίστως ἐπιχειροῦντας ἀναβαπτίζειν τοὺς ἐκ πάσης αἱρέσεως προσερχομένους τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ.

Synodus divina & sacra provincialis, Romæ collecta à Stephano sancto martyre & Papa: quæ eos, qui in Africana Synodo sine ratione concesserant eos rebaptisari, qui ex quacunque hæresi ad Catholicam accederent Ecclesiam, abdicavit. A.C. 268.

27. Antiochena, Helenii.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθεῖσα: ἧς ἔξαρχος ἦν Ἕλενος, ὁ Ταρσοῦ ἐπίσκοπος; Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας, ὁ θαυματουργὸς Γρηγόριος Καισαρείας πόντου; Ἀνατόλιος Λαοδικείας, ὁ ἱεροσόφος, ὅτινος οἱ περὶ τοῦ πάσχα κανόνες ἐκφέρονται, ὁ Μαλχίων, Ἀντιοχείας ὁ ἱερώτατος, καθελοῦσα καὶ ἀποκηρύξασα Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, μηδὲν ἧττον Ἄννα καὶ Καϊάφα, περὶ Χριστοῦ προσβεύοντα.

Synodus divina & sacra provincialis, Antiochiæ collecta: (cujus præses erat Helenus, Tarsi Episcopus; Theodorus Mopsvestiæ; miraculorum effector Gregorius, Cæsareæ Ponti: Anatolius Laodiceæ, hierosophus, cujus de Paschate canones circumferuntur: & Malchion Antiochiæ, sanctissimus) quæ deposuit & abdicavit Paulum Samosatenum, qui nihil aliud, quam Annas & Caiphas de Christo docuit. 274.

28. Mesopotamica, Archelai.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ μερικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ὑπὸ Ἀρχελάου ἐπισκόπου Καρχάρων, καὶ Διοδώρου ἱερέως, κατὰ Μάνεντος τοῦ ἐρεβώδους, καὶ Διοδωριάδος

Synodus divina & sacra particularis, collecta in Mesopotamia ab Archelao Carcharorum Episcopo, & Diodoro sacerdote: contra Manem infernalem, & Diodoriadem 277.

2011 Ministerio de Cultura

presbyterum ; quæ multis modis confutatos hoſce abdicavit.

δωριάδ πρεσβυτέρω : ἥτις πολυτρόπως τούτους ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε.

29. ROMANA, MILTIADIS.

A.C. 313. Synodus divina & ſacra provincialis, collecta Romæ à Miltiade ſanctiſſimo Papa, & Marco ſanctiſſimo, & Cæciliano Carthaginis Epiſcopo, ſuper unione Epiſcoporum. Hanc igitur, ut & Arelatenſem, Conſtantinus Magnus Imperator colligi præcepit, cum ab Occidentalibus ad Orientalia loca, nunquam reverſurus diſceſſiſſet, non viſo Sylveſtro Epiſcopo in throno Romæ: Sub Miltiade enim receſſit : unde verius eſt, ut teneamus, non baptizatum ipſum eſſe Romæ, ſed Nicomediæ.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ῥώμῃ, ἐπὶ Μιλτιάδου τοῦ ἁγιωτάτου πάπα, καὶ Μάρκου τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ Κικιλλιανοῦ Ἐπισκόπου Καρθαγένης, ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν ἐπισκόπων. Ταύτην δέ-νυν, καὶ τὴν ἐν Ἀρελάτῳ, προτρα-ξας συγκροτηθῆναι ὁ μέγας βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ἀπάρας ἀπὸ τῆς ἑσπερίων ἐπὶ τὰ ἑῷα χωρία, ἀμεταστρεπτὶ ἅπασι : μὴ πεθεικὼς Σίλβεστρον ἐπίσκοπον ἐν τῷ θρόνῳ Ῥώμης, ἀλλ' ἐπὶ Μιλτιάδου ἀναχωρήσας : ὅθεν ἀληθέστερόν ἐστι κρατεῖν, μὴ βεβαπτίσθαι αὐτὸν ἐν Ῥώμῃ, ἀλλ' ἐν Νικομηδείᾳ.

30. ARELATENSIS, CHRESTI.

314. Synodus divina & ſacra provincialis, Arelati, à Chreſto ſanctiſſimo Syracuſiorum Siciliæ & prænominato Cæciliano, Epiſcopis congregata : pro unione Epiſcoporum.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀρελάτῳ, ὑπὸ Χρήστου συναθροισθεῖσα τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Συρακουσίων τῆς Σικελίας, καὶ τοῦ περιφήμου Κικιλλιανοῦ ἐπισκόπων : ἐπὶ τῇ ἑνώσει τῶν ἐπισκόπων.

31. ANCYRANA, MARCELLI.

316. Synodus divina & ſacra provincialis, duodecim Epiſcoporum, collecta Ancyræ Galatiæ; cui præfuit Marcellus ibidem Epiſcopus, & Agricola, Cæſareæ Cappadociæ : quæ Canonicam præſcripſit emendatio-

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ ὑπικὴ, δυοκαίδεκα ἐπισκόπων, συναθροισθεῖσα ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας: ἧς ἐξῆρχε Μάρκελλος τῆς αὐτῆς ἐπίσκοπος, καὶ Ἀγρικόλαος Καισαρείας Καππαδοκίας : κανονι-

2011 Ministerio de Cultura

νονικῶς τυπώσασα τὴν διόρθωσιν τῶν ἐν τῷ διωγμῷ πεπτωκότων.

dationem eorum, qui in perſecutione cecidiſſent.

32. Cæsariensis, Pontica, Vitalii.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐτῶν καὶ τριῶν ἐπισκόπων, ὧν ἐξῆρχε Βιτάλιος, συναθροισθεῖσα ἐν Καισαρείᾳ τῆς Πόντου: περὶ τῶν ἐν τῷ διωγμῷ ἐπιθυσάντων, ἢ ἐξομωσαμένων, ἢ εἰδωλοθύτων γευσαμένων, ἢ καὶ πρὸς τὴν διαφορὰν τῆς παραβάσεως, ἀνάλογον καὶ τὴν διόρθωσιν κανονικῶς διετύπωσεν.

Synodus divina & ſancta provin- A.C.
cialis, viginti trium Epiſcoporum, 316.
quorum præſes fuit Vitalis, collecta Cæſareæ Ponti: de iis, qui in perſecutione ſacrificaſſent, aut abjuraſſent, aut idolothyta guſtaſſent: quæ etiam ſecundum differentiam transgreſſionis, rationabilem emendationem canonicè præſcripſit.

Πατρικίου Ἀραρσίου τοῦ μακαρίου, ἐκ τοῦ λόγου αὐτοῦ: τοῦ ἐπιλεγομένου, Ὠκεανοῦ.

Patricii Ararſii ſancti, ex oratione ipſius, quæ Oceanus cognominatur.

Μελίτιον τοίνυν ἐπίσκοπον Θηβαΐδος, ἐν τῷ διωγμῷ θύσαντα, καὶ ἐπὶ μυρίοις ἑτέροις φωραθέντα ἐγκλήμασιν, ὁ μακαριώτατος Πέτρος Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, πρινὴ τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδήσασθαι, καθεῖλε, καὶ τῆς χειρὸς ἐκκλησίας ἐξέωσε: τὸν Ἄρειον διάκονον, ὡς τὸ ἑτεροούσιον περιβεβουντα ἐπὶ τοῦ θεοῦ λόγου, καὶ τὸ, ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὸ, ἦν ποτὲ, ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, διακονεῖν καθάπαξ κεκώλυκε. Πέτρου δὲ ἐν κυρίῳ τελειωθέντος, Ἀχιλλᾶς διαδέχεται: καὶ Ἄρειον τῇ αἱρέσει καὶ φιλαρχίᾳ κεκλυμμένον, καὶ τοῖς Μελιτίου τολμήμασιν ἀντιθέως συμπεφόρτωται, δελεασθεὶς χειροτονεῖ πρεσ-

Meletium igitur Epiſcopum Thebaïdos, qui in perſecutione ſacrificaverat, & infinitorum aliorum criminum reus fuerat deprehenſus, ſanctiſſimus Alexandriæ Epiſcopus Petrus, ante acceptam martyrii coronam depoſuerat, Chriſtique Eccleſia ejecerat: itemque Arium Diaconum, tanquam qui diverſam ſubſtantiam de DEO Verbo, atque etiam iſta, Ex non entibus, &, Erat aliquando, cùm non eſſet filius DEI & Patris aſſereret, Diaconi munere fungi omninò prohibuerat. Petro autem in Domino defuncto, Achillas ſucceſſit: qui Arium, ipſa hæreſi & dominandi cupiditate victum, & Meletii auſis nefariè cooperantem, deceptus presbyterum conſtituit, & Scho-

2011 Ministerio de Cultura

læ Alexandrinæ præfecit. Achilla verò non ita multò poſt ſanctè defuncto, ille Apoſtolicorum dogmatum propugnator Alexander ſucceſſit. Arius igitur, quod Alexandro prælatus non eſſet, magis jam dominandi cupiditate inſoleſcere, & abſtractis ab Eccleſia, Euzoio Diacono, Aeithale & aliis quibusdam, contra Eccleſiam & Alexandrum, conventicula cœpit cogere: Heteroüſii doctrinam confirmare conatus. Beatiſſimus autem Alexander, cum multis ante admonitionibus uſus eſſet, ad illud tandem Apoſtolicum præceptum ſive conſtitutionem devenit, quæ jubet hæreticum hominem poſt unam & alteram admonitionem vitari: cùm quidem videret illos Scripturarum teſtimoniis omnino deſtitui.*

πεσοβύτερον, καὶ ἔτ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διδασκαλείᾳ ποιήσηται. Ἀχιλλᾶν δὲ ἀμὴ πολὺ ὁσίως τελειωθέντα, ὁ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ὑπέρμαχος Ἀλέξανδρος διαδέχεται. Ἄρειος γοῦν, ὡς μὴ παρεληλυθὼς Ἀλεξάνδρου, μειζόνως τῇ φιλαρχίᾳ ἀλαζονεύεται: καὶ ἀποστάσας τ' ἐκκλησίας Εὐζώϊον τὸν Διάκονον, Αἰθαλᾶν, καὶ ἑτέρους τινὰς, κ' τ' ἐκκλησίας καὶ Ἀλεξάνδρου, φρατριάζειν ἀπήρξατο, καινοτομεῖν πειρώμενος τὸ ἑτεροούσιον. Ὁ δὲ μακαριώτατος Ἀλέξανδρος πολλαῖς νουθεσίαις χρησάμενος, ἐπὶ τὴν ἀποστολικὴν διάταξιν ἔρχεται τὴν λέγουσαν, αἱρετικὸν ἄνθρωπον, μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτεῖσθαι: ἰδὼν ἐκείνων καθόλου τὸ ἀνεπίγραφον.

33. ALEXANDRINA, ALEXANDRI.

A.C. 317. Synodus divina & ſancta, ſed particularis, (ſi ita dicendus eſt eorum, qui nuper & facile reperiebantur Epiſcoporum conventus); quæ Alexandriæ à beato Alexandro collecta abdicavit & anathemati ſubjecit, tanquam in infidelitate perſeverantes, & putredinem ſive ulcus Eccleſiæ afferentes, Arium, Euzoium, Achillam, Aeithalem, Lucium, Sarmatium, Julium, Menam, Arium alium, & Helladium: ipſorumque depoſitionem ubique emiſit: cui ſubſcripſerunt Epiſcopi Libyæ & Pentapolis, Syriæ & Lyciæ, Cappa-

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ, μεμελημένη δὲ, ὡς φέρε εἰπεῖν ὅτι, τ' ποσταθέντως εὑρισκομένων καὶ ποσχείρως ἐπισκόπων συνέλευσις: ἥτις συγκληθεῖσα ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τ' μακαρίου, ἀπεκήρυξε καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλεν, ὡς ἐμμένοντας τῇ ἀπειθείᾳ, καὶ σηπεδόνα τῇ ἐκκλησίᾳ ποσάγοντας. Ἄρειον, Εὐζώϊον, Ἀχιλλᾶν, Αἰθαλᾶν, Λούκιον, Σαρματίαν, Ἰούλιον, Μηνᾶν, Ἄρειον ἕτερον, καὶ Ἑλλάδιον: καὶ τὴν αὐτῶν καθαίρεσιν παντα-χοῦ ἐξαπέστειλεν. εἰς ἣν ὑπογράφουσιν ἐπίσκοποι Λιβύης, καὶ Πεντα-πόλ-

* Tit. III. 10.

2011 Ministerio de Cultura

Ταπόλεως, Συρίας, Κιλικίας, Καππαδοκίας, Ασίας, καὶ Αλέξανδρος ὁ Κωνσταντινουπόλεως. γράφει δὲ Ἄρειος τὰ συμβάντα πρὸς τὸν Νικομηδείας Εὐσέβιον, καὶ τὸν ἐκείνου παλαιστίνης ὁμόφρονα καὶ συνώνυμον, οἳ ὁμονοήσαντες τῇ ἀσεβείᾳ, καὶ Αλεξάνδρου, καὶ τὸ Χριστοῦ ἐκκλησίας δυνάμει καὶ κακουργίᾳ πολλῇ ἐδιωκέτην. ὅθεν ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος συγκροτηθῆναι θεσπίζει τὴν σύνοδον.

Cappadociæ & Asiæ, atque etiam Alexander Constantinopolis. Quæ verò acciderant, ea Arius ad Eusebium Nicomediæ & alterum Palæstinæ, huic & consentientem & cognominem perscribit: qui cum in impietate idem sentirent, contra Alexandrum & Christi Ecclesiam, multa vi & versutia aciem instruunt: unde Christi amans Imperator Constantinus Synodum congregari præcepit.

34. Synodus Nicæna, OEcumenica Prima: CCCXVIII. Patrum.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ, οἰκουμενικὴ πρώτη, τ̃ τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων, συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Νικαέων μητροπόλει, τ̃ Βιθυνῶν ἐπαρχίας, ἧς ἐξῆρχον προκαθεζόμενοι, Βίτων καὶ Βικεντίου πρεσβύτεροι, τ̃ τόπον ἐπέχοντες Σιλβέστρου τ̃ πάπα Ῥώμης, ἐν τ̃ Διαδόχου αὐτ̃ Ἰουλίου, Αλεξάνδρου Αλεξανδρείας, Μακάριος Ἱεροσολύμων, Εὐστάθιος Ἀντιοχείας, ἐκ προσώπου Μητροφάνους Κωνσταντινουπόλεως Αλέξανδρος πρεσβύτερος. Οσιος ὁ Κορδύβης ἐπίσκοπος, καὶ Κωνσταντῖνος, ὁ ἐν χριστιανοῖς βασιλεῦσιν ἀπόστολος. Ἡτις ἁγία σύνοδος τὸ ὁμοούσιον ἐπὶ τῆς ἁγίας τελάδος ἁρμόσασα, καὶ τὸ θεῖον καὶ μυστικὸν πάσχα ὁρισαμένη, ἐξέθετο κ̃ πάσης αἱρέσεως τὸ θεσπέσιον τῆς πίστεως μάθημα, Αρείου, Σα-

Synodus divina & sacra, Oecumenica prima, trecentorum & octodecim divinorum Patrum, collecta Nicææ, metropoli Bithyniæ provinciæ: cui præfuerunt & præsederunt Vito & Vincentius presbyteri, locum tenentes Sylvestri Papæ Romani, ejusque Successoris Julii; Alexander, Alexandriæ; Macarius, Hierosolymorum; Eustathius, Antiochiæ; vice Metrophanis Constantinopolitani, Alexander presbyter: Hosius, Cordubæ Episcopus, & Constantinus inter Christianos Imperatores Apostolus. Quæ sancta Synodus unitatem essentiæ divinæ, sive τὸ ὁμοούσιον sanctæ Trinitati accommodans, & sanctum atque mysticum Pascha definiens, contra omnem hæresim, divinam fidei disciplinam exposuit; Arii videlicet, Sabellii, Photini, Pau-

A.C. 325.

2011 Ministerio de Cultura

μάχων, ἔξτε καὶ τριάκοντα, καὶ ὁ φιλόχρις Βασιλεὺς Θεοδόσιος. Ἡ τις ἁγία σύνοδος, Βιθυνὲς, Εὐσέβιον καὶ Θεόγνιον, Πατρόφιλον καὶ Αέτιον, ἀπεκήρυξε Παλαισινὲς, Παυλῖνον τε καὶ Γρηγόριον, Φοίνικας, Θεόδωρον Γεώργιον Κίλικας, Νάρκισσον καὶ Αθανάσιον, Μηνοφάντον Εφέσου, καὶ Περίνθου Θεόδωρον, Μάρκελλον Αγκύρας, Απολινάριον, Μαξίμου τε, καὶ τὴν αὐτοῦ χειροτονίαν ὀργὴν καθόλου θεσπίσασα. Καθ' ὃν χρόνον καὶ τὸν ἐν ἁγίοις Σαμοσατέα Εὐσέβιον, Γρατιανὸς τῆς Θρακικῆς ἐξορίας ἀφέμενος, πρὸς τὸ ἴδιον ποίμνιον ἐξαπέστειλε, καὶ πρὸς τὴν πύλην πόλεως ἐξερχόμενον, ἄνωθεν γυνὴ κεράμῳ Αρειανὴ ἐθανάτωσεν.

ipso sentientibus Pneumatomachis se sejunxerat, & Christi-amans Imperator Theodosius. Hæc sancta Synodus, Eusebium & Theognium Bithynios, Patrophilum & Aëtium Palæstinos, Paulinum & Gregorium Phœnices, Theodorum & Georgium Cilices, Narcissum & Athanasium, Menophantum Ephesi, & Theodorum Perinthi, Marcellum Ancyræ, & Apolinarium: Maximum item deposuit, electionem ejus planè irritam decernens. Quo tempore sanctum etiam Samosatensem Eusebium Gratianus Thracico exilio liberans, ad proprium ovile remisit: quem tamen ad portam urbis accedentem mulier Ariana desuper dejecta olla interfecit.

76. Romana, Damasi Quinta.

Ἀλλ' ὅπω τὸ αἱρετικῆς φλογὸς μὴς ἅπαν ἀποσβεσθείσης, Γρατιανῦ τοῦ εὐσεβοῦς ἀναιρεθέντος, καὶ τῶν κακοδόξων ἐν τῇ Γραικίᾳ βασιλευόντων, Δάμασος ὁ πανίερος ἐν Ρώμῃ σύνοδον συνηθροισμένος, ὅρον θεῖον ἐξέθετο, καὶ πρὸς τὴν ἀθροιζομένην ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίαν σύνοδον ἀπέστειλεν.

Nondum tamen planè extincta hæretica flamma, Gratiano pio sublato, & iis, qui malè sentiebant, in Græcia tumultuantibus: Damasus sanctissimus collecta Romæ Synodo divinum Decretum edidit: & ad eam, quæ Constantinopoli cogebatur Synodus, emisit. A.C. 382.

77. Constantinopolitana, Nectarii.

Ὁνπερ οἱ παύτης δεξάμενοι ἔξαρχοι, ὁ Βυζαντίου Νεκτάριος, καὶ ὁ Αλεξανδρείας Θεόφιλος, μετὰ τῶν ζυμπαρόντων, συνοδικῶς ἀνα-

Quod & qui illi præerant, Nectarius Byzantii, & Alexandriæ Theophilus, una cum cæteris qui præsentes aderant, receperunt: & 390.

2011 Ministerio de Cultura

Synodicè anathemati ſubjecerunt eos, qui Ariani permanerent, Paulianos item, Apolinariſtas, Marcellianos & Photinianos ; & decreto edito perquàm pio, una cum Epiſcopis ad beatum Damaſum id miſerunt.

ἀναθέματι καθυπέβαλον τοὺς Φωμμιανοὺς Ἀρειανούς, Παυλιανούς, Ἀπολιναριστάς, Μαρκελλιανούς, καὶ Φωτεινιανούς, καὶ ὅρον ἐκθέμενοι πανσεβάσμιον, ἅμα ἀρχιερεῦσι τοῖς τοῦ μακαρίου ἐξαπέστειλαν Δάμασον.

78. Carthaginensis, Aurelii.

A.C. 397. Theodoſio igitur & Nectario ad cœleſtia translatis, in illius quidem imperium filius Arcadius ſucceſſit, ut in Gratiani Honorius, Arcadii frater. Quo tempore Carthagine Synodus provincialis & ſacra congregata fuit, patrum centum viginti & ſeptem conventum præ ſe ferens; quæ contra idololatras Donatiſtas, & aliam quamcunque hæreſin, & alia illorum locorum errata, actiones inſtituit; cui præfuit Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus. Canones ſacri & divini, quos illa edidit, ad Theodoſii usque minoris tempora obtinuerunt.

Θεοδοσίου γὰρ τοῦ Νεκταρίου μεθαρμοσθέντων πρὸς τὰ ἐφάνια, τῷ μὲν τὴν Βασιλείαν ὁ υἱὸς Ἀρκάδιος διαδέχεται, Γρατιανῷ δὲ, ὁ ἀδελφὸς Ἀρκαδίου Ὀνόριος. ἐν οἷς χρόνοις ἐν Καρθαγένῃ σύνοδος τοπικὴ καὶ ἱερὰ συναθροίζεται, πατέρων ἑκατὸν εἴκοσι καὶ ἑπτὰ συνέλευσιν φέρουσα, καθ' εἰδώλων, Δοναλιστῶν, καὶ ἄλλης ἑκάστης αἱρέσεως, καὶ τῶν ἐν τόποις ἐκείνοις ἀτόποις σφαλμάτων τὰς πράξεις ποιήσασα. Ἧς ἡγεῖτο Αὐρήλιος ὁ Καρθαγένης ἐπίσκοπος. Καὶ κανόνας ἱεροὺς ἐκθεμένη καὶ θείους, ἕως καιρῶν τοῦ μικροῦ Θεοδοσίου διήρκεσε.

79. Constantinopolitana, contra Johannem Chrysostomum.

403. Nectarii autem archiepiſcopalem thronum, divina voluntate ſortitus eſt presbyter Antiochiæ Syriæ Johannes, magnus ille Chryſoſtomus, contra quem calumniæ ab iis, qui haud parum poterant, eique invidebant, nec vulgares exortæ, pravo conventiculo triginta & triũ Epiſcoporum occaſionẽ dederunt, à quibus & exilio multatus eſt.

Νεκταρίου δὲ τὸν τῆς ἱερωσύνης τοῦ θρόνων θείῳ νεύματι ἐκληρωσάτο πρεσβύτερος Ἀντιοχείας Συρίας, Ἰωάννης ὁ μέγας χρυσόστομος, καθ' ὃν διαβολαὶ οὐκ ἐλάχισται περιόντων οὐχ ἥκιστα καὶ φθονούντων, οὐχ αἱ τυχοῦσαι γνώμαι, συνέδριον πονηρὸν τριάκοντα καὶ τριῶν ἐπισκόπων συνέστησαν, καὶ τῶν ἐξορίᾳ κατέκριναν.

80. Con-

2011 Ministerio de Cultura

80. CONSTANTINOPOLITANA ALIA, PRO CHRYSOSTOMO.

Ἀλλ' ὀ μετὰ πολὺ, τὴν βασιλίδα Κωνσταντινούπολιν τ ἀληθείας πρόμαχον ἐξήκοντα ἐπισκόπων καπέλαβε σύνοδον, καὶ τ ἅγιον συκοφαντηθέντα Χρυσόστομον, τῷ αὐτ θρόνῳ ἀποκατέστησε. Καὶ πάλιν ἀδικηθέντα, καὶ ὑπὸ τ Κομανικῆς ἐξορείας ἀναδραμόντα πρὸς τὰ ὄρθρια, Ἀρσένιος ἀπεδέχεται, Ἀττικὸς ἐκεῖνον, καὶ ὕστον, Σισίνιον.

Verum haud ita multo post, regiam Constantinopolin Synodus alia veritatis patrona sexaginta patrum conveniens, beatum Chrysostomum per fraudem dejectum, suo throno restituit. Cum autem iterum per injuriam expulsus, & à Comanico exilio in cœlum remeasset, Arsenius ei successit; huic Atticus; & huic, Sisinnius.

81. ALEXANDRINA, CYRILLI.

Καὶ Νεστορίῳ ἐξ Ἀντιοχείας ὁ φρενοβλαβὴς πρεσβύτερος, ἀπεδέχετο τ Σισίνιον. Ὃς τ ἀληθείας τ λόγον παρέβυνε, θεοτόκον λέγειν τὴν παναγίαν παρθένον μὴ προσιέμενος, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν τ σωτῆρος τ ὅλων Χριστ δοξάζειν οὐκ ἀνεχόμενος. Καθ' ὃν Κύριλλος ὁ μέγας ἀγωνισάμενος σύνοδον θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συνήθροισεν. Ἧς ὅρον κεφαλαίων δύο καὶ δέκα ἐκθεμένη, τῷ Νεστορίῳ ἀπέστειλεν. Οὗτος μᾶλλον ἀποστομωθεὶς τῇ κιβδήλῳ ἑαυτὸν δόξῃ προσέθηκε, τ ἐκκλησίας παράξας τὸ σύστημα.

Sisinnio autem insanus ille Nestorius ab Antiochia successit, qui sermonem veritatis corrupit, cum non sustineret, ut beata virgo θεοτόκος, id est Deipara diceretur, neque concederet, ut hypostatica Christi Servatoris omnium unio prædicaretur. Contra eum Cyrillus ille magnus depugnans, Synodum divinam & sacram Alexandriæ congregavit, quæ decretum capitum duodecim edidit, Nestorioque transmisit. Sed hoc ille aversatus, adulterinæ sese opinioni adjunxit, & Ecclesiæ compagem turbavit. A.C. 425.

82. EPHESINA, OECUMENICA TERTIA, CONTRA NESTORIUM.

Ὅπερ θεωρῶν βασιλεὺς ὁ μικρὸς Θεοδόσιος, ἐν Ἐφέσῳ τ διακοσίων μακαρίων πατέρων, τρίτην οἰκουμενικὴν σύνοδον συγκροτηθῆναι ἐκέλευσεν, ἧς ἐξῆρχε Κύριλλος ὁ τῶν

Quod animadvertens Theodosius minor Imperator, Ephesi beatorum patrum ducentorum tertiam œcumenicam Synodum congregari jussit, cui Cyrillus præfuit, Apo- 431.

2011 Ministerio de Cultura

Apoſtolorum adſtipulator. Johannes autem Antiochiæ Syriæ, & qui cum eo erant, Neſtorio gratificabantur. Sancta autem Synodus, cum multum abſumſiſſet temporis, & a peſtilentia ipſa abſumeretur, tandem Neſtorium depoſuit, convenienti eum anathemati ſubjiciens: Deiparam verò beatam virginem prædicans, & hypoſtaticam unionem Servatoris omnium & Dei noſtri Chriſti.

τ Ἀποσόλων συνήγορ☉. Ἰωάννης δὲ ὁ Ἀντιοχείας Συρίας, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, Νεσορίῳ χαριζόμενοι. Ἡ δὲ ἁγία σύνοδ☉ χρονοτριβῆσα, καὶ λιμῷ γνομένη καταβρωμα, τέλ☉ Νεσόριον ἀπεκήρυξεν, ἀναθέματι καθυποβαλοῦσα τῷ πρέποντι, θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν κηρύξασα, καὶ τὴν καθ' ὑπόσασιν ἕνωσιν τ Σωτῆρος Χριςοῦ τ ὅλων, καὶ Θεοῦ ἡμῶν.

83. Antiochena, Johannis.

A.C. 434. Johannes igitur poſthæc, & qui ab ipſo erant, non mediocri, adverſus ſanctam Synodum concitata ſeditione, Antiochiam concurrerunt omnes, & divina & ſancta inſtituta Synodo Neſtorium depoſuerunt: & duas in Chriſto incommixtas, indiviſasque naturas divinè docentes, Decretum ſuum ad magnum Cyrillum miſerunt, quod ille amplexus, *Lætentur cæli, & exſultet terra*, exclamavit.

Ἰωάννης γοῦν μετὰ ταῦτα, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν, ὑ μετρίως πρὸς τὴν ἁγίαν ςασιάσαντες σύνοδον, ἐν Ἀντιοχείᾳ συνέδραμον ἅπαντες, καὶ θείαν καὶ ἱερὰν ποιησάμενοι σύνοδον, ἀπεκήρυξαν τ Νεσόριον, καὶ δύο φύσεις ἐπὶ Χριςοῦ ἀσυγχύτους, ἀδιαιρέτους, θεοφρόνως διανώσαντες, τ ὅρον αὐτῶν πρὸς τ μέγαν Κύριλλον ἐξαπέςειλαν. Ὃν δεξάμ☉, Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, ἀνεβόησε.

84. Constantinopolitana, Procli.

438. Neſtorio igitur depoſito, Maximinus in thronum Conſtantinopolitanum intruditur. Cui ſuccedens Proclus, divinam & ſanctam Conſtantinopoli congregavit Synodum: & omnes, qui ſacræ Dei Eccleſiæ ſeſe opponerent, anathemati ſubjecit.

Νεσορίου τοίνυν καθαιρεθέντος, Μαξιμῖν☉ ἐν τῷ θρόνῳ Κωνςαντινουπόλεως ἐμβιβάζεται, καὶ τ̄ τὸν Πρόκλ☉ Διαδεξάμ☉, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Κωνςαντινουπόλει συνήθροισε σύνοδον, καὶ ὅλους τοὺς ἀνθισαμένους τῇ ἁγίᾳ τ̄ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, καθυπέβαλεν ἀναθέματι.

85. An-

2011 Ministerio de Cultura

85. Antiochena, Johannis.

Πρὸς τούτοις ἐξ Ἀρμενίας εὐλαβεῖς τινὲς μοναχοὶ, τὴν Βασιλίδα κατέλαβον, ἀπαγγέλλοντες, ὡς Θεοδώρου βιβλία τῆς Μοψουεστίας, βλασφημιῶν ὄντα ἀναπλεα, οἱ ἐν τῇ ἀνατολῇ σεμνύνονται, ἀντὶ Νεστορίου κατέχοντες. Διὸ Πρόκλος, Ἰωάννῃ τῷ Ἀντιοχείας, καὶ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος γράφουσι καθὰ Θεοδώρου τῆς μιαρᾶς συνοδικῶς ἀποφήνασθαι. Ὁ δὲ συνέδριον ἀσφαλὲς ποιησάμενος, ἀνεξετάστως μηδένα μῶμον ἔχειν τὰ Θεοδώρου βιβλία, Θεοδοσίῳ καὶ Πρόκλῳ ἀντέγραψεν.

Ad hæc pii quidam ex Armenia monachi Constantinopolim appulerunt, qui referebant, Theodori Mopsuestheni libros blasphemiarum plenos, ab Orientalibus, qui Nestorium defenderent, in pretio magno haberi. Quapropter Proclus & Imperator Theodosius ad Johannem Antiochiæ scribunt, ut Synodo convocata, contra impium Theodorum definiat. Is vero Synedrio frequente congregato, sine ulla inquisitione libros Theodori nihil reprehendendum habere, Theodosio & Proclo rescripsit. A.C. 438.

86. Constantinopolitana, Flaviani.

Κυρίλλου τοίνυν καὶ Πρόκλου πρὸς τὴν ἀγήρω μεταληθόντων λαμπρότητα, Διόσκορος τὸν μὲν, τὸν δὲ Φλαβιανὸς ὁ μακάριος διεδέχετο. Ὃς πρὸς τοῦ ὁσιωτάτου Εὐσεβίου τοῦ δεσποτικοῦ Δορυλαίου παρενοχλούμενος, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνεκαλέσατο σύνοδον, τὰ κατὰ τὸν Εὐτυχὴν ἐξετάζουσαν, καὶ Βυζαντίου δεσποτικὸν ἀρχιμανδρίτην ὑπάρχοντα, καὶ τοῦ τῆς ἐκκλησίας ἐχώρισεν.

Cyrillo igitur & Proclo ad immortalem gloriam translatis: illi quidem Dioscorus, huic autem Flavianus beatus successit. Qui à sanctissimo Eusebio Dorylæi archiepiscopo interpellatus, divinam & sacram Constantinopoli convocavit Synodum: quæ Eutychis archimandritæ Constantinopolitani causam cognovit, eumque ab Ecclesia segregavit. 448.

87. Ephesina, Dioscori.

Εὐτυχὴς γε οὖν συγκλητικὸς, καὶ μάλιστα τὸ Χρυσάφιον, τὸ Τζερῦπον ἐπιλεγόμενον, πραιπόσιτον χρηματίζοντα, καὶ δι' αὐτοῦ, ὡς μεγάλα ἰσχύοντος, Θεοδόσιον τὸν βασιλέα θωπείαις ὑπονοθεύσαντος,

Cum autem Eutyches Senatores, & maxime Chrysaphium, qui Tzerupus cognominabatur & Præpositus, & per eum, ut qui plurimum poterat, ipsum adeo Theodosium Imperatorem adulationibus corrupisset: 449.

2011 Ministerio de Cultura

piſſet: prædatoria Epheſi coacta fuit Synodus: cui Dioſcorus Alexandriæ Papa præfuit. In eius medio Eutyches ſtans, Valentinum & Manem ſine ſimulatione anathemate notavit: ideoque recipiendum eum eſſe, decretum eſt. Flavianus vero inclytus Conſtantinopoli Epiſcopus abdicatus, calcibus occiditur: Euſebius Dorylæi, Chriſti cauſa in exilium ablegatur.

τῳ, ληῃρικὴ ἐν Ἐφέσῳ συναθροίζεται σύνοδος. Ἧς ἐξῆρχεν Ἀλεξανδρείας ὁ πάπας Διοσκόρῳ. Ἐν ᾗ Εὐτυχὴς μέσος σὰς, Οὐαλεντῖνον καὶ Μάνην ἀνεθεμάτισεν ἀπερισκέπτως, καὶ θεὶς ἐναπόδεκτῳ. Φλαβιανὸς δὲ Κωνσταντινουπόλεως ὁ ἀοίδιμος καθαιρεθεὶς, λακτίσματι ἀποκτείνεται, καὶ ὁ τοῦ Δορυλαέως Εὐσέβιος ὑπὲρ Χριστοῦ ἐξορίζεται.

88. ROMANA, LEONIS.

A.C. 449. Leo igitur magnus Eccleſiæ Romanorum Papa, cum quæ a Dioſcoro geſta eſſent percepiſſet, adverſus ipſum inſurgit, & Synodum divinam & ſanctam conſtituens, anathemati eum cum Eutyche ſubjecit: & Clero, ac Senatui & populo Conſtantinopolitano, teſſeram excommunicationis publicè editam transmiſit.

Λέων ὃν πάπας ὁ μέγας τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας, τὰ ὑπὸ Διοσκόρου μαθὼν γεγόμενα, καὶ αὐτὸν ἀφορίσαντα, καὶ σύνοδον θείαν καὶ ἱερὰν συνεστάμενος, ἀναθέματι αὐτὸν σὺν Εὐτυχεῖ καθυπέβαλε, κλήρῳ τε, καὶ ἀξιωματικῷ, καὶ λαῷ Κωνσταντινουπόλεως, τύπον ἀκοινωνησίας ἐκθέμενος, ἐξαπέστειλεν.

89. ROMANA ALIA, EJUSDEM.

449. Idem præterea Leo, Apoſtolicorum dogmatum propugnator, divina & ſacra Romæ convocata Synodo, admonitiones ſcriptas Imperatori Marciano transmiſit: cum Imperator Theodoſius minor res terrenas jam reliquiſſet: & ut convocata Synodo Flaviani cauſa cognoſceretur, poſtulavit.

Ἐπὶ γε μὴν Λέωντος ὁ τῆς ἀποστολικῶν δογμάτων ὑπέρμαχος, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Ρώμῃ συγκαλεσάμενος σύνοδον, ἀφορισάσης ἐγγράφως τῷ βασιλεῖ Μαρκιανῷ διέπεμψατο, ἐπεὶ βασιλεὺς ὁ μικρὸς Θεοδόσιος τὰ ἀπίγεια καταλέλοιπε. συνοδικῶς τὰ περὶ Φλαβιανοῦ ἐξετασθῆναι παρεγγυώμενος.

90. CHALCEDONIENSIS, OECUMENICA QUARTA.

451. Sed & Pulcheria pia Auguſta urgere & congregare Synodum œcumeni-

Ἀλλὰ καὶ Πυλχερία ἡ εὐσεβὴς Αὐγούστη διεγείρειν τὴν σύνοδον * καθ-

* Ἢ τὸν σύνευνον urgere maritum (Marcianum). *Harduin.*

2011 Ministerio de Cultura

καὶ ὡκνησε, σύνοδον οἰκουμενικὴν τετάρτην ἐν Χαλκηδόνι, τ' ἑξακοσίων τριάκοντα θεοφόρων πατέρων ἀθροίσαδαν. Ἥτις ἁγία σύνοδος καθελοῦσα Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον, τὰς δύο φύσεις Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως ἐτράνωσέ τε, & ἀνεκήρυξεν.

menicam quartam Chalcedone ſexcentorum & triginta divinorum patrum non eſt cunctata. Quæ quidem ſancta Synodus, Eutyche ac Dioſcoro abdicatis, duas JEſu Chriſti Dei noſtri naturas indiviſè & incommixte declaravit & prædicavit.

91. Alexandrina, Timothei Æluri.

Ἀνατολίου τοίνυν τοῦ Βυζαντίων ἀρχιερέως τελευτήσαντος, καὶ Ἀπολιναρίου τοῦ Διοσκόρου θρόνον καταλαχόντος, καὶ πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος, Προτέριος ὁ μακάριος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐχειροτόνησε. Καὶ Τιμόθεος μοναχὸς, προσαγορευόμενος Αἴλουρος, διεγείρας Ἀλεξανδρέων τὸ φιλοσύγχυτον, ἐν τῷ βαπτιστηρίῳ παρεσκεύασεν ἀναιρεθῆναι Προτέριον, & αὐτὸς Ἀλεξανδρείας τὸν θρόνον δεξάμενος, συνέδριον συνεκρότησεν ἀθεόταδον, καὶ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι ἀνεθεμάτισε σύνοδον.

Cum igitur Anatolius Byzantiorum eſſet ſummus ſacerdos, & Apolinarius, qui Dioſcori thronum obtinuerat, ad Dominum emigraſſet, beatus Proterius Alexandriæ Epiſcopus eſt factus. Timotheus autem monachus, qui Ælurus cognominabatur, commotis Alexandrinis, ad confuſiones promtis, in Baptiſterio abdicandum curavit Proterium: ipſeque ſolio Alexandriæ occupato, impiiſſimum corrogavit Synedrium, & Chalcedonenſem Synodum anathemate notavit.

A.C. 451.

92. Thessalonicensis, Eudoxii.

Ὅπερ Λέων, ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς μετὰ Μαρκιανὸν τελευτήσαντα μαθὼν, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Θεσσαλονίκῃ σύνοδον ἀθροισθῆναι ὑπὸ Εὐδοξίου τοῦ αὐτῆς ἐπισκόπου ἐθέσπισεν. Ἡ Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον ἀνεθεμάτισε, & Τιμόθεον. καὶ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι ἐκύρωσε σύνοδον.

Quod cum Leo Imperator Chriſti-amans, qui Marciano mortuo ſucceſſerat, percepiſſet, divinam & ſanctam Theſſalonicæ ab Eudoxio, urbis illius Epiſcopo, Synodum congregari juſſit: quæ Eutychem, Dioſcorum & Timotheum anathemate notavit: ſacram vero Chalcedonenſem Synodum confirmavit.

453.

2011 Ministerio de Cultura

93. Constantinopolitana, Anatolii.

A.C. 455. Similiter & Anatolius, Constantinopoli divinitus inspirata convocata Synodo, Eutychem, Dioscorum & Timotheum, cui Æluro cognomen erat, anathemate notavit: & Chalcedonensem Synodum confirmavit.

Ὡσαύτως ὁ Ἀνατόλιος ἐν Κωνσταντινουπόλει θεόπνευστον συγκαλεσάμενος σύνοδον, Εὐτυχῆ, καὶ Διόσκορον, καὶ Τιμόθεον, τὸν ὀπιλεγόμενον Αἴλυρον, ἀνεθεμάτισε, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐκύρωσεν.

94. Romana, Leonis.

458. Sed & Leo Romæ Papa, Apostolis-æquandus, Eutychem & Dioscorum una cum Timotheo, Synodo convocata, anathemati subjecit: sanctamque Chalcedonensem confirmavit Synodum.

Ἀλλὰ καὶ Λέων πάπας Ρώμης ὁ ἰσαπόστολος, Εὐτυχῆ τε καὶ Διόσκορον σὺν Τιμοθέῳ, συνοδικῶς καθυπέβαλεν ἀναθέματι, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν ἐκύρωσε σύνοδον.

95. Romana, Simplicii.

465. Similiter & Simplicius, qui Leoni Romæ successerat, divina & sancta constituta Synodo, Eutychem, Diodorum & Timotheum anathemate notavit: & sanctam Chalcedonensem Synodum confirmavit.

Ὁμοίως τοῦτο καὶ Σιμπλίκιος, Λέοντα Ρώμης διαδεξάμενος, θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον συνησάμενος, Εὐτυχῆ τε Διόσκορον ἀνεθεμάτισε, τὸν Τιμόθεον, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον ἐκύρωσε.

96. Antiochena, Leonis Imp.

465. Cum autem Imperator Leo generum suum Zenonem, Ariadnes filiæ maritum, in Syriam ablegasset: monachus quidam monasterii Perviligatorum* eum comitatus est: qui cum ad solium Urbis oculos adjecisset, Zenoni persuasit, ut ipsum adjuvaret: & mercede conductis quibusdam de Apolinarii factione, solium Antiochiæ invasit, & impia congregata Synodo, ipse impius

Τοῦ βασιλέως τὸν Λέοντος γαμβρὸν αὐτοῦ Ζήνωνα, τὴν θυγατρὶ Ἀριάδνῃ οἰκείᾳ, ἐναντία συμβούλους ἐξαποστείλαντος, μοναχός τις μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων ἐπηκολούθησεν, ὃς τῷ θρόνῳ ἐπαρωφθαλμιάσας τῆς πόλεως, πείθει τὸν Ζήνωνα συνεργεῖν αὐτῷ, καὶ τοὺς λῃστὰς Ἀπολιναρίου τινὰς μισθωσάμενος, τὸν θρόνον Ἀντιοχείας καθήρπασε, καὶ μιαιφονὴν ποιησάμενος σύνοδον, κατεθή-

* Acœmetarum.

2011 Ministerio de Cultura

πεσοῦσαν ἐκ πεισαγίας, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, καινοτομεῖ ὁ ἀνόσιος. ὅπερ μαθὼν αὐτοκράτωρ Λέων, ὁ μέγας καὶ εὐσεβέστατος, ἐξωρίαν αὐτὸν διετάξατο, ὃς προφθάσας εἰς τὴν μονὴν τῶν Ακοιμήτων κατέφυγεν.

pius additionem illam hymni trisagii: *qui crucifixus es pro nobis*, innovavit. Quod cum comperisset Leo magnus & piissimus Imperator, in exilium agi ipsum præcepit: verum ipse prævertens, in Monasterium Pervigilatorum confugit.

97. Alexandrina, Timothei Æluri.

Ζήνωνα τοίνυν τὴν βασιλείαν ἐκ μεγάλου καὶ μικροῦ ὑποδεξάμενον Λέοντος, Βασιλίσκος καὶ Αρμάτιος, αὐτῆς ἀντιποιούμενοι, ἐξέδιωξαν, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον παντελῶς ἐξοστρακίσαι προθέμενοι, τύπῳ χρωμένῳ Τιμοθέου ἐκ Χερσῶνος ἀνεκαλέσαντο. Οἱς Αἴλουρος καταλαβὼν Αλεξάνδρειαν, Τιμόθεον τὸν Σαλοφακιόλιον μεταπέμψας, καὶ τὸν θρόνον δεξάμενος, ἄθεον ποιησάμενος σύνοδον, πολλοῖς ἀναθέμασι τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν καθυπέβαλε σύνοδον. Ταῦτα δὲ Αναβολίου καὶ Γενναδίου ἱεραρχῶν τῶν Βυζαντίων τῶν ἀειμνήστων, χρησαμένων τέλει τῷ βίῳ, καὶ Ακακίου κρατοῦντος ἐγένετο.

Cum autem Zeno Leoni utrique, & magno & parvo, in imperio successisset, Basiliscus & Harmatius id invadentes eum expulerunt: & cum proposuissent Synodum Chalcedonensem plane evertere, generali decreto Timotheum, cui Æluro cognomen erat, ex Chersone evocarunt: qui cum Alexandriam veniisset, & Timotheo Salofaciolio amoto, solium invasisset, impia congregata Synodo multis anathematismis sanctam Chalcedonensem Synodum subjecit. Hæc autem facta sunt, cum Anatolius & Gennadius Byzantii Episcopi vivendi finem jam fecissent, & Acacius solio potiretur. A.C. 482.

98. Cyrensis, Johannis.

Ιωάννης δὲ Κύρου ἐπίσκοπος ὁ μακάριος, τὸν Κναφέα Πέτρον, καὶ πάλιν ἐν Αντιοχείᾳ ὁρῶν ἀθέως πολιτευόμενον, καὶ Βασιλίσκῳ τῷ κράτος ἐχόμενον πρὸς ἀσθένειαν, σύνοδον θείαν καὶ ἱερὰν ἐν τῇ πόλει αὐτῷ συνεκρότησε, καὶ τὸν Κναφέα Πέτρον ἀνεθεμάτισε.

Johannes vero Cyri Episcopus beatus, cum Petrum Fullonem iterum Antiochiæ videret impie administrantem Ecclesiam, & Basilisci potentia suam fulcientem infirmitatem: divinam & sanctam sua in urbe congregavit Synodum, & Petrum Fullonem anathemate notavit. 482.

2011 Ministerio de Cultura

99. Antiochena, Zenonis Imp.

A.C. 483. Zenon autem tyranno Baſiliſco capto, Antiochiæ ſanctam Synodum congregari juſſit: quæ ſanctam Chalcedonenſem Synodum confirmavit, Petrum Fullonem exilio & anathemati ſubjecit, eique beatum Stephanum ſubſtituit: cui mox ad Chriſtum emigranti, Stephanus alius ſucceſſit.

Καὶ Βασιλίσκον Ζήνων τ̃ τύραννον χειρωσάμενος, ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδον ἁγίαν συναθροισθῆναι ἐκέλευσεν, ἡ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον κυρώσασα, τ̃ Κυαφέα Πέτρον ἐξορίᾳ κ̀ ἀναθέματι καθυπέβαλεν, ἀντ' αὐτ̃ προχειρισαμένη Στέφανον τ̀ν μακάριον, ὃν πάχισα πρὸς Χριστὸν ἐκδημήσαντα, Στέφανος ἕτερος διεδέχετο.

100. Laodicensis, pro Stephano Antiocheno.

483. Qui vero Petri ſtudioſi erant, tanquam Neſtorianum illum (Stephanum) inſimulabant: & Imperatori Zenoni perſuadebant, ut divinam & ſanctam Laodiceæ Synodum cogeret. Quæ cum falſo accuſatum ab impiis Stephanum comperiſſet, ſolio eum Antiochiæ reſtituit. Qui vero falſum dogma profitebantur, non longo tempore interpoſito, ira maxima ex invidia accenſi, beatum martyrem Stephanum arundinibus acutis inſtar haſtarum, confixum interemerunt, & in profluentem Orontẽ fluvium demerſerunt.

Οἱ γὰρ Πέτρου σπουδασταὶ, ὡς Νεστοριανὸν αὐτὸν διασύροντες, πείθουσι τ̀ αὐτοκράτορα Ζήνωνα, θείαν ἐκκλησίαν ἐν Λαοδικείᾳ συστήσασθαι σύνοδον. Ἣτις κατηγορούμενον ὑπὸ τ̃ ἀσεβῶν εὑρ̀σα τ̀ Στέφανον, τ̃ θρόνῳ Ἀντιοχείας ἀποκατέστησεν. Οἱ δὲ τ̃ κιβδήλου δόξης θεραπηλαὶ χρόνον μικρὸν ἀναμείναντες, θυμῷ ἐκ φθόνου μεγίστῳ πυρούμενοι, συρμῷ τ̃ ἱερομάρτυρα Στέφανον ἀποκτείναντες, εἰς τ̀ παρῤῥέοντα Ὀρόντην ποταμὸν κατεπόντισαν.

101. Alexandrina, Petri Mongi.

480. Poſteaquam vero Timotheus Ælurus Alexandriæ ad infernum migravit: qui confuſionis cupidi erant, Petrum Mongum ſucceſſorem ſolii conſtituerunt. Clerici autem & Monachi veritatis propugnatores, ipſo ejecto, beatum Johannem

Τιμοθέου γὰρ τ̃ Αἰλούρου ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρὸς ἅιδην χωρήσαντος, τ̀ Μογγὸν Πέτρον οἱ φιλοσύγχυσι διάδοχον τ̃ θρόνου κατέστησαν. Κληρικοὶ δὲ κὰι μοναχοὶ, τ̃ ἀληθείας ὑπέρμαχοι, αὐτὸν ἐξώσαντες, τ̀ μακάριον Ἰωάννην τ̀ Ταβεννησιώτην

2011 Ministerio de Cultura

βευσιώτην καθίδρυσαν. Ὅπερ Ζήνων, ὡς ἴδιᾳ γνώμην αὐτοῦ χειροτονηθέντα ἐξέωσε, καὶ τὸ δυσεβῆ Μογγὸν, δοὺς τὸ Ἑνωτικὸν αὐτῷ, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐξαπέστειλεν, ὃς αἱρετικὴν συναγαγόμενος σύνοδον, τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν ἀνεθεμάτισε σύνοδον, τὸ Κωνσταντινουπόλεως Ἀκάκιον ἔχων συμπαράκλητον.

hannem Tabeusioten * consecrarunt. Quem Zenon, utpote præter suam voluntatem electum expulit, & impium Mongum, dato ei suo Henotico, Alexandriam remisit: qui hæretica convocata Synodo, Chalcedonensem sanctam Synodum anathemate notavit, Acacium Constantinopolitanum adjutorem habens.

102. Romana, Felicis III.

Ἀλλ' οἱ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῆς πάσης ἑῴας ὀρθόδοξοι, φίλῃσι τῷ πάπᾳ Ρώμης ταῦτα διασαφήσαντες, θείαν καὶ ἱερὰν παρεσκευάσαν ποιήσασθαι σύνοδον, ἣ τὸν Μογγὸν Πέτρον ἀνεθεμάτισε, καὶ Ἀκάκιον, & τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον ἀνεκύρωσε.

Constantinopolitani autem, & qui per totum Orientem erant Orthodoxi, Felici Papæ Romano hæc significantes perfecerunt, ut divinam ille & sanctam Synodum convocaret: quæ Petrum Mongum & Acacium anathemate notavit, & sanctam Chalcedonensem Synodum confirmavit. A.C. 484.

103. Alexandrina alia, Petri Mongi.

Ζήνων τοίνυν ὁ βασιλεὺς, χειρωσάμενος Ιλλον τε καὶ Λέοντιον, καὶ τῆς ἀναβολῆς ἐπισκόπων ἐχώρησε, καὶ Ἀντιοχείας τὸ Κλαυδίωνα ἐξορίσας εἰς Οάσιν, τὸ Κναφέα Πέτρον πάλιν ἀπεκαλέσησεν, ὃς αἱρετικὴν συναγαγόμενος σύνοδον, τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν ἀνεθεμάτισε σύνοδον, & σὺν πολλοῖς ἀποπήμασιν Ἱεραπόλεως χειροτονεῖ Ξεναίαν ἐπίσκοπον, τῷ γένει Πέρσην, ἀβάπτιστον, καὶ δουλικῆς τύχης δραπέτην γνώμιον, καὶ τὸ χριστιανοκατηγορικῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτην Διό-

Zenon igitur Imperator, Illo & Leontio captis, adversus episcopos Orientis se convertit, & Claudione Antiocheno in exilium acto in Oäsin, Petrum Fullonem denuo restituit: qui hæretica convocata Synodo, sacram Chalcedonensem Synodum anathemate notavit, & multis cum sceleribus Xenajam Hierapolis episcopum designavit: genere Persam, baptismi expertem, conditionis servilis fugitivum, & hæreseos Christianos - accusantis ducem acerrimum. Primus enim omnium

* Tabennesiotam.

2011 Ministerio de Cultura

omnium Chriſti Dei noſtri, tum ſanctiſſimæ Matris, & omnium Sanctorum venerandas imagines ex Eccleſia ejecit.

Δάφνυρον. Πρῶτον γὰρ πάντων Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν, τὴν παναγνον μητέρα, καὶ πάντων τῶν ἁγίων τὰς σεβασμίας εἰκόνας, τῆς ἐκκλησίας ἐξέβαλεν.

104. Alexandrina, proximæ oppoſita.

Beatus igitur Felix Romæ veteris Epiſcopus, cum ab Orthodoxis Orientis Epiſcopis, Petri impietatem cognoviſſet, per Quintinianum Arculianorum Epiſcopum, divinam & ſanctam convocans Synodum, Fullonem deponendum curavit.

Ὁ μὲν μακάριος Φίλιξ τὸν πρεσβύτερον Ῥώμης ἐπίσκοπος, μαθὼν περὶ τῶν ὀρθοδόξων τὴν ἀναπολῆς ἱεραρχῶν τὴν Πέτρου δυσσέβειαν, διὰ Κυντινιανοῦ ἐπισκόπου Ἀρκυλιανῶν, θείαν καὶ ἱερὰν ποιησάμενος σύνοδον, γραφῆναι καθαίρεσιν τῷ Κναφεῖ παρεσκέυασεν.

105. Romana alia, Felicis III.

A.C. 486. Quin & ipſe Felix Romæ divina & ſancta convocata Synodo, depoſitionis libellum Fulloni miſit.

Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Φίλιξ ἐν Ῥώμῃ θείαν καὶ ἱερὰν συγκαλεσάμενος σύνοδον, Πέτρῳ καθαίρεσιν τῷ Κναφεῖ ἐπέστειλεν.

106. Constantinopolitana, Euphemii.

518. Acacio autem, & qui ei ſucceſſerat Phrarita morte ſublatis, Euphemius ſanctiſſimus in ſolium Conſtantinopolitanum inducitur: qui divinam & ſanctam convocans Synodum, Chalcedonenſem Synodum confirmavit, & acta Synodi Papæ transmiſit: quem Felix & Occidentales Archiepiſcopi, ut orthodoxum quidem virum receperunt, non tamen ut Epiſcopum: propterea quod Acacii à Felice anathemate notati nomen è ſacris tabulis non deleviſſet.

Τῷ θανάτῳ δὲ Ἀκακίου καὶ Φραβίτα* προχωρήσαντος, Εὐφήμιος ὁ πανσέβας ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνάγεται Κωνσταντινουπόλεως, ὅστις θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον συγκαλεσάμενος, τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐβεβαίωσε, καὶ τὰ συνοδικὰ αὐτοῦ τῷ Πάπα ἀπέστειλεν. Οὗπερ Φίλιξ καὶ οἱ Ἑσπέριοι δὲ ἐπίσκοποι, ὡς μὲν ὀρθόδοξον ἄνδρα ἐδέξαντο, ἐπὶ μὴν δὲ καὶ ὡς ἐπίσκοπον, διὰ τὸ μὴ ἐξαλεῖψαι τῶν ἱερῶν διπτύχων τὸ τοῦ Φίλικος ἀναθεματισθέντος Ἀκακίου τὸ ὄνομα.

* al. Φραβίτα.

107. Con-

2011 Ministerio de Cultura

107. CONSTANTINOPOLITANA, CONTRA EUPHEMIUM.

Ζήνωνος γὲν τελευτήσαντος, Ἀελιάδνην τὴν γυναῖκα αὐτὸ, καὶ τὴν βασιλείαν διεδέξατο Ἀνασάσιος, καὶ σύνοδον αἱρετικὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνηθροισμένος, διὰ τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, μυρίαις συκοφαντίαις ὑποβαλὼν, Ἀρμενίας ἐπέκεινα ἐξώρισεν τὸ Εὐφήμιον. Καὶ τῷ θρόνῳ ἀντικαθίσησε τὸ ὁσιώτατον Μακεδόνιον, ὃς τῇ ἀφελῇ ποιησάμενος σύνοδον, τὰ ἐν Χαλκηδόνι δογματισθέντα, ἐγγράφως ἐκύρωσε, τὸ Ἑνωτικὸν δὲ Ζήνωνος φόβῳ Ἀνασασίου παρεσιώπησεν.

Zenone igitur mortuo, & Ariadnen uxorem ipsius, & Imperium suscepit Anastasius: & Synodo hæretica Constantinopoli congregata, propter sanctam Chalcedonensem Synodum, infinitis calumniis obruit, & ultra Armeniam in exilium egit Euphemium: & solio denuo restituit beatissimum Macedonium: qui simplici convocata Synodo, decreta quidem Chalcedonensia scripto confirmavit: Henoticum vero Zenonis, metu Anastasii silentio præteriit. A.C. 518.

108. SIDONIA, CONTRA CHALCEDONENSEM.

Τοῦ Κναφέως Τίμυν Πέτρου ἀποβληθέντος, Παλλαδίος τὸν θρόνον Ἀντιοχείας παρέλαβε: καὶ κεῖνου τελειωθέντος, Φλαβιανὸς τὸ Ἑνωτικὸν ἐδέξατο Ζήνωνος. καὶ τὰς ἁγίας τρεῖς οἰκουμενικὰς συνόδους κυρώσας ἐγγράφως, τὴν ἐν Χαλκηδόνι παρεσιώπησε, τῷ βασιλεῖ χαριζόμενος. Καὶ ὁ βασιλεὺς δὲ Ἀνασάσιος δι' Εὐτροπίου τριβούνου, Φλαβιανῷ καὶ τῷ Ἱεροσολύμων Ἠλίᾳ ἐν Σιδῶνι σύνοδον συναθροῖσαι παρεκελεύσατο, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον ὑποβαλεῖν ἀναθέμασιν. Ἀλλὰ ταύτην Ἠλίας διέλυσεν ἄπρακτον, δι' ἣν αἰτίαν τοῖς Πατριάρχαις μεγάλως ὠργίζετο.

Petro igitur Fullone rejecto, Palladius solium Antiochiæ suscepit: eoque defuncto Flavianus, Zenonis Henoticum recepit: & cum tres sanctas œcumenicas Synodos scripto probasset, Chalcedonensem silentio præteriit, Imperatori gratificatus. Imperator autem Anastasius per Eutropium tribunum, Flaviano & Eliæ Hierosolymitano mandavit, ut Sidonem Synodum convocarent, & anathematismis sacram Chalcedonensem Synodum subjicerent. Verum hanc Elias re infecta dimisit: quapropter Patriarchis vehementer Imperator succensuit. 520.

2011 Ministério de Cultura

109. ANTIOCHENA, EUTYCHIANORUM.

A.C. 521. Cum autem Flavianus Antiochiam revertisset, Monachi quidam apostatæ, & Eutychiani delirii sectatores, Synodum prædatoriam convocantes, Flavianum ejecerunt, & in exilium pepulerunt, eique Severum substituerunt. Hic igitur, qui Acephalus deinde dictus fuit, cum ducentis Apostatis monachis, ex Eleutheropoli Constantinopolin contendit, & multa contra Macedonium fremens, dato etiam Anastasio juramento, nulla conscientiæ ratione habita, quod nunquam contra sanctam Chalcedonensem Synodum moturus aliquid esset: & juramentum conculcavit, & cum nefanda Synodo illam anathemate notavit.

Φλαβιανῦ δὲ καταλαβόντος τὴν Ἀντιόχειαν, μοναχοί τινες ἀποχίσαι, καὶ τ Εὐτυχῦς λαὸς ὁ μέτριοι, σύνοδον λῃστρικὴν ποιησάμενοι, Φλαβιανὸν ἐξεδίωξαν βιαιοπαθήσαντες, καὶ Σεβῆρον ἀντικατέστησαν. Οὗτος ὢν, σὺν Δημοσίοις ἀποχίσασι μοναχοῖς, ὁ Ἀκέφαλος, ἀπάρας ἐξ Ἐλευθερουπόλεως τῇ βασιλίδι προσώρμισε, καὶ Μακεδονίῳ πολλὰ φρυαξάμενος, ἐπ Ἀναστασίῳ δὲ ὅρκον ὁ ἀσυνείδητος, ὡς ὁδέποτε καὶ τ ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου κινήσειε, καὶ σὺν ὅρκῳ ἐπάτησε, καὶ μ τὴν μιαρὰν συνόδου πύτην ἀνεθεμάτισεν.

110. CONSTANTINOPOLITANA, TIMOTHEI.

536. Anastasius igitur Imperator Macedonium Constantinopolitanum innumeris circumventum criminationibus, solioque exturbatum, Gangras in exilium exegit: nec multo post etiam ipsum, & qui ante eum fuerat, Euphemium, quod ad Gotthos confugissent, & se ipsos invisissent, Patriarchas gladio punivit. Hæreticum autem Timotheum, qui Colon & Litrobulus cognominabatur, Ecclesiæ reddidit, tanquam ejusdem secum sententiæ, & consiliis suis obtemperantem. Is impiissima congregata Sy-

Ἀναστάσιος τοίνυν ὁ βασιλεὺς Μακεδόνιον τ Κωνσταντινουπόλεως ἐκβαλὼν μυρίοις ἐγκλήμασιν, τ θρόνου ἐξώσας ἐν Γάγγραις ἐξώρισεν, καὶ ὀλίγον μ τοῦ πολὺ αὐτὸν τε ἀποστείλας, καὶ τ σὺν αὐτῷ Εὐφήμιον, χάριν τ καταδρομῆς τ Γοτθῶν, ὡς ἐωρακότας ἀλλήλους τοῦ Πατριάρχας, ξίφει ἐτιμωρήσατο, αἱρετικόν γε Τιμόθεον, Κόλωνα καὶ Λιτρόβολον τ ἐπιλεγόμενον, τῇ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν, ὡς ὁμόφρονα, καὶ τοῖς αὐτοῦ συνθαρχοῦντα βουλεύμασιν. Ὃς ἀθεωτάτην ποιησάμενος σύνοδον, καὶ τ ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας

2011 Ministerio de Cultura

ἁγίας συνόδε ἠλάκτισε, καὶ συμφωνήσας Σευήρῳ, ὁμοῦ τὰ συνοδικὰ αὐτῶν ἐκπέμπουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. τῶν μὴ δεχθέντων, πρὸς ὀργὴν ἐξήψε τὸν Ἀνασάσιον, διὸ τὸν ἁγίας πόλεως τὸν Ἠλίαν, ἐν τῷ * Εὐελᾷ ἐφείσατο, Ἰωάννην δὲ τῷ θρόνῳ ἀποκατέστησε, καὶ τὰ συνοδικὰ Σευήρε καὶ Τιμοθέε ἐκεῖ ἀπέπεμψε.

Synodo, contra ſanctam Chalcedonenſem Synodum calcitravit: & Severo aſſentiens, una cum eo acta Synodi Hieroſolymam miſit, quibus non receptis, ad iram accendit Anaſtaſium: quapropter & Eliam ſanctæ civitatis Epiſcopum in Evilam exulatum miſit; Johannem vero ſolio reſtituit, & acta Synodica Severi & Timothei eo transmiſit.

111. Hierosolymitana, Theodosii & Sabæ.

Θεοδόσιος δὲ καὶ Σάβας τῆς ὀρθοδόξων ὑπερμαχοι, καὶ τὴν ἐρήμου τῶν ἡγουμένων καὶ μοναχῶν οἱ ἀπλανεῖς ἀστέρες τῆς πίστεως, τὸ μοναδικὸν συναθροίσαντες σύστημα, οὗ τὰ συνοδικὰ κομίσαντας τῶν ἁγίων τόπων ἐξήλασαν. Ὅπερ μαθὼν Ἀνασάσιος, Θεοδόσιον καὶ Σάβαν ἐξορισθῆναι προσέταξεν. Οἱ δὲ προκαταλαβόντες τὴν ἔρημον, θείαν ἱερὰν μονασῶν λογάδων συνεστήσαντο σύνοδον, καὶ τέσσαρας ἀμαρτυρίας πλήρεις ὀρθοδοξίας † συνάξαντες, δύο τῷ βασιλεῖ Ἀνασασίῳ ἐκπέμπουσι, μίαν τοῖς ἄρχουσι, καὶ Ἰωάννῃ ἄλλην, τῷ ἀμοιβῷ Ἠλίᾳ τῷ Θεοκήρυκος. Καθ' ὃν χρόνον ὁ τῆς Βυζαντίδος Τιμόθεος ἐτελεύτησε, καὶ Μηνᾶς τὸν θρόνον παρέλαβεν.

Theodoſius vero & Sabas orthodoxorum propugnatores, minimeque errantes ſtellæ, deſertæ ducum & monachorum fidei, peculiari collecta congregatione, eos qui Synodica illa acta attulerant, e ſacris locis ejecerunt. Quod cum comperiſſet Anaſtaſius, Theodoſium & Sabam in exilium deportari præcepit. Hi vero præoccupato deſerto divinam & ſanctam monaſticorum ordinum collegerunt Synodum: & quatuor atteſtationibus doctrinæ orthodoxæ plenis collectis, duas quidem Imperatori Anaſtaſio miſerunt, unam principibus, & quartam Johanni, qui Eliæ Dei-præconi ſucceſſerat. Quo ipſo tempore Timotheus Byzantinus obtibi, & Menas ſolium accepit.

A.C. 536.

112. Constantinopolitana.

Ἀλλὰ καὶ Ὁρμισδας, διαδεξάμενος Φίλικα, ὁ πάπας Ῥώμης, Βιταλιανὸν καὶ Εὐόδιον σὺν ἑτέροις διακο-

Hormiſdas vero Papa Romanus, qui Felici ſucceſſerat, Vitalianum & Evodium cum aliis ducentis Epiſcopis

519.

* al. Ἀειλᾷ. † Harduin. συλλάξαντες. Vide Theophanem p. 139.

2011 Ministerio de Cultura

ſcopis Byzantium ablegavit, Timotheo adhuc ſvaviter vivente. Quam divinam & ſanctam Synodum Imperator Anaſtaſius, & impius Timotheus, multo tempore male excruciantes, re infecta dimiſerunt.

Μακοσίοις ἐπισκόποις, εἰς τὸ Βυζάντιον ἐξαπέστειλε, Τιμοθέου ἔτι βιοῦντος † ἐπήρατα. Ηντινα θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον ὁ βασιλεὺς Αναστάσιος, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀνόσιος, πολυχρονίως κακῶς ἀνιάσαντες, ἄπρακτον ἀπέπεμψαντο.

113. THESSALONICENSIS.

Cum igitur Anaſtaſius in lecto impiam animam fulgure ab irato Deo immiſſo effaſſet, eique Juſtinus pius in imperio ſucceſſiſſet: beatus Hormiſdas Papa Romanus, plurimos Epiſcopos Theſſalonicam miſit, ut ſacram Chalcedonenſem Synodum confirmarent. Quam divinam & ſanctam Synodum, qui male ſentiebant, noctu crudeliter incenſa domo, ubi erant congregati, diſſiparunt: & ſanctos illos viros ſemiuſtulatos abegerunt.

Ανασασίς γὰρ ἐν τῷ κοιτῶνι ὀργῇ Θεοῦ τὴν μιαρὰν ψυχὴν ἀσεβῆ ἀπορρήξαντος, καὶ Ιουστίνος ὁ εὐσεβὴς βασιλεύσαντος, Ὁρμίσδας ὁ μακάριος πάπας Ρώμης, πλείστους ἐπισκόπους ἐν Θεσσαλονίκῃ ἀπέστειλεν, ὡς ἂν τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον βεβαιώσειεν. Ηντινα θείαν ἐ ἱερὰν σύνοδον νύκτωρ οἱ Φονιώδεις ἐπελθόντες κακόδοξοι, τὴν οἰκίαν ἀνῆψαν, ἔνθα συνήθροιστο, καὶ τοὺς ἁγίους ἡμικαύστους ἐκεῖθεν ἀπήλασαν.

114. CONSTANTINOPOLITANA, HORMISDÆ.

A.C. 536. Hormiſdas igitur iterum divinam & ſanctam Synodum, Conſtantinopolim miſit, & decreta Chalcedonenſia confirmavit: & doctrinam de duabus naturis beati Cyrilli proponens, rationalem illum ſtaterem, imperatorium numiſma, cui duplici charactere Chriſtus impreſſus erat, declaravit. Hormiſda autem ad Dominum demigrante, Agapetus ſolium eius excepit.

Ὁρμίσδας ὃν αὖθις ἐν Κωνσταντινουπόλει θείαν καὶ ἱερὰν ἐξαπέστειλε σύνοδον, καὶ τὰ ἐν Χαλκηδόνι δογματισθέντα ἐκύρωσε, ἐ τὰ περὶ δύο Φύσεων * δεῖναι μακαρίου Κυρίλλου προτεθέμενος, τ νομισμα τὸν σατῆρα, τὸ βασιλικὸν νόμισμα, ᾧ ἐνενόητο διπλοῦς χαρακτὴρ ὁ Χριστὸς, διεσάφησε. Καὶ Ὁρμίσδα πρὸς Κύριον ἐκδημήσαντος, Αγαπητὸς τ θρόνον αὐτοῦ διεδέξατο.

115. CON-

† Forte ἐπάρατα, *execrabiliter*. Vide Epiſtolam Anaſtaſii I. Imp. ad Hormisdam. *Harduin.*

2011 Ministerio de Cultura

115. Constantinopolitana, Agapeti.

Ιϛίνϒ δὲ τελευτήσαντος, Ιϛινιανὸς ὁ ἀνεψιὸς αὐτϒ τὰ σκῆπτρα τ βασιλείας παρέλαβε. Μηνᾶ δὲ τὰ θεόσκαιρα καταλείψαντϕ, Ανθιμϕ ὁ Τραπεζοῦντος Ἐπίσκοπος, τ Βυζαντίδ ἐκκλησίας τ θρόνον ἐκράτησε, ϵ τ Γότθων τὴν Ρώμην, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν μελλόντων λῃΐζεσθαι, Αγαπητὸς ὁ ταύτης μακαρίϕ πάπας, τὴν βασιλίδα κατέλαβε, καὶ σύνοδον θείαν καὶ ἱερὰν ποιησάμενος, Ανθιμον τ ταύτης ἐπίσκυπον, Μανιχαϊδ λαβόντα ὑπόνοιαν, καὶ λάθρᾳ φυγοδικήσαντα, καὶ ἑαυτ ἀθλοποιήσαντα, ἕως τ σήμερον ἀναθέμαλι καθυπέβαλε, καὶ τ θρόνον τ ἐκκλησίας τ Βυζαντίδ, Εὐτύχιϕ μοναχὸς ἐκληρώσατο.

Justino autem mortuo, Justinianus nepos ipsius sceptra Imperatoria suscepit. Cum vero & Menas terrena isthæc reliquisset, Anthimus Trapezuntis Episcopus, Byzantinæ Ecclesiæ solium nactus est: & cum Gotthi Romam, eique vicina loca deprædaturi essent, Agapetus beatus illius Papa, urbem regiam accessit, divina & sancta instituta Synodo: in qua Anthimum CPol. Episcopum, qui in Manichæismi suspicionem venerat, & ne judicio sistere sese cogeretur, seipsum absconderat, in hunc usque diem anathemati subjecit: solium vero Ecclesiæ Byzantinæ, Eutychius monachus sortitus est. A.C. 536.

116. Syriaca, Euphræmii.

Εν ᾧ καιρῷ τὰ Ὠριγένια δόγματα ὑπό τινων τ Παλαιστίνης μοναχῶν ἐκρατύνετο, καθ' ὧν ὁ μέγας Εὐφραίμιϕ, Αντιοχείας Συρίας ἀρχιεπίσκοπϕ θείαν σύνοδον ϗ ἱερὰν συναγαγόμενϕ, ἀναθέματι τὺς προασπισὰς αὐτῶν καταδίκασε.

Quo ipso tempore Origenica dogmata apud quosdam Palæstinæ monachos obtinebant: contra quos magnus Euphræmius Antiochiæ Syriæ Archiepiscopus, divina & sancta Synodo instituta, propugnatores ipsorum anathemate condemnavit. 537.

117. Mopsuestena.

Νεστορίῳ τοίνυν τῷ δυσεβεῖ οἱ προσκείμενοι διὰ τ Θεοδώρϒ τ μιαρᾶ συγγραμμάτων λανθανόντων τ γνώμης ἀνθείχοντο. Διὸ ζήλῳ πυρούμενοι πολλοὶ ἱερεῖς, συνο-

Cum igitur Nestorio impio quidam adhærerent, Theodori nefarii scriptis seducti, eamque sententiam clanculum defenderent: Zelo succensi multi Præsules, Synodi ce- 538.

2011 Ministerio de Cultura

lebrandæ cauſa Mopſueſtiam venerunt: & convocato Clero & magiſtratibus, ad intemerata Evangelia juramentú exegerunt, utrum Theodori, qui ipſorum fuiſſet impius Epiſcopus, nomen in ſacras tabulas eſſet relatum: & cum reſpondiſſent, Ita, nec iſtud negaſſent: ſancta Synodus hæc in ſcriptis Vigilio ſanctiſſimo Papæ Romano transmiſit. Hic enim beato Agapeto ſucceſſerat.

συνοδικῶς κατέλαβον Μοψυεστίαν, οἱ τὸ κλῆρον καὶ πολιτευομένους αὐτῆς συναθροίσαντες, ὅπερ τὰ ἁγίων εὐαγγελίων ἐξώρκισαν, εἰ Θεοδώρου τοῦ αὐτῶν γεγενημένου ἀσεβοῦς ἐπισκόπου τὸ ὄνομα ἐν τοῖς παρ' αὐτοῖς διπτύχοις ἐντέτακται. Εἰπόντων δὲ Ναὶ, καὶ μὴ ἀρνησαμένων τὴν ὑπόστασιν, ἡ ἁγία σύνοδος ταῦτα ἐγγράφως Βιγιλίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ πάπα Ρώμης ἀπέστειλεν. ἦν γὰρ ἡν Ἀγαπητὸν διαδεξάμενος τὸ μακάριον.

118. CONSTANTINOPOLITANA QUINTA, OECUMENICA.

A.C. 550. Juſtinianus vero Imperator Chriſti-amans, cum videret male ſentientium caliginem vehementer exſuſcitari, Synodum ſanctam & Oecumenicam quintam Conſtantinopoli congregari præcepit: cui præfuerunt Patriarchæ præſidentes, Eutychius Conſtantinopolitanus, magnus Apolinarius Alexandrinus, Domnus Antiochenus, & Chriſti-amans Imperator Juſtinianus. Vigilii autem Romani locum-tenens præſens non una conſedit: propterea quod non Synodi, ſed incurſionis Gotthorum cauſa, Byzantium appuliſſet. Quæ quidem divina & ſancta Synodus, Origenica dogmata, & Theodori Mopſueſteni, ut & Theodoreti & Ibæ adverſus beatum Cyrillum Alexandrinum ſcripta, decenti anathemati ſubjecit.

Ἰουστινιανὸς δὲ ὁ βασιλεὺς, θεωρῶν ὁ φιλόχριστος τὴν κακοδόξων πολλὴν ἀναρριπιζομένην σκοτομαιναν, σύνοδον ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν πέμπτην ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθῆναι ἐθέσπισεν, ἥπερ ἐξῆρχον οἱ πατριάρχαι τοῦ καθεζόμενοι, Εὐτύχιος Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Ἀλεξανδρείας, ὁ μέγας Ἀπολινάριος, Δόμνος Ἀντιοχείας, καὶ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς, ὁ φιλόχριστος. Βιγίλιος δὲ Ρώμης παρὼν οὐ συνήδρευσε, διὰ τὸ μὴ συνόδου, ἀλλὰ χάριν τῆς ἐπιδρομῆς Γότθων καταλαβεῖν τὸ Βυζάντιον, ἥτις θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος τὰ Ὠριγένια δόγματα, καὶ τὰ Θεοδώρου Μοψυεστίας συγγράμματα, καὶ τὰ Θεοδωρήτου καὶ Ἴβα, κατὰ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας τοῦ μάκαρος, ἀναθέματι καθυπέβαλε πρέπουσι.

119. Con-

2011 Ministério de Cultura

119. CONSTANTINOPOLITANA, HÆRETICA.

Ἀλλ' ὢ τῶν ἐνέδρων τοῦ Διαβόλου, πρὸς ἃ καὶ ἡμῖν καθ' ἑκάστην καθ' ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων ἐπιγειρόμενος; μετὰ γὰρ χρόνους τινὰς Ἰουλιανοῦ τοῦ Ἁλικαρνασσέως οἱ ἀντεχόμενοι τῆς αἱρέσεως, Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα ὑπονοθεύσαντες πείθουσιν, ἐξ οὗ-περ καὶ παντελῶς ἄφθαρτον εἶναι τὸ σῶμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ διαβεβαιούμενοι, δι' ἣν αἰτίαν αἱρετικὴν σύνοδον ποιησάμενος, μὴ πειθόμενον αὐτοῖς Εὐτύχιον τὸν ἀοίδιμον, εἰς Ἀμάσειαν καταπέμψει ἐξόριστον, καὶ Ἰωάννην Ἀντιοχέα σχολαστικὸν, τῷ θρόνῳ τῆς Βυζαντίων ἐκκλησίας ἀντικαθίσῃ, τῇ ἀσεβείᾳ συνδεμένον.

Sed ô insidias Diaboli, ad quæ & A.C. quanta quotidie contra nos homi- 550. nes insurgit? Post aliquantum enim temporis ii, qui Juliani Halicarnassei hæresin tuebantur, Imperatori seducto persuadent, è cœlo & omnino corruptionis expers esse corpus Domini & Dei nostri JEsu Christi. Convocata igitur hæretica Synodo, celebrem illum Eutychium, qui ipsis non assentiebatur, in Amasiam exulatum ablegat: & Johannem Antiochenum scholasticum, qui impietati illi adstipulabatur, in solium Ecclesiæ Byzantinæ collocat.

120. ANTIOCHENA, ANASTASII MAGNI.

Δόμνου τοίνυν ἐν Ἀντιοχείᾳ πολευτηθέντος, Ἀναστάσιος ὁ μέγας ἐν τῷ θρόνῳ ἀνάγεται, Ἀπολιναρίου τοῦ θεοσόφου Ἀλεξανδρείας δεξιὸς ὑφηγούμενος. Ὅσιος θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον ποιησάμενος, τοὺς ἀνθισαμένους τῇ ἁγίᾳ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ ἀναθέματι καθυπέβαλεν.

Domno etiam Antiochiæ mor- 555. tuo, Anastasius magnus in id solium evehitur, qui Apolinarii Alexandrini divina sapientia præditi fidelis adjutor fuit. Is divina & sancta Synodo instituta, eos qui sacræ Chalcedonensi Synodo resisterent, anathemati subjecit.

121. CONSTANTINOPOLITANA, SERGII.

Μετὰ γὰρ τὴν Ἰουστινιανοῦ ἀποβίωσιν, Ἰουστῖνος ὁ εὐσεβὴς ἐβασίλευσε, καὶ Ἰωάννου τοῦ σχολαστικοῦ τὸν βίον τελέσαντος, Εὐτύχιον τὸν μακάριον τῆς ἐξορίας ἀνεκαλέσατο, τὸν θρόνον αὐτοῦ ἀποδοὺς αὐτῷ. Καὶ πρὸς

Post Justiniani vero mortem Ju- 620. stinus pius imperavit: qui Johanne Scholastico vita functo, beatum Eutychium ab exilio revocavit, restituto ei solio. Cum autem is quoque ad Dominum migrasset, Jo-

2011 Ministerio de Cultura

Johannem Nesteuten * summo Byzantii in Christo Jesu Sacerdotio fungi jussit. Justini autem imperium Tiberius excepit: & hujus Mauricius; Mauricii vero Phocas ille hominum-osor. Johannis autem Nesteutæ solio Cyriacus potitus est, & hujus Thomas, iterumque hujus Sergius Monotheletes. Derepente autem Heraclius ab Occidente profectus, Phoca occiso, Imperium arripuit, & bello contra Persas divinitus suscepto, Phasidem fluvium in potestatem redegit, ubi quidam Acephalorum quæstionem de voluntatibus & operationibus ei suggessit. Quam quidem quæstionem, cum is cum Cyro Phasidis episcopo communicasset, & uterque dubitaret: Sergio Constantinopolitano isthæc renunciarunt. Ille vero hæretico instituto Synedrio, & acta Menæ particulatim considerans, unam voluntatem & operationem in Christo Deo & Servatore nostro esse, Imperatori Heraclio rescripsit.

πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος, Ἰωάννην τὸν Νηστευτὴν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ διαχειρίζεσθαι ὁ Βυζαντὶς ἐθέσπισεν. Ἰουστῖνος δὲ τὴν βασιλείαν Τιβέριος διεδέξατο, καὶ Μαυρίκιος τοῦτο, καὶ Μαυρικίου Φωκᾶς ὁ μισάνθρωπος. Καὶ Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ τὸν θρόνον Κυριακὸς διεδέξατο, καὶ Θωμᾶς ἐκείνου, καὶ τούτου Μονοθελήτης ὁ Σέργιος. Ἐξαίφνης δὲ Ἡράκλειος ἀναλαβὼν ἐκ τῆς δύσεως, Φωκᾶν ἀνεῖλεν, τὴν βασιλείαν παρέλαβε, καὶ τὸν κατὰ Περσῶν θεόθεν ἀρξάμενος πόλεμον, ποταμὸν τὸν Φᾶσιν κατέλαβεν, ἐν ᾧ τὸν Ἀκεφάλων περὶ θελημάτων καὶ ἐνεργειῶν τὶς αὐτῷ πεῦσιν προσήγαγεν. Ἥντινα πεῦσιν Κύρῳ τῷ Φάσιδος ἐπισκόπῳ ἀνακοινωσάμενος, ἀμφω ἐξαπορήσαντες, τῷ Κωνσταντινουπόλεως Σεργίῳ τὰ περὶ τούτου ἐγνώρισαν. Ὁ δὲ τὸν αἱρετικὸν ποιήσας συνέδριον, καὶ τὰ συνοδικὰ Μηνᾶ μονομερῶς ἐπισκεψάμενος, μίαν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν εἶναι, τῷ βασιλεῖ Ἡρακλείῳ ἀντέγραψεν.

122. Constantinopolitana alia, Ejusdem.

A.C. 620. Heraclio vero Constantinopolim reverso, Sergius hæretica instituta Synodo, unam voluntatem & operationem in Christo Jesu Deo nostro impiè docuit.

Ἡρακλείου δὲ τὴν βασιλίδα καταλαβόντος Κωνσταντινουπόλεως, Σέργιος αἱρετικὴν συσησάμενος σύνοδον, μίαν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν δυσεβῶς ἐδογμάτισεν.

* Jejunatorem.

123. Ale-

2011 Ministerio de Cultura

123. Alexandrina, Cyri.

Ἀλλὰ μὴν καὶ Κῦρος τὸν θρόνον Ἀλεξανδρείας τῶν Θαλαβῶν, ἐκ Φάσιδος μιαρὰν ποιησάμενος σύνοδον, ἐννέα κεφάλαια τῷ Σεργίῳ ἀπέστειλε, μίαν θέλησιν καὶ ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐκθέμενος.

Verum & Cyrus, Alexandriæ solium adeptus, ex Phaside nefanda instituta Synodo, novem capitula Sergio misit, quibus una voluntas & operatio in Christo JEsu DEo nostro exponebatur. A.C. 620.

124. Hierosolymitana, Sophronii: Orthod.

Σωφρόνιος δὲ ὁ μελίγλωσσος τῆς ἀληθείας πρόμαχος, ἀρχιερεὺς Ἱεροσολύμων γενόμενος, θείαν καὶ ἱερὰν σύνοδον ποιησάμενος, δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας σαφηνώσας, ἀπέστειλεν Ὀνορίῳ τῷ πάπᾳ Ρώμης, καὶ Σεργίῳ Κωνσταντινουπόλεως τὰ συνοδικὰ αὐτοῦ.

Sophronius autem, mellitus veritatis propugnator, qui Hierosolymorum summus esset Sacerdos, divina & sancta convocata Synodo, duas voluntates & operationes declaravit: actaque sua Synodica Honorio Papæ Romano, & Sergio Constantinopolitano misit. 630.

125. Constantinopolitana, Pyrrhi: Hæret.

Τελευτήσαντος δὲ Σεργίου, Πύρρος ὁ τῆς κιβδήλου δόξης, τὸν θρόνον παρέλαβε, καὶ σύνοδον αἱρετικὴν συνηθροίσατο, τὰ δογματισθέντα ὑπὸ Σεργίου, καὶ τοῦ Φάσιδος Κύρου ἐκράτυνεν.

Sergio vero mortuo, Pyrrhus, qui & ipse falsæ illi opinioni erat addictus, solio potitus est: & Synodo hæretica instituta, ea quæ à Sergio & Cyro Phasiano decreta fuerant, corroboravit. 640.

126. Constantinopolitana, Colybi: Orthod.

Ἀλλὰ Κόλυβος ὁ τῆς Βυζαντίου θεόπνευστος ἐπίσκοπος, ἀθροίσας πνευματοκίνητον σύνοδον, τὰ δογματισθέντα Σεργίῳ καὶ Πύρρῳ καὶ Κύρῳ, τῷ πρέποντι καθυπέβαλεν ἀναθέματι, καὶ δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ ἀνεκήρυξεν.

Sed Colybus à Deo inspiratus Byzantii Episcopus, collecta à Spiritu mota Synodo, ea quæ Sergius, & Pyrrhus & Cyrus decreverant, decenti subjecit anathemati: & duas voluntates operationesque Servatoris Christi prædicavit. 643.

2011 Ministerio de Cultura

127. Numidica, Stephani: Orthod.

A.C. 643. Similiter autem & Stephanus, Numidiæ Africæ ſanctiſſimus Epiſcopus, ſacra convocata Synodo, Sergium, Pyrrhum & Cyrum anathemate notavit: & duas voluntates ac operationes Servatoris noſtri jeſu Chriſti docuit.

Ὁμοίως δὲ ☪ ὁ Νουμηδείας τ Ἀφρικῆς ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Στέφανος, ἁγίαν συγκαλεσάμενος σύνοδον, Σέργιον, Πύρρον, ☪ Κῦρον ἀνεθεμάτισε, καὶ δύο θελήσεις ☪ ἐνεργείας ☧ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ ☪ Θεῦ ἐδογμάτισεν.

128. Mauritanica, Reparati: Orthod.

643. Eodem modo & Reparatus ſanctiſſimus Mauritaniæ Epiſcopus, divina & ſancta inſtituta Synodo, Sergium, Cyrum & Pyrrhum anathemate notavit: & duas voluntates ac operationes Servatoris noſtri & Dei JEſu Chriſti prædicavit.

Ὡσαύτως Ρεπάρατος Μαυριτανίας ἐπίσκοπος ὁσιώτατος, σύνοδον θεῖαν καὶ ἱερὰν ποιησάμενος, Σέργιον, Κῦρον, καὶ Πύρρον ἀνεθεμάτισεν, καὶ δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας ☧ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησῦ καὶ Θεῦ, ἀνεκήρυξεν.

129. Carthaginiensis, Victoris: Orthod.

636. Victor vero Carthaginis admiratione dignus Epiſcopus, pariter ſacra convocata Synodo, Sergium, Cyrum & Pyrrhum anathemate notavit: duasque voluntates & operationes in Chriſto Servatore noſtro declaravit.

Βίκτωρ δὲ ὁ Καρθαγένης ἐπίσκοπος ἀξιάγαστος, ἐξ ἴσου ἁγίαν συγκαλεσάμενος σύνοδον, Σέργιον, Κῦρον, καὶ Πύρρον ἀνεθεμάτισεν, καὶ δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας ἐπὶ Χριστῦ ☧ Σωτῆρος ἡμῶν διεβεβαίωσεν.

130. Romana, Johannis: Orthod.

638. Præterea & Johannes Papa Romanus ter-beatus, qui Honorio Monotheletæ ſucceſſerat, divina & ſancta inſtituta Synodo, Sergium, Cyrum & Pyrrhum anathemate notavit: duasque voluntates & operationes Domini & Dei noſtri JEſu Chriſti prædicavit: & ad Da-

Πρὸς τούτοις καὶ Ἰωάννης ὁ πάπας Ρώμης, ἀποδεξάμενος γὰρ ἦν τ Μονοθελήτην ὄνειδος ὁ τριςμακάριος, θεῖαν ☪ ἱερὰν σύνοδον ποιησάμενος, Σέργιον, Κῦρον, καὶ Πύρρον ἀνεθεμάτισε, καὶ δύο θελήσεις ☪ ἐνεργείας ☧ δεσπότου ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ καὶ Θεῦ, ἀνεκήρυξε,

2011 Ministerio de Cultura

ρυξε, καὶ τοὺς Δαβὶδ τὸν Ἡράκλειον, υἱοὺς Ἡρακλείου, τύπον εὐσεβείας ἀπέστειλεν ὕστερον.

Davidem atque Heraclium, Heraclii filios, typum piæ doctrinæ postea transmisit.

131. Romana, Theodori: Orthod.

Μέλλων τοίνυν τελευτᾶν ὁ Ἡράκλειος, κατέκλινεν ὁρίσας *Πύρρον τὸν ἑτερόδοξον, ὡς ἂν τὴν αὐτοῦ γαμετὴν Μαρτίναν τὸν τοῦ υἱὸν αὐτοῦ, τὸν πρωτόκλητον αὐτοῦ καινωθῆναι μὴ συγχωρήσειε, δοὺς αὐτῷ χάριν αὐτῶν καὶ χρήματα πάμπολλα, εἰς ἀντίληψιν. Διὸ ἣν αἰτίαν οἱ τῆς πόλεως Βύζαντος Πύρρῳ καταστασιάσαντες, τοῦ θρόνου ἐξέωσαν. Εἰς πρὸς τὴν Ἀφρικὴν φυγάδα κατηνάγκασαν. καὶ Πέτρον, ὡς μονοθελήτην, Πύρρου τῷ θρόνῳ ἀντικατέστησαν. Καὶ τοῦτον Παῦλος, τῆς αὐτῆς θρησκείας ὤν, διεδέξατο. τὴν Ἀφρικὴν δὲ Πύρρος καθέλαβε. καθ' οὓς ἐξανέστησαν, Μάξιμος ὁ ἐν μοναχοῖς αἰδέσιμος, οἱ ἐκεῖσε ὄντες ἱεράρχαι θεόσοφοι. Αὐτὸς δὲ τὴν Ῥώμην καταλαβὼν, ὡς πρεσβύτερος, λίβελλον ὀρθοδοξίας ἐπέδωκεν, ὃς ἐν Ῥαβέννῃ ὑμόμενος, ἐπὶ τὸ ἴδιον, ὡς κύων, ἐπανέστρεψεν ἔμετον. Ὅπερ μαθὼν πάπας ὁ μακαρίτης Θεόδωρος, ἣν γὰρ τοῦ ὁσίου Ἰωάννην διαδεξάμενος, τὸ πλήρωμα τῆς ἐκκλησίας πᾶσα καλεσάμενος, καὶ τὸ τάφον τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Χριστοῦ, Πέτρου καταλαβὼν, αἰτήσας τὸ θεῖον ποτήριον, ἐκ τοῦ φιλοῦ καὶ ζωοδότου αἵματος Χριστοῦ

Cum autem Heraclius morti vicinus jam esset, Pyrrho, qui heterodoxus erat, serio mandavit, ut Martinam uxorem suam & filios a primogenito Constantino affligi ne pateretur: data ei & gratia ipsorum & pecunia sane multa in recompensationem. Quam ob causam Byzantini mota adversus Pyrrhum seditione, solio eum exturbarunt, & in Africam exulatum abire compulerunt: ac Petrum Monotheleten in Pyrrhi solium evexerunt, cui Paulus ejusdem sectæ successit. Pyrrho autem in Africam delato, contra eum insurrexerunt Maximus, qui inter Monachos venerabilis erat, quique illic erant sacri antistites divina præditi sapientia. Ipse vero Romam profectus, tanquam Presbyter, libellum orthodoxæ confessionis obtulit: sed Ravennæ postea, instar canis, ad proprium reversus est vomitum. Quod cum beatus Theodorus, qui sancto Johanni successerat, intellexisset: universa Ecclesia convocata, & sepulchro Apostolorum principis Petri occupato, divino etiam calice postulato, ex tremendo & vivifico sanguine Christi, a-

A.C. 642.

* Coteler. ὁρκίσας, jurejurando obstrinxit.

2011 Ministerio de Cultura

tramento affundens, propria manu depositionem ejus, & eorum, qui cum ipso communicarent, exaravit. Pyrrho autem Byzantium reverso, cum Paulus blasphema lingua, vitam cum morte commutasset, generosuli & audaculi heterodoxi, Pyrrhum denuo in solium per vim intrudunt.

χειρὶ δ' ἐπισάξας τῷ μέλανι, οἰκείᾳ χειρὶ τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ, καὶ τῶν αὐτῷ κοινωνούντων ἐποίησε. Πύρρου δὲ τὸ Βυζάντιον καταλαβόντος, καὶ Παύλου βλασφήμῳ γλώσσῃ τὸν βίον τελέσαντος, οἱ χρυσάδαι καὶ τολμηροὶ ἑτερόδοξοι, Πύρρον πάλιν τῷ θρόνῳ ἀναβιβάζουσιν.

132. Romana, Martini: Orthod.

A.C. 652. Sed & Martinus sanctissimus Papa Romanus, qui Theodoro successerat eodem, quo divinus Maximus, zelo succensus, divinam & sanctam convocavit Synodum, in qua Sergium, Cyrum, Petrum & Paulum, & Pyrrhum anathemate notavit; summaria Definitione exposita, in qua & duas voluntates ac operationes Christi Dei & Servatoris nostri corroboravit. Quapropter Constantinus Imperator Heraclii F. qui Pogonati cognomen habuit, multis cum injuriis Byzantium abstractum, Chersone jussit exulare. Quin & generosum illum Maximum postea comprehensum, exsecta ei lingua, Caucasiis ipsum montibus inclusit.

Ἀλλὰ καὶ Μαρτῖνος ὁ ἁγιώτατος πάπας Ρώμης Διαδεξάμενος Θεόδωρον, τῷ διδύμῳ ζήλῳ θεοφόρῳ τῷ ζήλῳ Μαξίμου ἀναφλεγόμενος, καὶ θείαν καὶ ἱερὰν συγκαλεσάμενος σύνοδον, Σέργιον, Κῦρον, Πέτρον καὶ Παῦλον, καὶ Πύρρον ἀνεθεμάτισεν, ὅρον κεφαλαιώδη ἐκθέμενος, ἐν ᾧ καὶ τὰς δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐβεβαίωσε. Διὸ Κωνσταντῖνος αὐτὸν βασιλεὺς, ὁ υἱὸς Ηρακλείου, ὁ ἐπιλεγόμενος Πωγωνάτος, ἁρπάσας πρὸς τὸ Βυζάντιον μετὰ πολλὰς ὑβρεῖας, ἐν Χερσῶνι ἐξώρισεν. Επιγε μὴν καὶ τὴν γλῶτταν ὕστερον συλλαβόμενος Μάξιμον γλωσσοτομήσας τοῖς Καυκασίοις ἐνέκλεισεν ὄρεσιν.

133. Romana, Agathonis: Orthod.

680. Agathon vero beatissimus Papa Romanus, qui Martino in solio successerat, sanctam congregavit Synodum: & Sergium, Cyrum, Petrum,

925	Turonense		VI, 563.		
1055	Turonense	*Victore II.*	VI, 1041.	IX, 1081.	XXV, 569.
1060	Turonense	*Nicolao II.*	VI, 1071.	IX, 1108.	
1096	Turonense	*Urbano II.*	VI, 2. 1745.	X, 601.	XXVI, 680
1163	Turonense	*Alexandro III.*	VI, 2. 1589.	X, 1411. 1838.	XXVII, 352
1236	Turonense	*Gregorio IX.*	VII, 263.	XI, 503.	
1239	Turonense	*Gregorio IX.*	VII, 323.	XI, 565.	
1282	Turonense	*Martino II.*	VII, 885.	XI, 1183.	
1315	Turonense, al. Salmurienſe	*Clemente V.*	VII, 1391.	XI, 1617.	
1448	Turonense	*Nicolao V.*	IX, 1339.	XIII, 1350.	XXXIV, 3.
1510	Turonense	*Julio II.*	IX, 1555. 1561.	XIII, 1481.	XXXIV, 66
1583	Turonense	*Gregorio XIII.*	X, 1391.	XV, 1001.	

1669 Tusculanum sub D. Francisco Maria Card. Brancatio Episcopo celebratum, & Viterbii editum 1669. 4.

417	Tusdritanum		I, in indice.	
860	ad Tusiacum	*Nicolao I.*	V, 507.	VIII, 702.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. Concilium,	Papa.	Harduin.	Labbe.	Reg.
365 Tyanenſe	*Liberio*	I, in indice.	II, 99. 836.	III, 231.
335 Tyrium	*Silveſtro I.*	I, 539.	II, 85. 435.	II, 520.
449 Tyrium	*Leone I.*	I, in indice.	III, 1468. & IV, 627.	VII, 301.
518 Tyrium	*Hormisda*	II, in indice.	IV, 1588.	X, 657.

V. U.

771 Valentianenſe	*Stephano III.*	III, 2017.	VI, 1726.	XVII, 679.
374 Valentinianum I. in Gallia	*Damaſo I.*	I, 795.	II, 904.	III, 309.
circa 530 Valentinum in Gallia	*Felice IV.*	II, 1003.	IV, 1678.	
584 Valentinum II.	*Pelagio II.*	III, 457.	V, 976.	XIII, 69.
855 Valentinum III.	*Leone IV.*	V, 87.	VIII, 133.	XXI, 678.
890 Valentinum	*Stephano V.*	VI, 421.	IX, 424.	XXIV, 609
1100 Valentinum	*Paſchale II.*	VI, 2. 1853.	X, 717.	
1248 Valentinum	*Innocentio IV.*	VII, 423.	XI, 696.	
524 Valentinum in Hiſpania	*Joanne I.*	II, 1067.	IV, 1617.	XI, 26.
1255. 1258. 1261. 1262. 1268. 1269. 1273. Valentinæ diœceſis Conſtitutiones Synodales			VII, 1975.	
1224 Vallis-coloris	*Honorio III.*	VII, 133.	XI, 290.	
1242 apud vallem Guidonis	*Sede vacante*	VII, 347.	XI, 590.	
1137 Valliſoletanum		VI, 2. in indice.		
1322 Valliſoletanum	*Joanne XX.*		XI, 1682.	
889 Varennenſe placiaum	*Stephano V.*	VI, 421.	IX, 423.	
Vaſenſe	*Julio I.*			III, 118.
442 Vaſenſe I.	*Leone I.*	I, 1787.	III, 1456.	XXI, 678.
529 Vaſenſe II.	*Felice IV.*	II, 1105.	IV, 1679.	XI, 75.
1213 Vaurenſe	*Innocentio III.*	VI, 2. 2019.	XI, 81.	
1368 Vaurenſe	*Urbano V.*	VII, 1793.	XI, 1957.	
465 Veneticum in Armorica	*Hilaro*	II, 795.	V, 1054.	IX, 490.

2011 Ministerio de Cultura

A.C.	Concilium.	Papa.	Harduin.	Labbe.	Reg.
846	Ibidem Concilia-bulum	*Sergio II.*		VII, 1874.	
1040	Venetum	*Benedicto IX.*	VI, 919.	IX, 940.	XXV, 410.
1177	Venetum	*Alexandro III.*	VI, 2. 1653.	X, 1481.	XXVII, 413

Recentiores Conſtitutiones Synodorum Venetorum Patriarcharum auſpiciis plures in lucem editæ ſunt ſeparatim, Ao. 1545. 1581. 1587. 1592. 1595. 1653. &c. vide Catalogum Bibliothecæ Tellerianæ p. 164.

1589 Venuſinum ſub D. Petro Rodulphio Epiſcopo habitum, prodiit Rom. 1591. 4.

1614 Venuſinum ſub D. Andrea Perbenedicto Epiſcopo celebratum & Neapoli editum 1615. 4.

1050	Vercellenſe	*Leone IX.*	VI, 1017.	IX, 1055.	XXV, 557.

1575. 1579. 1580 Vercellenſes Synodi octo ſub D. Franciſco Bonhomio Epiſcopo habitæ, prodierunt Mediolani 4.

752	Vermerienſe	*Stephano II.*	III, 1989.	VI, 1656.	XVII, 583.
853	Vermerienſe II.	*Leone IV.*	V, 59.	VIII, 99.	XXI, 667.
863	Vermerienſe	*Nicolao I.*	V, 569.	VIII, 1527.	
869	Vermerienſe	*Hadriano II.*	V, 1211.	VIII, 1937.	XXIII, 775
755	Vernenſe	*Stephano II.*	III, 1994.	VI, 1661.	XVII, 594.
844	Vernenſe II.	*Sergio II.*	IV, 1469.	VII, 1805.	XXI, 445.
446	Verolamienſe	*Leone I.*	I, in indice.	III, 1464.	VII, 295.
793	Verolamienſe I.	*Hadriano I.*	IV, 863.	VII, 1012.	XX, 79.
794	Verolamienſe II.	*Hadriano I.*	IV, 863.	VII, 1013.	XX, 80.
1184	Veronenſe	*Lucio III.*	VI, 2. 1882.	X, 1741.	XX, 81.

1542 Conſtitutiones editæ per D. Joannem Matthæum Gibertum, Veronenſem Epiſcopum & Legatum Apoſtolicum, prodierunt Veronæ 1542. 4. & cum annotationibus D. Auguſti Valerii Cardinalis & Veronæ Epiſcopi, ibid. 1589. 4.

1140	Verulenſis Synodus		VI, 2. in indice.		
444	Veſontionenſe	*Leone I.*	I, in indice.	III, 1461.	

1583 Vicentinum ſub D. Mich. Priolo Epiſcopo celebratum, cujus conſtitutiones prodierunt Vincentiæ 1592. 4.

1623 Vicentinum ſub D. Dionyſio Delphino Epiſcopo habitum, & ibid 1625. 4. editum.

2011 Ministerio de Cultura

A.C	Concilium.	Papa.	Harduin.	Labbe.	Reg.
1647	Vicentinum ſub D. Marco Antonio Cardinali Bragadeno Epiſcopo, ibid. 4.				
474	Viennenſe in Gallia	*Simplicio*		IV, 1040.	IX, 543.
892	Viennenſe	*Formoſo*	VI, 429.	IX, 433.	XXIV, 620
907	Viennenſe		VI, 501.		
1060	Viennenſe		VI, 1073.		
1113	Viennenſe	*Paſchale II.*	VI, 2. 1913.	X, 784.	XXVII, 16.
1119	Viennenſe	*Gelaſio II.*	VI, 2. 1949.	X, 825.	XXVII, 16.
1124	Viennenſe	*Calliſto II.*	VI, 2. 117.	X, 908.	
1199	Viennenſe in Gallia	*Innocentio III.*	VI, 2. 1955.	XI, 11.	
1289	Viennenſe in Gallia	*Nicolao IV.*	VII, 1159.	XI, 1353.	XXVIII, 497
1311	VIENNENSE Oecumenicum	*Clemente V.*	VII, 1321.	XI, 1537.	XXVIII, 701
1267	Viennenſe in Auſtria	*Clemente IV.*	VII, 579.	XI, 858.	
1102	Villæbertrandi Conventus	*Paſchale II.*	VI, 2. 1861.	X, 727.	
686	in villa regia in Gallia	*Joanne V.*	III, 1758.	VI, 1286.	XVII, 70.
1040	Vindocinenſis Conventus	*Benedicto IX.*	VI, 917.	IX, 938.	
947	Virdunenſe	*Agapeto II.*	VI, 603.	IX, 622.	XXV, 70.
1614 & 1624	Viterbienſia ſub D. Tiberio Muto Domicello Romano Epiſcopo Viterbienſi & Tuſcanenſi celebrata prodiere Viterbii, 4.				
1639	Viterbienſe ſub D. Cardinali Brancacio Epiſcopo, ibid. 4.				
1146	Vizeliacum	*Eugenio III.*	VI, 2. 1293.	X, 1100.	XXVII, 181
697. vel 702. vel 719.	Ultrajectenſe	*Sergio I.*	III, in indice.	VI, 1376. 1879.	
1375	Unjejovienſe	*Gregorio XI.*	VII, 1887.	XI, 2043.	
1624	Volaterranum habitum ſub D. Bernhardo Inghiramio Epiſcopo, & editum Senis 1625. 4.				
1657	Volaterranum ſub D. Horatio de Albizis celebratum, & editum ibid. 1659. 4.				

2011 Ministerio de Cultura

A.C.	Concilium.	Papa.	Harduin.	Labbe.	Reg.
761	Volvicenſe	*Paulo I.*		VI, 1884.	
1248	Uratislavienſe	*Innocentio IV.*	VII, 429.	XI, 702.	
1267	Uratislavienſe	*Clemente IV.*	VII, 579.	XI, 858.	

1592 Urbevetanum habitum ſub D. Hieronymo Cardinali Simoncello Epiſcopo, & editum Urbe veteri 1592. 4.

1647 Urbevetanum ſub D. Fauſto Cardinali Polo Epiſcopo, prodiit Rom. 1650. 4.

1666 Urbevetanum celebratum ſub D. Franciſco Joſepho della Corgna Epiſcopo, & editum Urbe veteri 1667. 4.

1627 Urbinatenſe habitum ſub D. Paulo Æmilio Sanctorio Archiepiſcopo prodiit Urbini 1628. 4.

1648 Urbinatenſe ſub D. Aſcanio Maffejo Archiepiſcopo, ibid. 1649. 4.

799	Urgelitanum			IV, in indice.	
1040	Urgellenſe			VI, 917.	

W.

1066	Weſtmonaſterienſis Conventus	*Alexandro II.*	VI, 1149.	IX, 1186.	
1077	Weſtmonaſterienſe	*Gregorio VII.*	VI, 1613.	X, 404.	
1142	Weſtmonaſterienſe	*Innocentio II.*	VI, 2. 1229.	X, 1029.	
1176	Weſtmonaſterienſe	*Alexandro III.*	VI, 2. 1176.	X, 1470.	
1177	Weſtmonaſterienſe, al. Londinenſe	*Alexandro III.*	VI, 2. 1651.	X, 1480.	XXV, 672.
1226	Weſtmonaſterienſe	*Honorio III.*	VII, 143.	XI, 302.	XXVIII, 273
601	Wigornienſe	*Gregorio M.*	III, 539.	V, 1610.	XIV, 346.
1240	Wigornienſe	*Gregorio IX.*	VII, 329.	XI, 572.	
1070	Windleshorenſe	*Alexandro II.*	VI, 1165.	IX, 1203.	
1113	Windleshorenſis Conventus	*Paſchale II.*	VI, 2. 1921.	X, 793.	
1175	Windleshorenſe	*Alexandro III.*	VI, 2. 1641.	X, 1468.	
855	Wintonienſe	*Benedicto III.*	V, 111.	VIII, 243.	XXII, 20.
975	Wintonienſe	*Benedicto VII.*	VI, 701.	IX, 721.	XXV, 149.

2011 Ministerio de Cultura

A.C.	Concilium.	Papa.	Harduin.	Labbe.	Reg.
1021	Wintonienſe	*Benedicto VIII.*	VI, 825.	IX, 843.	XXV, 286.
1070	Wintonienſe	*Alexandro II.*	VI, 1165.	IX, 1202.	
1076	Wintonienſe I.	*Gregorio VII.*	VI, 1559.	X, 351.	
1076	Wintonienſe II.	*Gregorio VII.*		X, 353.	
1139	Wintonienſe I.	*Innocentio II.*	VI, 2. 1217.	X, 1014.	XXVII, 137
1142	Wintonienſe II.	*Innocentio II.*	VI, 2. 1225.	X, 1024.	XXVII, 148
1080	Würtzeburgenſe	*Gregorio VII.*	VI, 1591.	X, 385.	
764	Wormatienſis Conventus	*Paulo I.*	III, 2009.	VI, 1701.	XVII, 648.
770	Wormatienſe	*Stephano III.*	III, 2017.	VI, 1725.	XVII, 679.
772	Wormatienſe	*Hadriano I.*	III, 2029.	VI, 1793.	XVIII, 102.
776	Wormatienſe	*Hadriano I.*	III, 2056.	VI, 1822.	XVIII, 159.
786	Wormatienſe	*Hadriano I.*	III, 2071.	VI, 1861. 1890.	XVIII, 223.
787	Wormatienſe	*Hadriano I.*	IV, 819.	VIII, 963.	XX, 1.
790	Wormatienſe	*Hadriano I.*	IV, 846.	VII, 990.	XX, 47.
post 800	Wormatienſe		IV, 947.	VII, 1863.	
829	Wormatienſe	*Gregorio IV.*	IV, 1361.	VII, 1669.	XXI, 266.
833	Wormatienſis Conventus	*Gregorio IV.*	IV, 1369.	VII, 1678.	
868	Wormatienſe	*Hadriano II.*	V, 733.	VIII, 941.	XXIII, 87.
890	Wormatienſe	*Stephano V.*	VI, 423.	IX, 425.	XXIV, 611
1076	Wormatienſe Conciliabulum	*Gregorio VII.*	VI, 1563.	X, 354.	XXVI, 571
1122	Wormatienſis Conventus	*Calliſto II.*	VI, 2. 1107.	X, 889.	

Z.

386	Zellenſe	I, 858.	
412	Zellenſe	I, 1201.	

Zertenſe, vide Cirtenſe.

2011 Ministerio de Cultura

II. Notitia Conciliorum Chronologica,

collatis editionibus Regia, Labbei, Baluzii & Harduini.

Quibus aſteriſcus præfigitur, deſunt in editione Reg. Quibus crucis nota, deſunt in editione Harduini. Quibus duæ cruces, in Labbei & Regia editione deſiderantur.

TOMO I.

Dionyſii Exigui præfatio in Canonum collectionem, ad Stephanum Salonitanum.

* Ejusd. præfatio in decreta Pontificum ad Julianum presb. S. Anaſtaſiæ.

Præfatio Iſidori Mercatoris, & ordo de celebrando Concilio a) Oratio, *adſumus*,

† Exhortatio ad Principem, ſive via regia, ex Garſia Loaiſa.

* Præfatio decaſticha Conciliorum (ſive potius Concilii Nicæni) ex Codice MS. Claudii Hardy. T. 1. Harduin. p. 321.

† Quadruplex Synodus APOSTOLORUM b) juxta gloſſam ordinariam in Actis Apoſtolicis deſcripta: & de aliis Apoſtolorum conventibus occaſione Symboli componendi, & propter obitum B. Virginis celebratis: cum annotationibus *Sev. Binii*. Confer Hincmarum tom. 2. Opp. pag. 473. ſeq. & quæ notavi in Codice Apocrypho Novi Teſtam. parte 3. pag. 339. ſeq.

LXXV. Canones Apoſtolorum c) Græce, cum verſione Gentiani Herveti.

a) Altera hujus Ordinis editio in quibusdam libris legitur, qualis eſt in Concilio Salegunſtadienſi T. VI. p. 830. Hic vero, inquit Harduinus, ſecuti ſumus Merlinum in Collectione Iſidori, & alteram Collectionem Conciliorum elegantiſſimam anni 1535. apud Franc. Regnault, Pariſiis 8. & Concilium Conſtantienſe ſub finem p. 935. & Tridentinum Seſſ. X. p. 66. & Remenſe denique anni 1564.

b) Prima Hieroſolymitana octavo Claudii Imp. A. C. 48. de qua Actor. XV. 6. Vide Bevereg. Prolegom. in Synodicon magnum §. 4. & Launoji Epiſtolas VIII. 14. pag. 782.

c) De his ſupra p. 6. ſeq. & lib. V. hujus Bibl. cap. 1. p. 32. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

L. Canones Apoſtolorum ex Dionyſii Exigui verſione. *Binii* notæ in Regia & Labbei editione integræ exhibentur, ab Harduino ſemper omiſſæ ſunt.

A. C. 56. † Antiochena Apoſtolorum Synodus, in qua Canones novem editi referuntur à Baronio ad A. C. 57. num. 3. vide, quæ notavi ſupra p. 8. ſeq.

† *Liber Pontificum*, ſive ſingulorum vitæ auctoribus Damaſo Papa, Anaſtaſio & Guilelmo Bibliothecariis, Luitprando & Binio.

† Tractatus de primatu Eccleſiæ Romanæ, poſt Nicolai I. Papæ conſcriptus tempora, & primum editus Moguntiæ 1525. fol. cum Codice Canonum Eccleſiæ Rom. de quo ſupra p. 62.

91. *S. Clementi* Romano tributæ Epiſtolæ quinque decretales, d) 1. & 2. ad Jacobum Fratrem Domini, 3. de officio ſacerdotii & clericorum, 4. ad diſcipulos Julium & Julianum, & 5. ad fratres Hieroſolymis habitantes. Has decretales cum Turriano tuetur Binius, ſpurias eſſe non diffitentur Labbeus & Harduinus.

† Clementis decretum ex decreto Gratiani 30. de Conſecr. diſt. 2. *Sacerdotum.*

*† Clementis Romani Epiſtola ad Corinthios utraque e) Græce & Latine, prior cum verſione Patricii Junii, poſterioris reliquiæ cum verſione Godfridi Wendelini. Ejusdem Junii notæ, & Wendelini de Clementis & ejus Epiſtolarum tempore Divinatio, tom. 1. Labbei p. 188.

*† Conſtitutionum Apoſtolicarum libri VIII, f) Græce & Latine cum Franciſci Turriani verſione.

101. *S. Anacleto* Papæ tributæ Epiſtolæ decretales III.

† Decreta duo ex Gratiano 14. II. q. 7. *Laici in accuſatione*, & 4. diſt. 93. *Juxta Sanctorum*, qui canon eſt quartus Synodi Romanæ ſub Zacharia Papa A. C. 743.

110. *S. Evariſto* Papæ tributæ Epiſtolæ decretales II.

† Decretum, quod collectio MS. librorum quinque lib. 5. cap. 8. tribuit Evariſto, conſarcinatum ex c. 3. de Conſecr. diſt. 1. *omnes baſilicæ*, quod Hygino Gratianus aſſerit: ex cap. 32. *Altaria*

d) De harum fide, ſupra p. 19.
e) De his lib. IV. hujus Bibl. cap. 5. p. 175. ſeq.
f) De his lib. V. cap. 1. p. 33. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Altaria placuit, ex Concil. Agathensi A. 506. can. 14. & ex cap. 31. *Altaria si*, ex Concilio Epaunensi A. 517. cap. 26. & 27.

A.C.119. *S. Alexandro I.* Papæ tributæ Epistolæ decretales III.

† Decretum ex collectione MS. librorum quinque lib. 2. c. 100.

circa A.125. Concilium *Siculum* contra Heracleonitas habitum, memorat ex auctore Prædestinati lib. 1. cap. 16. Baluzius. Sed id commentitium videtur Joanni Pearsono Opp. postum. pag. 230. seq. Neque auctor Prædestinati tanti visus fuit Labbeo vel Harduino, ut ejus rationem haberent.

130. *S. Sixto I.* tributæ Epistolæ decretales II.

† Decretum dubium, Sixti primi, secundi, an tertii, ex Codice 16. librorum, lib. 4. cap. 5.

140. *S. Telesphoro* tributa Epistola decretalis unica.

Synodum, quam auctor Synodici supra p. 186. sub Telesphoro narrat celebratum esse, ad Victorins potius referendam tempora Labbeus observat.

152. *S. Hyginio* tributæ Epistolæ decretales II.

† Decreta quinque ex Gratiano 4. XXXV. 4. 10. *Si qua mulier:* 3. de Consecr. dist. 1. *Omnes basilicæ:* 19. de Consecr. dist. 1. *Si motum:* 38. de Consecr. dist. 1. *Ligua Ecclesiæ:* & 100. de Consecr. dist. 4. *in Catechismo.*

circa A.152. Concilium *Pergamense* contra Colorbasum habitum, memorat ex auctore Prædestinati lib. 1. c. 15. Baluzius.

156. *S. Pii I.* Papæ tributæ Epistolæ duæ decretales.

† Epistolæ duæ ad Justum Episcopum Viennensem, Isidoro, Gratiano aliisque ignotæ, quas affert Baronius ad A. CXLVI. 1. & 3.

† Decreta septem ex Gratiano 15. XX. qv. 1. *Virgines non velentur.* 10. XXII. qv. 1. *Si quis per capillum.* 1. XXII. qv. 5. *Qui compulsus:* quod alii Theodoro Cantuariensi tribuunt. 2. XXII. qv. 5. *Qui pejerat.* 7. XXXIII. qv. 2. *Quicunque propriam.* 27. de Consecrat. dist. 2. *Si per negligentiam.* 3. dist. XXXIII. *Communiter diffinimus.* Aliud ex Codice quinque librorum, lib. 2. c. 117. *Ut de oblationibus.* & aliud ex Codice sedecim librorum, lib. 3. c. 19. *Petistis per Hilarium.*

2011 Ministerio de Cultura

circa A.C. 160. Concilium *Orientale* habitum contra Cerdonianos memorat Baluzius ex auctore Prædestinati lib. 1. c. 23.

165. *S. Aniceto* Papæ tributa Epistola decretalis unica.

Romana Synodus sub Aniceto, supra p. 186. in veteri Synodico.

173. *S. Soteri* Papæ tributæ Epistolæ decretales II.

† Decreta IV. e Gratiano 16. XXII. qv. 4. *Si aliquid forte.* 58. de Consecrat. dist. 1. *Ut illud.* (quod potius est ex Concilio Toletano XI. cap. XIV.) 61. de Consecr. dist. 1. *Hic quoque:* quod est in Concilio Moguntino I. c. 43. *Denique.* 17. de Consecr. dist. 2. *in Cœna Domini:* quod est è Concilio Cabilonensi II. cap. 47. A. C. 813.

circa A. 173. Concilium *Hierapolitanum* contra Montanum & Theodotum Coriarium, de quo ex lib. V. Eusebii cap. 16. Hist. Baluzius. Adde libellum Synodicum cap. 5. 6. 7. supra pag. 187. seq. ubi etiam de *Achillano* sive *Anchialensi* Concilio, iisdem hæreticis opposito.

177. *S. Eleuthero* Papæ tributa Epistola decretalis unica.

192. *S. Victori I.* Papæ tributæ Epistolæ decretales duæ, una ad Theophilum Alex. & altera ad Episcopos Africæ.

*† Epistolæ duæ aliæ, una ad Desiderium Viennensem Episcopum, & altera ad fratrem Paracodam Episcopum, quas è Bibliotheca Floriacensi Joannis à Bosco vulgavit Baronius ad A.C. 198. n. 17. suspectas viris eruditis.

Sub Victore habita de Paschate Concilia varia memorantur apud veteres, ut *Romanum* teste Eusebio libro V. Hist. Eccles. c. 22. & libro Pontificali in vita Victoris. Actorum in hoc Concilio nihil exstat.

Cæsariense in Palæstina. Acta reperias apud Baluzium ex Epistola Philippi cujusdam, sive Theophili potius Alex. (ut suspicatur Michael le Quien in panoplia adversus schisma Græcorum sub Altimuræ nomine edita p. 25.) apud Bedam libro de æquinoctio vernali, & apud Bucherium de doctrina temporum p. 469. qui scriptoris Epistolæ nomen restituit ex MS. *Sane acta illa,* inquit Baluzius, *nonnullis illegitima ac spuria visa sunt, ab aliis & quidem viris eruditissimis pro veris ac genuinis recepta.*

Lugdu-

2011 Ministerio de Cultura

Lugdunenſe ab S. Irenæo & Epiſcopis Galliæ celebratum. Epiſtolæ Synodicæ fragmenta recitat Euſebius lib. V. cap. 24. Hiſt. Confer Baluzium p. 6. ſeq.

Ponticum ſub Palma, *Oſroënum*, *Corinthiacum* ſub Bacchyllo, de quibus idem Euſebius lib. V. c. 23.

Epheſinum à Polycrate & Epiſcopis Aſiæ Proconſularis celebratum, ſed reprobatum à Victore, ut legere eſt apud Euſebium lib. V. cap. 24. Fragmentum Synodicæ Polycratis Epiſtolæ, Græce Euſebius, Latine etiam exhibet Hieronymus lib. de viris illuſtribus c. 45. Plura commemorat Labbeus ex libello Synodico ſupra p. 188. ſeq.

A.C. 201. *S. Zephyrino* Papæ tributæ duæ Epiſtolæ decretales.

circa A. 215. *Carthaginienſe I.* Concilium ſub Agrippino Epiſcopo ab Africæ Proconſularis & Numidiæ Epiſcopis de hæreticis rebaptizandis, ad cujus ſententiam provocat S. Cyprianus in Epiſt. 71. ad Quintum, & 73. ad Jubaianum. Meminit & S. Auguſtinus paſſim & Vincentius Lirinenſis lib. 1. Commonitorii cap. 9. Sed ab Eccleſia improbatur hoc Concilium.

†† 217. *Carthaginienſe II.* Concilium ſub eodem Agrippino, in quo ſancitus Canon, *Ne clericus ullam curam tutelamve ſuſciperet.* Meminit S. Cyprianus Epiſtola 66. de Victore &c.

219. *S. Calixto* ſive Calliſto Papæ tributæ Epiſtolæ decretales II.

224. *S. Urbano* tributa Epiſtola decretalis ad omnes Chriſtianos.

†† ad A. 230. Baluzius refert *Alexandrinum* Concilium ſub Demetrio Epiſcopo habitum in cauſa Origenis, quem ſacerdotii honore exuit ob ſui mutilationem. Vide Pamphilum martyrem apud Photium Cod. CXVIII. p. 297. Euſebium lib. 6. c. 8. & 23. Hieronymum lib. de Script. Eccleſ. c. 54. & 62. Rufinus libro 2. invectiv. in Hieron. in cauſa fidei Origenem dicit eſſe damnatum. Ab Heracla Demetrii ſucceſſore pulſum ab Eccleſia, Gennadius lib. de viris illuſtr. c. 33. & Petrus Alexandrinus in Myſtagogia, cujus fragmentum recitat Juſtinianus Imp. in Epiſtola ad Menam.

231. *S. Pontiano* Papæ tributæ Epiſtolæ decretales duæ.

235. *S. Antero* Papæ tributa Epiſtola decretalis unica.

†, 235. *Alexandrinum* Concilium ſub Heracla adverſus Ammonium re-

2011 Ministerio de Cultura

ligionis desertorem. Meminit Labbeus tom. 1. p. 1564. ex Eutychii Annal.

A.C.235. Concilia *Iconii* & *Synnadis* habita de baptismo hæreticorum refert Eusebius VII. 7. Gr. Vide & S. Augustinum lib. 3. contra Cresconium Grammaticum c. 3. & Firmilianum Epist. ad S. Cyprianum, ubi Synodum collectam fuisse refert ex Episcopis Phrygiæ, Galatiæ & Ciliciæ adversus Montanistas. Labbeus retulit ad A. 256.

236. *Fabiano* Papæ tributæ decretales III.

† Decreta VIII. ex Gratiano 10. dist. 19. *Si quis contristatus.* 18. VI. quæst. 1. *Quicunque sciens.* 26. XXXII. qv. 7. *Neque furiosus.* 3. XXXV. qv. 2. & 3. *De propinquis. Qui propinquam.* 1. XXXV. qv. 6. *Consanguineos.* 16. de Consecr. dist. 2. *Etsi non frequentius.* 1. dist. 78. *Si quis triginta:* quod Gratianus Bonifacio Papæ tribuit, ceteri collectores Fabiano. Decreta duo ex Codice decretorum, XVI. librorum, lib. 5. c. 7. & 9.

† 237. *Romanum* Concilium in quo damnatur *Origenes* à Fabiano Papa, testis Rufinus libro 2. invectiv. in Hieron. *Damnatur Origenes à Demetrio Episcopo, exceptis Palæstinæ, & Arabiæ, & Phœnices atque Achajæ Sacerdotibus: in damnationem ejus consentit urbs Romæ. Ipsa contra hunc cogit Senatum* &c. Hieronymus Epist. 65 ad Pammach. & Oceanum: *Ipse Origenes in Epistola, quam scribit ad Fabianum Romanæ urbis Episcopum, pœnitentiam agit cur talia scripserit* &c. Vide & Eusebium lib. VI. c. 36.

240. *Lambesitanum* Concilium in Africa sub Donato Carthag. Episcopo, ab Episcopis XCIX. adversus *Privatum* hæreticum, teste S. Cypriano Epist. 55. ad Cornelium Papam.

circa A.243. *Bostrenum* in Arabia adversus *Beryllum*, quem Origenes ab errore revocavit. Vide Eusebium VI. 33. Gr. Ex hoc uno Concilio bina facit auctor Synodici supra p. 190. 191.

*circa A.245. *Ephesinum* sive alibi in Asia Proconsulari contra Noëtum, de quo Baluzius ex Epiphanii hæresi 57. tom. 1. p. 479.

circa A.250. Concilium *Achajæ* contra Valesiorum sive Eunuchorum sectam, de qua Baluzius ex auctore Prædestinati lib. 1. c. 37.

† 250. vacante sede, *Romanum* in causa lapsorum, à Romano clero & Episcopis in urbe residentibus. Conferendæ S. Cypriani Epistolæ

2011 Ministerio de Cultura

piſtolæ ad Clerum Rom. Clerique Romani ad Cyprianum & Clerum Carthaginienſem Epiſtolæ.

A.C.251. *S. Cornelio* Papæ tributæ decretales duæ ad omnes fideles & Rufum Epiſcopum.

† Epiſtola Cornelii Papæ ad Fabium Antiochenum, quam recitat Euſebius VI. 43. Alia ad Lupicinum Epiſcopum Viennenſem, quam ex Bibliotheca Floriacenſi deſcripſit Baronius ad A. C. 255. num. 47. Duæ item ad S. Cyprianum, inter cujus Epiſtolas exſtant cum octo Cypriani ad Cornelium Epiſtolis, & una de Cornelio ad Antonianum.

†† *Romanum I.* Concilium ſub Cornelio Papa, cum Epiſcopis LX. quorum decreto ejectum ex Eccleſia Ναβᾶτον, hoc eſt Novatianum, refert Georgius Syncellus. Vide & Euſebium VI. 43. ubi Νόβατον vocat, & Hieronymum de viris illuſtr. c. 66. quamvis ibi, cur Italicam Synodum à Romana diſtInguat, nihil cauſæ appareat. Eſt & apud Gratianum 16. XXII. qv. 5. *Honeſtum etiam videtur:* decretum nomine Cornelii Papæ: ſed ut ibi notatum eſt, verius è Capitular. lib. 1. c. LXIII.

Carthaginenſe I. ſub S. Cypriano, de lapſis & adverſus Feliciſſimum ſchiſmaticum. Vide Epiſtolam Cypriani XL. ad plebem, XLII. ad Cornelium, LII. ad Antoninianum, & LIV. & LV. ad Cornelium Papam.

252. *Romanum II.* ſub Cornelio, cum plurimis Epiſcopis, qui decreta Carthaginienſis Concilii comprobarunt, teſte Cypriano Epiſtola 52. ad Antonianum, & 68. de Baſilide & Martiale.

Carthaginienſe II. ſub Cypriano, cujus Synodica eſt Epiſtola Cypriani 54. ad Cornelium. Actum fuit in hoc Concilio etiam de *Privato* Epiſcopo Lambeſitano, ut ipſe docet Cyprianus epiſtola 55. ad Cornelium Papam, ſcripta ſub anni ſequentis initium. Item de *Feliciſſimo* Diacono, ſchiſmatis Carthaginienſis adverſus Cyprianum auctore, ut fidem facit eadem epiſtola. Denique de *Novatiano*, ut Cyprianus idem docet epiſtola 68. de Marciano Arelatenſi, Novatiani fautore, ſcripta poſt biennium ad Stephanum Papam. Conferre juvabit Annales Cyprianicos Joannis Pearſoni.

253. *Antiochenum* ſub Demetriano contra Novatum, memorat vetus Syno-

2011 Ministerio de Cultura

Synodicon ſupra p. 192. Plura Baluzius ex Euſebii VI. 46. & VII. 8.

A.C. 253. *S. Lucio* Papæ tributa decretalis unica.

† Decreta III. ex Gratiano 19. Diſt. LXXXI. *Miniſtri altaris.* 20. Diſt. LXXXI. *Clericus ſolus.* 21. Diſt. LXXXI. *Sed ſi forte,* quod eſt ex Clementis epiſt. 2. ad Jacobum fratrem Domini.

Concilium *Carthaginienſe III.* de infantibus baptizandis: ſub S. Cypriano cujus epiſtola 69. ad Fidum fratrem huc pertinet.

Carthaginienſe IV. adverſus Baſilidem & Martialem, Hiſpaniæ Epiſcopos libellaticos, ſub S. Cypriano, cujus Synodica, Epiſt. 68. ad Felicem &c.

254. *Carthaginienſe I.* de baptiſmo, ſub Cypriano, cujus epiſtola 70. ad Jovianum (Jubajanum) & alios Epiſcopos Numidas exhibetur cum Græca verſione, qualis eſt apud Zonaram & Balſamonem, g) cum verſione Gentiani Herveti recognita.

255. *S. Stephano* Papæ tributæ decretales duæ.

Carthaginienſe II. de baptiſmo, ſub eodem Cypriano & LXX. Epiſcopis Africæ ac Numidiæ. Exſtat epiſtola Cypriani 72. Synodica ad Stephanum Papam. Meminit etiam hujus Concilii in epiſtola 73. ad Jubajanum.

256. *Carthaginienſe III.* de baptizandis hæreticis, ſub eodem Cypriano ex tribus provinciis Africa Proconſulari, Numidia & Mauritania. Hujus Concilii decreta Epiſcoporum LXXXVII. non Latine modo ex Cypriano (p. 229. ſeq. edit. Oxon.) ſed etiam Græce, perturbato ordine, ut apud Zonaram h) occurrunt, exhibentur. Conferendus etiam MS. Codex Bibl. Cæſareæ, de quo Lambecius VIII. p. 439. ſeq.

Romanum Concilium Stephani Papæ adverſus rebaptizantes, cujus meminit Cyprianus epiſt. 74. ad Pompejum, Euſebius VII. 3. Vincentius Lirinenſis & Synodicon vetus ſupra p. 193. Confer Baluzium p. 19.

*† Libellum, *non debere denuo baptizari qui ſemel in nomine Domini noſtri JEſu CHriſti tincti ſunt*, quem Rigaltius ſine nomine auctoris ex codice Remenſi deſcriptum à SIrmondo, in notis ad Cyprianum vulgavit, Labbeus in ſynopſi notat â Codice Vaticano

g) Tom. I. Synodici magni Beveregiani p. 365.
h) ibid. pag. 368.

2011 Ministerio de Cultura

ticano tribui *Urſino* monacho Afro (de quo Gennadius c. 27. de S. E.) ediditque Tom. 1. Concil. p. 770. ſubjectis pag. 784. Rigaltii notis. Sed Harduinus omiſit.

A. C. 257. *S. Sixto II.* Papæ tributæ duæ decretales epiſtolæ.

†Decreta II. ex Gratiano 15. II. quæſt. 6. *Si quis putaverit*, & 17. III. qv. 6. *Si quis clericus*: quod alii Eleuthero Papæ tribuunt, alii Felici I.

*† *Narbonenſe* in cauſa S. Pauli antiſtitis, incontinentiæ à Diaconis falſo inſimulati, ad hæc tempora refert Labbeus T. 1. p. 825. ex Gregorio Turonenſi lib. 1. Hiſt. c. 30. & auctore vitæ S. Pauli Epiſcopi in parte 2. hiſtoriarum eccleſiæ Gallicanæ, editarum à Franciſco Boſqueto Monſpelienſi Epiſcopo.

Romanum, quo damnatur Noëtus, Sabellius & Valentinus, & quod non ſub Victore ut auctor Synodici veteris c. 20. ſupra p. 191. ſed ſub Sixto II. celebratum Baluzius annotat.

258. *S. Dionyſio* Papæ tributæ decretales epiſtolæ II.

circa A. 260. *Romanum* Concilium in cauſa Dionyſii Alexandrini de Sabellianiſmo accuſati, in hoc concilio abſoluti. Vide S. Athanaſium in epiſtola de ſententia Dionyſii contra Arianos, & in epiſtola de Synodis Arimini & Seleuciæ p. 918. tom. 1. Pariſ. 1627. & S. Baſilium libro de Spiritu ſancto ad Amphilochium capite ult.

circa A. 262. *Concilium in Africa*, in quo ſancitum eſt hæreticos non eſſe rebaptizandos. Teſtis S. Hieronymus in dialogo adverſus Luciferianos: *Conatus eſt*, inquit, *beatus Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena: & idcirco hæreticorum baptiſma reprobans ad Stephanum tunc Romanæ urbis Epiſcopum ſuper hac re Africanam Synodum direxit: ſed conatus ejus fruſtra fuit. Denique illi ipſi Epiſcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo ſtatuerant, ad antiquam conſuetudinem revoluti novum emiſere decretum.*

* *Dionyſii* Alexandrini epiſtola canonica i) ad Baſilidem Pentapolitanum in Libya Epiſc. Græce & Latine cum Herveti verſione recognita.

i) De aliis Epiſtolæ hujus editionibus, quam Balſamo & Zonaras ſcholiis illuſtrarunt, dixi lib. V. c. 1. p. 264.

2011 Ministerio de Cultura

* *S. Gregorii* Thavmaturgi, Archiep. Neocæſarienſis, Canones XI. k) Græce & Latine cum interpretatione ejusdem Herveti.

*† Ejusdem Gregorii expoſitio fidei.

Alexandrina duo Concilia à Dionyſio habita memorat vetus Synodicon ſupra p. 192.

circa A. C. 265. *Antiochenum I.* adverſus Paulum Samoſatenum, de quo Theodoretus lib. 2. de hæreticis fabulis c. 8. Gregorium Neocæſarienſem præfuiſſe Synodo refert Maximus in Collatione cum Theodoſio Epiſcopo Cæſareæ Bithyniæ pag. 161. 162. Adi & Leontium Byz. libro III. contra Neſtorium, T. IV. antiqv. Lect. Henrici Caniſii.

*† 268. *Antiochenum II.* Concilium adverſus Paulum Samoſatenum, cui Concilio interfuit Firmilianus Epiſcopus Cæſareæ in Cappadocia. Vide Euſebium VII. 27. Gr. Ex eo Concilio ſcripta eſt epiſtola ad Paulum Samoſatenum, quam cum verſione Turrianus edidit Rom. 1608. recuſam Græce & Lat. tom. 1. auctarii Ducæani, & in tomo XI. Bibliothecæ Patrum Pariſ. Morellianæ, ſubjuncta epiſtola ſive tractatu Dionyſii Alex. adverſus Samoſatenum, una cum Samoſateni quæſtionibus decem & ad eas reſponſionibus ejusdem Dionyſii. Hæc Labbeus tom. 1. p. 843. Græce & Labbe exhibet, ſed in Reg. & ab Harduino ſunt omiſſa.

270. *Antiochenum III.* in quo Paulus Samoſatenus depoſitus, ex cujus epiſtola ſynodica l) ſcripta à Malchione presbytero plura Euſebius VII. 30. Hiſt. Alia etiam nonnulla Leontius lib. 3. contra Neſtorium, & ex eo Baluzius p. 20. ſeq. Libellus conteſtationis cleri CPol. vel Euſebii Laici in Synodo Epheſina propoſitus A. 429. dicit hanc Synodum celebratam eſſe ante annos 160. Epiſcopos adfuiſſe 180. ait Baſilius monachus in eodem Concilio p. 1335. Meminit & vetus Synodicon c. 27. & Eutychius in Annal. p. 396.

270. *S. Felici* Papæ tributæ epiſtolæ decretales III.

† Fra-

k) de his lib. V. hujus Bibl. c. 1. p. 253. & de expoſitione fidei p. 249. ſeq.

l) In hanc Synodicam conferendæ Matthæi Larroquani animadverſiones in Adverſariorum ſacrorum libro & capite primo.

2011 Ministerio de Cultura

† Fragmentum epistolæ Felicis ad Maximum Episc. & Clericos Alexandriæ, Græce & Latine ex actione 1. Concilii Ephesini & Apologetico S. Cyrilli Alex. pro duodecim capitibus adversus Orientales episcopos.

A.C.275. *S. Eutychiano* Papæ tributæ epistolæ decretales II.

† Decreta VII. apud Gratianum, 91. XI. qv. 3. *Si quis Episcopus.* 3. XX. qvæst. 2. *Statuimus ut si Abbatissa*, (quod potius est ex Concil. Paris. A. 829. lib. 1. c. 43.) 17. XXII. qv. 1. *Prædicandum est*, (quod est è Capitularibus Theodulfi c. 26.) 31. XXIII. qvæst. 8. *Si quis membrorum.* 2. XXVIII. qv. 1. *Si quis gentilis*, (quod est ex Pœnitentiali Theodori). Ibidem 3. *Simili modo*, (ex eodem Pœnitentiali). 7. XXXV. qv. 6. *Episcopus in Synodo.*

† Decretalia III. ex Decreto librorum sexdecim, lib. XIV. cap. 2. 3. & 10.

277. *Mesopotamicum* Concilium contra *Manetis* hæresin habitum sub *Archelao*, Carcharorum Episcopo, memorat Synodicon vetus c. 28. supra p. 193. Vide, si placet, quæ celeberrimus vir Laurentius Zaccagnius ad Acta Archelai cum Manete, quæ Græce & Latine recudi curavi cum aliis aliquot monumentis eodem spectantibus in spicilegio Patrum sæculi III. ad calcem tomi secundi Operum S. Hippolyti Portuensis. Hamb. 1718. fol.

283. *S. Gajo* Papæ tributa epistola decretalis unica ad Felicem Episc.

296. *S. Marcellino* Papæ tributæ decretales II.

303. *Sinuessanum* Concilium in Campania de Marcellini Papæ, quod in persecutione Diocletiani thurificasset, condemnatione. Labbeus & Harduinus exhibent ex collata inter se editione triplici, Crabbi, Surii & Nicolini. Suppositicium esse pugnat Natalis Alex. cui Antonius Pagi contra Baron. & in Propylæo ad Acta Sanctor. Maji Papebrochius, nec non Tillemontius tom. V. memor. p. 613. seq. assentiuntur.

304. *S. Marcello* Papæ tributæ decretales epistolæ II.

† Decretum ex Gratiano 10. XX. qv. 1. *Illud autem statuendum.*

305. Concilium *Cirtense* in Numidia, Secundo Tigisitano præside, ubi

2011 Ministerio de Cultura

Traditores Episcopi omnes tandem absoluti sunt. Exstant Acta apud S. Augustinum III. 26. 27. contra Cresconium. Vide & librum 1. contra Gaudentium c. 27. Librum de unico baptismo c. 17. breviculum collationis diei tertiæ c. 17. Epist. 151. & 162. & librum ad Donatistas post Collat. c. 14. item Optatum lib. 1. Minus bene hanc Synodum Labbeus cum Baronio ad A. 303. retulit. Vide Valesium ad Eusebii VIII. 2. & D. Thomæ Ittigii *de* μακαρίτις diss. de schismate Donatistaram (post appendicem de hæresiarchis) §. 15. seq.

A.C. 306. *Petri* Alexandrini Canones XV. m) ex ejus λόγῳ περὶ μετανοίας, Græce & Latine cum Gentiani Herveti versione recognita.

†† circa A. 308. *Alexandrinum* Concilium sub Petro, in quo Meletius depositus est ἐν ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν Ἐπισκόπων, inquit Athanasius in apologia contra Arianos p. 177. novæ editionis. Meminit etiam Patricius Ararsius apud auctorem veteris Synodici supra p. 195.

Eliberitanum sive *Illiberitanum* XIX. Episcoporum n) æra 362. habitum in Andalusia Hispaniæ provincia, Labbeus ad A. 305. Harduinus post 313. collocat. Si Joannem Morinum o) audimus, longe antiquius est & ante 250. habitum, quoniam post certamina cum Novatianis non ausum fuisset tam dura adversus lapsos decernere. Sunt, qui ultra annum 324. deprimunt, cui annus 362. æræ Hispanicæ respondet: Tillemontius p) contendit pro anno 300. Card. Aguirre pro 303. q) Canones hujus Concilii exstant LXXXI.

† Sed Labbeus XI. præterea capitula addidit, quæ à Gratiano, Ivone & Burchardo ex Concilio Eliberitano citantur, nec in illis 81. se offerunt. Omisit illa Harduinus, quoniam Cardinalis A-

m) Cum Zonaræ & Balsamonis scholiis exstant in Synodico magno Beveregii T. 2. p. 8.

n) In Pithœi Codice numerus XLIII. occurrit. Sed una ibi computantur XXIV. presbyteri, quorum nomina etiam Harduinus cum nominIbus XIX. Episcoporum, qui huic Syuodo interfuisse dicuntur, adstantibus Diaconibus & omni plebe.

o) Lib. IX. de pœnitentiæ sacramento c. 19. Ad Morini objectiones respondere conantur Albaspinæus, Natalis Alexander, Aguirre, &c.

p) T. VII. memor. p. 302. & 714.

q) T. II. Concil. Hispan. diss. 1.

2011 Ministerio de Cultura

Aguirre notat Gratianum & cæteros per errorem ea Eliberitanæ tribuisse, quæ petita erant ex Synodo aliqua Helibernensi, hoc est Hibernensi. Hibernensium Canonum selecta capita in lucem data esse à Dacherio tom. IX. spicilegii, notavi supra pag. 88.

† Ad Eliberitanos Canones, notæ *Garsiæ Loaisæ* & *Binii*.

*† *Gabr. Albaspinæi* r) præclaræ observationes ad eosdem Canones & eruditus ac locuples *Ferdinandi de Mendoza* commentarius ad Clementem VIII. de confirmando Concilio Illiberitano, distributus in libros III. qui prodierat Madrit. 1594. fol.

*† Ejusdem Mendozæ ad Philippum II. Hispaniæ Regem epistola Hispanico idiomate scripta pro defensione & approbatione ejusdem Concilii.

A.C. 309. *S. Eusebio* Papæ suppositæ epistolæ decretales III.

† Decreta III. ex Gratiano 27. XXVII. qvæst. 2. *Desponsatam*, (quod verius est Theodori Cantuariensis). 46. de Consecrat. dist. 1. *Consulto omnium.* 17. de Consecr. dist. 5. *Jejunia in Ecclesia.* Quartum ex Codice quinque librorum, lib. 1. c. 41. *Oportet Episcopum moderatis epulis contentum esse* &c.

311. *S. Melchiadi* sive *Miltiadi* Papæ tributa epistola.

Carthaginiense Conciliabulum LXX. Episcoporum *Donatistarum*, in quo Lucilla fœmina potentissima procurante, absens damnatus est Cæcilianus Carthag. Episcopus tanquam Traditor: & Majorinus in ipsius locum suffectus. De eo vide Optatum lib. 1. & Augustinum in breviculo collationis c. 14. & in epistola 162. & in epistola 162. & in libro ad Donatistas post Collationem c. 3. & in Concilio Cirtensi II. A. 412. p. 1204. A. Tom. 1. Harduin.

† *Constantini* Magni Epistola ad Cæcilianum & alia ad Anulinum, ex Eusebii X. 6. 7.

Anulini Proconsulis Africæ ad Constantinum epistola ex Collat. Carthag.

r) Albaspinæi hominis ex mera (ut ait Mericus Casaubonus ad Optatum p. 33.) quantus erat antiquitate compositi, notæ in omnes Eliberinos, & in varios aliorum quorundam Conciliorum Canones prodierunt cum ejus libris duobus Observationum Ecclesiasticarum Paris. 1623. deinde recusæ Helmstad. 1672. 4. curante B. D. Gebhardo Theodoro Meiero.

2011 Ministerio de Cultura

Carthag. cognitionis III. c. 216. & 220. tom. 1. Harduin. p. 1175.

† Libellus à *Donatiſtis* oblatus Imperatori contra Cæcilianum, ex Auguſtini Epiſt. LXVIII. num. 2.

Circiter menſem Junium Conſtantinus Imp. Cæcilianum & Donatiſtas Romæ jubet adeſſe ad VI. Nonas Octobr. Quod cùm illi facturos ſe promiſiſſent, de ea re Anulinus Imperatorem certiorem facit. Hujus rei mentio in Collatione Carthag. cognitione 3. c. 318. & apud Auguſtinum in breviculo collat. apud Baluz. p. 326. Concil.

A.C. 312. Interciderunt acta *Concilii Carthaginienſis*, in quo Cæcilianus abſolutus eſt, ut videtur: ſive ut Gratus Carthaginienſis ait in Concilio A. 348. *traditio damnata cum rebaptizatione multis Conciliis à patribus noſtris.*

313. *Romanum* Concilium ſub Melchiade, Epiſcoporum XIX. ſexto Nonas Octob. Ibi Cæcilianus abſolvitur, Donatiſtæ damnantur. Acta recitat & res geſtas narrat Optatus libro I. Vide & Auguſtinum Epiſt. 162. & in libro ad Donatiſtas poſt Collation. cap. 23. Et vetus Synodicon cap. 29. ſupra pag. 194.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS II.

314. Excerpta, quæ incerta fide feruntur ex ſynodalibus geſtis *Silveſtri I.* Papæ, & Canones ſive Conſtitutiones viginti, ex duplici editione. Hos Canones pridem rejecit Hincmarus.

Arelatenſe I. Concilium DC. Epiſcoporum in Cæciliani Carthag. & Donatiſtarum cauſa, vide Synodicon vetus c. 30. ſupra pag. 194.

Epiſtola Conſtantini Imp. ad Ælafium (Ablavium) vicarium Africæ. Incipit, *jam quidem antehac.*

Conſtantini ad Chreſtum Epiſcopum Syracuſ. ex Euſebii X. 5. hiſt. cum Sirmondi verſione.

Synodi Arelat. Epiſtola ad Silveſtrum Papam, eique ſubjecti octo Canones.

Canones Arelatenſes XXII. ſub S. Marino Epiſcopo, cum ſubſcriptionibus Epiſcopor.

Con-

2011 Ministerio de Cultura

Conſtantini Epiſtola de Donatiſtarum appellatione à Concilio ad Imp. Incipit: *Æterna & religioſa.* Ex appendice ad Optatum & MS. Codice Pithœi.

*† Notæ Binii, Sirmondi etiam auctiores, Gabr. Albaſpinæi & Frontonis Ducæi.

† Appendicis loco præter epiſtolam Cæciliani ad Felicem ex Baronio ad A. 314. n. 22. & Conſtantini ad Probianum ex Auguſtini Epiſt. 98. & Baronio ad A. 314. n. 14. quæ etiam in Regia Conciliorum edit. leguntur. Labbeus præterea ex appendice Optati adjunxit 1) Epiſtolam Conſtantini ad Epiſcopos partis Donati de cauſa Cæciliani. 2) Ejusd. ad Celſum Vicarium Africæ. 3) Præfectorum Petronii, Anniani & Juliani ad eundem Celſum. 4) Conſtantini ad Epiſcopos per Africam & plebem Eccleſiæ Catholicæ. 5) Ejusd. ad Epiſcopos baſilicam aliam ſibi petentes poſt priorem ab hæreticis occupatam.

*† Geſta quibus conſtat Traditorem Silvanum, a quo ordinatus eſt Majorinus. Ex eadem ad Optatum appendice. Illa non ad A. 306. cum Baronio, ſed ad A. 320. referenda eſſe Labbeus contendit.

*† Purgatio Cæciliani & Felicis Epiſcopi Aptungitani ſive Autumnitani, qui Cæcilianum ordinavit. Geſta hæc coram Æliano Proconſule A. 314. Conſer Baluzii Miſc. tom. 2. p. 81.

A.C. 314. *Ancyrani* in Galatia Concilii Canones XXV. Græce cum Centiani Herveti verſione. Iidem Latine ex interpretatione Dionyſii Exigui, & ex tertia Iſidori Mercatoris, cum ſubſcriptione Epiſcoporum XVIII.

† Capitula duo Ancyrani Concilii ex Decreto ſexdecim librorum, lib. 6. c. 6. & 7.

Neocæſarienſis Concilii Canones XIV. cum Epiſcoporum ſubſcriptionibus & triplici ſimiliter Latina verſione. Utrumque hoc Concilium probavit Leo IV. d. 20. c. de libellis. De utroque etiam vetus Synodicon cap. 31. & 32. ſupra pag. 194. ſeq. Utrumque cum Græcorum ſcholiis, notisque eruditis vulgavit Beveregius in magno Synodico.

320. *Romanum* Concilium præſente Conſtantino cum Epiſcopis LXXV. Judæorum vero Sacerdotibus CCXX, & XII. Scribis,

2011 Ministerio de Cultura

bis, quos Iſſaſchar Pontifex miſit, altercandi gratia *an Lex Judæorum, Legi novæ debeat anteferri*, inquit Theodoricus Vrie in hiſtoria Concilii Conſtantienſis p. 92. Vide & ſcriptum Hadriani Papæ ad Carolum Regem pro Synodo Nicæna ſecunda T. 4. Harduin. p. 797. & Concilium Baſileenſe T. 8. p. 1331.

A.C. 320. a) Labbei, ſed Harduin. 372. *Laodiceni* in Lydia ſive Phrygia Pacatiana, ſub Theodoſio ſive Theodoto Epiſcopo b) habiti, Concilii Canones LX. Græce cum verſione Dionyſii Exigui & Iſidori Mercatoris. Apud Labbeum addita etiam Herveti verſio, notæque Binii & in can. 2. Albaſpinæi. Hujus Concilii Canones etiam ſcholiis Balſamonis, Zonaræ & Alexii Ariſteni explicati exhibentur à Beveregio tom. 1. magni Synodici p. 553. qui & ipſe eruditis eos notis illuſtravit. Exſtant etiam cum commentario Wolfgangi Gundlingii & triplici verſione Dionyſii, Iſidori & Herveti, ſeparatim excuſi Norimbergæ 1674. 8. Vide Acta Eruditorum illius anni p. 415,

† De Primitiva Eccleſia & munificentia Conſtantini, qui tractatus falſo vocatur Melchiadis epiſtola, cum auctor prodat ſe ſcripſiſſe poſt Concilium Chalcedonenſe. Incipit: *Nemo, qui divinas Scripturas legit*; p. 1528. Adde, quæ idem Labbeus p. 1409. ſeq. ex libello de munificentia Conſtantini.

† Edictum ſive *Donatio Conſtantini Magni*, Latine ex Bartholomæi Picernatis de Monte arduo verſione ſive interpolatione ad Julium II. (quam Ortuinus à Graes ſive Gratius, Daventrienſis

a) Labbeus & ante eum Binius Baronium ſecuti, Laodicenum Concilium ante Nicænum collocant. Sed rectius Petrus de Marca III. 3. de Concordia Sacerdotii & Imperii, Tillemontius T. 6. memor. p. 597. Harduinus, Pagius, Beveregius, Caveus aliique longe poſterius faciunt, & poſt annum 360. vel 370. collocant, licet in anno ipſo differunt. Certe in plena Eccleſiæ pace conditos perſpicuum eſt, atque ut jam Harduino animadverſum, in veteribus Collectionibus Canonum Laodicenſes poſt Gangrenſes & Antiochenos collocantur. Poſt Sardicenſe Concilium a Matthæo Blaſtare & aliis antiquis: ab Alexio Ariſteno in ſcholiis ad Can. 6. poſt annum 371. quo Baſilius Magnus in communionem admiſiſſe Valentem Auguſtum ab eruditis plerisque proditur. A Joanne Antiocheno proxime ante CPolitanam Oecumenicam Synodum, Sic etiam à Synodo Trullana, Photio, aliisque.

b) Philoſ. opus VIII. 4.

2011 Ministerio de Cultura

enſis presb. in faſciculo rerum expetendarum & fugiendarum ediderat Coloniæ 1535. fol.) cum Græcis, quæ Labbeus addidit ex Theodoro Balſamone c) ad cap. 1. tit. 8. Nomocanonis Photiani fragmentis. *Donationem Conſtantini*, inquit Harduinus, *tametſi hanc Iſidorus in ſua collectione exhibet, idcirco prætermiſimus, quod eſt prorſus aliena ab hujus operis titulo & inſtituto noſtro. Magna ex parte deſcribitur in Epiſtola 1. Leonis IX. tomo VI. p. 934. 935. 936.* De hac donatione ejusque variis editionibus & ſubleſta fide plura dixi Volum. VI. hujus Bibliothecæ p. 4. ſeq. quibus adde, quod noviſſime ampliſſimus vir & meritiſſimus de bono publico Jo. Chriſtianus Lunigius eam exhibuit in continuatione Spicilegii Eccleſiaſtici p. 153. ſubjunctis usque ad p. 204. aliis aliorum Impp. & Principum diplomatibus, donationes & privilegia Romanæ ſedi aſſerentibus. Confer Jac. Gretſerum de Imperatorum, Regum ac Principum Chriſtianorum in Sedem Apoſtolicam munificentia, Ingolſtad. 1610. 4. Jo. Davidem Kœlerum de donatione Mathildina Pontifici Romano facta, Altdorf. 1715. 4. &c.

A.C. 320. *Romanum* Concilium II. ſub Sylveſtro, quod *generale* Gratianus appellat, Iſidorus Mercator *excerpta ex Synodalibus geſtis S. Silveſtri.* Actio prima hujus Concilii habet Canones decem, ſecunda Canones viginti.

TOMUS II. LABBEI.

321. *Alexandrinum* Concilium, quo damnatus eſt Arius. Epiſtola Synodica Alexandri Alexandrini ad Alexandrum Byz. ex Theodoreti lib. 1. c. 4. cum recognita Chriſtophorſoni verſione.

†† *Alexandrinum* Presbyterorum Alexandriæ & Mareotæ. Habitam ad illos ab Alexandro allocutionem Harduinus exhibet ex Codice Regio 2417. Græce cum Latina verſione pag. 310.

325. NICÆNUM Concilium I. Oecumenicum, poſt præfationem ex Iſidori Collectione, *fidem Nicænam* ſive *Symbolum* & Epiſcoporum,

c) Tom. 1. Bibl. Juris Canonici Juſtellianæ p. 929.

2011 Ministerio de Cultura

porum, qui interfuere, nomina (apud Harduinum ex duplici recenſione, una Labbeana, & altera multum diverſa ex MSS.) *Canones XX.* cum verſione Dionyſii Exigui, Iſidori & Rufini, apud Labbeum etiam recentis ſcriptoris Herveti. Et quinta verſio vetus ex Petri Pithœi enitione apud Harduinum pag. 430. & ſexta p. 1245.

†† Joſephi Ægyptii Presbyteri (circa A. C. 1398.) paraphraſis eorundem Canonum Latine: ex Arabico verſa à Guil. Beveregio, qui eandem in magno Synodico ad tomi prioris calcem Arabice & Latine edidit, Canonesque Nicænos notis nec non Balſamonis, Zonaræ & Alexii Ariſteni ſcholiis Græcis illuſtratos vulgavit Græce & Latine. Oxon. 1672. fol.

Synodo Nicænæ tributa epiſtola ad Silveſtrum Papam cum Silveſtri reſponſione, Latine. Suppoſita utraque, quam Surius primus edidit ex MS. Bibl. Prædicatorum Colon. Baronius ex collectione Creſconiana.

Gelaſii Actorum Concilii Nicæni libri III. Græce & Latine.

Canones pro Nicænis venditati LXXX. ex Arabico converſi Latine, ex Franciſci Turriani S. J. recognitione.

* Canones LXXXIV. ex Arabico verſi ab Abrahamo Ecchellenſi.

* Iisdem SS. Patribus CCCXVIII. Nicææ congregatis tributa decreta & Conſtitutiones XV. de monachis & anachoretis.

* Aliæ variæ XIX. Eccleſiaſticæ Conſtitutiones ſub eorundem SS. Patrum nomine venditatæ, eodem Ecchellenſi interprete.

* Alia ſtatuta XXV. iisdem adſcripta Nicænis Patribus, decerpta ex quatuor Regum ad Conſtantium libris.

* Concilii Nicæni præfatio ex Arabicis Orientalium Codicibus, Ecchellenſi interprete.

†* Abrahami Ecchellenſis, Maronitæ è Libano, diſſertatio de auctoritate Canonum & Conſtitutionum Nicænæ primæ Synodi à ſe ex Arabico Latine verſorum, & in eosdem notæ.

Hiſtoriam Concilii Nicæni, obſervationibus maxime recentiorum ſcriptorum illuſtratam, accurato ſtudio compoſuit Doctor meus ὁ *μαχαρίτης*, *Thomas Ittigius*, cujus Lectionibus A. 1692. cum eam Lipſiæ in patria mea traderet, magno cum fructu

2011 Ministerio de Cultura

fructu intereſſe me memini. Illam poſt B. Viri obitum d) in lucem edidit atque annotationibus auxit V. C. Chriſtianus Ludovici, Lipſiæ 1712. 4. In ea hiſtoria cum notitia inſignis de ſcriptoribus Actorum hujus Concilii, de Symbolo, Canonumque numero & fide exſtet, eam hoc loco additis obſervatis meis lectori repræſentare oportunum duxi.

Non dubitat *Papebrochius* in vita S. Athanaſii c. 2. T. 1. Act. Sanctor. Maji p. 191. quin hic Athanaſius in Libello Synodico, cujus *Socrates* lib. 1. cap. 13. meminit, integram Concilii Nicæni Hiſtoriam expoſuerit, uti de Ariminenſi & Seleucienſi egit ſingulari libro, qui etiamnum extat. Illius vero operis jactura, ipſo judice ſuppleri poſſet, ſi adhuc ſupereſſet *Dalmatii* e) liber de dictis, factis & ſtatutis Patrum Concilii Nicæni, quo in compilanda Concilii Nicæni hiſtoria Gelaſius uſus eſt. Idem Papebrochius ſuſpicatur, hunc Dalmatium cum ſuo Epiſcopo Theona non minus, quam Athanaſius, cum Alexandro ad Concilium Nicænum veniſſe, quod eadem facilitate, qua affirmatur, negari poterit.

Quod Acta Concilii Nicæni etiamnum Conſtantinopoli ſerventur, ex relatione Sacerdotis cujusdam Græci ad Jacobum Goarum facta colligere videtur *Franciſcus Combefiſius* tomo II. Auctarii novi Bibliothecæ Patrum pag. 570. Eundem Theſaurum Alexandriæ latere, non dubitavit *Franciſcus Turrianus*, qui in Præfatione ad Canones Concilii Nicæni, ex Arabica lingua in Latinam converſos, ſcribit Codicem Patriarchæ Alexandrini, ex quo Baptiſta Romanus canones deſcripſit, etiam acta Concilii Nicæni continuiſſe. Nec defuerunt, ut *Baronius* ad A. C. 325. n. 62. teſtatur, qui in Arabia hæc acta extare ſibi perſvaſerunt, quæ etiam apud Armenios reperiri credidit *Gregorius X.* quippe qui, cum Armenios ad Concilium Lugdunenſe invitaret, a Rege, nec non a Catholico, ſeu Archiepiſcopo Armeniorum poſtulavit, ut integra Nicænæ Synodi ſcripta ad ſe mitterent, cujus argumenti litteras etiam ad Hieroſolymitanum Patriarcham & Anteradenſem Epiſcopum direxit, ut refert *Odoricus Raynaldus* tomo XIV. annalium, A. C. 1273. n. 4. Valde autem vereor, ne ſi in prædictis urbibus & regionibus genuina Nicæni Concilii acta inquirantur, pro Junone nubes

d) diem obiit Lipſiæ A. 1710. 14. April.

e) De Dalmatio hoc, quem ex Monacho Epiſcopum ſibi delegerunt Cyziceni, mentio apud Socratem VII. 28. Tripartitam XII, 3. Nicephorum XIV, 29.

2011 Ministerio de Cultura

bes, aut pro thesauro carbones inveniantur. Similiter, quod attinet ad illud Concilii Nicæni exemplar, quod nescio quis Frater Joannes cum Marco Ephesio disputans in Synodo Florentina sessione XX. tom. 9. Harduin. p. 235. solum illibatum ait evasisse à corruptelis Arianorum, proptereaque in patriarchio Romano servari acta integra Græce & Latine, sigillis obsignata & subscriptionibus Patrum Nicænorum. *Næ*, inquit Dallæus, p. 19. libri de usu Patrum, *oportet revera arctissime obseratum & obsignatum fuisse, cujus in re tanti momenti, ne tribus quidem Pontificibus Romanis Zosimo, Bonifacio & Celestino copia facta est - - - quod argumento invicto est, exquisiti istius voluminis sigilla nunquam aperta aut reserata alibi fuisse, nisi in fraterculi illius cerebro* &c.

Sunt qui acta Concilii hodie quidem supersse negant, ea tamen olim in hominum oculis & manibus fuisse minime inficiantur; in quorum numero *Seldenus*, qui in Commentario ad Eutychii Origenes Alexandrinas p. 86. ante multa abhinc secula Nicæni Concilii acta periisse putat; & *Baronius*, qui A. C. 325. n. 62. jam pridem Arianorum malitia f) & temporum injuria hæc acta evanuisse dolet, quæ accuratissime scripta fuisse *Athanasii* testimonio probat, quod in ejusdem libro de Synodis legitur, tomo 1. p. 873. Verum etsi in Latina Athanasii versione actorum à Patribus Nicænis accurate scriptorum mentio injiciatur, in Græco tamen textu de actis nihil legitur, ut notavit *Valesius* in Annotationibus ad libr. 3. Eusebii de vita Constantini cap. 14. quo loco Eusebius tradit, Patres Nicænos, quæ in commune placuerunt, scriptis mandasse & subscriptione sua roborasse. Ex quo Eusebii loco Valesius l. c. & cum ipso *Antonius Pagi* in Critica Baroniana n. 16. edit. vero Paris. num. 23. concludunt, nulla acta præter fidei formulam & Canones & Epistolam Synodicam in Concilio Nicæno literarum monumentis consignata fuisse, quam sententiam ex Athanasii epistola de decretis Synodi Nicænæ confirmant.

Equidem haud desunt, qui præter Symbolum, Canones & epistolam Synodicam, cætera quoque Nicæni Concilii gesta literis exceptа fuisse commemorant, ut autor præfationis ad Codicem Conciliorum Arabicum, apud *Seldenum* in Commentario ad Eutych. p. 78. qui acta & disputationes

f) Persuasum hoc etiam Godfrido Hermantio præf. ad vitam S. Athanasii, Gallice editam Paris. 1671. 4. in cujus libro secundo non indiligenter Concilii Nicæni historiam persequitur, sicut & Tillemontius tom. VI. memoriarum Hist. Eccles. p. 634. seq. edit. Paris. 1704. 4.

2011 Ministerio de Cultura

nes Concilii Nicæni 40. libros occupaſſe ſcribit. Verum autor iſte fidem non magis meretur, quam *Iſidorus Mercator* ſeu *Peccator* in præfatione ad Collectionem Conciliorum a ſe adornatam, in qua dicit, ſe a fratribus quibusdam cognoviſſe, quod Orientales g) teſtentur, ſe vidiſſe Concilium Nicænum habens potiorem quam quatuor Evangeliorum magnitudinem &c. Neque pluris æſtimandum *Poſſevini* teſtimonium, qui in Apparatu tomo 2. pag. 137. narrat, quod Ambroſius Camaldulenſis in Bibliotheca Archiepiſcopatus Ravennatis Concilium Nicænum viderit. Nam in Hodœporico Ambroſii Camaldulenſis p. 50. hoc tantum dicitur, quod fidem Concilii Nicæni, membranis purpureis & aureis literis inſcriptam, h) Ravennæ legerit. Et veteres nonnulli, qui actorum Concilii Nicæni meminerunt, Symbolum vel Canones Concilii Nicæni intelligunt. *Balſamon* autem, cum in explicatione Canonis I. Antiocheni p. 811. ad acta Concilii Nicæni a Canonibus diſtincta provocat, ad epiſtolam ſynodicam reſpexit. Cæterum etſi in ipſo Concilio nulla ferme rerum in eo geſtarum acta confecta fuerint, Euſebius tamen, Athanaſius & alii, qui huic Concilio interfuerunt, præcipua acta hujus Synodi & dictis & ſcriptis retulerunt, unde eorum notitia ad poſteros propagata fuit. Atque hinc nonnulli, longo poſt Concilium Nicænum tempore, ex diverſis variorum auctorum ſcriptis, veris pariter & falſis, qui ſucceſſu temporis, ut fieri ſolet, admiſti ſunt, rumoribus, acta Synodi Nicænæ concinnarunt, & quandoque propriis figmentis auctiora reddiderunt.

Inter primos, qui ex inſtituto acta Concilii Nicæni collegerunt, fuit *Gelaſius Cyzicenus*, i) Cæſareæ in Palæſtina Epiſcopus, qui tres libros elaboravit a Photio in Bibliotheca cap. 15. brevius & 88. 89. diligentius recenſitos. Depromſit autem Gelaſius hanc Hiſtoriam circa A. C. 476. a ſe concinnatam ex Euſebio aliisque ſcriptoribus, & imprimis ex mem-

g) Videntur Orientales iſti non de alio opere loqui, quam de Gelaſii Actis Concilii Nicæni, Photio etiam inſpectis, de quibus infra.

h) Hodie nihil tale Ravennæ reperiri teſtatus eſt Mabillonius tom. I. Muſei Ital. p. 39.

i) De hujus opere dixi Volum. VIII. p. 371. ſeq. Præter Photium meminit hujus Gelaſiani operis Nicetas Choniates lib. V. theſauri O. F. cap. 6. & Johannes Cypariſſiota decad. 3. c. 4. & decad. 10. cap. 2. In MStis quibusdam, Gelaſii nomen non eſt additum: itaque Balforeus ſine nomine auctoris edere voluit, quod ex alio Codice & Photio reſtituit Morellus.

2011 Ministerio de Cultura

branis Joannis Presbyteri & Dalmatii Cyziceni, k) ut ipſe in præfatione teſtatur. Græce & Latine cum notis ſuis hoc Gelaſii opus edidit Pariſiis apud Federicum Morellum 1599. 8. *Robertus Balforeus* Scotus. Poſtea etiam *Commelinus* Heidelbergæ 1604. fol. Gelaſiana iſta Concilii Nicæni acta, cum Balforei verſione ſeparatim ſubjuncta, vulgavit. In qua editione prior Pariſienſis editio neutiquam diſſimulatur. Unde neſcio, quid ſibi velit *Poſſevinus*, cum in Apparatu tomo II. p. 137. Catholicos ſcire cupit, quod Gelaſius ex officina Commeliniana pro re plane nova venditatus & prolatus fuerit. Idem Gelaſii opuſculum *Binius* in poſteriori Conciliorum editione tom. 1. atque edit. Regiæ curatores tom. 2. & *Labbeus* tom. 2. *Harduinus* tom. 1. inſeruerunt, quod & ante Binium cæterosque *Romani Conciliorum generalium editores* A. C. 1608. fecerunt, qui in præfatione ſua l) multorum errorum Gelaſium poſtulant. Verum errores illos tanti momenti non eſſe, judicat *Dorſcheus* in Exercitatione ad diatypoſin Concilii Nicæni p. 85. & ſeq. ubi & multa aliorum de Gelaſio judicia adducit. Tres Codices MSS. Vaticanum, Noalianum & Petri Stellæ laudat Jo. Andreas Boſius in diſſ. ad locum Joſephi de Chriſto p. 42. quem vide etiam p. 53. Cæterum cum in Hiſtoria Concilii Nicæni, quam Gelaſius ſcripſit, non amplius compareant, quæ de baptiſmo Conſtantini Photius apud Gelaſium ſe legiſſe dicit, non levis apud nonnullos oritur ſuſpicio, quod primi editores ſubtracto per fraudem libro III. tantum epiſtolas quasdam Conſtantini, quæ totum librum tertium occupant, ſubſtituerint, ne ſententia eorum, qui Conſtantinum Romæ à Sylveſtro baptizatum dicunt, Gelaſii autoritate premeretur, qua de re videatur *Cave* in Hiſt. Liter. p. 366. & *Voſſius* de Hiſtoricis Græcis lib. 2. c. 21. qui, etſi ſe Gelaſii librum cum notis ſuis & Latina verſione ſoceri ſui Franciſci Junii editurum ibidem pollicitus fuerit, promiſſis tamen ſtare fuit impeditus. Conferantur præterea de Gelaſio *Labbeus* de Scriptoribus Eccleſ. tom. 1. pag. 339. *Natalis Alex.*

k) Verba Gelaſii ſunt: Πάντα τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐναρέτῳ καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα καὶ διατυπωθέντα πάλαι τε καὶ πρόπαλαι ἀναγνὺς, ἔτι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ διάγων εὑρηκὼς ἀντὰ ἐν βίβλῳ ἀρχαιοτάτῃ ἐγγεγραμμένα, ἐν μεμβράναις ἅπαντα ἀπαραλείπτως ἐχούσης, γνησίως μὲν τοῦ θείου καὶ ἀοιδίμου ΔΑΛΜΑΤΙΟΥ, τοῦ Ἀρχιεπισκόπου γνησίου τοῦ ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας τοῦ Κυζικηνῶν λαμπρᾶς μητροπόλεως. De hoc Dalmatio ſupra p. 355.

l) Hanc in edit. Regia & Labbei repetitam, ut alia plurima haud probando conſilio, omiſit Harduinus.

2011 Ministerio de Cultura

Alex. Sec. IV. diſſ. 13. p. 220. ſeq. diſſ. 17. pag. 246. *Joh. Launojus* Part. 8. Epiſtolarum, epiſt. I. pag. 696. & ſeq. ubi & Gelaſium incertæ ætatis ſcriptorem eſſe dicit, & magnam in rebus Eccleſiaſticis ignorantiam ipſi tribuit. Analyſis librorum Gelaſii in recentiore medullæ Patrum Abrahami Sculteti editione occurrit, quæ in priore deſideratur. Idem Sculteus libro 2. Exerc. Evangelic. c. 16. vetuſtiſſimi Codicis actorum Synodi Nicænæ meminit, monſtrati A. 1576. Baroni à Dhona, Viennæ à Joanne Sambuco, in quo viceſimo primo loco ſe ſubſcripſerit: Ἰωάννης Ἐπίσκοπος Ἀθηνῶν, λήγατος ἔ Ἀποστολικῆς θρόνυ τ πρεσβυτέρης Ῥώμης.

Gelaſio jungimus auctorem libri, qui inſcriptus fuit: Πολιτεία τ ἁγίων πατέρων ἡμῶν Μητροφάνυς κὴ Ἀλεξάνδρυ. *Politia Sanctorum Patrum Metrophanis & Alexandri.* Quantum enim ex *Photio* conſtat, qui in Bibliotheca ſua Cod. 256. opus hoc excerpſit, Nicæni inprimis Concilii Hiſtoriam, & quæ Concilium Nicænum præceſſerunt & conſequuta ſunt, auctor ille enarravit; qui etſi ſe Conſtantino Magno coævum aſſerat, longe tamen recentior m) videtur. Plane autem cum hoc auctore, quem Photius excerpſit, convenit auctor actorum à Combefiſio in Auctario novo Bibliothecæ Patrum Part. II. p. 573. Græce & Latine ex Codice Regio & Seguieriano n) vulgatus. Titulus eſt: Τὰ πραχθέντα ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ἐπὶ καθαιρέσει Ἀρείυ. Incipit: Ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει τ Διοκλητιανῦ βασιλείας, Latine ediderat *Lipomannus* tom. VI. p. 119. b. & *Surius* ad 10. Jul. Hoc ſcriptum in Auctario Combefiſii proxime antecedit *Gregorii Cæſarienſis*, in Cappadocia Presbyteri, Oratio in Patres Nicænos, quam cum hactenus Latine tantum ab eodem Lipomanno tomo VI. & Surio in Vitis Sanctorum ad 10. Jul. edita fuiſſet, Combefiſius una cum emendata Lipomanni verſione Græce ex Codice Regiæ in Gallia Bibliothecæ in lucem publicam emiſit. Incipit: Πείθεσθαι τοῖς ἡγεμόσι. In Pentecoſtario p. 321. Græca Eccleſia memoriam Patrum Nicænorum ſolenniter celebrat Dominica ſexta poſt Paſcha, quæ eſt ἡ κυριακὴ τ ἁγίων Πατέρων, ut in Typico Sabæ p. 94. Ægyptii autem 5. Nov. Vide Acta Sanctor. T. 2. Febr. p. 639.

Gelaſii Cyz. tunc adhuc inediti MSto Codice Vaticano uſus *Alphonſus Piſanus*, S. J. Toletanus, de actis Concilii Nicæni quatuor libros conſcripſit

m) Vide hoc probantem Tillemontium tom. 7. memor. r

n) Vide Catalogum Bibl. Coiſlinianæ p. 182.

2011 Ministerio de Cultura

ſcripſit Dillingæ 1572.* & auctius Coloniæ 1581. 1591. 8. editos, eosdem primo Conciliorum Venetiis 1585. vulgatorum tomo inſeruit *Nicolinus*, cujus exemplum *Binius* quoque imitatus eſt. Verum Romani Conciliorum generalium editores, cum Gelaſium exhibeant, hæc Piſani acta omiſerunt, quæ etiam nec in Regia Conciliorum Collectione, nec in Labbeana aut Harduiniana comparent. Docuit autem Piſanus (qui A. 1598. deinde diem obiit) his libris, non quale fuerit Nicænum Concilium, ſed quale ad ſenſum & palatum Jeſuitarum eſſe debuerit, ut judicat *Edmundus Richerius* in Hiſtoria Conciliorum generalium lib. 1. c. 2. theſ. 22. p. 80. Cum quo etiam *Launojus* Part. 8. epiſt. 1. p. 699. & ſeq. conferri poterit, ubi Opus hoc bonis malisque artibus mixtum in lucem prodiiſſe ſcribit. Eodem ſeculo tabulas naufragii Nicæni à *Guilelmo Lindano* collectas, in quibus aurea Sanctorum Canonum & actorum Nicænorum ramenta repræſentari perhibentur, memorat *Poſſevinus* in Apparatu tomo I. p. 707. & tomo II. p. 137. Quales autem ſint iſtæ ſive tabulæ ſive fabulæ, dicere non poſſum, cum ad manus meas hactenus nondum venerint. Italice Hiſtoriam Concilii Nicæni tradidit *Thomas Caccini*, Lucæ 1637. 4. Gallicè *Anonymus* quidam auctor Pariſ. & deinde in Belgio A. 1692. 4. o) reliquorum etiam Conciliorum generalium Hiſtoriam editurus. E noſtris de Concilio Nicæno prolixe egere B. D. *Jo. Georgius Dorſcheus* in Exercitatione ad Diatypoſin p) Concilii Nicæni de S. Cœna, Argentorat. 1681. 4. Cui præmiſit, quæ ad integram Concilii Hiſtoriam pertinent. D. *Jo. Guil. Baierus* in diſſ. Hiſtorico-Theologica de Concilii Nicæni auctoritate atque integritate contra Chriſtophorum Sandium, Jen. 1691. 4. D. *Jo. Fechtius* (reſpondente Adolpho Gideone Bartholdo) in diſſ. de innocentia Concilii Nicæni, contra Godfridum Arnoldum & Obſervationes Hallenſes T. 2. Obſerv. 8. Roſtoch. 1710. 4. Huic jungi poſſunt *Joachimi Camerarii* Hiſtoria Synodi Nicænæ, & ſeorſim Lipſ. 1543. 1552. 1560. 8. & cum Chronologia Nicephori CPol. Baſil. 1561. fol. impreſſa. D. *Balthaſaris Menzeri* diſſertatio de Concilii Ni-

* Perperam in B. Ittigii libro poſtumo excuſum 1512.

o) Acta Erud. 1692. p. 457. Cæterum memoriæ lapſu Rev. Abbas D. Jo. Andreas Schmidius T. 2. Sagittarianæ Introductionis in Hiſt. Eccleſ. pag. 1230. tradit Synodi Nicænæ acta libris IV. edita eſſe Ingolſtadii A. 1576. à *Theodoro Peltano*. Nam Epheſinæ non Nicænæ Synodi acta Peltanus vulgavit. Sed parum humanum fuerit hoc vitio dare Viro præſtantiſſimo, qui tam multa etiam de Conciliis recte & utiliter in ſtudioſorum hominu[illegible] annotavit.

p) Apud Gelaſium[illegible] Hiſt. Concil. Nicæni eſt quinta.

2011 Ministerio de Cultura

Nicæni auctoritate & integritate, ſub D. *Sebaſt. Niemanni* præſidio Jenæ habita, recuſaque Gieſſæ 1652. 4. ſubjungitur *Jo. Jacobi Mülleri*, Theologi poſtea Auguſtani, Exercitatio de Collatione ſive ſyncriſi Concilii Nicæni cum Tridentino, ſub D. *Joh. Conradi Dannhaueri* præſidio Argentorati A. 1661. ventilata.

Symbolum, quod Apoſtolicum vulgo appellatur, à Nicænis Patribus compoſitum fuiſſe, Laurentius Valla ab inquiſitore hæreticæ pravitatis, quid de Symbolo Apoſtol. ſentiret, rogatus, reſpondere non dubitavit, multis rationibus id probaturus, niſi inquiſitor non probandi, ſed abnegandi & revocandi jam tempus eſſe regeſſiſſet, ut ipſe Valla in Calumnia Theologica ſibi intentata pag. antepenultima teſtatur. Et *Eraſmus* in Apologia ad 24. libros Alberti Pii, Carporum Comitis, quæ tom. IX. operum Eraſmi legitur, p. 958. aſſerit, *Vallam* in Antidoto ad Nicolaum V. probabilibus argumentis docuiſſe, quod Symbolum Apoſtolicum in Concilio Nicæno editum fuerit. Verum, ſi Valla putavit, Symbolum, quod Apoſtolicum vulgo appellatur, totidem verbis in Concilio Nicæno editum fuiſſe, ſententia ejus probabilis non eſt. Multo minus probanda eſt *Sandii* ſententia, qui longius progreſſus Symbolum Apoſtolicum in Nicæno Concilio ab Arianis, quemadmodum Nicænum ab Homouſianis in eodem Concilio compoſitum fuiſſe, in Nucleo ſuo p. 167. aſſerit, quæ aſſertio confirmari non poteſt per ea, quæ pag. 52. & 53. de Apoſtolico Symbolo produxit, refutata à B. *Bebelio* Antiquit. Sec. IV. Part. 1. Artic. 4. theſ. 46. p. 879. & theſ. 48. p. 881. cui nonnulla addit *Tentzelius* in Exercit. ſelectis Part. 1. pag. 12. qui etiam pag. 13. varias ſcriptorum de auctore Symboli Nicæni ſententias ita inter ſe conciliat, quod Euſebius, quem Græci, teſte Trapezuntio, Symboli Nicæni auctorem faciunt, prima hujus Symboli fundamenta locaverit; Oſius, quem Ariani apud Athanaſium in Epiſtola ad Solitar. Nicænam fidem edidiſſe aſſerunt, complementum addiderit; Hermogenes autem, quem Baſilius M. Epiſtola 319. Symooli Nicæni auctorem facere videtur, Symbolum ab Oſio conceptum literis conſignaverit. Idem Tentzelius in judiciis eruditorum de Symbolo Athanaſiano pag. 137. ſeq. explodit ſententiam eorum, qui hoc, quod ſub S. Athanaſii fertur nomine Symbolum q) à Patribus Nicænis compoſitum falſo ſibi perſuaſerunt.

q) Jacobus Uſſerius Epiſtola ad Gerh. Voſſium libro de Symbolo Romanæ Eccleſiæ Apoſtolico vetere Oxon. 1660. 4. præmiſſa: *Ad ea quæ de Athanaſiano ſymbolo eruditè*

2011 Ministerio de Cultura

Verba Nicæni Symboli ex arcani disciplina proferre non ausus est *Sozomenus*, ut ipse profitetur lib. 1. cap. 20. Verum ea arcani religio, seu superstitio, alios non tenuit. Referunt enim Symbolum à Nicænis Patribus conditum *Eusebius* in Epistola ad Cæsarienses apud Theodoretum lib. 1, c. 12. & *Socratem* lib. 1. cap. 8. p. 25. & ipse *Socrates* eodem capite paulo ante Eusebii epistolam pag. 22. *Hilarius* de Synodis pag. 242. *Patres Concilii Ephesini* Artic. VI. pag. 671. *Basilius* epist. 78. *Athanasius* in Epistola de fide ad Jovianum, *Leo M.* in Epistola ad Leonem Augustum, quæ est in vulgatis editionibus 97. in Quesneliana 134. *Codex Ecclesiæ Africanæ* Can. 137. *Patres Concilii Ephesini*, Act. 6. *Chalcedonenses*, Actione 2. Ut *Epiphanium* in Ancorato cap. 120. *Rufinum* lib. 1. cap. 6. & alios taceamus. r) Quid statuendum sit de observatione *Baronii* ad ann. 325. num. 2. 3. ex Athanasio notantis, quod Symbolum Nicænum sine diei & Consulum nota editum fuerit, exponit *Dorscheus* in Exercit. de Concil. Nicæno p. 74. qui etiam p. 76. & sequentibus variantes quasdam hujus Symboli lectiones observat. Symbolum autem, quod in libris nostris Symbolicis, & passim alias Nicænum dici solet, non tam Nicænum, quam Nicæno-Constantinopolitanum est, qua de re apud *Vossium* Dissert. III. de Symbolis, thes. 3. & sequentibus, & *Jo. Casp. Suicerum* s) in commentario ad Symbolum Nicæno Constantinopolitanum, edita Trajecti ad Rhen. 1718. 4. pag. 15. seq. plura videantur. Videantur præterea de Symbolo Nicæno *Balth. Bebelius* sec. IV. artic. 4. pag. 881. & in Synopsi posthuma historiæ & doctrinæ Symbolorum p. 6. seq. *Christianus Lupus* in Dissert. de Symbolis Apost.

dite, ut soles, commentatus es, nihil quod adjiciam habeo, nisi quod in Thecaræ *CPolitani Monachi Græcorum hymnorum horologio (à Ravio nostro ex Oriente huc advecto) Symbolum hoc eo, quo post finem hujus diatribæ cernitur interpolatum modo, Nicænæ Synodo adscriptum: & in hymnorum, partim Latino, partim Hibernico sermone scriptorum codice vetustissimo, altero notatum reperi trium Episcoporum opera in eadem Nicæna Synodo illud fuisse compositum* Eusebii, & Dionysii, & nomen tertii, *(sic enim ibi legitur)* nescimus.

r) De Theodoti Ancyrani ἑρμηνείᾳ in Symbolum Nicænum dixi Volum. IX. hujus Bibl. pag. 270.

s) Idem Svicerus in thesauro Ecclesiastico T. 1. pag. 50. laudat doctissimi viri Pauli Caroli, Professoris Theologi in Academia Montalbanensi, expositionem Symboli Nicæni ἀνέκδοτον.

2011 Ministerio de Cultura

Apoſt. & Nicæno, quæ præmittitur Scholiis in Canones Nicænos. Schlichtingio aliisque Antitrinitariis, qui Patres Nicænos myſterium Trinitatis hoc Symbolo profiteri negant, reſpondet D. *Abraham Calovius* in Confeſſione Martyrum & aliorum fidelium theſ. 114. Dan. Zwickero, Chriſtoph. Sandio, Guil. Whiſtono & aliis Arianizantibus, occurrerunt *Georgius Bullus* in defenſione fidei Nicænæ, *Daniel Whitby* aliique, quos laudavi tom. 8. hujus Bibl. p. 312. ſeq.

Fidem Nicænam ſerius in Gallia innotuiſſe, innuit *Hilarius* p. 89. De more recitandi in liturgia Symboli, Orientalium præcipue Eccleſiarum, vide Euſebium Renaudotum tom. 1. Liturgiar. Oriental. p. 221. qui de diverſis Symboli verſionibus Syriacis & Arabicis etiam videndus p. 219.

In actis Concilii Epheſini alia quædam Fidei Confeſſio legitur, quæ in Græco textu editionis Commelinianæ pag. 138. Nicænis Patribus, in Latina autem verſione pag. 387. Antiochenis tribuitur. Unde *Baronius* ad A. C. 272. tom. 2. Annal. pag. 595. num. 16. quem etiam nonnulli noſtratium ſequuntur, iſtam fidei profeſſionem in Concilio Antiocheno adverſus Pauli Samoſateni blaſphemias conditam, & ab Euſebio in Arianorum gratiam ſuppreſſam ſuſpicantur. *Steph. le Moyne* pag. 257. ſimiliter Antiocheno Concilio Symbolum illud tribuit. Verum cum in illa fidei profeſſione Filius Dei Patri ſecundum Deitatem, & hominibus ſecundum carnem homouſius dicatur, Antiocheni vero Patres ab Homouſii vocabulo, ob Pauli Samoſateni cavillationes, abſtinendum cenſuerint, ut *Hilarius* de Synodis pag. 243. *Athanaſius* de Synodis pag. 917. & *Baſilius* epiſt. 300. teſtati ſunt, Nicæno Concilio magis conforme illud Symbolum deprehenditur: ex eo fortaſſe tamen in aliquo poſt Nicænum Concilium conditum, cum ex auctoribus ſupra allegatis conſtet, aliud Symbolum à Patribus Nicænis compoſitum fuiſſe, in quo nihil magis Arianos offendit, quam vox homouſui, qua Patres Nicæni omnes Arianorum argutias elidendas cenſuerunt.

De Canonibus Concilii Nicæni etiam dicendum. Et *Joſephus* quidem *Ægyptius* tres Canonum libros à Nicænis Patribus compoſitos putavit, cujus ſententiam in notis ſuis ad Synod. pag. 210. & in Prolegom. §. 33. perſtringit *Beveregius*, qui tantum unum ex his libris, Canones nempe viginti ex Joſephi hujus paraphraſi complexum Arabice & Latine edidit ad calcem Tomi I. magni Synodici, cum Canones reliquis libris contentos ſpurios eſſe manifeſtum eſſet. Edidit autem ex Codice MS. Arabico Ca-

2011 Ministerio de Cultura

nonum Orientalium, quem vir illuſtris Thomas Roë ex legatione ad Turcarum Imp. redux Bibliothecæ Bodlejanæ legavit, de quo operæ pretium eſt, adire Seldenum lib. 2. de Synedriis cap. 4. p. 118. ſeq. Octoginta Canones Nicænos ex Arabica lingua in Latinam verſos publicarunt *Alphonſus Piſanus* in Hiſtoria Concilii Nicæni, de qua ſupra, & *Franciſcus Turrianus*, ad calcem Conſtitutionum Apoſtolicarum, Latine editarum cum notis Antwerp. 1578. fol. quibus quatuor in ſua verſione addit *Abraham Ecchellenſis*, Pariſ. 1645. 8. qui & plures alias Conſtitutiones, tanquam à Patribus Nicænis definitas, adjungit. Conferatur *Alphonſi Piſani* Hiſtoria Concilii Nicæni, qui etſi in editione Dillingenſi anni 1572. ſeptuaginta * tantum Canones numeret, alioque ordine diſponat, quam in Arabicis codicibus locantur, in ſequenti tamen editione, quam *Dominicus Nicolinus* & *Severinus Binius* in Conciliorum tomis ſequuti ſunt, 80. Canones juxta Arabicum Exemplar diſpoſitos exhibet, quod etiam facit *Turrianus*, ** ex cujus editione & recognitione Canones illos Latine repræſentat *Nicolinus* tom. 1. Concil. p. 573. *Binius* tom. 1. p. 350. *Labbeus* tom. 2. pag. 387. qui

* Septuaginta numerantur in ſuppoſititia Epiſtola Athanaſii ad Marcum Papam, & Marci Papæ reſcripto apud Harduin. tom. 1. p. 554. ſeq.

** Turrianus p. 324. Apologiæ pro Epiſtolis Pontificum, teſtatur filium *Tramezini*, Veneti bibliopolæ apud Senatum Venetum linguarum cum viveret interpretem, Canonem Nicænum 44. Latine vertiſſe ex Arabico libro vetuſtiſſimo Marcelli II. Pontificis, in quo erant omnes Nicæni Canones exceptis 29. quos libri vetuſtas conſumſerat. *Hunc*, inquit, *ego Canonem ab illo Latine translatum in libris meis de dogmaticis characteribus Verbi Dei recitavi. Reperit poſtea pater* Baptiſta Romanus S. J. *Alexandriæ eosdem Canones Nicænos integros Arabice quoque ſcriptos, quos ex libro Patriarchæ Alexandrini idem pater Baptiſta deſcripſit & huc attulit Romam: ſed propter difficultatem, quæ major eſt, ut ille ait, linguæ Arabicæ, qua Alexandrini loquuntur quam Punicæ, qua Africani quamquam aliquot annis apud homines illius linguæ verſatus eſſet, non prius potuit fideliter transferre, quam tantos in ea linguæ progreſſus faceret, quantos jam fecit. Immo, ut fidelius transferret, uſus etiam eſt opera Dni Georgii* Archiepiſcopi Damaſceni, *natione* Maronitæ, *qui adhuc Romæ eſt, & tandem opera* Joannis Senani Alexandrini, *qui eam linguam, ut in ea natus, probe intelligebat.*

De Piſani editione ita Launojus de Sacramento unctionis extremæ pag. 14. *Concilium Nicænum Arabicum, quod Alfonſus Piſanus latinitate donavit,*

2011 Ministerio de Cultura

qui etiam pag. 318. Canones 84. ex Abrahami Ecchellenſis verſione, legentium oculis ſubjicit. Utrosque & illos Turriani & hos Ecchellenſis, habet etiam Harduinus. Verum Canones illos ex Arabico in Latinum ſermonem verſos, licet apud Æthiopes etiam Æthiopice, uti apud Cophtitas Arabice exſtant, teſte Ludolfo III. 4. 30. Hiſt. Æthiop. & non minus à Melchitis quam Jacobitis, Neſtorianis, Armeniis & Maronitis probantur: ſuppoſititios eſſe, non dubitant *Rich. Simon* Hiſt. Critique de la Creance & des Coutumes des Nations du Levant c. 4. pag. 70. ſeq. *Philippus Priorius* diſſ. de litteris Canonicis p. 79. ſeq. & *Tillemontius* tom. 6. memor. pag. 674. *Antonius Pagi* ad A. C. 325. n. 45. probantque *Natalis Alex.* Sec. 4. diſſ. 18.

vit, laudo non, quod credam omnia, quæ in eo reperiuntur, in vero Concilio Nicæno edita eſſe, ſed quod in plerisque repræſentet diſciplinam illius temporis, quo Concilium Nicænum Arabicum, ita ut legitur, comparatum eſt: id autem eveniſſe circa ſeptimum ſæculum mihi videtur.

Hebed Jeſu pag. 52. Catalogi ſcriptorum Oriental. memorat Maratam Epiſcopum Mipharechetenſem, qui Cánones Concilii Nicæni verterit Syriace, & hiſtoriam hujus Concilii eadem lingua tradiderit. Hanc verſionem poſteriorem eſſe verſione S. Jacobi Niſibenſis, qui Concilio interfuit, profitetur in notis Abraham. Ecchellenſis: ſed merito exigua fide digna videntur Rich. Simoni interpolata illa Syrorum & Arabum monumenta. T. 2. Bibl. choiſie p. 301. *Il y auroit bien des choſes à remarquer ſur les Canons des anciens Conciles que les Syriens & les Arabes ont encore aujourdhui pleins d'interpolations, & qui ne peuvent point paſſer pour les veritables Canons de ces Conciles, quoiqu'en diſe Ecchellenſis.*

Joby Ludolfus commentar. ad Hiſt. Æthiop. III. 7. 67. p. 442. *Negari nequit apud Æthiopes exſtare, eadem illa Acta Nicæna, quæ Coptitæ Arabice poſſident, a quibus ex Ægypto in Europam translata & ab Abrah. Ecchellenſi Latine verſa edita fuerunt. Abulbaracatus Arabs deſcribit nobis tria volumina talium Actorum Nicænorum, quorum primum continet XX. Canones, eos videlicet quos etiam in Europa adhuc habemus: ſecundum* LXXXIV. *Canones, inter quos eſt ille ſupra citatus de Primatu Papæ. Ista ergo cum ſequenti volumine tertio, quod continet conſtitutiones Imperatorum, Baronius pro authenticis minime agnoſcit. Operæ pretium tamen foret ea habere, & cum impreſſis exemplaribus antiquitatis cauſſa conferre. Apud Æthiopes certe in auctoritate adhuc eſſe ex eo colligo, quod tam pertinaciter illis inhæreant,* &c.

2011 Ministerio de Cultura

de numero Canonum Nicæn. *Christianus Lupus* ad Canones Synodor. T. 1. p. 110. seq. *Godaldus* * Hist. Eccles. A. 325. pag. 553. tom. 1. *Edmundus Richerius* Hist. Concil. general. lib. 1. c. 2. thes. 22. *Schelstratenus* Antiquitat. Illustr. p. 283. ubi simul eorum sententiam sibi displicere monet, qui Jacobo Nisibitano seu Nisibensi illam Arabicorum Canonum Collectionem tribuunt, qua de re videri etiam poterit *Tentzelius* in Dissertatione de Jacobo Nisibensi Part. 1. Exercit. select. pag. 246. Novissime argumenta Cardinalis de Aguirre pro Canonum horum γνησιότητι confutavit L. Christianus Ludovici in præfat. ad D. Ittigii Ξ μαχαιρίτ8 Historiam Concilii Nicæni.

Non plures porro, quam viginti Canones in Concilio Niçæno conditos fuisse, testantur *Theodoretus* lib. 1. Histor. Eccles. cap. 8. *Gelasius* lib. 2. cap. 31. *Hincmarus Remensis* in Epistola ad Hincmarum Laudunensem T. 2. Opp. p. 462. seq. *Bertholdus* sive *Bernaldus*, qui circa A. 1066. scripsit, Epistola ad Gebehardum p. 261. in scriptoribus à Tegnagelio editis, & alii. Nec plures exhibent versiones antiquæ *Dionysii Exigui* & aliorum, quas inter non tacenda versio *Theilonis* & *Thearisti*, ** quæ subjuncta est Capitulis Concilii Carthaginiensis 6. T. 2. Concil. Labbei p. 1594. & Harduin. T. 1. p. 1245. Ex cujus etiam Africani Concilii Historia patet, neque Cæcilianum Carthaginiensem, qui Concilio Nicæno interfuerat, plures quam 20. in Africam attulisse, neque Cyrillum Alexandrinum & Atticum Constantinopolitanum plures in Africam misisse. Confer Beveregii notas ad Synodicum p. 203. Et quamvis *Rufinus* lib. 1. cap. 6. viginti duos recenseat, diversitas tamen illa ex eo tantum oritur, quod & sextum & octa-

* Godeau, Godeavium alii, sive Godellum appellant.

** *Trilonem* & *Theariſtum* CPol. vocat Turrianus Apologia pro Epistolis Pontificum p. 290. *Filonem* (Philonem) & *Evaristum* duo Codd. MSS. nec non Bertholdus sive Bernaldus presbyter Constantiensis, Epistola ad Gebehardum p. 269. testatus CPolitanam Synodum, de Græco ab iis in Latinum versam. *Eugippium* quoque Canones Conciliorum vertisse ex Cassiodoro de illustribus viris cap. 23. refert, & B. *Isidorus*, inquit, *in Collectario suo de Canonibus, quatuor editiones Nicæni Concilii compaginavit, duas vero vel tres reliquis Orientalibus Conciliis adscripsit. Sed harum editionum illam nos maxime sequimur, quæ cæteris emendatior & Apostolicæ Sedi acceptior videtur, videlicet quam B. Papa* Adrianus *per manum* Karoli Imp. *Occidentalibus direxit Ecclesiis.* De hac supra p. 67.

2011 Ministerio de Cultura

octavum Canonem in duos diviſerit. Cur in Codice veteri Canonum Romanæ Eccleſiæ, quem in Appendice ad Opera Leonis M. *Queſnelius* edidit, Canon 20. omiſſus deprehendatur, inquirit prædictus *Queſnelius* in Diſſert. 12. ad Opera Leonis cap. 5. qui p. 653. ſeq. etiam obſervat præfationem editioni Iſidori Mercatoris præfixam, potius Codici Romanæ Eccleſiæ præmitti debere. Præfationem Canonibus Nicænis præmiſſam in Juſtelli Bibl. Canonica T. 1. pag. 282. ſcriptum eſſe verſibus prima ſtatim docet inſpectio, & monuit Cotelerius tom. 3. monument. Eccleſiæ Græcæ p. 609. Harduin. tom. 1. p. 321.

Index Scriptorum, Epiſcoporum, Hæreticorum, &c.

Qui in GELASII Cyziceni Actis SYNODI NICÆNÆ memorantur.

Aceſius Novatianorum Epiſcopus, lib. II. cap. 29.
Achillas Alexandrinus Epiſc. lib. 2. c. 1. alius presbyter Mareotidis, II. 3.
Agathus presbyter Alex. II. 3. alius Mareotidis, ibid.
Alexander Alexandrinus, lib. 2. c. 1. 2. 11. 33. Concilio Nicæno ſubſcripſit, II. 27. Epiſtola ad Epiſcopos de depoſitione Arii, lib. 2. c. 3.
Alexandri, presbyteri duo Alexandrini, II. 3. tertius Diaconus Mareotidis, id.
Alexander Theſſalonicenſis Epiſc. ſubſcripſit Concilio Nicæno, II. 27. 36.
Alexander presbyter CPol. Arii adverſarius, II. 7. Concilio Nicæno ſubſcripſit, II. 27. 36.
Ammonæ presbyteri duo Mareotidis, II. 3.
Ammonius Diaconus Alex. II. 3. alius Mareotidis, id.
Amphion, Euſebio Nicomedienſi ſucceſſor datus, II. 32.
Amyntianus Diaconus Alex. II. 3.
Aphthonius Diaconus Alex. II. 3.
Apis presbyter Alex. II. 3.
Apollo presb. Mareotidis, II. 3.
Apollonius Diaconus Alex. II. 3.
Ariani, II. 32. &c.
Arii blaſphemiæ, lib. 1. c. 9. lib. 2. c. 2. 11. condemnatio, II. 25.

Ario-

2011 Ministerio de Cultura

Ariomanitæ, *præf. lib. 1.* μίσθωτῶν Ἀρείᾳ τ φιλοσόφων πρὸς τὰς Ἐπισκόπας ἀντιῤῥήσεις, *præf. lib. 1.* & lib. 2. c. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 23.

Athanasius Diaconus Alex. II. 3. archidiaconus, Arii adversarius, II. 7. 11. magnus Athanasius, II. 26.

Boccon presbyter Mareotidis, II. 3.

Cæcilianus Carthag. Episc. subscripsit Concilio Nicæno, II. 27. 36.

Cajus Diaconus Alex. II. 3. alius Mareotidis, id.

Chrestus, Theognio Nicæno successor datus, II. 32.

Colluthus presbyter Alex. lib. 2. c. 3.

Comon Diaconus Mareotidis, II. 3.

Constantini Magni Epistola ad Nicomedienses, incipit: Τ δεσπότην Θεὸν, lib. 1. c. 10. & integra III. 2. Ej. ad Alexandrum Alex. & Arium. Incipit: μανθάνω ἐκεῖθεν ὑπῆρχθαι, II. 4. ad Episcopos & populos. Incip. τὰς πονηρὰς καὶ ἀσεβεῖς. II. 36. ad Alexandrinos adversus Arium, & ad omnes Orthodoxos. Incip. πλείαν ὦ ἀπὸ τῆς θείας προνοίας, id. ad Episcopos, qui Concilio non interfuerunt. Incip. πεῖραν λαβών, id. ad Arium & Arianos, incip. κακὸς ἑρμηνεὺς, III. 1. ad Theodotum (Laodicenum) incip. ὅση τ Θείας ὀργῆς, III. 3. apparens in cœlo crux cum litteris τούτῳ νίκα, lib. 1. c. 4. Orationis ad Episcopos in Concilio Nicæno congregatos mentio, lib. 2. c. 7. dicta Ejus modeste & clementer, II. 8.

Copres presbyter Mareotidis, II. 3.

Cyrus presbyter Alex. II. 3.

Dalmatii Archiepiscopi Cyziceni membranæ antiquæ, in quibus Acta Concilii Nicæni, *præf. lib. 1.*

Demetrius presbyter Mareotidis, II. 3.

Didymi, duo diaconi Mareotidis, II. 3. tertius Mareotidis presbyter, id.

Dionysius presbyter Alex. II. 3.

Dioscorus Alexandrinus presb. lib. 2. c. 3.

Dioscorus, presbyter Mareotidis, II. 3.

Eumenes Diaconus Alex. II. 3.

Eupsychius Tyanensis Episcopus, II. 17.

Eusebius presbyter Alex. II. 3.

Eusebius Nicomediensis Episc. lib. 1. c. 10. cum Ario faciens, II. 7. 12. 26. 32.

Euse-

2011 Ministerio de Cultura

Eusebius Pamphili, Cæsareæ Episc. *præf. libri 1.* μόνος Εὐσέβιος ὁ θαυμάσιος ὁ Παμφίλου ἀτρεπτὶ τῇ λεωφόρῳ τ ἀληθείας ἀπὸ τ Κυρίου παρουσίας ἕως τῶν τ μεγάλου Κωνσταντίνου χρόνων διῴδευεν, *ibid.* πᾶσα ἐν ἐννάτῳ τόμῳ τ ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ὁ πάντα ἄριστος συντέταχεν Εὐσέβιος, lib. 1. c. 9. ὁ φιλαληθέστατος Εὐσέβιος ὁ τ πανευφήμου Παμφίλου, c. 10. ὁ ἀρετὴν ὁ κάλλιστος τ ἐκκλησιαστικῆς γεωργίας, lib. 2. c. 1. Ario non consensisse. ibid. & lib. 2. c. 18. 19. Synodo Nicænæ subscripsit, II. 26. libro tertio de vita Constantini, II. 5. 28. 36. Epistola ejus ἐγκύκλιος & fides, II. 34. Citatur lib. 1. c. 1. 6. 9. 10. lib. 2. c. 1. 36. ἀξιοπιστότατος lib. 2. c. 1.

Eustathius Antiochenus Episcopus, II. 14. 15. 26. subscripsit Concilio Nicæno, II. 27. 36.

Eutychi favens Basilisci aula, *præf. lib. 1.*

Francorum mentio lib. 1. c. 3.

Gelasius (Cæsariensis) citatur lib. 1. c. 7. (versio Græca Hist. Eccles. Rufini.)

Harpocration presb. Alex. II. 3.

Hebræorum libri, lib. 1. c. 4.

Hercules presbyter Mareotidis, II. 3.

Hierax Diaconus Mareotidis, II. 3.

Ingenius presbyter Mareotidis, II. 3.

Joannes presbyter, ἀνὴρ παλαιὸν ἄγαν γραφικὸς ἐν πατρῴοις πάλαισῖς λίαν, hunc in Actis Concilii Nicæni secutum se Gelasius testatur, *præf. libri 1.*

Joannes Persa, ecclesiis in tota Persia & magna India præpositus, subscripsit Concilio Nicæno, II. 27. 36.

Justus Diaconus Mareotidis, II. 3.

Leontius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ, II. 17. 20. 21. 22. 23. Concilio Nicæno subscripsit, II. 27. 36.

Longus presbyter Alex. II. 3.

Macarii, Diaconi duo Alexandrini, II. 3.

Macarius Hierosolymitanus Episcopus, II. 23. subscripsit Concilio Nicæno, II. 27. 36.

Manichæus rejicitur, II. 26.

Marci, Diaconi duo Mareotidis, II. 3.

Marcion rejicitur, II. 26.

2011 Ministerio de Cultura

Maris Chalcedonenſis, faciens cum Ario, II. 7.
Maurus, Diaconus Mareotidis, II. 3.
Meletius Epiſcopus, II. 33.
Menophantus Epheſi Epiſcopus, faciens cum Ario, II. 7.
Narciſſus Neroniadis (quæ deinde Irenopolis) ſecundæ Ciliciæ Epiſc. faciens cum Ario, II. 7.
Nemeſius, presbyter Alex. II. 3.
Nicænum Symbolum, II. 26. & 35. Diatypoſes dogmaticæ & Eccleſiaſticæ, II. 30. Canones viginti, II. 31. Concilii ſubſcriptores, II. 27. Synodica Epiſtola ad Eccleſias Ægypti aliasque, II, 33. Incip. ἐπειδὴ τὸ τοῦ Χριστοῦ χάριτος.
Nunechius, Laodiceæ Epiſcopus, ſubſcripſit Concilio Nicæno, II, 27. 36.
Olympius, diaconus Alex. II, 3.
Oracula, οἱ χρησμολόγοι, Alexandro ſuadentes Granicum tranſire, lib. 1. cap. 4.
Orion, presbyter Mareotidis, II, 3.
Oſius Cordubenſis, ἐπέχων τὸν τόπον τῆς Ρωμαίων Ἐπισκόπου, II, 12. 16. ſubſcripſit Concilio Nicæno, II, 27. 36.
S. Paphnutius, II, 9. 31. 32.
Patrophilus Scythopolis Epiſcopus, faciens cum Ario, II, 7.
Paulus, presbyter Alex. II, 3.
Paulus, Diaconus Alex. II, 3.
Paulus Samoſatenus rejicitur, II, 26.
Petrus Alexandrinus Epiſc. Martyr, lib. 2. c. 1. & 33.
Petrus, diaconus Alex. II, 3.
Phædon Philoſophus, Arium propugnans, II, 14. vide ſupra, Arius.
Photinus rejicitur, II, 26.
Piſtus Marcianopolis Epiſc. Concilio Nicæno ſubſcripſit, II, 27. 36.
Pirous, presbyter Alex. II, 3.
Piſtus, diaconus Alex. II, 3.
Proterius, presbyter Alex. II, 3.
Protogenes Sardicenſis Epiſc. II, 20. Concilio Nicæno ſubſcripſit, II, 27. 36.
Ptolarion, Diaconus Mareotidis, II, 3.
De Pythagora Samio, συντραχθέντα ὑπὸ τῶν ἐκείνου μαθητῶν, lib. 1. c. 4.
Rufinus presbyter interfuiſſe Concilio Nicæno traditur *præf. libri 1.* citatur lib. 1. c. 1. & 7. 10.

Sa-

2011 Ministerio de Cultura

Sabellius rejicitur, II, 26.
Secundus Ptolemaidis Ægypti Episcopus, faciens cum Ario, II, 7.
Serapion, diaconus Mareotidis, II, 3.
Seras, Diaconus Mareotidis, II, 3.
Serenus, presbyter Mareotidis, II, 3.
Silas, presbyter Alex. II, 3.
Silvanus, presbyter Alex. II, 3.
Socratis dæmonium, lib. 1. c. 4.
Soſtras, presbyter Mareotidis, II, 3.
Spyridon Cyprius, II, 10. 11.
Theodoriti Historia Ecclesiastica, II, 32.
Theodorus Heracleæ Thraciæ Episc. faciens cum Ario, II, 7.
Theodotus (Laodicenus) ad quem scribit Constantinus Magnus, III, 3.
Theognius, lib. 1. c. 10.
Theognis Nicænus cum Ario faciens, II, 7. 12. 32.
Theon, presbyter Mareotidis, II, 3.
Theonas Marmaricæ Episcopus, faciens cum Ario, II, 7.
Theonas Cyzici Episcopus Concilio Nicæno subscripsit, II, 27. 36.
Tryphon, diaconus Mareotidis, II, 3.
Tyrannus, presbyter Mareotidis, II, 3.
Valentinus hæreticus rejicitur, II, 26.

De variis Synodis Nicæna, & aliis XXX. temporibus Constantini & successorum habitis, ex veteri Synodico, supra pag. 197. seq.

A.C. 325. *Romani* Concilii tertii, sub Silvestro habiti decreta, quæ Surius edidit ex MS. Bibl. Prædicatorum Colon.

Concilii *Gangrensis* in Paphlagonia, quod à XVII. Episcopis post Nicænum a) & ante Antiochenum anni 349. videtur habitum esse, Epistola & Canones XX. Græce cum versione Dionysii Exigui & Isidori Mercatoris. Labbeus etiam Herveti interpretationem adjunxit. Mentio hujus Concilii in veteri Synodico c. 71. supra p. 218. Canones etiam cum notis, Græcisque Balsamonis, Zonaræ & Alexii Aristeni scholiis

a) Varias eruditorum sententias de ætate hujus Concilii refert D. Jo. Andreas Schmidius T. 2. introductionis Sagittarianæ in Hist. Eccles. p. 1076. seq.

2011 Ministerio de Cultura

apud Beveregium. In hoc Concilium exſtant præter lucubrationem Joh. Kymæi, Homburgenſis in Haſſia Paſtoris, cum præfat. B. D. Lutheri tom. 6. Altenb. pag. 1098. & Jo. Quintini Hedui JCti interpretationem & notas editas Pariſ. 1560. 4. D. Sam. Schelwigii diſſ. Hiſtorico-Theologica, Gedan. 1690. 4. & Wolfgangi Gundlingii annotationes poſtumæ contractæ & recenſitæ à Jo. Fabricio, Altdorf. 1695. 8.

†† A.C. 329. *Antiochena*, ſive (ut ex Philoſtorgio Baluzius p. 26.) *Nicomediensis*, Pſeudo Synodus Arianorum, in qua Euſtathius Antiochenus per fraudem dejectus. Interfuere Synodus Euſebius Nicomedienſis, tum CPol. Epiſcopus, Theognis Nicænus, Euſebius Cæſarienſis, aliique ex Theodoreto lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 20. Philoſtorgio, III, 12. Athanaſio in Epiſtola ad Solitarios & Conſtantino Imp. in literis ad populum Antiochenum, ad Euſebium, ad Synodum, apud ipſum Euſebium III. 60. 61. 62. de vita Conſtantini.

†† circa A. 330. *Alexandrinum* Concilium præſente Oſio Cordubenſi, in quo damnatus eſt Iſchyras & inter Laicos redactus, ut docet libellus Clericorum Mareoticorum, oblatus Synodo Tyriæ, qui infra indicabitur.

†† 333. *Carthaginiense* Concilium ſub Donato Epiſcopo Carthag. cum Epiſcopis CCLXX. Donatiſtis. Ibi per LXXV. dies poſtpoſitis omnibus præteritis limatam eſſe ſententiam atque decretam, ut Traditoribus immenſi criminis reis, ſi baptizari nollent, pro integris communicaretur, ſcripſit Tychonius ita prodente Auguſtino Epiſt. 48. (93, edit. novæ) n. 43.

†† 334. *Cæſarienſis* in Palæſtina Synodus contra Athanaſium coacta, ſed cum is adeſſe ibi noluiſſet, poſt longam moram nihil ibi geſtum eſt. Vide Sozomenum II. 25. Theodoretum I. 28. Hujus Synodi nusquam Athanaſius meminit.

335. *Synodus Tyria*, & ad eum ſpectantes Epiſtolæ Conſtantini M. & aliorum ex Euſebio & Athanaſio, ex quo etiam Mareoticorum Clericorum libellus præfectis oblatus, & alter ad Synodum.

335. Conciliabulum *Hieroſolymitanum*, in quo Arius ſuſceptus eſt. Epiſtola Conſtantini ex Socrate lib. 1. c. 21. Arii & Euzoii libellus fidei ex eodem lib. 1. c. 26. & Sozom. II, 26. Epiſtola

2011 Ministerio de Cultura

ſtola Synodalis ex Athanaſii Apologia ſecunda contra Arianos & libro de Synodis Arimini & Seleuciæ.

Epiſtola (ſuppoſititia) ſub S. Athanaſii nomine & Ægyptiorum Epiſcoporum ad *Marcum* Papam de numero Canonum Nicænorum pro exemplaribus Nicæni Concilii, quia Ariani eorum exemplaria incenderunt. Latine ex Iſidoro Mercatore.

Reſcriptum (ſuppoſititium) Marci Papæ ad Athanaſium & omnes Epiſcopos Ægyptios. Ex eodem Iſidoro.

† 336. De Conciliabulo CPolitano occaſione Marcelli Ancyrani celebrato ab Arianis, de quo Baronius ad A. C. 336. n. 27.

Julii Papæ Epiſtolæ duæ ſuppoſititiæ, Latine.

Epiſtola Orientalium ad Julium Papam, ſuppoſititia.

Epiſtola genuina Julii Papæ b) ad Orientales & altera brevior ad Alexandrinos ex Apologia ſecunda Athanaſii, Græce & Latine, cum Epiſtolis quibusdam Conſtantii ex eadem Apologia.

Decreta ſeptem Julii Papæ ex Gratiano 9. XIV. qu. 3. *Quicunque tempore meſſis.* 12. XXVI. qvæſt. 6. *Si presbyter pœnitentiam:* quod ipſum eſt capitulum 2. ſed breviatum epiſtolæ 2. Cæleſtini Papæ ad Epiſcopos Viennenſ. & Narbon. 15. XXVII. qu. 2. *Si quis deſponſaverit uxorem.* 1. XXIX. qu. 1. *Omnibus nobis.* 7. XXXV. qu. 2. & 3. *Nullum in utroque ſexu.* 7. de Conſecr. Diſt. 2. *Cum omne crimen:* quod eſt ex Concilio Bracenſi IV. c. 1. A. 675. Alia decreta tria ex Ivonis lib. 1. & 6.

A. C. 337. *Romana* Synodus, ex collectione Iſidori Mercatorisque, commentitia judice Tillemontio T. 7. memor. p. 702. ſeq.

340. *Alexandrina*, in cauſa S. Athanaſii. Epiſtola Synodica ex ejusdem Athanaſii Apologia ſecunda.

341. *Antiochenæ* ſynodica epiſtola cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum, & Canones XXV. cum verſione Dionyſii Exigui & Iſidori Mercatoris. Labbeus ex Regia, ut ſolet, etiam recentem Herveti verſionem adjunxit. In Beveregii Pandectis Canonum præter ipſius notas exſtant etiam T. 1. p. 429. ſcholia Græca Zonaræ, Balſamonis & Alexii Ariſteni. Singulari etiam ſtudio hujus Synodi acta illuſtravit & auctoritatem aſſeruit Emanuel Schelſtratenus, Antwerp. 1681. 4. Vide acta erud. 1682. p. 4. ſeq. Journal des Sav. 1681. p. 93. Con-

b) T. 1. Harduin. p. 610. ad A. 342.

2011 Ministerio de Cultura

Concilium Antiochenum unicum ponimus, inquit Harduinus, MSS. collectiones & editiones alias priores secuti; tametsi eodem isto anno geminum Antiochiæ Concilium fuisse celebratum eruditi plerique existimant: alterum, in quo conditi fuerunt Canones XXV. quos *beatorum Patrum sanctiones* Zacharias Papa, *venerabiles Antiochenos & sacros Canones* Nicolaus Papa: *justus regulas Patrum* Concilium Chalcedonense appellat: *in quibus Spiritum sanctum locutum credimus*, inquit Cæsarius Arelatensis: quo in Concilio fuerint Episcopi XXX. *sancti Patres in Antiocheno Concilio residentes*, ut loquitur Concilium Romanum sub Leone. Alterum vel Episcoporum XC, ut Athanasius ponit in libro de Synodis, vel XCVII, ut Hilarius in libro de Synodis, & Sozomenus III. 5. neque ex sola diœcesi Orientis, quæ sola commemoratur in titulo epistolæ synodicæ, sed ex aliis sane multis: cui Concilio præfuerit Flaccillus Episcopus, interfuerint Eusebianæ partis Episcopi, qui Athanasium damnarunt: Eusebius olim Nicomediensis tunc vero CPol. Episcopus, Acacius Cæsariensis è Palæstina, Patrophilus Scythopolitanus, Theodorus Heracleotes è Thracia, Eudoxius Germaniciensis, Gregorius Alex. Dianius Cæsariensis è Cappadocia, Georgius Laodicenus è Syria, Eusebius Emisenus teste Sozomeno lib. 2 c. 19. quorum nomina in subscriptionibus hujus Concilii non apparent: uti neque Maris Chalcedonensis, nec Marcus Arethusius è Syria, quos appellat Socrates II. 18. nec Flaccillus ipse denique Antiochenus, cui inscripta est epistola Julii Papæ, ut & Dianio, Narcisso & cæteris. Et priorem quidem Synodum *Catholicorum* fuisse dici ab Hilario loco cit. & ab Hincmaro T. 2. p. 489.: posteriorem appellari *Arianorum* à Palladio in vita Chrysostomi, aliisque, eruditi viri contendunt.

Formulæ quatuor fidei ex Socratis lib. 2. Hist. c. 10. & 18. & Athanasii libro de Synodis.

342. Concilium *Romanum* Episcoporum amplius quinquaginta, à quibus Athanasius in communionem susceptus est. Apud Labbeum duo feruntur Concilia Romana, in quorum priore

2011 Ministerio de Cultura

† A. 341. Athanasius c) traditur composuisse symbolum, quod Græce & Latine ex duplici editione exhibet p. 599. 603.

A.C. 344. Concilium *Orientalium* Episcoporum Arianorum (Labbeo *Antiochenum II.*) in quo μακρόστιχος formula fidei edita, quæ Græce & Latine exhibetur ex Socrate II. 19. & Athanasio de Synodis. Habetur etiam apud Nicephorum IX. 11.

† Concilium *Mediolanense*, de quo Baronius ad A. C. 344. n. 4. 5. 6. Tillemontius T. 6. memor. p. 760. seq.

346. *Agrippinense*, in quo Euphratas Coloniæ Agrippinæ Episcopus, quod CHristum Deum negaret, hæresis damnatus & exauguratus est. Papebrochius in Actis Sanctor. ad 13. Maji, ubi de Servatio Tungrensi Episcopo, Euphratæ nomen insertum esse putat. Dubiæ fidei aliis esse videtur hoc Concilium. Vide Tillemontium tom. 6. memor. p. 761. seq. Citari putat hoc Concilium Harduinus à Cassiano libro de incarnatione CHristi, c. 2. ubi *maxima Beligarum urbe* pro *Belgarum* legitur. Memoratur etiam a Lupo in vita S. Maximini A. 839. & Harigero Laubiensi sive Lobiensi in Belgio Abbate, qui obiit A. 1107.

EDIT. REGIÆ TOMUS III.

347. Concilii *Sardicensis* in Illyrico, quod pro generali, & Nicæni appendice Labbeus venditat (ne Zosimi scilicet, Sardicenses pro Nicænis d) canonibus laudantis fides desideretur) Canones XXI. Græce cum versione Dionysii Exigui & Isidori Mercatoris, (apud Labbeum etiam recente Herveti) & subscriptione Episcoporum LIX, licet trecentos interfuisse testetur Socrates II. 20. quia decretis synodi plus quam trecentos subscripsisse affirmat Athanasius in Apologia secunda. Scholia Græca Zonaræ, Balsamonis & Alexii Aristeni, notæque Beveregii in magno hujus Synodico videantur.

Epistola Synodica ad Julium Papam, ex Cresconii collectione & Hi-

c) Symbolum ab Athanasio scriptum ad Julium Papam affirmat Manuel Caleca de principiis fidei Catholicæ p. 284. T. 2. auctarii novissimi Combefisiani. Alia de hoc Symbolo ejusque editionibus, vide lib. V. hujus Bibl. cap. 1. p. 314. seq.

d) Confer Tillemontium tom. 8. memoriar. & Quesnellum ad Leonem Magnum.

2011 Ministerio de Cultura

Hilarii fragmentis, Latine cum ſubſcriptione LIX. Epiſcoporum.

Alia ad Eccleſiam Alexandrinam Græce & Lat. ex Athanaſii Apologia ſecunda.

Tertia ad omnes Epiſcopos, quam Græce habet idem Athanaſius tom. 1. edit. novæ p. 162. & cum appendice Theodoretus II. 8. hiſt. Latine Hilarius in fragmentis, ipſum ut ſuſpicatur Labbeus Synodi autographum repræſentans. Alia verſio in Tripartita IV. 24.

Conciliabuli *Arianorum* apud *Sardicam* (vel ut Socrates II. 20. *Philippopolim* in Thracia) Decretum quod miſerunt in Africam, cum ſubſcriptione Epiſcoporum LXXIII. ex Hilarii fragmentis.

Mediolanenſe contra Arianos & Photinum, in quo Urſacius & Valens porrecto libello hæreſin ejurarunt. Vide Labbeum p. 721. & 729. ſeq. Harduin. p. 683. Tillemontium tom. 6. memor. p. 765.

†† *Hadrumetinum* (in Africa) hoc anno Harduinus commemorat cum aliis conciliis Provincialibus, quorum mentio fit in concilio Carthag. anni 348.

Latopolitani (in Ægypto) meminit vita S. Pachomii in actis Sanctorum 14. Maji. Sed illius nullam rationem habuere Conciliorum editores.

348. *Donatiſtarum* conciliabulum, ex quo legati ſunt Epiſcopi decem ad Macarium.

Carthaginienſis ſub S. Grato Concilii canones XIV. apud Labbeum p. 713. & ex Holſtenii emendatione p. 1821. Emendatius etiam apud Harduin. p. 683. & cum ſcholiis Schelſtrateni in ejus Eccleſia Africana, Antwerp. 1680. 4. diſſ. 3. c. 3.

Concilii *Hieroſolymitani*, quo Athanaſius reſtitutus eſt, Epiſtola Synodica ex hujus Apologia ſecunda & Sozomeno III. 22.

†† 349. *Romanum* quo Valens & Urſatius in communionem recepti, ex Hilarii fragmentis obſervavit Petrus de Marca ex epiſtola Oſii Cordubenſis ad Conſtantium Imp. Vide Baluzium p. 27. Harduin. p. 690.

Libel-

2011 Ministerio de Cultura

Libellus pœnitentiæ Valentis & Urſacii, Græce & Lat. ex Athanaſii Apologia 2. & epiſt. ad ſolitar. & ex Hilario.

†† *Donatiſtarum* Conciliabulum incerti loci, quo mandatum eſt ut corpora ſuorum qui in Macariana (ut ajebant) perſecutione obierant, per agros & vias ſepelirentur aris menſisve exſtructis, quoniam in baſilicis ſepeliri non ſinebant Catholici. Teſtis Optatus libro 3. c. 4. *In loco Octavenſi* &c.

†† A.C. 350. *Alexandriæ* redux Athanaſius, varia Epiſcoporum Ægypti Concilia celebravit teſte Socrate II. 26. Gr.

†† *Romanum* Concilium in quo Photinus damnatus eſt, colligi videtur ex Hilarii fragmentis p. 27. *Cum de Photino* (ſic enim legendum) *decretum ab Occidentalibus eſt, & ad Orientales relatum.* Vide & p. 25. ubi hæreſin Photini à Romanis damnatam prodit.

Etiam *Sirmienſe* hoc tempore contra Photinum habitum ex eodem Hilario obſervat Petavius apud Labbem p. 731. licet per factionem populi deponi tunc non potuit, quod factum demum A. 357.

† *Vaſenſe* (Vaſione ſive Vaſatis in Gallia Narbonenſi) Ex Binio tres ejus canones ponit Regia & Labbei editio. Omittunt Sirmondus & Harduinus, *Vide infra ad A. 442.*

circa A. 351. (Harduin. 358.) *Melitinenſis* in Armenia Synodi ex Sozom. IV. 25. meminit Baluzius p. 29. In illo depoſitum Euſtathium Sebaſtenum, poſtquam in CPolitano (A. 357.) hæreticis conſenſiſſet, ſcribit Baſilius epiſt. 74. ad Occidentales.

352. *Liberii* Papæ Epiſtolæ decretales duæ ſuppoſititiæ.

Athanaſii & Ægyptiorum Epiſcoporum ad Liberium de Arianorum oppreſſione epiſtola, ſimiliter commentitia, Latine ex Iſidori Mercatoris collectione.

† Liberii Epiſtolæ XIII. ex Baronio ad A. 353. n. 19. & A. 354. n. 2. A. 357. n. 44. 45. & ex actis Euſebii Vercellenſis nec non ex fragmentis Hilarii atque Athanaſio T. 1. p. 396. & Socrate IV. 12.

Athanaſii reſcriptum ad Liberium ex T. 1. Athanaſ. p. 244.

† Decreta Liberii tria ex codice vetuſto XVI. librorum, lib. 13. c. 9. 10 & 12.

† *Romanum* Arianorum Conciliabulum de quo Baron. ad A. 352. n. 11.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 353. *Arelatenſe* Arianorum, in quo Paulinus Trevirenſis depoſitus eſt quod in Athanaſii damnationem ſubſcribere nollet.

355. Concilium *Mediolanenſe* Arianorum, quo pulſi in exilium Liberius Papa, Euſebius Vercellenſis, Lucifer Caralitanus, Dionyſius Mediolanenſis &c. Vide Synodicon vetus ſupra p. 209. Ex actis hujus Concilii ſola ſupereſt Epiſtola Synodica ad Euſebium Vercellenſem, cum aliis quibusdam ad eum epiſtolis & Euſebii ad Conſtantium, quas in lucem protulit Baronius ad A. 355. Hiſtoricam narrationem ex vetuſto Codice refert Ughellus T. 4. Italiæ ſacræ, & emendatam ex Codice Colbertino Baluzius p. 29. ſeq. Pars Actorum in Conſiſtorio habitorum apud Conſtantium Imp. ſive Colloquium Liberii Papæ, Co nſtantii & Epicteti Epiſcopi eſt apud Theodoretum II. 14. Hiſt. Confer etiam Matthæi Larroquani diſſ. de Liberio, editam Genevæ A. 1670. 8.

†† *Antiochenum* in quo ordinatus eſt Georgius Alexandriæ Epiſcopus. Hujus Concilii mentio apud Sozomenum IV. 7. vid. Baluzium p. 32. ſeq.

356, S. Athanaſii Epiſtola Encyclica ad omnes orthodoxos ad hunc annum pertinet, ſic ut & ejusdem Encyclica ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ poſt ingreſſum Georgii, quæ & oratio prima adverſus Arianos, ſed male inſcribitur. Denique Oſii Epiſtola ad Conſtantium, quæ eſt apud Athanaſium ad ſolitariam vitam agentes p. 838.

357. *Biterrenſe* Arianorum, quo S. Hilarius Pictav. in exilium actus.

†† *Antiochenum* de quo Sozom. IV. 12. vide Baluz. p. 34.

Sirmienſe plenarium, in quo damnatus Photinus. e) Exemplum fidei

e) Ut ſuppleam & emendem, quæ de Photini damnatione notavi Volum. VIII. p. 315. Reprobatus eſt primum in Synodo ſecunda Antiochena A. 345. ab Euſebianis. *Athanaſ. de Synodis & Socrates lib. I. c. 19. Synodicon Pappi c. 43.* Deinde à Catholicis in Concilio Sardicenſi A. 347. niſi Sardicenſem cum Sirmienſi Synodo confuderunt *Epiphanius LXXI. 1. & Sulpicius Severus II. 36.* Tertio damnatus in Synodo Mediolanenſi, itidem à Catholicis A. 347. *Hilarius in fragm. Liberius Papa & Epiſcopi Catholici in Synodo Ariminenſi; & Epiſtola Valentis & Ursacii ad Julium Pontificem Rom.* Quarto A. 349. in Synodo Romana. *Hilarius in fragm.* Quinto, eodem anno in Synodo Sirmienſi depoſitus ab Epiſcopis Catholicis Occidentalibus, licet ob exiſtimationem favoremque populi removeri non potuit. *Idem Hilarius.* Sex-

2011 Ministerio de Cultura

fidei Sirmii ab Orientalibus contra Photinum conſcriptæ una cum 27. anathematiſmis: Latine apud Hilarium de Synodis, Græce apud Athanaſ. de Synodis p. 900. & Socratem II. 30.

EXEMPLUM blasphemiæ apud Sirmium per Oſium Cordubenſem & Potamium Ulyſſiponnenſem EPISCOPUM conſcriptæ, Latine & Græce apud laudatos auctores. Conferenda D. Jo. Georgii Dorſchei Collatio ad Concilium Sirmienſe, Argentorat. 1650. 4.

*† Dionyſii Petavii S. I. diſſertatio de Photino hæretico ejusque damnatione in quinque Synodis facta, exhibetur à Labbeo p. 729. EADEM ſæpius prodiit ad calcem rationarii temporum Petaviani, & cum Sirmondi diatriba duplici Sirmitana Petavio oppoſita exſtat quoque Tom. IV. Operum Sirmondi Pariſ. 1696. fol. adjunctum habens ejusdem Petavii elenchum adverſus Sirmondum. Conſulendus idem Petavius notis ad EPIPHAN. p. 307. ſeq. Petri de Marca diſſ. 10. ECCLESIAST. de tempore Synodi Sirmienſis plenariæ, ad calcem operis de Concordia Sacerdotii & Imperii: MATTHÆI Larroquani diſſ. de Photino, Genev. 1670. 8. EJUSDEM Conſiderations ſervant de réponſe à ce que MR. David a ecrit contre la diſſ. ſur Photin. à Rouen 1671. 4. D. Thomas Ittigius diſſ. de Photino, in appendice ad diſſ. de hæreſiarchis, Lipſ. 1696. 4. &c.

358. *Ancyranum* Semiarianorum ſub Baſilio Ancyrano, definitiones Orientalium ex Hilarii lib. de Synodis, Epiphanio hæreſi 73. & Sozomeno IV. 13. qui Epiſtolam Georgii Laodicenſis adverſus Eudoxium & Aëtium in hac Synodo lectam refert. Vide Baluzium.

Sexto in Concilio Mediolanenſi A. 355. Septimo in altera Synodo Sirmienſi A. 357. iterum depoſitus ab Orientalibus Epiſcopis, atque à Baſilio Ancyrano convictus & relegatus eſt. *Hilar. Epiphan. Socrates II. 29. 30. Sozom. IV. 6. Philaſtr. c. 65. Synodicon Pappi c. 50. Sirmienſem Synodum ante Mediolanenſem habitam commemorans.* Octavo, pulſum à Valentiniano (qui A. 364. cœpit imperitare) Photinum ſcribit *Hieronymus c. 107. de Script. Eccleſ.* nempe iterata vice, poſtquam â Juliano A. 362. revocatus ab exilio fuerat. *Vide Tillemontium T. VI. memor. p. 354.* Denique in multis poſterioribus Synodis damnatus inter alios hæreticos, ut Romana ſub Damaſo, CPolitana I, Oecumenica, aliisque.

2011 Ministerio de Cultura

Romanum, quo Felix Papa Conſtantium damnavit. Vide Baluzium p. 34. ex Anſelmo Havelbergenſi III. 21. dialog. T. 13. ſpicilegii Dacheriani.

A.C.359. Conventus *Sirmienſis*, in quo edita à Marco Arethuſio fidei formula, qua οὐσίας vocabulum rejicitur. Græce exſtat apud Athanaſium de Synodis, & Socratem II. 37. Nicephorum quoque IX. 39, Latine primum ſcriptum putat Socrates. Occurrit etiam Latine in Tripartita V. 20. Vide Labbeum p. 788. Harduin. p. 710.

Eodem anno Arianos Epiſcopos Sirmii conveniſſe Sozomenus teſtatur.

Synodus in *Gallia*, quæ formulam Sirmienſem per Oſium & Potamium conſcriptam, teſte Hilario damnavit.

Ariminenſe in Italia contra Arii blaſphemias ex Hilarii fragmentis & Athanaſio de Synodis, nec non Hieron. contra Lucifer ianos. Vide Baluzium pag. 54. ſeq. Epiſtolæ Concilii ad Conſtantium Imp. & Conſtantii ad Concilium apud eosdem Hilarium & Athanaſ. nec non apud Socratem II. 37. Sozomen. IV. 18. Theodoret. II. 19. & in Tripartita V. 22.

Ariminenſe Conciliabulum Arianorum, & ad *Nicen* ſive *Nicæam* Thraciæ, atque ſi auctori veteris Synodici credimus, etiam ad Nicæam Bithyniæ (confer Baluz. p. 58.) ubi reſciderunt, quæ in priore Ariminenſi Synodo ſanxerant Catholici. Hic totus pæne orbis Arianum ſe miratus ingemuit, ut ait Hieronymus contra Luciferianos. Vide Hilarii fragmenta & Theodoretum II. 16. Hiſt. ubi fidei formula.

Seleucienſe in Iſauria, Semiarianorum, in quo damnati Aëtiani qui & Acaciani. Vide Athanaſium de Synodis, Socratem II. 39. 40. Sozomenum IV. 22. Tripartitam V. 34. Epiphanium hæreſi 73. ubi Acacii Confeſſio in hac Synodo rejecta, cum ſubſcriptione Epiſcoporum XLIII. eam approbantium. Conſulendus Baluzius p. 60. ſeq.

Politanum Arianorum, in quo Semiariani ab Acacianis damnantur. Vide Sozomenum IV. 24. Epiſtola Synodica ad Georgium

2011 Ministerio de Cultura

gium Alex. contra Aëtium ipſius Diaconum, apud Theodoretum II. 24. Confer iterum Baluzium p. 70.

Achaicum adverſus Aëtianos ex auctore Prædeſtinati idem Baluzius memorat.

A.C. 360. Harduin. (Labbeo 362.) *Pariſienſe*, in quo formula fidei ab Arianis ſuppreſſo uſiæ nomine condita & Arimini ſuſcepta, damnata eſt, Saturninusque Arelatenſis ab Eccleſia ejectus. Vide Hilarium in fragm.

Antiochenum, in quo Meletius conſtitutus eſt Epiſcopus Antiochiæ. Vide Theodoretum lib. 2. c. 31. Hiſt.

Conciliabulum *Antiochenum*, quo ab Arianis Meletius Epiſcopus Antiochenus ſede deponitur, evehitur Euzojus. Vide Athanaſium libro de Synodis p. 906. Socratem II. 45. Sozomenum IV. 29.

362. *Alexandrina* Synodus, de Divinitate Spiritus S. de Meletianis Antiochiæ, de vocabulo hypoſtaſeos, de Incarnatione contra Apollinarium, de ſolo Nicæno ſymbolo retinendo. Vide Synodicum in Athanaſii epiſt. ad Antiochen. T. 1. p. 574. ſeq. & quæ ex vita Euſebii Vercellenſis, Baluzius p. 74.

†† *CPolitana* ad deponendum Macedonium Eudoxiumque ei ſurrogandum, & Encænia Eccleſiæ celebranda. Fuit Epiſcoporum LXXII. quorum nomina vide in Chronico Paſchali ſive Alexandrino p. 294. edit. Cangii.

363. *Alexandrina II.* cujus Synodica ad Jovianum Imp. de fide, exſtat apud Athanaſ. tom. 1. p. 245. & Theodoretum IV. 3. Hiſt. Latine in Triparrita VII. 3.

Antiochena ſub Meletio, cujus Synodicam ad Jovianum Imp. in qua Conſubſtantialis vox explicatur, confirmaturque Nicæna fides, habent Socrates III. 25. Sozomenus VI. 4. & Tripartita VII. 4.

†† *Teveſtinum* in Numidia Conciliabulum Donatiſtarum, de quo Optatus lib. 2. ibi de immunitate Donatiſtarum conqueſtum fuiſſe Primoſum, Epiſcopum Catholicum refert.

365. *Lampſacenum* in Helleſponto Semiarianorum, de quo conſulendi Socrates IV. 4. & Sozom. VI. 7. qui Catholicam eſſe Synodum putat. Adde vetus Synodicon c. 67.

2011 Ministerio de Cultura

Illyricianum, de quo vetus Synodicon cap. 69. à Baronio, Binio & Labbeo ad A. 365. refertur, ſed ab Harduino ad A. 374. quia epiſtolam ejus Synodicam Theodoretus IV. 8. hiſt. & Tripartita VII. 10. poſt ordinationem S. Ambroſii, h. e. poſt A. 373. collocant. Apud eosdem exſtat edictum Impp. Valentiniani & Valentis ad Epiſcopos Aſiæ & Phrygiæ. Epiſtola vero Epiſcoporum Italiæ Illyricis de fide Nicæna ſuſcepta gratulantium, in Hilarii fragmentis.

A. C. 366. *Romanum* Concilium, in quo reſipiſcentes Macedoniani libellum fidei ſuæ Liberio Papæ obtulerunt, Nicænam fidem & conſubſtantialitatem ſimpliciter profeſſi. Exſtat ille cum Liberii ad Macedonianos reſipiſcentes Synodica apud Socratem IV. 12. & Latine in Tripartita IV. 12. Ejusdem Liberii epiſtolam adverſus hæreſin de Spiritu S. rurſus exortam Sozomenus memorat VI. 22. eaque Orientis eccleſias deinceps acquieviſſe, atque ita controverſiæ finem impoſitum teſtatur.

Epiſtola Epiſcoporum Italiæ, qui Arimini ab Arianis A. 359. geſta reſcindunt. Ex Hilario in fragm.

Siculum Concilium, de quo Socrates IV. 12. Sozom. VI. 12.

Tyanenſe, cui interfuit Gregorius, S. Gregorii Nazianzeni Pater. Vide Sozomen. VI. 12. At epiſtola S. Baſilii LXVIII. τῇ βουλῇ Τυανῶν, non eſt ad hunc aliumve conventum Eccleſiaſticum, ſed ad ſenatum ſive ad curiam Tyanenſem, quæ eſt in numis antiquis ΒΟΥΛΗ, ut Harduinus annotavit.

367. Conciliabulum Arianorum in urbe *Antiochena Cariæ*, ex Sozomen. VI. 12.

Singidunenſe in Mœſia, Arianorum, qui Semiarianos ad Ariminenſem & CPolitanam formulam amplectendam hortantur. Synodica epiſtola Valentis, Urſacii & aliorum ad Germinium Epiſcopum Sirmienſem, cum Germinii reſponſo, ex Hilarii fragmentis.

S. Athanaſio & Ægyptiis Epiſcopis in *Alexandrina* Synodo congregatis ſuppoſita epiſtola ad Felicem II. Papam de infeſtationibus Arianorum, Latine ex Iſidoro Mercatore.

Felicis II. Papæ ſuppoſitæ decretales duæ ſcriptæ nomine Romanæ Synodi. Ex eodem Iſidoro.

2011 Ministerio de Cultura

Damaſo Papæ ſuppoſitæ epiſtolæ:

(1) ad Aurelium Carthag. incipit: *Scripta Sanctitatis tuæ*, cum Aurelii ad Damaſum commentitia epiſtola.

(2) ad Hieronymum, incipit: *Dum multa corpora librorum*, cum Pſeudo-Hieronymi reſcripto.

(3) ad Stephanum Archiep. & Concilia Africæ: *Lectis fraternitatis veſtræ literis*; cum epiſtola Stephano ſuppoſita ad Damaſum.

(4) ad Proſperum Numidiæ & alios Epiſcopos orthodoxos de Chorepiſcopis: *Licet fratres chariſſimi.*

(5) ad Epiſcopos Italiæ, *Optaveram dilectiſſimi.* Addi his poteſt

(6) ad Hieron. cui Acta Pontificum mittere ſe profitetur. Vide acta ſanctorum April. tom. 1. pag. 4. & Propylæum Maji p. 58. ſq.

Genuinæ S. Damaſi epiſtolæ: (7) ad Hieron. *Dormientem te longo jam tempore.*

(8) ad eundem Hieron. *Commentaria cum legerem.*

(9) ad Epiſcopos Illyrici: *Etſi nobis pro certo perſuaſum eſt.* De hac infra ad A. 370.

(10) ad Epiſcopos Orientis adverſus Apollinarem & Timotheum, f) *Quod veſtra charitas.*

(11) ad Paulinum Theſſalonicenſem Epiſcopum. *Quoniam poſt Concilium Nicænum.*

(12) ad Paulinum Epiſc. Antiochenum. g) *Per ipſum filium meum Vitalem.*

(13) ad fratres in Illyrico conſtitutos. *Credimus ſanctam fidem.*

(14) ad Acholium, Eurydicum, &c. *Decurſis literis dilectionis veſtræ.*

(15) ad eundem Acholium. *Ad meritum filii mei Ruſtici.*

Hæ epiſtolæ (præter 6. 14. & 15.) exſtant inter S. Damaſi opera è Bibl. Barberina à Martio Mileſio Sarazanio edita nitide & illuſtrata Rom. 1638. 4. Pariſ. 1672. 8. Primus 14. & 15. edidit Holſtenius in collectione Romana poſtuma Rom. 1662. 8.

tom. I.

f) Græce apud Theodoretum V. 10. Latine etiam in Tripartita IX. 15.

g) Holſten. collect. Romana tom. 1. p. 180. Etiam Græce exſtat notanté p. 760. Harduino, in Codice MS. Regis Gall. 2951. fol. 196. & Latine in conflictu Arnobii cum Serapione.

2011 Ministerio de Cultura

tom. 1. p. 37. 42. quæ Sarazanii editioni additæ sunt in Bibl. Patrum edit. Lugd. tom. 27. p. 80.

† *Decreta* Damasi quinque ex Gratiano 2. II. qv. 3. *Calumniator*; & *Si quis Episcopum.* 15. X. qv. 1. *Hanc consuetudinem.* 25. qv. 1. *Violatores.* & ex decreto Ivonis libro 1. *Quoniam quidam Metropolitanorum.*

De quinque Synodis *Romanis* sub Damaso habitis, vetus Synodicon c. 65. 66. 70. & 72. supra p. 216. seq.

Anathematismi h) adversus Apollinaris, Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii & Photini hæreses, apud Theodoritum V. 11. Augustinum serm. 29. de tempore, Tripartitam IX. 16. Confer Quesnellum diss. 14. ad Leonem M. p. 725. & Lambecium VIII. p. 446. Harduinus p. 801. illos refert ad A. 379.

†† A.C. 367. *Romanum* Concilium, cujus mentio in vita S. Eusebii presb. Romani, edita à Baluzio tom. 2. Miscellan. p. 142. *Mortuo autem Liberio levatur Damasus, qui voce publica damnavit Liberium, facta Synodo cum Episcopis XXVIII. & presbyteris XXV.* Scriptam esse hanc vitam ab aliquo Luciferiano, ex ipso initio apparere ait Harduinus, quod est hujusmodi: *Eodem tempore, quo Liberius de exsilio revocatus fuerat à Constantio Augusto hæretico, in eodem tantum dogmate, ut non rebaptizarent populum, sed una communione contaminarent plebem.*

†† *Romanum*, in quo Damasus invidiose accusatus & incriminatus de adulterio, facta synodo purgatus est à XLIV. Episcopis, qui etiam damnaverunt Concordium & Callistum, accusatores ejus, & projecerunt de Ecclesia, ut habet liber Pontificalis. In eadem synodo Paternianos sive Venustianos damnatos esse suspicatur Baluzius pag. 76. Concil. de quibus auctor Prædestinati.

369. Judicium LXX. i) Episcoporum de Chronopio quodam exantistite memorat lex XX. Cod. Theodos. *Quorum appellationes.* Vide Baluz. p. 75.

†† A.C.

h) Subjuncti Epistolæ ad Paulinum Thessalonicensem, quæ est undecima inter eas, quas supra memoravi.

i) Eadem cum nona inter Epistolas Damasi supra memoratas.

2011 Ministerio de Cultura

A. C. 370. Damasi k) Epistola in synodo *Romana* 93. Episcoporum ex rescripto Imperiali ad audiendam causam Auxentii exponendamque fidem congregatorum ad Episcopos Illyrici, de Concilio Ariminensi. Latine edidit Holstenius tom. 1. Collect. Romanæ p. 165. Græce apud Sozom. VI. 26. Theodoritum II. 22. Nicephorum XI. 31. Incipit apud Isidorum Mercatorem: *Credimus sanctam fidem vestram*; & in Holstenii collectione: *Confidimus quidem sanctitatem vestram*; Græce vero, πιστεύομεν τὴν ἁγίαν πίστιν.

circa A. 372. Fragmentum ex Concilio *Romano* sub Damaso Papa de explanatione fidei. Holsten. tom. 1. p. 178. Labbe p. 894. Harduin. p. 775.

Antiochenæ synodi subscriptiones, ex eodem Holstenio apud Harduin. p. 776.

†† Epistola synodica ad Episcopos Italiæ & Galliæ, inter S. Basilii epistolas 69. cum Jacobi Mycræi versione apud Baluz. p. 78.

†† *Cyzicenum* Concilium, cujus meminit Basilius M. epist. 82. ad Patrophilum p. 914. *Fidei*, inquit, *ibi editæ alia quidem ignoro, tantum audio quod tacito consubstantiali*, τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον *circumferunt; Et præterea blasphemias contra Spiritum Sanctum cum Eunomio conscribunt.*

De *Laodiceni* Concilii Canonibus, quod ad A. 372. refert Harduinus, dictum supra ad A. 320.

† *S. Athanasii* Alex. A. 373. defuncti Epistolæ Canonicæ, quas cum scholiis Zonaræ & Balsamonis, Græce & Latine exhibet Beveregius Tomo II. magni Synodici p. 36. seq. ut supra p. 55. notavi. Cum Jo. Cultorii versione recognita exhibet Labbeus p. 1704. seq.

† *S. Basilii* Epistolæ Canonicæ apud eundem pag. 1716 — 1776. cum versione Herveti. De aliis earum editionibus dixi Vol. VIII. p. 83. Scholiastis Græcis, quos ibidem commemoravi, addendus Justinus Decadion, cujus ecthesin Canonum Basilii laudat Nic. Comnenus Papadopoli p. 400. prænot. Mystagog.

k) Hic videtur esse tomus Occidentalium, cujus mentio in Canone V. CPolitano. Vide Caveum ad hunc Canonem & Valesii ad Theodoret. V. 3. & 9.

2011 Ministerio de Cultura

De Synodo *Illyriciana*, quam ad A. 374. Harduinus collocat, dictum ad A. 365.

A. C. 374. *Valentinum* in Gallia Concilium sub Fœgadio sive Phœbadio, ex Sirmondi editione.

377. De *Antiocheno*, cui Gregorius Nyssenus interfuisse se scribit, in causa Antiocheni sive Meletiani Schismatis. Vide Labbeum p. 908. ex Baronio.

†† S. Amphilochii *Iconiensis* Episcopi Synodica de Divinitate Spiritus S. contra Macedonianos, ex Cotelerio T. 2. monument. Ecclesiæ Græcæ p. 99. Baluz. p. 82.

††380. *Mediolanense*, de quo ex S. Ambrosii epistola 64. Baluzius p. 86.

Cæsaraugustanum XII. Episcoporum, cujus VIII. Canones, quos Labbeus p. 1009. Harduinus dat p. 805. Priscillanistis oppositos notant Garsias Loaisa & Cardinalis de Aguirre.

381. CPOLITANUM Oecumenicum 150. Episcoporum, cujus acta jam Photii ætate videntur intercidisse, tantum exstat allocutio ad Theodosium M. Imp. & Canones VII. a) atque expositio fidei cum subscriptionibus Episcoporum, nec non apud Theodoretum V. 9. & in Tripartita IX. 14. Epistola Synodica.

Canones cum Dionysii Exigui & Isidori Mercatoris versione exhibentur: apud Labbeum etiam cum Herveti. Harduinus Latinam versionem paraphraseos Arabicæ Josephi Ægyptii addidit ex Beveregii versione, qui hanc Arabice & Latine vulgavit in magno Synodico, Canonesque ipsos Græce & Latine cum notis, & Zonaræ, Balsamonis & Alexii Aristeni scholiis. Etiam erudita sunt, quæ ad hos Canones notavit præclarus Caveus, ne dicam de Cabassutio, Christiano Lupo, &c.

† *S. Nazianceni* Oratio XXXII. συνταχτήριος sive Valedictoria in Concilio CPol. habita, cum Jac. Billii versione.

Timothei Alexandrini responsa Canonica Gr. L. apud Harduin. p. 1191. & Labbeum p. 1972.

Aquilejense contra Palladium & Secundianum hæreticos Arianos, & Attalum presb. Hujus Concilii acta post S. Ambrosii epist. VIII. ad Syagrium T. 2. edit. Benedictin. p. 786. seq. & in Vigilio

a) Pro tribus solum pugnat Sam. Basnage ad A. 381. n. 12.

2011 Ministerio de Cultura

gilio Tapsensi Petri Francisci Chifletii p. 485. seq. habentur. Chifletius acta illa à Vigilio conficta disputat, parum certis ductus argumentis, ut docet Godfridus Hermantius III. 3. vitæ Ambrosii. Mentio hujus Concilii in veteri Synodico cap. 74. supra pag. 219.

* Epistolæ V. Conciliorum *Aquilejensis*, *Romani* atque *Italici* alterius forsan ab *Aquilejensi*, ad Gratianum, Valentinianum & Theodosium Impp. editæ à Sirmondo A. 1631. in appendice Codicis Theodosiani, & recusæ tom. 1. Operum Sirmondi p. 741. seq.

A. C. 383. De *CPolitana* Synodo, Socrates V. 10. & Sozomenus lib. VII.
†† c. 12. In ea libellum fidei obtulit etiam Eunomius Theodosio Imperatori. Hunc libellum Valesius edidit in notis ad Socratem pag. 61. Baluzius p. 89. Concil. & Jac. Basnage in nova editione Lectionum antiquarum Canisii T. 1. pag. 178. Dedi etiam tom. VIII. hujus Bibl. p. 253. Confutavit Greg. Nyssenus libro secundo in Eunomium.

†† De Synodo *Sidensi*, Sidæ in Pamphilia sub Amphilochio contra Massalianos meminit Photius cod. 52. At Theodoretus libro IV. hist. c. 10. extinctos eos significat à Letoio primum Melitinensi, in ipsis Valentiniani Magni primordiis: postea ab Amphilochio Iconiensi, denique à Flaviano Antiocheno. Hunc de illis pronunciasse A. 383. ponit codex idem Photianus notante Harduino.

Nemausensis Concilii, tempore B. Martini Turonensis habiti, mentio apud Severum Sulpitium Dialog. 2. c. 15. sed anno plane incerto, rebus quoque ibi gestis penitus obscuris. Ante annum certe 384. Nam post eum annum, licet per sedecim annos, *nullam Synodum adiit*, *ab omnibus Episcoporum conventibus se removit*, inquit idem Sulpicius dialogo 3. cap. 15. ubi etiam memorat synodum *Trevirensem* coram Martino habitam illo anno 384. in quo Ithacius absolvitur, Treverorum Episcopus Felix ordinatur. *Harduin.*

385. *Siricii* Papæ Epistolæ V. prima ad Himerium Tarraconensnm ex collectione Dionysii Exigui & Isidori Mercatoris. Secunda, tertia & quarta ex Isidori collectione. Secundam ad Mediolanen-

2011 Ministerio de Cultura

lanenſem Eccleſiam de damnatione Joviniani in Synodo Romana A. 390. cum S. Ambroſii reſponſione habes etiam inter Ambroſii opera tom. 2. edit. Benedictinor. p. 963. Quartam ad Afros, cui Canones *Telenſis* ſive *Zellenſis* Concilii (A. 418.)ſubjiciuntur,ſuppoſititiam eſſe probantBlondellus p.550. Pſeudo-Iſidori & Paſchaſius Queſnellus diſſ. 15. ad Leonem M. p. 744. ſeq. Quintam ad Anyſium Theſſalonicenſem & cæteros Illyrici Epiſcopos de Bonoſo Epiſcopo Sardicenſi, qua *Capuenſis* ſynodi A. 389. celebratæ judicium refert, ſub Siricii nomine edidit Holſtenius tom. 1. collectionis Romanæ pag. 189. Alii Codices adſcribunt Damaſo. Incipit: *Accepi literas veſtras de Bonoſo Epiſcopo.* Vide tom. 2. Ambroſ. pag. 1008. & Jo. Launoji lib. 1. epiſt. 7. Edidit & aliam brevem Siricii ad Anyſium Epiſtolam Holſtenius tom. 1. pag. 43. ſeq. quæ incipit: *Etiam dudum, frater cariſſime.* Labbeus etiam duas Maximi Imp. Epiſtolas addidit, unam ad Siricium, alteram ad Valentinianum Imp.

De *Burdigalenſi* Concilio adverſus Priſcillianiſtas, ex Sulpicio Severo lib. 2. Hiſt. & Proſpero in Chron.

circa A.C. 388. *Toletani* ſub Siricio Papa celebrati mentio in Toletano primo tom. 1. Harduini p. 994.

389. *Antiocheni* meminit Sozomenus VII. 15. Illo prohibitum ne Marcelli Apameni Epiſcopi necem ab idololatris ei illatam filii ejus vindicarent, quippe quam pro CHriſto obiiſſe ipſe gauderet.

De *Capuana* ſynodo contra Bonoſum Sardicenſem Siricius in epiſtola quinta ad Anyſium, de qua ſupra ad A. 385. Actum ibi etiam eſt de cauſa Flaviani Antiocheni, de qua S. Ambroſius epiſt. 78. ad Theophilum Alex. Denique in ea ſynodo rebaptizationes iteratasque ordinationes & Epiſcoporum translationes vetitas fuiſſe, teſtatur Codex Eccleſiæ Africanæ can. 48. ubi plenaria ſynodus appellatur. Conferendus Jo. Launojus lib. 1. epiſt. 7.

Carthaginienſis Concilii meminere Genethlius, Epigonius & Numidius. In eo videtur præviſum fuiſſe, quid tractandum eſſet in Concilio plenario, intimatumque cæteris provinciis, ut legatos mitterent.

A.C.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 390. *Romanum*, in quo damnatus Jovinianus, in Siricii epistola 2. de qua supra ad A. 385.

Mediolanense, cujus Synodica epistola S. Ambrosii ad Siricium.

CODEX *Ecclesiæ Africanæ*, Græce & Latine, de cujus aliis editionibus, nec non de conciliis, quorum Canones complectitur, dictum supra p. 41. seq. Hincmaro tom. 2. p. 518. *breviarium Africæ provinciæ Canonum, sedi Apostolicæ missum & ab eadem sede corroboratum.* Singularem in hoc Codice recensendo industriam adhibuit Harduinus.

Carthaginiense Concilium II. sub Genethlio, ex Episcopis diversarum provinciarum Canones XIII. Labbe p. 1159. & ex Holstenii editione integriores p. 1827.

392. Novatianorum Conciliabulum *Angari* in Bithynia, in quo Sabbatius presbyter ex Judæo Christianus damnatur, quod Pascha Judæorum more celebraret: conditusque ibi de ea re Canon dicitur, quem ἀδιάφορον appellabant. Vide Socratem lib. V. c. 21. Gr.

393. *Carthaginiense* Maximianistarum ex Episcopis XLIII. de quo videndus Augustinus lib. IV. contra Cresconium cap. 7. & in Psal. 36. Conc. 2. Donatistis in Maximianistas & Primianistas divisis, ad Primianum illi iterum ac tertio legatos, sed frustra, mittunt pacis conciliandæ causa.

Cabarsussitanum a) 7. Kal. Jul. ubi Maximianistæ absentem Primianum, alterius partis Donatisticæ Episcopum Carthaginiensem damnarunt. Acta recitat Augustinus loco citato, & Episcopos singulatim omnes appellat, additque ibi fuisse omnes numero LIII. quamvis libro IV. contra Cresconium c. 6. centum & amplius fuisse affirmet, & in Synodico Concilii Zertensis (pag. 2004. T. 1. Harduin.) *plus minus centum.* Immo in ipsa postea expositione Psalmi ipse dicit *centum vel quot*: quoniam fortassis habuerunt isti veluti Cardinales Episcopi suum quisque Collegam, in aliquo pago residentem. *Harduin.* Confer Baluzium p. 94. seq.

Hipponense Africanum plenarium sub Aurelio primum.

b) Labbeo p. 1153. *Cavernense* apud Cavernas Susis, loco Carthagini propinquo.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 394. *Bagajense* in Africa VIII. Kal. Maji, Episcoporum CCCX. Donatisticæ partis Primianistarum, quæ Maximianistas damnavit. Acta recitat Augustinus lib. 3. contra Cresconium c. 53. & lib. 4. c. 10. 16. & aliis locis plurimis. Vide Baluz. p. 98.

Carthaginiense, sub Aurelio secundum, de quo Codex Ecclesiæ Africanæ p. 881. Harduin.

Hadrumetinum, de quo ibid. & apud Labbeum p. 1153.

De Agapio & Bagadio Episcopatum Bostrensem sibi vindicantibus decretum synodi CPolitanæ sub Nectario, Græce servatum à Balsamone, additaque Latina versio Herveti. Cum alia versione exstat in Freheri Jure Græco Romano p. 247.

Hipponense, cujus Canones in Concilio Carthag. A. 397. retractantur. Vide Harduin. p. 955.

† *Gregorii Nysseni* Epistola Canonica ad Letoium, Melitines Episcopum, Græce & Lat. apud Labbeum p. 1776. & in Nysseni Opp. c] atque cum Zonaræ & Balsamonis scholiis in Beveregii Synodico.

circa A. 395. *Hipponense* provinciale, cujus canon servatus à Ferrando cap. 34.

395. *Taurinense* Concilii synodica ad universos Episcopos Galliarum, Canones VIII.

397. *Carthaginiense* tertii capitula 50. ex collectione Isidori Mercatoris.

Editio alia ejusdem Concilii, quam Ferrandus secutus ex synodica Concilii *Byzaceni*, ubi etiam professio fidei Nicænæ.

Tertia editio eorundem capitulorum ex MS. Monasterii S. Bavónis, Gandavi. Concilii Hipponensis abbreviationes factæ in Concilio Carthaginiensi III.

† Capitula quinque ex Concilio aliquo Carthag. vel Africano ex Gratiano 1. qv. 1. *placuit ut unusquisque*, 10. qv. 2. *de precariis, quæ à.* 2. qv. 2. *si quis Episcopum.* Nec non ex Codice sedecim librorum lib. 2. c. 30. & lib. 15. c. 4.

Anastasio Papæ suppositæ decretales epistolæ duæ ex Isidoro Mercatore.

† Anastasii Epistola ad Joannem Hierosol. Episc. edita inter S. Hieronymi opera, qui ejus meminit apologia 3. in Rufin.

A. C.

c] Vide Volum. VIII. hujus Bibl. p. 150.

2011 Ministerio de Cultura

A. C. 398. Concilii *Carthaginienſis* quarti Canones CV. Poſtremum de contemtoribus Eccleſiæ, quem non habet Labbeus, Harduinus addidit è Baluzio, qui ex MS. Eccleſiæ Urgellenſis primus vulgavit p. 99.

399. *Alexandrinum*, ſub Theophilo adverſus Origenem, de quo Socrates VI. 7. & Hieron. Epiſt. 78. ad Pammach. & Marcellum. Fragmenta epiſtolæ ſynodicæ ex epiſtola Juſtiniani ad Menam CPol. poſt Concilium V. generale obvia, exhibet Baluz.

†† *Cyprium* adverſus *Origenem*. Scripſit Theophilus poſt Concilium Alexandrinum ad Epiphanium Epiſtolam, quæ Latine apud Hieronymum eſt LXVII. & ſic incipit: *Dominus qui locutus eſt ad Prophetam*; emendatior edita à Baluzio ex Codice Colbertino. In hac mentio Synodi ſuperioris Alexandrinæ ſub Theophilo. Denique hujus Concilii Cyprii meminere Socrates VI. 9. & 10. Sozomenus VIII. 14.

Carthaginienſe quintum ſub Aurelio, Canon unicus in Codice Canonum Eccleſ. Africanæ apud Harduin. p. 894.

400. *Conſtantinopolitanum* & aliud poſtea *Epheſinum*, in cauſa Antonini Epiſcopi Epheſini, variorum criminum poſtulati. Res ibi geſtæ narrantur à Palladio in Dialogo de vita S. Chryſoſtomi, & à Sozomeno VIII. 6. Vide Baluzium p. 103. ſeq.

Toletanum I. æra 438. Canones XX. cum ſubſcriptione XIX. Epiſcoporum, ſubjuncta regula fidei cum XVIII. anathematiſmis (quam ad Toletanum II. alii referunt) & exemplaribus profeſſionum Epiſcoporum Symphoſii & Dictinii, Presbyterique Comaſii contra ſectam *Priſcilliani*, quas Baluzius pro ſuppoſitis habet.

† Fragmenta ſub titulo Conciliorum Toletanorum vel corrupte vel falſo citata, apud Gratianum, Burchardum, Ivonem, &c. collecta à Garſia Loaiſa.

Romanum, quod *transmarinum* appellatur in Codice Africano can. 68. p. 902. D. Inde Epiſtolæ *Anaſtaſii* Papæ, quæ commemorantur ibidem pag. 899. D. Aliud ſimul *Mediolani* habitum fuiſſe, haud male colligitur ex p. 895. A. *Harduin.*

401. *Carthaginienſe IV.* ſub Aurelio, quod citatur à Bonifacio Carthag. A. 525.

2011 Ministerio de Cultura

A. 525. In Codice Canonum Eccleſiæ Africanæ à LVII. cum præf. ad LXV.

Carthaginienſe plenarium eodem anno, cujus Capitula ſive Canones exſtant XV. apud Harduin. p. 986. Poſt Canonem ultimum annotatur ſubſcripſiſſe Epiſcopos LXII.

Theophili Alex. προσφώνησις ſive edictum, ὑπομνηστικὸν canones 10. & de Catharis ἀφήγησις, & ad Agathonem & Menam Epiſcopos epiſtolia duo, Gr. L. apud Labbeum pag. 1797. Harduin. p. 1196.

EDIT. REGIÆ TOMUS IV.

A.C.402. *Innocentii I.* Epiſtolæ XXVII. in quibus ſunt reſcripta ad Concilium (A. 416.) Carthaginienſe, ad Milevitanum, ad quinque Epiſcopos, & ad Aurelium Carthaginienſem.

† S. Chryſoſtomi duæ ad Innocentium, Innocentii ad Chryſoſt. (ex Sozomeno VIII. 27. Niceph. XIII. 32.) ad clerum & populum CPol. (ex Sozom. VIII. 26. & Niceph. l. c.) ad Arcadium Imp. (ex Niceph. XIII. 34.) Arcadii ad Innocentium cum Innocentii brevi reſponſo (ex Glycæ Annal.) Gr. & L.

† Innocentii ad Theophilum Alex. Sacra Honorii Imp. ad Arcadium. Latine.

† Honorii ad Arcadium, Arcadii ad Innocentium, Gr. & Lat.

† Innocentii ad Johannem Hieroſol. Hieronymum, & Aurelium epiſtolæ III. Latine.

Canones XVI. ſynodi *Romanorum* ad Gallos Epiſcopos & epiſtola ſynodi, eodem Innocentio, ut ſuſpicatur Sirmondus, auctore.

Milevitanum I. Concilium plenarium, ſub Aurelio ſeptimum. Pertinent ad hoc poſt præfationem, quæ habetur p. 907. E. Canones Codicis Eccleſiæ Africanæ 86. - - 90.

403. Synodus *ad Quercum*, Chalcedonis ſuburbium, XXXIII. Epiſcoporum, adverſus S. Joannem Chryſoſtomum & Heraclidem Epheſinum ab eo ordinatum Epiſcopum, ex Photii Bibl. Cod. 59. Confer, quæ ex Palladio in vita Chryſoſtomi, epiſtola Chryſoſtomi ad Cyriacum, Socrate VI. 15. Sozomeno VIII. 17. Theodoreto V. 35. Baluzius p. 105. ſeq. De eadem Synodo & *CPolitana* non diu poſt pro Chryſoſtomo habita, Synodicon vetus ſupra p. 222. ſeq. ubi male Conſtanti-

2011 Ministerio de Cultura

ſtantinopolitana vocatur, in titulo capitis 79. quæ ad Quercum dicenda erat.

Carthagine Africanum plenarium, ſub Aurelio octavum. Pertinent ad hoc Concilium ea, quæ habentur in Codice Eccleſiæ Africanæ à p. 911. C. ad p. 915. C. Vide præterea Collationem Carthag. p. 1169. B. Harduin.

A.C. 404. *Carthaginienſe*, ſub Aurelio nonum, in Codice Eccleſ. Afr. à p. 915. C. ad 918. E.

405. *Carthaginienſe*, ſub Aurelio decimum, ibid. à p. 918. E. ad 919. B. 7.

407. *Carthaginienſe* plenarium, ſub Aurelio undecimum, ibid. à p. 919. B. 8. ad 926. B. 4.

Toletana Synodus, ad quam exſtat Innocentii Papæ Epiſtola pag. 1019.

408. *Carthaginienſe*, ſub Aurelio duodecimum. Vide Codicem Eccleſiæ Afr. p. 926. B. 5. Ejusdem Concilii ſeſſio altera, ibid. B. 10.

409. *Carthaginienſe XIII.* ſub Aurelio, in Codice Eccleſiæ Africanæ Canon CVII.

410. *Carthaginienſe XIV.* ſub Aurelio, id. p. 926. D.

411. Synodus *Ptolemaidenſis*, in qua *Syneſius* coacto presbyterio Andronicum Beronicenſem, Pentapolitanæ provinciæ præfectum, qui edicta ſua foribus Eccleſiæ affixerat, excommunicavit, lata ſententia, quam ad omnes Epiſcopos miſit. Ea eſt epiſtola Syneſii LVIII. Quid poſtea ſit conſecutum, docet idem epiſtola LXXII. & LXXXIX.

411. Geſta *collationis Carthaginienſis* per tres dies factæ Junii 1. 3. & 8. inter Epiſcopos Catholicos CCLXXXVI. & Donatiſtas CCLXXIX. quæ primus edidit ex Franciſci Balduini (qui hiſtoriam hujus collationis cum Optato, & prius ſeparatim Pariſ. vulgarat A. 1566. 8.) Codice ad Angelum Vergerium Græcum hominem ſed Latine doctiſſimum perlato Papyrius Maſſonus Pariſ. 1589. 8. Eundem Codicem nactus Petrus Pithœus emendatius edidit A. 1596. 8. apud Commelin. Inde repræſentarunt Binius, Regia, Labbeus. Denique Pithœi Codex (toto orbe unicus) pervenit in Bibliothecam Colbertinam, itaque Baluzius de novo eum conferens multa

2011 Ministerio de Cultura

emendavit, novamque geſtorum ἔκδοσιν dedit pag. 117. ſeq. Concilior. Baluzii editio cum ejus notis reddita inter monumenta vetera ad hiſtoriam Donatiſtarum ſpectantia, ad calcem S. Optati, ſtudio Ludovici Ellies du Pin illuſtrati atque excuſi Pariſiis & Amſt. 1702. fol. Sine notis occurrit apud Harduinum. Abbreviata tantum geſta ad nos perveniſſe contractaque ex illis, quæ fuſius conſcripta fuerant coram Marcellino notario, conſtare putat Baluzius ex præfatione præmiſſa Marcelli memorialis: licet Dupinius obſervat præfationem illam non pertinere ad geſta ipſa, ſed ad capitula tantummodo, quæ argumentum eorum breviter indicantia præmittuntur. Sed acta ipſa valde prolixa fuiſſe conſtat ex Auguſtino Epiſt. 50. Vide etiam Poſſidium in vita Auguſtini c. 13. Ejusdem Auguſtini breviculum cum Donatiſtis de geſtis cum Emerito, & ad Donatiſtas poſt collationem liber unus, & Epiſtola leguntur tomo nono Operum edit. novæ, & epiſtola 141. (al. 152.) ad populum factionis Donatianæ. Sermones tres ante vel poſt collationem habiti, editique à Sirmondo, exſtant in nova editione Auguſtini tom. V. ſerm. 357. 358. 359. Conſtitutiones Honorii Imp. A. 412. & 414. adverſus Donatiſtas, quas cum ſermonibus illis Baluzius adjunxit, in codice Theodoſ. leg. 52. 54. & 55. de hæreticis. Conferendi Benedictini in S. Auguſtini vita lib. VI. c. 10. ſeq. Tillemontius tom. 13. memor. Natalis Alex. ſec. IV. diſſ. 7. ubi etiam de aliis Catholicorum Epiſc. collationibus cum Arianis, Severianis, &c. Jo. Frid. Heilbrunnerus in diſſ. ſub D. Dannhaweri præſidio habita Argentor. 1651. & ſæpius recuſa, D. Th. Ittigius in hiſtoria ſchiſmatis Donatiſtarum §. 132. ſeqq. &c.

A. C. 411. * *Bracarenſe I.* Concilium ſub Pancratio ſive Pancratiano, ex MS. quod nemini viſum, niſi poſtquam prodiere Chronica Dextri, adverſaria Luitprandi & ſimilia, edidit Bernardus de Brito, Ord. S. Bernhardi & Chronologus generalis lib. VI. Monarchiæ Luſitan. c. 2. Suppoſititium eſſe hoc Concilium putat Jo. Baptiſta Perezius, Canonicus Toletanus, qui primus Pſeudo-Dextri & Pſeudo-Maximi fraudes detexit. Card. de

2011 Ministerio de Cultura

de Aguirre admonet, si quis hoc Concilium putet genuinum, inferiori certe quam reliqua auctoritate esse habendum.

A.C. 412. *Carthaginiense XV.* sub Aurelio adversus Cælestinum, Pelagii discipulum, ex S. Augustino lib. 2. de peccato orig. c. 2.

Zertense sive *Zirtense*, Cirtæ in Numidia, in causa Donatistarum, cujus Synodica inter ejusdem Augustini Epistolas edit. nov. 141. (al. 152.) quam à se fuisse dictatam testatur lib. 2. retractat. c. 40. & Epist. 190. (al. 157.)

414. Conciliabulum *Donatistarum* in Africa Episcoporum XXX. qui statuerunt Episcopi vel Presbyteri è suis, qui cum Catholicis inviti communicassent, tantum si sacrificium non obtulissent, aut in populo non tractavissent, in suis honoribus reciperentur. Testis S. Augustinus lib. 1. contra Gaudentium c. 37.

*415. *Hierosolymitanum* in causa Pelagii ex Apologia Orosii pro arbitrii libertate c. 3. & 4.

Diospolitanum in Palæstina, de ejusdem Pelagii causa. Vide Baluzium p. 361. seq. & Harduinum p. 2010.

*† *Marii Mercatoris* commonitorium A. 429. scriptum primus ex Holstenii Codice edidit Labbeus p. 1512. postea inter Mercatoris opera sæpius recusum.

416. *Hierosolymitanæ* Synodi, in qua Pelagius è civitate sancta ejectus est, mentio in eodem commonitorio, quemadmodum & synodicarum Theodoti Antiocheni, qui synodo illi præsedit, & Prayli Hierosolymitani ad Innocentium Papam.

Epistola synodica Synodi *Carthaginiensis* contra Pelagianos, ex collectione Isidori & 175. epist. inter Augustinianas edit. novæ (al. 90.) Innocentii rescriptum epist. 181. (al. 91.)

Milevitanarum synodorum Canones XXVII. ex Isidoro.

Epistola synodica Concilii *Milevitani* ad Innocentium Papam ex eodem Isidoro & Epistola 176. (al. 92.) inter Augustinianas.

417. Epistola quinque Episcoporum ad eundem Innocentium ex eodem Isidoro & Augustini Epist. 177. (al. 95.)

†† *Thusditanum* in Africa, cujus in præfat. Concilii Telensis A. 418. mentio. Duos Canones ex breviatione Ferrandi Diaconi can. 76. & 77. affert Baluzius p. 366. Harduin. p. 1252.

2011 Ministerio de Cultura

†† Pauci quidam Canones Conciliorum *Sufetulenſis*, *Macrianenſis*, *Septimunicenſis*, *Thenitani*, *Marazanenſis*, & *Hipponiregienſis*, ex eodem Ferrando apud Baluz. & Harduin. ibid.

Zoſimi Papæ Epiſtola ad Heſychium Salonitanum, & altera ad Clerum Ravennenſem.

† Ejusdem Epiſtolæ aliæ undecim. Has omiſit Harduinus, *cum ex Epiſtolis veterum ſummorum Pontificum eas duntaxat repræſentare propoſitum fuerit, quas cum Conciliis ediderunt Dionyſius Exiguus & Iſidorus, cæteris collectioni omnium Epiſtolarum ſeorſum edendæ reſervatis.*

† Decretum apud Gratian. 25. qv. 1.

† Libellus fidei *Pelagii* ad Innocentium Papam transmiſſus, ſed poſt mortem Innocentii Zoſimo redditus, teſte Auguſtino lib. 1. de Gratia Chriſti c. 30. & lib. 2. c. 7. Hunc Baronius edidit ex Codice Vaticano ad A. 417. n. 31. Pelagii Epiſtola ad Innocentium non exſtat integra, ſed partem illius haud minimam exhibet Auguſtinus libro 1. de Gratia CHriſti cap. 30. & ſequentibus.

A.C.417. *Romana* ſynodus à Zoſimo celebrata in cauſa Cæleſtii, inde ſcriptæ Zoſimi Epiſtolæ pro Pelagio & Cæleſtio ad Aurelium & Epiſcopos per Africam conſtitutos duæ, quas Baronius ad A. 417. n. 19. edidit ex Codice Vaticano. Sinceras contendunt viri eruditi Voſſius hiſt. Pelag. lib. 1. c. 28. Joannes Garnerius in notis ad Marium Mercatorem tom. 1. p. 201. ſqq. Quesnellus ad Leonem Magnum p. 453. ſeq. & 511. Sirmondus ad Facundum VII. 3. aliique contra Launojum parte altera opuſc. de duobus Dionyſiis & M. Antonium Cappellum, Franciſcanum, qui easdem adulterinas putarunt.

Carthaginienſis Synodus, cujus mentio in litteris Zoſimi anno ſequente ſcriptis, Aurelio ac cæteris, qui in Concilio Carthaginienſi adfuerunt. Has Baronius edidit ex Codice Vaticano ad A. 418. n. 4.

Paulini Diaconi libellus Zoſimo Papæ oblatus, quem edidit Baron. ad A. 418. n. 12. 13. 14. 15.

Fragmenta epiſtolæ Zoſimi ad omnes Epiſcopos, qua Cæleſtium Pela-

2011 Ministerio de Cultura

giumque damnavit, ex Augustino, Prospero, Mario Mercatore, &c.

A.C.418. Concilium *Telense* sive *Teleptense* (aliis *Zellense*) ex appendice epistolæ Siricii & Ferrando Diacono. Vide supra ad A. 385. & Baluzium p. 368.

Romanum unde Zosimi litteræ, quas editas dixi à Baronio ad A. 418. n. 4.

Carthaginiense XVI. sub Aurelio, sive Africanum universale episcoporum CCXIV. Pertinent ad hoc Concilium Canones è Codice Ecclesiæ Africanæ à CVIII. ad CXXVII. Numerum Episcoporum docet & fragmentum ex Epistola synodica recitat Prosper in libro contra collatorem c. XI. & in responso ad octo capita Gallorum.

Rescripta Imperatorum Honorii & Theodosii ad Palladium præfectum Prætorii & ad Aurelium Carthag. Episc. de damnatione Pelagii & Cælestii: Constantii ad Volusianum, Præfectum urbis de exsiliando Cælestio, Labbeus pag. 1606. seq. Harduin. p. 1229. seq. è Baronio ad A. 419. 420.

Judicium Ecclesiasticum *Cæsareæ* in Mauritania ab Augustino aliisque Episcopis peractum; ex injunctione Zosimi Papæ, ipso teste Augustino epist. 193. novæ edit. ad Marium Mercatorem & 190. ad Optatum (al. 157.) ipso initio, & lib. 2. retractat. c. 51. & Possidio in vita Augustini c. 14. Videtur lata esse sententia adversus Episcopos tres, quam ipse refert Augustinus epist. 209. (al. 261.) circiter post quinquennium scripta ad Cælestinum Papam. *Harduin.*

Bonifacii Papæ Epistolæ tres ex collectione Dionysii Exigui & Isidori Mercatoris: 1) ad Honorium Imp. cum Honorii rescripto, ut si denuo Romæ duo Episcopi ordinati fuerint, ambo de civitate pellantur, 2) ad Episcopos Galliæ, 3) ad Hilarium Episcopum Narbonensem.

† Decreta quatuor ex Gratiano dist. 78. *Si quis triginta.* 6. qv. 4. *Si inter Episcopos.* 22. qv. 2. *Nulli liceat ignorare.* 11. qv. 1. *Nullus Episcopus.* Alia item duo ex Codice quinque librorum lib. 4. c. 21. & 13.

Carthaginiensis Concilii XVII. sub Aurelio habiti in causa Apiarii,

2011 Ministerio de Cultura

mentio in Epiſtola Concilii anno ſequente celebrati ad Bonifacium.

A. C. 419. IX. Capitula Concilii *Carthaginienſis ſexti* plenarii, Africani XVIII. ſub Aurelio, ſubjuncta profeſſione fidei Nicænæ, & Canonibus Nicænis ex veteri verſione, de qua ſupra p. 366. *Hæc Synodus CCXXIX. Pontificum ſub Zoſimo & Bonifacio Papatis Romanis, Juvenale Hieroſol.* (non CPol. uti habet Dionyſii Exigui editio) *Cyrillo Alex.* &c. In hoc Concilio concinnatum eſſe Codicem Eccleſiæ Africanæ (de quo ſupra ad A. 390.) tradit idem Dionyſius. Conferenda cum illo Codice Collectio Canonum Africanorum 105. apud Labbeum p. 1640. ſeq.

V. Capitula *Carthaginienſis* Concilii ſeptimi, Epiſcoporum XXIII. ſub Aurelio XVIII. Confer Codicem Eccleſiæ Africanæ poſt Can. 127. ad 134. Sunt, qui pro actione altera Concilii ſuperioris habent.

Epiſtola Concilii Africani ad Bonifacium Papam, in Codice Eccleſiæ Africanæ can. 134.

Reſcripta Cyrilli Alex. & Attici CPol. id. can. 135. 136.

Nonnullos præterea Canones Africanos & Carthaginienſes citant Egbertus Eboracenſis, Theodorus Cantuarienſis, Gratianus & alii: qui Canones, cui Synodo tribuendi ſint, non ſatis elucet.

Ravennatenſe, in quo diſcuſſa juſſu Honorii Imp. controverſia eſt inter Bonifacium Papam & Eulalium Anti-Papam. Exſtat ſuper ea re commonitorium *Honorii* ad Epiſcopos, quos Ravennam propterea convocabat, cum paucis aliis monumentis, quæ ex MS. Vaticano Baronius edidit ad A. 419. Vide Baluz. p. 370.

421. *Carthaginienſe XIX.* ſub Aurelio, ſic enim appellatur à Bonifacio Carthag. in Concilio A. 525. in quo Canonem hic editum recitat. Meminit & auctor Prædeſtinati & Auguſtinus c. 46. de hæreſ. quem conventui huic interfuiſſe teſtatur Poſſidius in vita c. 16. Vide Baluz. p. 371.

423. *Celeſtini* Papæ decretalis Epiſtola ad Galliarum Epiſcopos.

Præteritorum Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum auctoritates de gratia DEI & libero voluntatis arbitrio. Hic titulus in libris antiquis & in

2011 Ministerio de Cultura

& in collectione MS. Dionysii Exigui. Hæc capitula, quæ viri docti nonnulli *Prospero* tribuunt, habet etiam in sua collectione Isidorus Mercator sub nomine decretorum *Cælestini*. Verum Petrus Crabbus & Sirmondus Cælestino abjudicant.

Cælestini epistola ad Episcopos Viennensis & Narbonensis provinciæ. Alia ad Episcopos per Apuliam & Calabriam constitutos. Aliæ in actis Concilii Ephesini requirendæ.

† Decreta quatuor ex Gratiano 9. qv. 2. *Nullus primas*. 2. qv. 1. *Si quis sacerdos*. 30. qv. 1. *Non debet*. 35. dist. 6. *Videtur nobis*.

A. C. 423. Concilia in *Cilicia*, quod Julianum Pelagianum anathemate damnavit, teste uno Mario Mercatore in præfat. ad symbolum Theodori Mopsuesteni.

424. Africanum universale, Carthaginiense XX. sub Aurelio, sic enim citatur à Bonifacio Carthag. in Concilio.

425. *Ut nullus ad transmarina* (Romana) *audeat appellare*. Epistola synodica ad Cælestinum Papam in can. 138. Codicis Africanæ Ecclesiæ.

Valentiniani Imp. constitutio de diversis Ecclesiasticis capitibus in Galliam missa. Ex editione Sirmondi.

426. Episcoporum Africæ Epistola, quam cum Leporii libello ad Episcopos Galliæ miserunt.

* *Leporii* Monachi libellus satisfactionis sive emendationis ad Proculum Massilienſem & Cyllenium, editus à Sirmondo & ad tom. 1. Mercatoris à Garnerio, & in Bibliothecis Patrum recusus. Hunc ab Augustino ex Leporii sensu dictatum contendit Paschasius Quesnellus ad Leonis M. Epist. 134. p. 900. seq.

Conventus Episcoporum cleri & plebis Ecclesiæ *Hipponensis*, in quo S. Augustinus Heraclium presbyterum sibi pronunciavit successorem. Vide Baluz. p. 371. seq. ex Augustini Epist. 213. edit. novæ. (al. 110.)

CPolitanum Concilium pro ordinatione Sisinnii Episcopi, & damnatione Massalianorum. Epistolæ synodicæ fragmentum extat apud Photium Cod. 52. Synodica integra in Concilio Ephesino lecta & approbata fuisse dicitur actione VII. pag. 1627. B. tom. 1. Harduin. Vide Baluzium p. 374. seq.

*† Epistola Vitalis & Constantii ad *Capreolum* Carthaginiensem Episcopum,

2011 Ministerio de Cultura

ſcopum cum *Capreoli* reſcripto de unica Chriſti perſona: ex editione Sirmondi, inter cujus opera iterum prodiit tom. 1. recuſa etiam in Bibl. Patrum. De hoc Capreolo, cujus epiſtolam minus integram Baronius ad A. 431. dederat, vide notas ad Vincentium Lerinenſem pag. 372. & Tillemontium tom. 16. memor.

A.C. 428. *CPolitanum* Concilium poſt Siſinnii mortem, contra Philippum Presb. habitum à Neſtorio, ex Cyrilli Alex. commonitorio ad Poſſidonium Diac. colligit Baluzius p. 376.

429. *Gallicana* ſynodus numeroſa, unde miſſi Germanus ac Lupus, Apoſtolici Sacerdotes (inquit Conſtantius Presbyter in vita S. Germani Antiſiodorenſis lib. 1. c. 19. apud Surium 31. Jul.) ad debellandam in Britanniis Pelagianam hæreſin. Vide Baronium ad A. 429. n. 10. 11. ſeqq.

430. *Romanum* Concilium ſub Cæleſtino Papa in cauſa Neſtorii. Hujus epiſtolæ duæ ad Cæleſtinum, quæ huc pertinent, itemque Cæleſtini duæ ad Neſtorium & Cyrillum exſtant in actis Concilii Epheſini p. 1299. 1307. 1309. & 1321. Harduin.

†† *Cyrilli* Alex. commonitorium Poſſidonio cum Romam mitteretur datum Græce ex Sirmondi MS. cum Garnerii verſione edidit Baluzius p. 378. & Harduin. pag. 1319. Incipit: ἡ Νεςορίȣ πίςις, addito fragmento allocutionis Cæleſtini in Concilio iſto, ex conflictu Arnobii cum Serapione.

431. Aliud inde *Romanum* de eadem cauſa à Cæleſtino congregatum Baluzius p. 382. obſervat, ediditque ex Cod. 1865. Colbertino & 1320. Vaticano ejusdem Cæleſtini Commonitorium Epiſcopis & presbyteris euntibus ad Orientem, quod

†† habet & Harduinus p. 1347. & ex eodem Vaticano vulgaverat Chriſtianus Lupus poſt epiſtolas Epheſinas p. 470. A. 1682. 4.

Alexandrinum in eadem cauſa. Synodica epiſtola cum anathematiſmis exſtat in actis Epheſinæ ſynodi p. 1283.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS V. ET VI.

LABBEI III.

EPHESINUM generale 200. Epiſcoporum, Actiones VII. contra Neſto-

2011 Ministerio de Cultura

Neſtorium. Acta pridem lecta Photio Cod. 16. & Latine Liberato Carthag, Archidiacono c. 4. breviarii, Gregorio M. lib. 6. epiſt. 31. feliciter ætatem tulerunt. Latinam veterem verſionem pridem edidit Antonius Contius, Pariſ. 1574. 8. & longe emendatiorem vero ex collatione trium MSS. Baluzius cum notis, p. 387 --- 634. Græce primum viderunt lucem A. 1591. fol. apud Commelin. & Latine ex Theodori Peltani verſione, Ingolſtad. 1576. 4. & apud Commelin. 1604. fol. Eandem ſervarunt, qui Græco-Latina acta dedere Romani, Binius, Regia editio & Labbeus. Solus Harduinus veterem interpretem è Baluzii recenſione prætulit optimo conſilio. Judicem ſcriptorum & Epiſtolarum, quæ in Actis hiſce occurrunt, exhibere me memini Volum. IX. hujus Bibl. p. 291. Canones VI. vel VII. hujus Concilii, a) non modo cum notis ſuis, Græcisque Zonaræ, Balſamonis & Alexii Ariſteni ſcholiis, ſed etiam ex Arabica Joſephi Ægyptii paraphraſi Beveregius in magno Synodico exhibuit. Latinam paraphraſeos Arabicæ verſionem habes apud Harduinum p. 1629. Præclara ad illuſtrationem actorum hujus Concilii monuit Garnerius ad poſteriorem Marii Mercatoris tomum, & in auctario operum Theodoreti, in quo etiam verſio antiqua epiſtolarum ad Concilium Epheſinum ſpectantium, quam poſt Chriſtianum Lupum emendatius edidit Baluzius p. 635. ſeq. Concil. & magnam partem Harduinus. Confer, quæ dixi volum. VII. p. 442. & quos de hæreſi *Neſtoriana* laudavi ſcriptores volum. IX. pag. 286 -- 291. Leonis Allatii vindiciæ ſynodi Epheſinæ & Cyrilli de proceſſione Spiritus S. viderunt lucem Rom. 1661. 8. Baluzius p. 635. ſeq. addidit etiam epiſtolas quasdam ad Neſtorii cauſam pertinentes ex verſione Marii Mercatoris.

A.C. 431. Conciliabulum *Epheſinum* Joannis Antiocheni & aliorum Orientalium Epiſcoporum 27. Jun. De ejus decretis & epiſtolis vide actionem 1. Concilii Epheſin. parte 2. & volum. IX. hujus Bibl. p. 298.

a) De illis vide, ſi placet, Tillemontium tomo 14. memoriar. pag. 436. ſeq. Harduin. pag. 1623.

2011 Ministerio de Cultura

A.C.431. Synodus *CPoli* habita ad ordinandum Maximianum, ſub finem Octobris. Baluz. p. 581. ſeq.

†† Epiſtola *Dalmatii* archimandritæ ad Synodum Epheſinam, & Synodi ad Dalmatium Græce & Lat. ex Garnerii præf. ad Mercatorem, Harduin. p. 1445.

435. *Procli* CPol. ad Armenios de fide, cum præfat. & verſione Dionyſii Exigui. De aliis editionibus hujus ſcripti dixi volum. VIII. p. 605. ſeq.

Concilium *Tarſenſe* contra Cyrillum Alex. & ſeptem Epiſcopos Epheſo CPolin miſſos adverſus Orientales, ut ex ſynodico adverſus Tragœdiam Irenæi ſive epiſtolis ad Concil. Epheſinum ſpectantibus & à Lupo primùm editis cap. 66. 136. 141. 174. & 201. obſervat Baluzius p. 940.

Anazarbicum à Maximino iſtius urbis Epiſcopo contra Cyrillum, id. cap. 113.

432. *Antiochenum*, de pace inter Cyrillum & Orientales. Vide quæ ex eodem Synodico cap. 53. 58. 62. 71. & 201. Baluzius pag. 941.

Zeugmatenſe contra pacem illam, id. cap. 214. 217. 225.

EDIT. REGIÆ TOM. VII.

Xyſti ſive *Sixti III.* Papæ Epiſtola decretalis commentitia ad Orientales Epiſcopos, ex Iſidoro Mercatore, quæ incipit: *Gratias veſtræ referimus ſanctitati.*

Aliæ genuinæ, ad Cyrillum tres & ad Joannem Antiochenum quarta exſtant in actis ſynodi Epheſinæ p. 1707. ſeq. Har-

†† duin. Ex his duas Græce vulgatas primum à Cotelerio cum verſione tom. 1. monum. p. 42. 44. & à Baluzio p. 657. non habet Labbeus. Cæteras duas habet, unam p. 1175. alteram (citatam à Vincentio Lirinenſi) etiam bis p. 1178. & 1261.

Sex capitula proceſſus habiti *Romæ* circa Sixtum Papam, quæ ex triplici editione exhibentur.

De *Polychronii* Epiſcopi Hieroſol. facta Romæ ſynodali accuſatione & expurgatione, capitula ſeptem itidem ex editione triplici. Utraque citantur à Nicolao I. Papa, epiſtola 8. ſed à viris doctis ut ſpuria rejiciuntur. Vide Tillemont. tom. 14. memor. p. 261. ſeq. Iisdem parum videtur credibile, quod Garnerius

2011 Ministerio de Cultura

rius tom. 1, ad Marium Mercatorem pag. 362. seq. contendit Sixtum hunc Pelagianis primum immersum erroribus scripsisse *libros tres 1) de divitiis, 2) de malis doctoribus, operibus fidei & futuro judicio, & 3) de castitate*, a) qui per Jacobum Salvatorem Solanium Murgitanum, Rom. 1573. 8. & Antwerp. 1575. minore forma separatim: & sæpe in Bibliothecis Patrum prodierunt: Eundem deinde post annum 318. meliora ab Augustino edoctum *Hypognosticon* libros inter Augustini scripta obvios composuisse. Vide Natalem Alex. Seculo V. p. 49. seq. & Tillemontium p. 266.

A. C. 433. *Anazarbicum*, quo Episcopi Ciliciæ secundæ amplexi sunt pacem inter Cyrillum & Orientales. Epistola Synodica inter epistolas à Lupo editas cap. 159.

434. *Tarsense*, in quo eadem pax suscepta & damnatio Nestorii, ut ex iisdem epistolis cap. 130. & 192. observat Baluzius.

†† 435. De Concilio *Armeniæ*, quo Diodori Tars. & Theodori Mopsuesteni libri condemnati, ex Liberati breviar. c. 10. & Procli CPol. epistolis apud Facundum, observat Baluzius pag. 942. seq.

†† De *Thessalonicensi* ex epistola Sixti III. Baluz. p. 947.

†† 439. De *CPolitano* sub eodem Proclo, ex Theodoreti epist. 86.

Regense sive *Reginense* XIII. Episcoporum, de causa Episcopi Ebroduni contra canones à duobus ordinati. Canones VIII. ex edita Isidori collectione. Et septimi loco canones duo,

†† quos ex MS. Ecclesiæ Urgellensis vulgavit Baluzius p. 948. & inde Harduin. p. 1751.

440. *Leonis I.* Papæ epistolæ I. II. IV. III. XCII. (ad Rusticum Episcopum Narbonensem cum responsione ad 19. ejus inquisitiones) LXXXIV. LXXIX. & LXXXVII. ex collectione Dionysii Exigui.

451. Epistola Synodica Episcoporum Galliæ (ex Synodo *Arelatensi*, ut suspicatur Sirmondus) cum Leonis epistola ad eos, quæ est LII.

452. Epistola Eusebii Mediolanensis ad Leonem Papam, ex Concilio Mediolanensi.

a) Hunc librum Sixto II. tribuit Turrianus & Latinus Latinius p. 78. Bibl. sacro-profan.

2011 Ministerio de Cultura

† Epiſtolæ Leonis centum & undecim in edit. Regia, & apud Labbeum exhibentur. Cæterum Paſchaſius Queſnellus Leonis epiſtolas CXLI. ordine temporis, quo ſcriptæ ſunt, digeſtas & notis illuſtratas dedit in editione operum ejus præſtantiſſima, Pariſ. 1675. 4. duobus vol. & Lugd. 1700. fol. De aliis editionibus dixi volum. 3. Bibliothecæ Latinæ p. 526. ubi etiam index eorum, ad quos Leo epiſtolas ſcripſit. Non paucæ Leonis epiſtolæ, ut illa ad Flavianum CPol. cum Flaviani ad Leonem epiſtola, etiam obviæ in actis Concilii Chalcedonenſis. Vide volum. IX. Bibl. hujus Græcæ p. 302.

Epheſinum ſub Baſilio Epiſcopo Epheſino, ut ex actione XI. Concilii Chalced. colligit Baluzius p. 949.

A. C. 441. Concilii *Arauſicani I.* Canones XXX. cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum XVII. De hujus Concilii Canone ſecundo, acris controverſia variisque ſcriptis agitata, inter Petrum Aurelium & Sirmondum. b) Sirmondus edidit: *Ut non neceſſaria habeatur chriſmatio repetita*; cum editiones aliæ haberent, *ut neceſſaria habeatur*, cujus lectionis ne meminit quidem Sirmondus, uti nec Harduinus. Varietates Codicum diligentius annotavit Labbeus, quem conſule p. 1448.

† Decreta quædam hujus Concilii ex Gratiano 107. XI. quæſt. 11. Burchardo lib. XI. c. 8. & Decreto ſedecim librorum lib. XI. c. 7. & lib. XIV. c. 6.

442. *Vaſenſis* Synodi, in Gallia Narbonenſi, Canones X.

444. *Romana* adverſus Manichæos, de qua Leo Papa epiſt. 2. ad Epiſcopos Italiæ & ſerm. 5. de jejunio.

Viennenſis in cauſa Chelidonii Epiſcopi Veſontionenſis, qui ut viduæ maritus, & judex olim in cauſis capitalibus, dejectus Epiſcopatu eſt. Rem narrat Honoratus Maſſilienſis ſive quis alius auctor vitæ Hilarii Arelatenſis apud Surium S. Maji. Abſolutus à Leone Papa, Chelidonius eſt, quod objecta ei hæc duo capita non ſatis probata viderentur. Vide epiſtolam Leonis Papæ LXXXIX. quæ in vetere ſcheda ſic inſcribitur, teſte Sirmondo: *Dilectiſſimis univerſis Epiſcopis per provincias Maximam Sequanorum & Viennenſium conſtitutis, Leo.*

circa

b) Vide Sirmondi Operum tomum IV. & Petri Aurelii Opera edita Pariſ. 1646. fol.

2011 Ministerio de Cultura

circa A. C. 445. *Antiochenum* Concilium in cauſa Athanaſii Perrhenſis. Vide Concilium Chalcedonenſe actione XIV.

Hierapolitanum, in quo Sabinianus in locum Athanaſii ordinatus eſt ab Epiſcopis provinciæ. Vide ibid.

446. *Verolamienſe* (niſi verius referendum ſit ad A. 429.) adverſus *Pelagianam* hæreſin ab Agricola in Britannia celebratum, cui è Galliis adfuere Germanus Autiſſiodorenſis & Lupus Tricaſſinæ eccleſiæ Epiſcopi. Confer Bedam lib. 1. cap. 17. Hiſt. Anglorum, & Matthæum Weſtmonaſterienſem ad A. 426. cum Proſpero in Chronico & Conſtantino presb. in vita S. Germani lib. 1. c. 19.

447. *Aſturicenſe*, quatuor provinciarum, contra *Priſcillianiſtas*. Meminit Idatius in Chronico & Leo Papa in fine epiſt. 93. & Concilium Bracarenſe ſecundum A. 563. & epiſtola Thuribii Epiſcopi ad Idatium & Ceponium, quam edidit Ambroſius Morales, ſed quam Baluzius p. 950. falſam eſſe valde ſuſpicatur. Huc pertinere regulam fidei p. 993. ab Harduino poſitam nonnulli arbitrantur: *Credimus in unum Deum Patrem & Filium & Spiritum S. viſibilium* &c.

Epheſi congregatum contra Baſſianum Epiſcopum Epheſinum, ex actione XI. Concilii Chalced. colligit Baluzius p. 951.

448. *Conſtantinopoli* ſynodus ἐνδημοῦσα, hoc eſt Epiſcoporum, qui ibi inventi fuerunt, qua *Eutyches* archimandrita condemnatus ac depoſitus eſt à Flaviano CPol. Acta referuntur in Concilio Chalcedonenſi, actione I.

Judicatum *Tyrium* de *Iba*, Epiſcopo Edeſſeno, poſt Conſulatum Poſtumiani & Zenonis, hoc eſt, ut quidem cum aliis Baluzius exiſtimat, ipſo conſulatu eorum, qui eſt hic annus 448. Exſtant acta in Concilio Chalcedonenſi actione IX.

Præceſſerat in eadem cauſa judicium *Antiochenum*, quod ibidem refertur actione X. p. 514. 515. Et circa idem tempus Concilium *Antiochenum*, quod ibidem recitatur actione XIV.

Berytenſe Concilium in cauſa Ibæ. Acta exſtant in Concil. Chalcedon. actione X.

449. *Conſtantinopoli* Synodus, in qua pro *Eutyche* actum eſt, ut narratur in Concilio Chalcedonenſi, actione I.

2011 Ministerio de Cultura

A.C.449. *Epheſinum* latrocinale, CXXVIII. Epiſcoporum, Dioſcoro Alexandrino præſide, ubi Eutyches abſolvitur, Flavianus CPol. damnatur. Exſtant acta in Concilio Chalcedon. act. I.

Britannicum, in quo *Pelagiana* hæreſis, præſente S. Germano Autiſſiodorenſi iterum damnatur, ut Beda refert libro 1. Hiſt. Anglor. c. 21. & Matthæus Weſtmonaſterienſis ad A. 449.

Romanum, in quo Acta Epheſini conciliabuli reſciſſa ſunt. Vide Leonis Papæ epiſtolas XXII. XXIV. XXVII. & XXVIII. Liberatum c. 12. & Concil. Chalcedon. actione III. Quesnellum ad Leonem p. 279. ſeq. qui p. 281. aliam Synodum *Romæ* habitam obſervat A. 450.

A. C. 450. *Conſtantinopolitanum*, in quo Anatolius CPol. coram legatis Romani Pontificis, aliique Epiſcopi confeſſionem fidei Catholicam ediderunt adverſus Eutychen. Vide acta S. Abundii, Epiſcopi Comenſis apud Surium die 3. Aprilis. Eadem fortaſſe Synodus Epiſcoporum ἐνδημούντων ſive præſentium, in qua ab Anatolio CPol. Photius Tyri epiſcopus excommunicatus eſt, uti refertur in Concilio Chalcedonenſi actione IV. pag. 439.

circa A. 450. vel 456. Canones XXXIV. Synodi S. Patricii, Auxilii, & Iſſernii Epiſcoporum in *Hibernia*. Edidit Speelmannus.

Capitula XXXI. alterius ſynodi S. Patricii. Codicis Andegavenſis apographum ad Uſſerium Sirmondus miſit. Edidit Speelmannus.

† *S. Cyrilli* Alex. epiſtola LIX. & LX. Canonica, Græce & Lat.

Ad calcem tomi primi Harduinus poſuit *Decreta Romanorum Pontificum aliaque nonnulla*, ſic edita à Surio, 1) *Alexandri I.* Papæ, ex Codice quinque librorum lib. 2. c. 100. 2) *Sixti*, ex Codice ſedecim librorum IV. 5. 3) *Pii*, ex Codice quinque librorum lib. 2. c. 117. (eſt & apud Burchardum V. 28. Hincmarum in capitulis anni 752. c. 7. Reginonem de vita & converſatione presbyterorum c. 61. & in Concilio Nannetenſi circa A. 895. c. 9.) 4) *Fabiani* Papæ, ex Codice ſedecim librorum lib. 5. c. 7. 9. 5) *Ancyrani* Concilii, ex eodem Codice lib. 6. c. 6. 7. 6) *Liberii* Papæ, ex eodem Codice lib. 13. c. 9. 10. 12.

* Sub-

2011 Ministerio de Cultura

* Subscriptiones Episcoporum in Concilio Chalcedonensi ex Codice Maffei, cum emendationibus Harduini tom. 1. p. 1799. Easdem dederat Labbeus tom. 4. p. 786.

EDIT. REGIÆ TOMUS VIII. ET IX. LABBEI IV. HARDUINI II.

A. C. 451. CHALCEDONENSE generale in Bithynia, adversus Eutychen & Dioscorum, episcoporum DC. (sive ut Græci tradunt in Menæis die 16. Junii, & Liberatus c. 13. DCXXX. Nicephorus lib. 15. c. 2. DCXXXVI.) actiones XVI. ad sextam præsente Marciano Imp. Acta authentica licet apportanda ad se curasse traditur Anastasius Imperator, allataque a Calopodio Evnucho conscidisse & combussisse, ut præter Theophanem & Marcellinum narrat Nicephorus VI. 26. tamen acta hujus Concilii *Græce* olim lecta ab Evagrio lib. 2. c. 18. & Photio Cod. 17. etiamnum exstant, sicut & antiqua versio illorum *Latina* (Juliani Coënsis, cui hoc commisit Leo Papa epist. 86. an, ut Baluzius malit, Dionysii Exigui) recensita ad Latinorum & Græcorum (maxime Acœmitensis Monasterii) exemplarium fidem, & emendata à *Rustico* (cujus dialogum contra Acephalos habemus) Diacono Romano A. 549. & edita (post exiguam partem, quam Jac. Merlinus exhibuerat) in utraque ἔκδοσει Conciliorum à Petro Crabbo: servata à Laur. Surio & Nicolino, nec non à Binio in edit. A. 1606. mutata ab editoribus Romanis, Græco-Latina acta exhibentibus A. 1608. quos sequuntur Binius edit. 1618. & 1638. tum Regia & Labbeus, sed à Baluzio p. 1011. seq. restituta, diligenter annotatis ad paginas edit. Labbeanæ, Codicum MSS. Parisiensis, Corbejensis, Divionensis & Colbertinorum lectionibus, & præmissa erudita præfatione de antiquis Latinis ante Rusticum exemplaribus actorum hujus Concilii, quibus usi Facundus, Vigilius, Liberatus, aliique, & de diverso actionum ordine, qui in illis & apud Evagrium observatur. Quæ in actione decima Latine tantum habentur de *Domni* Antiocheni depositione, illa non esse supposita, ut contendit Quesnellus diss. IX. ad Leonem p. 598. seq. probat Baluzius p. 984. seq. Vicissim actione quarta

2011 Ministerio de Cultura

ta in Græcis exſtant de *Caroſi*, Presbyteri Abbatisque CPol. & *Photii* Tyrii cauſa, quorum nec in veteri Latina verſione nec apud Evagrium, Liberatumve veſtigia occurrunt. *Canones* XXX. hujus Concilii leguntur actione XV. Ex illis ſolos XXVII. a) Dionyſius Exiguus atque Iſidorus Mercator Latinitate donarunt, quem & numerum Theodorus Lector agnoſcit lib. 1. p. 552. Nec plures exſtant apud Joannem Antiochenum, Patriarcham CPol. nec in Arabica paraphraſi Joſephi Ægyptii, qui circa A. C. 1398. ſcripſit, nec in Græcis aut Latinis antiquis MSS. hujus Concilii, ut editores Romani annotant apud Labbeum p. 768. & Harduinus pag. 611. Balſamon tamen, Zonaras & Alexius Ariſtenus Canones XXX. interpretantur, cum quorum ſcholiis & Beveregii notis exſtant in hujus magno Synodico. *Confirmationem & explicationem Symbolorum* Nicæni & CPolitani ex quadruplici editione exhibet Baluzius p. 1393. Indicem epiſtolarum & monumentorum veterum, quæ in actis Concilii Chalcedonenſis, & in *Codice Encyclio* epiſtolarum ſynodalium XLI. pro condemnatione Timothæi Æluri & ejusdem Concilii defenſione, A. 458. ad Imp. Leonem ſcriptarum, afferuntur, dedi Volum. IX. hujus Bibl. p. 292. ad paginas edit. Harduinianæ, qui veterem verſionem actorum à Baluzio emendatam Græcis addidit, Codicemque Encyclicum, qualis fuit à Baluzio reſtitutus, actis Concilii ſubjunxit. Codex ille Encyclius, *Epiphanio* Scholaſtico interprete, cujus Caſſiodorus c. 11. lectionum divinarum facit mentionem, editus primum fuit à Surio A. 1562. omiſſo interpretis nomine, hoc titulo: *Epiſtolæ illuſtrium perſonarum pro Concilio Chalcedonenſi.* Surium ſecutus Nicolinus A. 1585. & in prima A. 1606. Binius, ſed in editione Romana A. 1608. multa inſerta huic collectioni, quæ ad eam non pertinent, quædam magni momenti detracta ac prætermiſſa, tum epiſtolarum ordo mutatus contra mentem collectoris & interpretis. Editionem Romanam initiati Binius in editt. A. 1618. & 1638. tum Regia

a) Confer Tillemontium in vita Leonis Magni tom. 15. memor. p. 699. Sam. Baſnage ad A. 451. n. 40.

2011 Ministerio de Cultura

gia & Labbeus, qui p. 890. meminit quidem Codicis Bellovacenſis, ſed ita, ut inſpexiſſe neget, licet collatum illum à Labbeo, annotet pag. 689. Harduinus. Sed primus Baluzius contulit cum Bellovacenſi & Corbejenſi, utroque octingentorum annorum Codice, & poſt eruditam præfationem lectiones utriusque Codicis ad paginas editionis Labbeanæ annotavit pag. 1412-- 1446. Appendicis loco ſubjungit Græce & Lat. partem libelli precum, b) quem Epiſcopi Ægypti & clerus Alexandrinus miſere ad Leonem Imp. & Leonis Imp. c) epiſtolam ad Anatolium CPol. nec non Latine, fragmentum ex epiſtola Stephani Epiſcopi ad Leonem Imp. ex diſputatione Benedicti Abbatis Anianenſis adverſus Felicianam impietatem.

Ad hiſtoriam Synodi Chalcedonenſis conferre etiam licebit Paſchaſium Quesnellum ad Leonem Magnum, trium capitulorum defenſores Facundum, Liberatum, &c. ſcriptoresque quos de Neſtorii & Eutychis hæreſi laudavi Volum. IX. pag. 286. ſeq. & 311. Vigilium Tapſenſem contra Eutychen, Ephræmi Antiocheni apologiam pro Synodo Chalcedonenſi apud Photium Cod. 229. Nicetæ Byzantii pro Synodo Chalcedonenſi ſcriptum editum Græce & Latine ab Allatio tom. 1. Græciæ Orthodoxæ p. 663 -- 754. D. Joh. Hulſemanni Συναγωγή exercitatio ad Concilium Chalcedonenſe prodiit Lipſiæ 1651. 4.

A. C. 451. *Alexandrini* Concilii ſub Proterio in cauſa Eutychianorum celebrati meminit pag. 1007. Labbeus, ex epiſtola Epiſcoporum Ægypti ad Leonem Imp.

Alexandrinum Timothei Æluri, *Theſſalonicenſe* Eudoxii, *CPolitanum* Anatolii, *Romanas* item duas & *Antiochenum* hoc loco idem Labbeus refert ex veteri Synodico cap. 91. ſeq. ſupra pag. 227.

circa A. 452. *Arelatenſis II.* Canones 56. de variis diſciplinæ capitibus, ex Sirmondi editione. Sirmondi, Binii & Albaſpinæi notas Labbeus, ut ſolet addidit, Harduinus omiſit. De hac Synodo

b) Latine in Codice Encyclio c. 2.

c) Ibid. c. 1.

2011 Ministerio de Cultura

nodo conferenda etiam Labbei nota p. 1819. ubi obſervat Synodicam exſtare inter epiſtolas Leonis Papæ & tom. 3. Labbei p. 1329. cum ejusdem Leonis reſponſione.

†† *Narbonenſe* ſub Ruſtico Archiepiſcopo, annotat Baluzius pag. 1398. ex ex epiſtola Leonis Magni ad Ruſticum.

† A.C.454. *Incerti loci.* Cujus Concilii Synodica epiſtola Leonis, Euſtochii & Victurii apud Labbeum tom. 3. p. 1507. Confer eundem tom. 4. p. 1819. ſeq.

455. *Andegavenſe* in ordinatione Talaſii Epiſcopi, editum primum à Baronio. Canones XII.

Arelatenſe III. à Ravennio Epiſcopo in cauſa Fauſti, abbatis inſulæ Lirinenſis & Epiſcoporum. Epiſtola utraque affertur etiam in Concilio Carthag. A. 525. p. 1088. ſeq. *Harduin.*

459. *CPolitani* LXXXI. Epiſcoporum ſub Gennadio, epiſtola encyclia adverſus Simoniacas molitiones, ex Balſamone Græce & Latine ſubſcriptiones Epiſcoporum ex Baluzio pag. 1452. ſeq. Lambecio VIII. p. 421. & Leunclavio p. 187. Juris Græco-Rom. addidit Harduinus.

† 460. *Lugdunenſe* ſub Verano Archiepiſcopo. Vide Labbeum tom. 4. p. 1820.

461. Tarraconenſium Epiſcoporum ad Hilarum & *Hilari* Papæ ad Aſcanium Tarraconenſem epiſtolæ duæ, & tertia ad Leontium d) Arelatenſem, Veranum & Victurum Epiſcopos ex collectionibus Dionyſii & Iſidori.

† Aliæ epiſtolæ octo Hilari, obviæ etiam apud Baron. e) & decreta duo ex Gratiano de conſecr. diſt. 2. *ubi pars eſt corporis,* & ex Codice ſedecim librorum lib. c. 19.

Epiſtola SS. Epiſcoporum *Lupi* Tricaſſini, & *Euphronii* Auguſtodunenſis ad Talaſium Epiſcopum Andegavenſem de ſolennitatibus & bigamis clericis, & iis, qui conjugati aſſumuntur.

Leontii

d) Conſer Leontii hujus Epiſtolam in tomo V. ſpicilegii Dacheriāni p. 758.

e) Vide Tillemont. tom. 16. memor. p. 35. ſeq. Epiſtola ad Pulcheriam Auguſtam ſcripta adhuc à Diacono exſtat in Actis Synodi Chalced. p. 34. edit. Harduin. (p. 51. Labbei) Græcam verſionem veterem dedit Cotelerius I. monument. p. 60. Epiſtola ad Victorium Aquitanum, hujus Canoni Paſchali præfigitur.

2011 Ministerio de Cultura

Leontii Arelatenſis epiſtola ad Hilarum Papam apud Labbeum p. 1828.

Concilium *Turonicum*, Canones XIII.

†A. C. 463. *Arelatenſe* contra Mamertinum, Viennenſem Archiepiſcopum. Vide Labbeum tom. 4. p. 1820.

465. *Veneticum*, in Paterni Venetenſis Epiſcopi ordinatione à Perpetuo Armoricanæ provinciæ metropolitano celebratum. Canones XVI.

Romanum, Epiſcoporum XLVIII. ſub Hilaro Papa, ex Dionyſii Exigui & Iſidori collectione. Canones V. cum duabus Aſcanii Epiſcopi Tarraconenſis ad Hilarum epiſtolis. Edidit etiam Chriſtianus Lupus ad calcem epiſtolarum Epheſinarum pag. 471.

De *Tarraconenſi* Synodo adverſus Silvanum Epiſcopum Calagurritanum illicitas ordinationes uſurpantem, mentio in iisdem Aſcanii epiſtolis.

†*Cambrici* Concilii ex Matthæo Weſtmonaſterienſi p. 1059. meminit Labbeus.

467. *Simplicii* Papæ epiſtolæ quatuor, & una Acacii CPol. ad Simplicium. Confer Gelaſii epiſt. VIII. apud Harduin. p. 916. ſeq.

† Aliæ Simplicii epiſtolæ XV.

†470. *Cabillonenſe*, in quo electus Joannes Cabillonenſis Epiſcopus. Vide Sidonium lib. IV. epiſt. ult.

472. *Antiocheni* Concilii, in quo Petrus Fullo dejectus Antiochena ſede quam invaſerat, ab Epiſcopis fuit, meminit Gelaſius f) in geſtis de nomine Acacii & Liberatus cap. 18.

*†*Bituricenſe*, quo Simplicius Bituricenſis Archiepiſcopus electus. Vide Sidonii epiſt. lib. VII. 5. 8. & 9. ubi ſubjicitur concio quam idem Sidonius in Eccleſia habuit cum Simplicium Archiepiſcopum renunciaret.

†474. De *Viennenſi*, quod in cauſa rogationum triduanarum ante Aſcenſionem Domini celebrandarum à B. Mamerto Viennenſi Epiſcopo habitum eſt, ex Chronico Cameracenſi Labbeus p. 1041.

475. *Arelatenſe*, ſub Leontio Epiſcopo, ad condemnandum Prædeſtinationis errorem.

f) Sine auctoris nomine edidit Labbeus tom. 4. p. 1079.

2011 Ministerio de Cultura

Fausti Rejensis Episc. ad *Lucidum* presb. è secta Prædestinatorum epistola synodica cum *Lucidi*, errorem emendantis, libello ad Episcopos.

De *Lugdunensi* synodo sub Patiente Episcopo Lugd. ex Fausti epistola ad Leontium. Ab hac synodo probatum Gennadii librum de Ecclesiasticis dogmatibus suspicatur Sirmondus.

A.C.478. De *Antiocheno* Concilio, in quo Stephanus Antiochenus Episcopus ordinatus synodicam misit ad Acacium CPol. significans ordinationem suam, damnationem *Petri Gnaphei* & *Joannis* Apameni sive Antiocheni, consulendus Theophanes.

Constantinopoli Acacius colligit synodum ἐνδημοῦσαν sive Episcoporum, qui in illa urbe præsentes aderant, in qua *Joannem* & *Petrum Fullonem* damnat. Liberatus testis c. 18. Ad hoc Concilium spectant *Epistolæ* Acacii CPol. Antheonis Arsinoitæ, Fausti Apollonidensis, Pamphili Abydeni, Asclepiadæ Trallensis, quas Græce & Lat. edidit Fronto Ducæus cum Zonara in Canones Conciliorum Paris. 1618. fol. Eædem habentur apud Harduin. pag. 842. Labbeum p. 1107. seq. De his epistolis videndus est Henr. Valesius in diss. de Petro Gnapheo Antiocheno, ad calcem historiæ Theodoreti & Evagrii p. 177. Sirmondus ad epistolam 3. Alcimi Aviti, Svicerus & Cangius in τρισαγιον. Tillemontius T. 16. memor. p. 375. 687. &c.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS X.

483. *Felicis III.* Papæ epistolæ decem, ex quibus tertia & quarta ad Petrum Gnapheum, quintaque ad Zenonem Imp. etiam Græce exhibentur ex Frontonis Ducæi editione.

† Aliæ epistolæ sex ejusdem Felicis, ad Andream Episc. Thessalonicensem, ad Vetranionem Episcopum, ad Thalasium archimandritam CPol. ad Flavitam Episcopum CPol. ad Monachos urbis CPol. & Bithyniæ, & ad clerum plebemque CPol. Vide Sirmondum tom. 2. Opp. p. 829. Tillemont. tom. 16. memor. p. 438. &c.

*† *Breviculus Historiæ Eutychianistarum*, sive *gesta de nomine Acacii* apud Labbeum p. 1079 -- 1083. Ediderat Sirmondus, cum appendice Codicis Theodos. Auctor Valesio ad Evagrium videtur

2011 Ministerio de Cultura

videtur esse Gelasius Papa, sed Tillemontius tom. 16. p. 659. observat accuratiorem esse in historia narranda, quam Gelasius esse solet: & Pagius ad A. 496. n. 4. docet priorem hujus libelli partem totidem verbis esse excerptam è Liberato, qui sub Justiniano scripsit: posteriorem vero ex Gelasii collectam epistolis.

484. *Romanum* Concilium adversus Acacium CPol. & Petrum Fullonem Antiochenum. Ad hoc pertinent epistolæ Felicis Papæ octo priores.

Quintiani Episcopi Asculani ad Petrum Fullonem epistola, cum anathematismis duodecim. Græce & Latine, ex Frontonis Ducæi editione.

Justini Siculi & *Flaviani* Rhodopensis ad eundem, ex eodem Ducæo ad calcem Zonaræ in Canones Concil.

Romanum II. Concilium Episcoporum LXXVII. contra Vitalem & Misenum, prævaricatores sedis Apostolicæ legatos, nec non Acacium CPol. & Petrum Moggum Alexandrinæ sedis invasorem. Epistola Synodica ad Clericos & Monachos Orientales.

Conventus generalis Episcoporum Catholicorum diversarum Provinciarum *Africæ* ex præcepto *Hunerici* Regis Vandalorum factus Carthagine. Ubi Homousiani Episcopi plures quadringentis exspoliati dignitate & in exsilium acti sunt. Præceptum Hunerici. Suggerenda Hunerico Regi. B. *Eugenii*, Episcopi Carthag. fidei Catholicæ ratio. Regis Hunerici decretum. Episcoporum Catholicorum nomina.

487. *Romanum III.* Episcoporum XXXVIII. de lapsis Africanæ Ecclesiæ recipiendis. Ad hoc pertinet Epistola Felicis Papæ, nona Harduino, Labbeo septima, quæ incipit: *Qualiter in Africanis.*

De Synodis variis Felicis tempore habitis Labbeus ex veteri Synodico c. 97. seq. supra p. 229.

492. *CPolitanum* sub Euphemio Episcopo, quo confirmata decreta Synodi Chalcedonensis. Vide Baluz. p. 1457. Vetus Synodicon c. 106. supra p. 232.

Gelasii I. Papæ decreta & epistolæ: 1) ad Euphemium CPol.

2011 Ministerio de Cultura

Quod plene cupimus. 2) Commonitorium ad Fauſtum a) Magiſtrum fungentem legationis officio CPoli. *Ego quoque mente percepi Græcos.* 3) ad omnes Epiſcopos per Picenum, de Pelagianis erroribus. *Barbaricis hactenus dolebamus incurſibus.* 4) ad Anaſtaſium Imp. *Famuli veſtræ pietatis.* 5) ad Epiſcopos per Lucaniam & Brutios & Siciliam conſtitutos, decreta XXVIII. *Neceſſaria rerum diſpenſatione.* 6) ad Epiſcopos Siciliæ. *Præſulum auctoritas noſtrorum.* 7) ad Epiſcopos Dardaniæ de Acacio jure damnato. *Valde mirati ſumus.* 8) tractatus de Timothei Æluri & Petri Alex. impietate à Simplicio & Felice condemnata. b) *Illud, inquit, me non mediocriter.* 9) ad Epiſcopos Orientales. c) *Quid ergo iſti prudentes viri.* 10) Ex collectione Canonum Cardinalis Deusdedit, octo fragmenta d) Epiſtolarum Gelaſii ad Cæleſtinum, ad Sabinum, ad Quinigeſium & Conſtantinum, ad Victorem, ad Reſpectum & Leontinum, ad Juſtum & Stephanum, ad Majoricum, Serenum & Johannem Epiſcopos: nec non fragmenta duo ex Anſelmi lib. 6. c. 39. & 46. ex Gelaſii epiſtola ad Natalem Epiſc. & ad clerum, ordinarios & plebem Brendeſii. His adde decretum apud Gratian. 9. XVI. qv. 3. *poſt quingentos.*

† Apud Labbeum præterea exhibentur 11) ad Laurentium de Lignidio Epiſc. epiſtola Epiſcoporum Dardaniæ ad Gelaſium. 12) ad Epiſcopos Dardaniæ. *Ubi primum reſpirare fas eſt.* 13) ad Honorium Dalmatiæ Epiſcopum. *Licet inter varias temporum.* 14) ad eundem, *Miramur dilectionem tuam.* 15) ad Epiſcopos Dardaniæ & Illyrici, *Audientes orthodoxam veſtræ.* 16) ad Æonium Arelatenſem Epiſc. *Inter difficultates varias.* & pag. 1259. ad Ruſticum Lugd. Epiſc. ex Dacherii ſpicileg. tom. 5. pag. 581. *Inter ingruentium malorum turbines.*

Gelaſii

a) al. ad Feſtum, qui legatus ſub Anaſtaſio, Gelaſii ſucceſſore.

b) Hunc Labbeus tom. 1. de Scriptoribus Eccleſ. p. 342. vocat tractatum contra Græcos. Ediderat Sirmondus in appendice Codicis Theodoſ.

c) Hanc quoque ibidem edidit Sirmondus, de utroque ſcripto confer Tillemontium tom. 16. memor. p. 648.

d) Edidit Holſtenius in collectione Romana tom. 1.

2011 Ministerio de Cultura

Gelasii tomus de anathematis vinculo, Labbe pag. 1227. Harduin. p. 929. Incip. *Ne forte, quod solent, dicant.*

† Ejusd. adversus Andromachum Senatorem, cæterosque Romanos, qui ex *Lupercalium* intermissione Romæ mala contingere dictitabant. Incip. *Sedent quidam in domibus suis.*

† Ejusd. dicta adversus *Pelagianam* hæresin. Incip. *De Pelagianis quidem sensibus.*

Constituta Gelasii Papæ, quæ Episcopi in sua ordinatione accipiunt. Incip. *Probabilibus desideriis.* In libro diurno Romanorum Pontificum inscribitur: *Synodale, quod accipit Episcopus.* Est & inter Epistolas Gregorii II. ordine quarta. Citatur quoque apud Gratian. ex Gelasio 26. XII. qv. 2. clero, ordini & plebi Brendesii.

494. Concilium *Romanum* LXX. Episcoporum, in quo decretum celebre de libris sacris & apocryphis, quod in aliis Codicibus *Damaso*, in pluribus atque ut Benedictini ad S. Ambrosium tom. 1. p. 1266. testantur, in Codicibus ante mille annos exaratis *Gelasio*, in paucis aliis (ut Jurensi, quem Chifletius edidit) *Hormisdæ* tribuitur, fortasse quod à Damaso conceptum primum, deinde à Gelasio, ac denique ab Hormisda ita auctum ac digestum sit. Vide Baluzium ad Anton. Augustinum de emendatione Gratiani p. 444. (715.) Pearsonium parte 1. vindiciar. Ignatii c. 4. Larroquanum animadversionibus ad Pearsonium p. 29. seq. Schelstratenum in Antiquitate illustrata tom. 1. p. 369. D. Tho. Ittigium de hæresiarchis p. 207. & in appendice p. 125. Caveum in historia literaria S. E. ad A. 492. Chifletium ad Vigilium Tapsensem p. 149. Præcipue vero Justum Fontanini libro 2. de Antiquitatibus Hortæ Coloniæ Etruscorum cap. 3. Exstat hoc decretum etiam sub Gelasii nomine apud Vincentium Bellovacensem in prologo ad speculum naturale cap. 13. seq. & apud Gratianum dist. 15. *sacra Romana Ecclesia*, Burchardum lib. 3. c. 220. seq. Ivonem parte 4. cap. 64. & pannormiæ lib. 2. c. 91. notis illustratum exhibet Covarruvias tom. 2. variarum resolutionum lib. 4. Gelasio etiam tribuitur ab Hincmaro Remensi, à Lupo Ferrariensi, Nicolao I. Papa Epist. 8. (42.)

2011 Ministerio de Cultura

8. (45.) & auctore Chronici Centulenſis apud Dacherium tom. 4. ſpicilegii, ut notavit Harduinus, qui etiam Capitulare Attonis tomo 8. conſulere jubet. Reſpicit etiam, ſed Gelaſii nominatim non meminit Aldhelmus, quando c. XI. libri de virginitate e) ait de eliminandis apocryphorum deliramentis, orthodoxorum Patrum ſcripta ſcriptis decretalibus ſanxiſſe.

Tribuuntur etiam Gelaſio *geſta de nomine Acacii*, de quibus ſupra ad A. 483. neque alium auctorem habent ſcripta in tomis Conciliorum hactenus non edita, *Codex Sacramentorum*, quem vulgavit Joſephus Maria Thomaſius f) Rom. 1680. 4. vel *liber de duabus naturis*, editus in antidoto adverſus hæreſes Baſil. 1528. fol. in Jo. Heroldi Hæreſiologia Baſil. 1556. fol. & in collectione Tigurina de duabus naturis & una perſona CHriſti, 1571. fol. in Bibliothecis Patrum (ut poſtrema Lugdunenſi T. 8. p. 699.) & cum Stephani Audeberti Theodoreto explicato, Laſcani 1639. 8. Gelaſio Papæ illum vindicant Jo. Forbeſius XI. 16. inſtructionum Hiſtorico-Theol. Dallæus de uſu Patrum p. 108. Steph. le Moyne Prolegom. ad Varia ſacra * 28. Caveus &c. atque contra Melch. Canum, Suffridum Petri, Baronium, Binium, Bellarminum, Perronium agnoſcunt Sirmondus, Spondanus, Petavius, g) Chifletius, Pagi, Dupinius aliique, etiam Labbeus tom. 1. de ſcriptor. Eccleſ. p. 342. ſed qui præter rem tradit in Orthodoxographis reperiri, in utraque enim illorum editione fruſtra quæritur.

† Epiſtola *Aviti* Epiſcopi Viennenſis ad *Clodoveum* Regem Francorum de ſuſcepta ab eo CHriſti fide & baptiſmo. *Remigii*, Remorum Epiſcopi, ad eundem Clodoveum Conſolatoria in obitu Albofledis ſororis, paullo poſt ſuſceptum baptiſmum defunctæ.

495. Romanum Concilium LV. Epiſcoporum ſub Gelaſio, exemplar geſtorum de abſolutione Miſeni, Cumani Epiſcopi, de quo dictum ad A. 484.

Index

e) T. 13. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 37. B. Scripſit Aldhelmus circa A. 680.
f) Journal des Savans 1681. p. 243.
g) Vide ejus dogm. Theol. tom. 4. p. 122. ſeq. & 208.

2011 Ministerio de Cultura

Index ſcriptorum, quorum teſtimonia [h] S. Gelaſius ſubjunxit libello de duabus Naturis.

ad paginas Tomi VIII. Bibliothecæ Patrum Lugd.

Ambroſii Epiſcopi Mediol. 706. C. 707. B.
Amphilochii, Epiſc. Iconii, ex libro ubi exponit, *Pater meus major me eſt*, p. 705. E. 707. C. alio ſermone, ubi explanat illud: *Amen, amen, dico vobis, qui verbum meum audit*, id. Ejusdem contra Arianos, id. F. G. ſermone de Filio Dei, 707. C.
Antiochi Epiſcopi Ptolemaidis, 705. G. in feſtivitatem Nativitatis, id. G. H. adverſus Judæos in Paſcha, 706. A. ſermone adverſus hæreticos, 707. D.
Anthropomorphitarum hæreſis damnata ab Eccleſia, 701. C.
Apollinaris hæreſis, vide infra in Manichæo.
Athanaſii Epiſc. Alex. libris contra Arianos, 704 E. F. G. Epiſtola ad Epictetum. id. G. & 706. B. in libris adverſus hæreticos, 706. F. de incarnatione. id. G. H.
Baſilii Epiſcopi Cæſareæ, libro contra Eunomium, 705. C. ex ſermone gratiarum actionis, id. & 706. H.
Damaſi Epiſcopi Romani contra Arianos, cum anathematis interminatione, 707. B.
Euſebii Epiſcopi Palæſtinenſis, cognomento Pamphili, expoſitione Pſalmi XVII. pag. 704. H. Evangelica præparatione libro ſeptimo. id. & 705. A.
Euſtathii Epiſc. Antiocheni, Confeſſoris, contra Arianos, 704. B. C. 706. D. E. F.
Gregorii Naz. in Natali Domini, 705. A. Epiſt. ad Cledonium, id. B. & 706. B. ad Nectarium, 707. A.
Gregorii Nyſſeni contra Eunomium, 705. C. D.
Hippolyti Epiſcopi & Martyris, Arabum Metropolis, in memoria hæreſium, 704. C. D. E.

h) Conferendi indices teſtimoniorum in Theodorito & Leontio Volum. VII. hujus Bibl. p. 436. & 453. & in Actis Concilii Epheſini & Chalced. quos dedi Volum. IX. p. 292. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Ignatii Episcopi & Martyris Antiocheni epistola ad Ephesios, 704. A. B.
Joannis Episcopi CPol. in Evangelium secundum Joannem, 706. C.
Manichæi hæresis & Apollinaris & Marcionistarum, veritatem Corporis Christi negans, 702. H. 703. A.
Severiani Episcopi Gabalorum testimoniũ, 707. C. contra Novatum, 706. A.
Hactenus index in Gelasium de duabus naturis.

A. C. 496. *Anastasii II.* Papæ epistola decretalis ad Anastasium Imp. ex Dionysii Exigui & Isidori Mercatoris collectione, capitula VIII.

†† Ej. Fragmenta epistolæ Dogmaticæ ad Ursicinum edita à Baluzio p. 1458. & Harduino p. 951.

† Conventus *Remensis* ad Clodovei Regis baptismum in ecclesia S. Martini. Vide Labbeum tom. 4 p. 1827.

† Ad Clodoveum Regem Francorum gratulatoria de suscepto Christianismo, ex tom. V. Spicilegii Dacheriani p. 582.

Libellus ab apocrisiariis Alexandrinæ ecclesiæ datus legatis CPolin missis ab Anastasio Papa, & conformis *Henotico Zenonis* ad supprimendam Concilii Chalcedonensis auctoritatem. Ediderat Baronius ad A. 497. 14.

† Decretum Anastasii ex Gratiano 23. qv. 3. *Qui potest obviare & perturbare perversos, & non facit, nihil est aliud quam favere impietati eorum.*

De *CPolitano* Concilio, in quo confirmatum Henoticum Zenonis, & Euphemius depositus, Macedonio successore dato, meminit Victor Tunonensis & auctor Synodici c. 107. supra p. 233.

497. De *CPolitano* Episcoporum ἐνδημούντων sive in urbe præsentium, Macedonio præside, ad unionem ecclesiarum regiæ urbis receptis actis Chalcedonensibus. Theophanes in Chronico, & Synodici auctor loco laudato. Vide & Acta Sanctor. 25. April. p. 369. Victor Tunonensis rejectos in illo Nestorii & Eutychetis sectatores, sed & Chalcedonensis Synodi defensores condemnatos tradit.

498. *Symmachi* Papæ epistola 1] ad Liberium a) Patricium, 2] ad Lau-

a) Scripta Symmachi nomine ab Ennodio tunc Diacono, inter cujus Epistolas lib. V. Epist. 1.

2011 Ministerio de Cultura

Laurentium b) Mediolanenſem, 3] ad Cæſarium c) Arelatenſem cum ejusdem Cæſarii libello ad Symmachum.

† Ej. 4] & 5] ad Æonium d) Arelatenſem Epiſc. 6] Apologetica e) adverſus Anaſtaſium Imp. 7] ad Afros f) Epiſcopos, 8] ad Orientales, g) cum Orientalium epiſtola ad Symmachum. 9] ad epiſcopos Galliæ, h) cum exemplo libelli Symmacho oblati ab Ægidio Abbate & Meſſiano notario. 10] ad Cæſarium i) Arelatenſem, 11] ad Theodorum Laureacenſem, cui pallii concedit uſum (ex appendice ad Chronicon Reicherſpergenſe & ex metropoli Salisburgenſi Wigulei Hundii.) 12] ad Avitum epiſcopum Viennenſem, ex Dacherii ſpicileg. tom. 5. p. 583.

499. De *CPolitano* Concilio, in quo cum Neſtorianis & Chalcedonenſi Synodo condemnati, qui non confiterentur unum è S. Trinitate crucifixum. Vide Baluzium p. 1456. ex Victore Tunonenſi.

Romanum ſub Symmacho, Epiſcoporum LXXII. tempore Theodorici Regis, de tollendo ambitu in Comitiis Pontificiis. Calendis V. Subſcriptiones epiſcoporum apud Baluz. p. 1460.

Libellus Joannis Diaconi A. 506. oblatus Symmacho, apud Baluz. p. 1464. Labbeum p. 1401. Harduin. p. 963.

Theodorici Regis lex ad Senatum Romanum, data A. 507. contra Sacerdotes, qui ſubſtantiam Eccleſiæ, jure directo aut vendere aut donare præſumunt. Ex edit. Lucæ Holſtenii T. 2. collect. Rom. p. 212. Labbeus p. 1401. & Harduin. p. 963.

Collatio Epiſcoporum, præſertim *Aviti* Viennenſis, coram Rege

b) Hanc male inter Symmachi Epiſtolas referri notat Sirmondus. Eſt enim Oratio non Epiſtola: nec Symmacho congruit, ſed inter Ennodii dictiones ſive orationes ſacras tertia, data Stephano *Viro Spectabili* Vicario, dicenda Maximo Epiſcopo Ticinenſi, cui deinde Ennodius ſucceſſit.

c) Baron. ad A. C. 514. n. 4. ſeq.

d) id. ad A. 499. n. 36. 37.

e) id. ad A. 503. n. 18.

f) Ennod. lib. XI. Epiſt. 14.

g) Baron. ad A. 512. n. 36. & 48.

h) id. A. 513. n. 46.

i) id. ad A. 502. n. 37.

2011 Ministerio de Cultura

Gundebaldo adverſus Arianos, ex tom. V. ſpicilegii Dacheriani p. 110.

A.C. 500. *Romanum II.* Epiſcoporum CXV. in quo Symmachus abſolutus, & condemnatus Petrus Altinenſis Epiſc. quem viſitatorem rex Theodoricus miſerat.

501. *Romanum III.* Palmare, Dionyſio Exiguo quartum, in ejusdem Symmachi cauſa. Ad ſubſcriptiones Epiſcoporum conferendus Baluzius p. 1464. ſeq.

Præceptiones *Theodorici* Regis ad Epiſcopos, cum relatione Epiſcoporum ad Regem, & epiſtola Viri Spectabilis, Anagnoſtici Regis.

502. *Romanum IV.* de rebus Eccleſiæ conſervandis. Hoc Dionyſio Exiguo eſt tertium. Canones VIII. cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum.

† *Ennodii* Apologeticus, pro Synodo quarta Romana, inter Ennodii opera à Sirmondo illuſtrata plus ſimplici vice vulgatus.

Aviti Viennenſis Epiſcopi (nomine Epiſcoporum Galliæ ſcripta) epiſtola ad Senatores urbis Romæ, qua Epiſcopi Italiæ reprehenduntur, quod de Papæ Symmachi cauſa judicandum inferiores ſuſceperint.

503. *Romanum V.* Epiſcoporum CCXVIII. cum ſubſcriptionibus.

504. *Romanum VI.* de invaſoribus rerum Eccleſiaſticarum, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum.

† 504. (al. 507.) *Byzacenum* in Africa de ſubrogandis novis Epiſcopis. Vide Labbeum p. 1378. ſeq.

506. *Agathenſe* in Gallia Narbonenſi, de variis diſciplinæ Eccleſiaſticæ capitibus Canones LXXI. in quorum nono citatur Innocentii I. ad Exuperium epiſtola & Siricii de incontinentibus Clericis. Canones autem ab XLVIII. ad LXX. licet pro Agathenſibus agnoſcuntur à Gratiano & aliis, tamen in antiquiſſimis Codicibus non habentur, & poſt Concilium XVII. Toletanum additi demum ex Canonibus maxime Concilii Epaonenſis A. 517. ut notavit Sirmondus. Canoni LXXI. ſubjiciuntur ſubſcriptiones XXXIV. epiſcoporum.

† Decreta tria Agathenſis Concilii ex Gratiano diſt. 86. *Non liceat aliquem*, 13. qv. 3. *Uſura eſt*, & 2. qv. 4. *Si quis presbyter.*

Aliud

2011 Ministerio de Cultura

Aliud ex decreto Ivonis, & alia tria ex Codice librorum sexdecim lib. 5. c. 22. & lib. 15. c. 8. quæ etiam adscripsit Harduinus p. 1459.

† *Ruricii* Lemovicensis & *Cæsarii* Arelatensis mutuæ epistolæ, nec non Ruricii ac *Sedati* Episc. Hujus Ruricii Sidonio IV. 16. & VIII. 10. epist. laudati epistolarum libros duos habemus in Bibl. Patrum tom. 8. edit. Lugd. p. 559. ex tomo quinto lectionum antiquarum Henr. Canisii, quas cura sua expolitas proxime in Belgio iterum dabit V. C. Jac. Basnage. Epistola ad Cæsarium lib. 2. 32. p. 573. Cæsarii ad Ruricium p. 558. Ruricii ad Sedatum lib. 2. 34. pag. 574. Sedati ad Ruricium pag. 558.

† *Remigii* Remensis epistola ad Clodoveum Regem Francorum, cum ad bellum Gothicum se accingeret.

Clodovei Regis epistola ad Episcopos post bellum Gothicum scripta de captivis tum clericis tum laicis Episcoporum arbitrio & testimonio relaxandis.

507. *Tolosanum* Concilium videtur memorari in epistola Cæsarii apud Labbeum p. 1827. sed id parum certum, nec credibile videtur Baluzio, quem vide p. 1465.

511. *Aurelianense* Concilium Episcoporum XXXII. ex evocatione glorioſissimi Regis Clodovei, Canones XXXI. cum subscriptionibus.

512. *Sidone* in Palæstina Pseudo-Synodus Episcoporum LXXX. ferme adversus Synodum Chalcedonensem. Flavianus Antiochenus & Johannes Paltensis in exilium missi sunt. Auctor Marcellinus in Chronico. Vide Labbeum p. 1414. & Synodicum c. 108. supra p. 233. Hujus Synodi duces extitisse Soterichum Cæsareæ Cappadociæ, & Philoxenum Hierapolis Euphrateſiæ, qui & Xenaias dictus est ab Evagrio & Theodoro Lectore, observat ex Cyrillo Scythopolitano in vita S. Sabæ cap. LXXIII. Baluzius p. 1466.

De *Antiocheno* Conciliabulo Eutychianorum, de *CPolitana* Synodo Timothei & de *Hierosolymitana* Theodosii & Sabæ ex veteri Synodico c. 109. seq. supra p. 236.

2011 Ministerio de Cultura

† De Synodo *Britannica*, loco incerto habita Labbeus p. 1416. ex Balæi centuria 1. 58. in Theliao Landaviæ Episcopo.

A.C. 514. *Hormisdæ* Papæ epistola a) ad Justinum Augustum de Divinitatis & Incarnationis mysterio. Sacra *Justini* Imp. b) ad Hormisdam. *Johannis* c) Episcopi CPol. ad eundem directus libellus fidei. Hormisdæ epistola. 2] ad Johannem d) Melicitanum Episc. 3] ad Johannem e) Tarraconensem. 4] & 5] ad universos f) Episcopos Hispaniæ. 6] ad Epiphanium Episcopum CPol. exstat in Concilio CPol. sub Menna A. 536. actione quinta. 7] ad Salustium g) Spalensem Episc. 8] ad Episcopos h) Hispaniæ. Justini Imp. i) ad Hormisdam epistola. Exemplar precum k) ad Justinum Augustum ab Hierosol. Antiochenis & secundæ Syriæ clericis & Abbatibus. Epistola Synodica l) sive exemplar relationis *Synodi Epiri veteris* ad Hormisdam Papam. 9] Hormisdæ epistola m) ad Synodum Epiri veteris. 10] ad Johannem n) Nicopolitanum Episcopum cum regula fidei & Indiculo, quid in Nicopolitana ecclesia sit agendum. Exemplum relationis o) Archimandritarum & cæterorum Monachorum secundæ Syriæ, cum subscriptionibus. Hormisdæ epistola ad Archimandritas Syriæ exstat in Concilio CPol. sub Menna A. 536. actione quinta. Relatio *Synodi CPolitanæ* p) de ordinatione Epiphanii Episcopi, cum subscriptionibus episcoporum. Possessoris q) Episcopi Afri relatio per Justinum Diaconum ejus de libro Fausti Rejensis Episc. 11] Hormisdæ ad Possessorem r) Episcopum.

† Alias Hormisdæ epistolas apud Baronium vel in epistolis Pontificum obvias Harduinus omisit, quas habent Regia edit. & Labbeus. 12] suppositititiam ad Remigium Remensem. Anastasii Imp. ad Hormisdam. 13] Hormisdæ ad Anastasium. Dorothei Thessalonic. Episc. ad Hormisdam. 14] Hormisdæ ad Dorotheum. Anastasii Imp. ad Hormisdam de *Synodo Heracleotana* ad componendas in Scythia de fide ortas quæstiones.

a) Labbe p. 1552. b) id. p. 1491. c) id. p. 1486. d) id. p. 1511.
e) id. p. 1465. f) id. p. 1466. 1501. g) id. p. 1468. h) id. p. 1512.
i) id. p. 1541. k) id. p. 1542. l) id. p. 1440. m) id. p. 1441.
n) id. p. 1443. o) id. p. 1461. p) id. p. 1522. q) id. p. 1529. r) id. p. 1530.

2011 Ministerio de Cultura

nes. 15] Hormisdæ ad Anastasium Imp. Indiculus sive Commonitorium, Ennodio & aliis legatis CPolin datum cum capitulis causarum. 16] Hormisdæ ad Anastasium Imp. Anastasii epistolæ duæ ad Hormisdam. 17] Hormisdæ ad Anastasium. Anastasii ad Senatum urbis Romæ. Rescriptum Senatus urbis. Exemplum relationis Joannis Episcopi Nicopolitani. 18] Hormisdæ ad Joannem. Aviti Episcopi Viennensis ad Hormisdam. 19] Hormisdæ ad Avitum. 20] ad Anastasium Augustum. 21] ad Timotheum CPol. Episcopum hæreticum commonitoria. 22] Commonitoria ad hæreticos Episcopos Orientis. 23] ad episcopos Orientis orthodoxos. 24] ad Possessorem Episcopum Africanum. 25] ad populum & monachos CPol. 26. 27] ad Ennodium & Peregrinum episcopos. 28] ad Anastasium Imp. 29. 30.] ad Joannem Nicopolitanum. 31] ad Dorotheum Thessalonicensem Episc. Anastasii ad Hormisdam. Justini ad eundem, qua se Imp. electum significat. 32] Hormisdæ ad Justinum Augustum. Justini ad Hormisdam. 33] Hormisdæ ad Justinum. Exemplum relationis Joannis episcopi CPol. 34] Hormisdæ ad Joannem CPol. Justiniani Comitis ad Hormisdam. 35] Hormisdæ ad Cæsarium Arelatensem. 36] ad Justinum Augustum. Indiculus quem acceperunt legati Apostolicæ sedis. 37] ad Justinum Augustum. 38] ad Euphemiam Augustam. 39. 40] ad Joannem CPol. episc. 41] ad Archidiaconum & clerum CPol. 42] ad Justinianum Domesticorum comitem, postea Justini successorem. 43] ad Celerem & Patricium. 44] ad Præfectum Prætorio Thessalonicensem. 45] ad Anastasiam & Palmatiam, fœminas Senatorias, quæ tempore persecutionis Anastasii inconcussæ pro fide Catholica steterant. Exemplum secundæ (prima intercidit) suggestionis, tertiæque legatorum Germani Episcopi, Felicis & Dioscori Diaconi & Blandi presbyteri, ab Hormisda ad Imp. Exemplum relationis Andreæ, Episcopi Prævalitani. Suggestio legatorum quarta. Suggestio Dioscori diaconi per Pollionem Subdiaconum. Exemplum relationis episcopi CPol. ad Hormisdam. Justiniani Comitis ad eundem epistola, Pompeji item, Julianæ Aniciæ, Anastasiæ, & Theodoriti Episcopi Ligni-

2011 Ministerio de Cultura

Lignidenſis. 45. 46. 47] Hormiſdæ ad Germanum cæterosque legatos. 48] ad Juſtinum Auguſtum. 49] ad Joannem CPol. Epiſc. 50] ad Juſtinianum. 51] ad Pompejum. 52] ad Julianam Aniciam. 53] ad Anaſtaſiam. 54] ad Gratum. 55] ad Germanum cæterosque legatos. 56. 57] ad Dioſcorum Diaconum. 58] ad Thomam & Nicoſtratum. 59] ad Joannem & Dioſcorum legatos. 60] ad Juſtinum Auguſtum. 61] ad Euphemiam Auguſtam. 62] ad Juſtinianum. 63] ad Germanum virum illuſtrem. 64] ad Heliam, Thomam & Nicoſtratum. 65] ad legatos. Suggeſtio quinta legatorum. 66] Hormiſdæ epiſtola ad legatos. Suggeſtio Dioſcori Diaconi. Suggeſtio ſexta legatorum & ſeptima. Juſtiniani epiſtolæ ad Hormiſdam tres de monachorum Scytharum controverſia, an dicendum ſit unum è SS. Trinitate crucifixum. 67. 68] Hormiſdæ ad Juſtinianum. Suggeſtio Dioſcori Diaconi. Juſtini ad Hormiſdam epiſtola. Relatio Joannis epiſcopi CPol. Suggeſtio octava legatorum. Indiculus directus à Joanne epiſcopo vel ab Epiphanio presb de Theſſalonica. Suggeſtio Dioſcori Diaconi. Epiſtolæ Juſtiniani, Juſtini, Euphemiæ Auguſtæ, Celeris & Julianæ, ad Hormiſdam. 69. 70] Hormiſdæ ad legatos ſuos. 71. 72.] ad Epiphanium CPol. Epiſc. Relatio Epiphanii CPol. Epiſtola Juſtiniani viri illuſtris ad Hormiſdam. Relatio Epiphanii CPol. altera. Sacra Juſtini Auguſti, quæ incipit: *Dum beatiſſimum Germanum.* Relatio Dorothei epiſcopi Theſſalon. 73] Hormiſdæ ad Dorotheum Theſſalon. 74] ad Juſtinum Auguſtum. 75] ad *Synodum CPol.* cui Epiphanium Epiſcopum electum gratulatur. 76] ad Epiphanium CPol. Epiphanii ad Hormiſdam epiſtola & relatio. Juſtiniani viri clariſſimi duæ. 77] Hormiſdæ ad Juſtinianum. Juſtiniani viri illuſtris ad Hormiſdam. 78. 79] Hormiſdæ ad Juſtinum Auguſtum. 80] ad Epiphanium CPol. Juſtini Imp. ad Hormisdam. Epiphanii CPol. ad eundem relatio. His adde 81] Hormiſdæ epiſtolam ad Remigium Remorum Epiſcopum, quam dat Labbeus p. 1829.

† Decreta quatuor Hormiſdæ Papæ ex Gratiano diſt. 50. *Si ille qui.* 30. qvæſt. 5. *Nullus fidelis.* 31. qv. 2. *Tua ſanctitas*, & *Nullus presbyter.*

De

2011 Ministerio de Cultura

De Decreto de libris Apocryphis, quod Hormisdæ tribuunt Codex Jurensis & Urgellensis, dictum supra in Gelasio ad A. 494.

* 515. *Agaunense* Concilium LX. Episcoporum, in quo monasterii Agaunensis fundatio recitatur, habitum Rege Burgundionum Sigismundo. Ediderant Sammarthani fratres tomo IV. Galliæ Christianæ p. 12. unde habet Labbeus p. 1557. quem vide etiam p. 1827. Memoravit tantum in indice Harduin.

† Conventus omnium Potestatum *Britanniæ* ad Coronationem Regis Arthuri. Vide Labbeum p. 1562.

§ 16. *Tarraconense* Concilium, Capitula XIII. cum subscriptionibus episcoporum decem.

† Fragmentum Tarraconensis Concilii, quod habent Gratianus de consecr. dist. 5. cap. *dictum est*, & Concilium Cabilonense secundum A. 813. c. 27. Burchardus lib. 4. c. 50. Ivo part. 1. cap. 244.

Illyricianum Episcoporum XL. Illyrici & Græciæ, qui convenientes in unum per professionem scriptis, factam, à Thessalonicensi episcopo, quamvis Metropolitano suo discesserunt, eo quod ob metum Imperatoris Anastasii cum Timotheo CPol. communicaret; ac Romam mittentes se cum Papa Hormisda communicare in scriptis professi sunt. Auctor Anastasius ex Theophane ad annum incarnationis Dominicæ 508.

Lugdunense, cui Avitus Viennensis & Chartenius incertæ sedis Episcopus interfuere, sub Gundobado Burgundionum Rege: ut ex Aviti epist. 27. observat Baluz. p. 1467.

§ 17. *Gerundense* in Catalaunia, Capitula X. subscriptiones episcoporum VII.

† De Concilio *incerti loci* (Baronio ad A. 514. & Binio *Remense*) in quo hæreticus Arianus coram Remigio obmutuit, & ad fidem Catholicam conversus est. Vide, quæ ex Hincmaro & Flodoardo Labbeus p. 1572.

Epaonense in Gallia, tempore Sigismundi Regis. Tractoria Aviti Viennensis & altera primum edita ab Harduino Viventioli Lugdunensis Episcopi. Capitula sive Canones XL. Subscriptiones episcoporum XXVII. in quibus non est Cæsarius Arelatensis, quem maxime auctorem Capitulorum esse affirmat Isidorus.

2011 Ministerio de Cultura

Lugdunense, contra Stephani inceſtum, qui cognatæ ſuæ ſe ſociavit, & de aliis diſciplinæ capitibus Canones VI. ſubſcriptiones epiſcoporum XI.

A. C. 518. *CPolitanum*, quo Chalcedonenſia decreta recepta ſunt. Acta hujus Synodi in actione quinta Concilii ſub Mena A. 536.

Hieroſolymitanum, cujus epiſtola ſynodalis in eadem quinta actione. Confer, quæ de ſynodis ſub Hormisda Synodicon vetus ſupra p. 235. ſeq.

Tyrium, quo perinde, ut in Hieroſolymitano, acta legitima CPolitani Concilii confirmantur. Exſtat epiſtola ſynodica in eadem quinta actione.

Romanum, quo pax ſancita cum CPol. Eccleſia, dum nomina Acacii, Euphemii & Macedonii expungerentur è diptychis. Huc pertinent epiſtolæ Hormisdæ Papæ, indiculus ejusdem & alia, quæ deſcribit Baronius in Annalibus ad annum 518. & 519.

520. *CPolitanum*, cujus relatio de ordinatione Epiphanii epiſcopi fuit ſupra inter epiſtolas Hormiſdæ Papæ.

† De Synodo *Britannica*, contra fæcem Pelagianæ hæreſeos adhuc redolentem, celebrata ſub Davide Archiepiſcopo Menevenſi ſub Arthuro Rege, Labbeus p. 1590.

* *Trifolii* Presbyteri epiſtola ad beatum Fauſtum Senatorem, contra Johannem Scytham Monachum, edita ex Sirmondi ſchedis à Labbeo p. 1590. & apud Harduin. p. 1460.

* 521. Epiſtola Synodica Epiſcoporum *Africanorum* in Sardinia exulum. Inter Fulgentii opera p. 269. edit. novæ Pariſ. 1684. 4. Liber Synodicus Fulgentii & aliorum quindecim epiſcoporum ad Petrum Diaconum, de Incarnatione & Gratia, exſtat inter eadem opera Fulgentii p. 286.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XI.

523. *Johannis I.* Papæ epiſtolæ ſuppoſititiæ ad Zachariam Archiep. & ad epiſcopos Italiæ ex collectione Iſidori.

† Remigii Remenſis epiſcopi epiſtola ad tres epiſcopos, & altera ad Falconem epiſcopum Tungrenſem.

524. *Ilerdenſe* Concilium in Hiſpania, Canones XVI. cum ſubſcriptionibus epiſcoporum IX.

† Fragmenta,

2011 Ministerio de Cultura

† Fragmenta, quæ ex Ilerdenſi Concilio adducunt Gratianus, Ivo & Burchardus.

Decreta duo ejusdem Concilii à Surio edita.

Valentinum in Hiſpania, anno XV. Theodorici Regis. Canones VI. Subſcriptiones epiſcoporum VII.

† Fragmenta ex Valentino Concilio (ſive Gallico ſive Hiſpanico) quæ citantur à Burchardo lib. 3. c. 28. 84. 50. 170. 140. 141. & lib. 9. c. 5. & 101.

Arelatenſe IV. ſub Cæſario. Canones IV. Subſcriptiones Epiſcoporum XVII.

† Fragmenta duodecim, tertii A. 455. & quarti Concilii Arelatenſis, ex Gratiano, Ivone & ex aliis decretorum libris ex Gandavo habitis & vetuſtis in monaſterio S. Bavonis.

Juncenſis in Africa Concilii epiſtola Synodica eſt in Concilio Carthaginienſi anni 525. apud Harduin. p. 1085. & Labbeum p. 1627. Canonem, *ut in plebe aliena nullus ſibi Epiſcopus audeat vindicare*, habet Ferrandus in breviatione Canonum c. 26.

Sufetani itidem in Africa, cujus perinde ut Juncenſis mentio in vita Fulgentii Ruſpenſis c. 29. qui eximium humilitatis ſpecimen in illis edidit. Ibidem legas in omni Concilio *Byzaceno* de rebus majoribus Fulgentium hunc primum conſultum.

A. C. 525. *Carthaginienſe* ſub Bonifacio Epiſcopo, acta diei 1. & 2. cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum LX. & epiſtolis Bonifacii, Miſſoris ſenis primæ ſedis Numidiæ, & Liberati. Multa citantur in hoc Concilio ex Codice Canonum eccleſiæ Africanæ, & ex Concilio Arelatenſi tertio A. 455.

526. *Felicis IV.* Papæ epiſtolæ ſuppoſititiæ duæ ad omnes Epiſcopos & ad Sabinam, ex collectione Iſidori.

† Genuina ad Cæſarium Arelatenſem.

† *Proſperi* ex Manichæo converſi anathematiſmi XXI. contra Manichæorum errores ex Sirmondi editione in tom. 1. Concilior. Galliæ: una cum Commonitorio S. Auguſtini ad Presbyterum Manichæum, quod habent etiam Baronius ad A. 404. n. 128. & Benedictini in appendice ad tomum octavum operum Auguſtini.

2011 Ministerio de Cultura

A. C. 527. *Carpentoractense* Concilium in Gallia anno secundo Athalarici Italiæ Regis, Canon unicus, cum subscriptione Cæsarii Arelatensis & aliorum Episcoporum XV. Ejusdem Concilii epistola ad Agrœcium Episcopum.

529. *Arausicanum II.* Capitula XXV. de gratia & libero arbitrio. Subscriptiones Cæsarii & aliorum Episcoporum XII. atque illustrium Virorum VIII.

Capitula XIX. *S. Augustini* ex urbe Roma transmissa. Hæc est Arausica Synodus, cui B. Cæsarius ex delegatione sedis Apostolicæ præsedit, & capitula ab Apostolica Sede directa, subscribenda & tenenda omnibus protulit, ut est apud Hincmarum lib. de Prædest. c. 12. tom. 1. pag. 48. & cap. 22. pag. 134. seq.

* De *Valentino* Concilio ad Rhodanum in Gallia, annotatio Labbei ex Cypriano diacono in vita Cæsarii Arelat.

Vasense III. in Gallia. Canones V. Subscriptiones Episcoporum XII.

*† Conventus Episcoporum *Andegavensis*, de quo Labbeus pag. 1828. ex auctore vitæ S. Melanii Redonensis Episcopi.

530. *Bonifacio II.* Papæ supposita epistola ad Eulalium Alex. Episc. de reconciliatione Carthag. Ecclesiæ, & exemplar precum ejus & Justiniani Imp. ex collectione Isidori.

Genuina epistola ad Cæsarium Arelatensem, pro confirmatione Synodi Arausicanæ anni 529.

531. *Larisseni* Concilii meminit Stephanus Episc. Larissenus in libello ad Bonifacium lecto in Synodo proxima Romana.

CPolitanum sub Epiphanio Episcopo CPol. qui ordinationem Episcopi Lariss eni ad se pertinere contendit. VideBaluz. p. 1467.

* *Romanum* sub Bonifacio, quo lecti sunt libelli à Stephano Lariss æ metropolitano transmissi, atque prolatæ è scrinio sedis Romanæ complures epistolæ, quibus constat eam, specialem in ecclesias Illyrici gubernationem sibi vindicasse. Hujus Synodi fragmenta quædam vulgavit Allatius pag. 1364. 1371. de concordia utriusque ecclesiæ: integrum exstat in collectione postuma Romana Lucæ Holstenii 1662. 8. cum ejus notis, quas Labbeus etiam servavit, Harduinus ut solet omisit.

2011 Ministerio de Cultura

ſit. In hac Synodo habentur 1. & 2) libelli Stephani Lariſſeni ad Bonifacium. 3) Elpidii, Stephani & Timothei Epiſcoporum ad eundem. 4. & 5) Damaſi Papæ ad Acholium. 6) Siricii ad Anyſium. 7) Innocentii Papæ ad Anyſium. 8) ad Rufum. 9. 10. 11) Bonifacii Papæ ad eundem Rufum. 12) ad Epiſcopos Theſſaliæ. 13) ad Rufum & alios. 14) Honorii Auguſti ad Theodoſium Auguſtum. 15) Theodoſii ad Honorium. 16) Cæleſtini Papæ ad Epiſcopos Illyrici. 17) Xiſti Papæ ad Epiſcopos in Synodo Theſſalonicenſi. 18) ad Proclum CPol. 19) ad Epiſcopos Illyrici. 20) Valentiniani & Marciani Augg. ad Leonem Papam. 21) Leonis Papæ ad Marcianum Aug. 22) ad Anatolium. 23) ad Marcianum. 24) Anatolii ad Leonem. 25) Leonis ad Anatolium. 26) ad Anaſtaſium. 27) ad Metropolitanos Illyrici. 28) ad Metropolitanos Achajæ.

Toletanum II. Canones V. cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum VIII. Montani, Toletani Epiſcopi epiſtolæ duæ, una ad fratres filiosque territorii Palentini, & altera ad Theoribium ſive Turibium, *Priſcillianiſtarum* oppugnatorem.

A. C. 532. *Joanni II.* Papæ ſuppoſita epiſtola ad Valerium Epiſcopum, ex Iſidori collectione.

Genuinæ epiſtolæ 1) Juſtiniani Imp. ad Joannem. 2) Joannis ad Juſtinianum. 3) ad Senatores de *Acœmetis* monachis Neſtorii ſectatoribus vitandis, adverſus quos Concilium *Romanum* a], hoc tempore habitum, ex ea colligitur. 4) ad Epiſcopos Galliæ. 5) ad presbyteros, diaconos & cunctum clerum Regenſis eccleſiæ. 6) *Africanorum* Epiſcoporum CCXX. ad Joannem. 7) Joannis ad Cæſarium Arelatenſem, cum capitulis Canonum ex epiſtola Siricii ad Emerium, ex canonibus Apoſtolorum, & Antiochenis, Nicænis, & Synodorum Valentinæ, Aurelianenſis, Juſtinianenſis (Arauſicani I.) & Epaonenſis.

† Athalarici Regis & Caſſiodori Senatoris epiſtolæ duæ ad Joannem.

533. Collatio Catholicorum cum *Severianis* habita CPoli, & deſcripta

a] Vide Labbeum p. 1762.

2011 Ministerio de Cultura

ab Innocentio Episcopo Maroniæ Civitatis in epistola ad Thomatem presb.

Flaviani CPol. rescriptum fidei, quod in hac Collatione affertur Latine, exstat Græce & Latine in actis Concilii Chalcedon. p. 15. edit. Labbei & p. 7. Harduin.

Aurelianense Concilium. Canones XXII. Subscriptiones Episcoporum XXVI. & Presbyterorum V.

A.C. 534. *Africanum* sive *Carthaginiense*, sub Reparato Episcopo, Episcoporum CCXX. cujus Synodalis supra inter epistolas Joannis II. Papæ. Legationi hujus Concilii ad Justinianum respondet Novella 36. 37.

* Canonem de libertate monasteriorum exhibent Labbeus pag. 1785. Harduinus p. 1177.

535. *Agapeto* Papæ supposita epistola ad Anthimum Episc. CPol. Eutychianismi suspectum. Altera ad Cæsarium Arelatensem de Contumelioso Episcopo cum ad Sedem Apostolicam appellasset.

† Epistola 1) Justiniani Imp. ad Agapetum. 2) Agapeti ad Justinianum. 3) exemplar precum, quale fuit supra ad A. 530. 4) Agapeti epistola ad Episcopos Africanos. 5) ad Reparatum. 6) ad Justinianum. 7) ad Cæsarium Arelat. quod prædia juris Ecclesiæ nullo titulo alienari debeant. 8) Secunda fidei Confessio, sive epistola Justiniani Imp. de fide ad Agapetum, apud quem per approbationem ordinationis Anthimi in suspicionem hæreseos venerat. 9) Agapeti ad Petrum Hierosol. Episcopum, exstat in actione 1. Concilii CPol. sub Mena A. 536.

Aruernense Concilium, Theodeberti Regis consensu in Aruerna urbe celebratum. Canones XVI. Subscriptiones Episcoporum XV. Epistola Synodi ad Theodebertum Regem.

Capitula quinque Concilii Aruernensis, ex Codice quinque librorum partialium lib. 2. c. 103. & ex Codice sedecim librorum lib. 1. c. 20. lib. 2. c. 37. 44. & ex lib. 3. c. 14.

EDIT. LABBEI TOMUS V.

536. Acta Concilii *CPolitani* sub Mena (al. *Mina* vel *Menna*) Archiep. CPol. Episcoporum amplius quinquaginta contra Anthimum,

2011 Ministério de Cultura

mum, Severum, Petrum Apameenſem, Zooram a] aliosque Acephalos. Latinam veterem verſionem edidit Binius additis A. 1618. etiam partem magnam Græcis, ex Bibliotheca Heidelbergenſi, atque inde Morellianæ & Regiæ Conciliorum editionis curatores. Sed integriora Græce & Latine Fronto Ducæus ex tribus Codd. Bibl. Regiæ Pariſ. Card. Perronii & Epiſcopi Carnotenſis, cum Jo. Zonara ad Canones Concilior. Pariſ. eodem anno 1618. fol. atque inde Labbeus & Harduinus. Actiones ſunt quinque. In *prima* etiam occurrit 1) Mariani presbyteri & monachorum CPol. ἐξάρχου ſive primatis, & Archimandritarum Monachorumque CPol. & Hieroſolymitanorum ad Agapetum Papam epiſtola, cum ſubſcriptionibus. 2) libellus ſive epiſtola Epiſcoporum Orientalium ad eundem Agapetum, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum. 3) Agapeti ad Petrum, ex Latino Græce verſæ, cum Latina verſione. 4) Mennæ CPol. Διαλαλιὰ ſive interlocutio. In *ſecunda* & *tertia* nulla alia ſcripta inſeruntur. In *quarta* exſtat ſententia Synodi adverſus Anthimum, nec non Mennæ Archiepiſcopi, cum ſubſcriptionibus. In *quinta*, quæ male pro prima fuit a quibusdam venditata, 1] libellus Epiſcoporum ad Imp. Juſtinianum à Paulo Epiſcopo Apameæ Syriæ & aliis ſex Epiſcopis, continens confeſſionem fidei Orthodoxæ, laudesque Imperatoris, & querelas adverſus Severum, Petrum & Zooram. 2] libellus Monachorum ad eundem Juſtinianum, cum ſubſcriptionibus Mariani & aliorum archimandritarum & presbyterorum XCVII. 3] libellus Monachorum ad Menam Patriarcham, cum ſimilibus ſubſcriptionibus. 4] Hormisdæ Papæ epiſtola ad presbyteros, diaconos & archimandritas ſecundæ Syriæ. 5] Ejusdem Hormisdæ ad Epiphanium CPol. 6] Supplicatio clericorum & monachorum Antiochiæ ad Joannem Patriarcham & Synodum A. 518. congregatam contra Severum, cum ſubſcriptionibus Presbyterorum, Diaconorum & Monachorum XXVI. 7] Relatio ad Joannem Patriarcham à Synodo CPol. anni 518. cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum XLII.

a] Ζωραΐν, male *Zonaram* in Tomo 2. introductionis Sagittarianæ p. 1007.

2011 Ministerio de Cultura

XLII. 8] Libellus Monachorum ad eandem Synodum, cum subscriptionibus presbyterorum & archimandritarum LIV. 9] Acclamationes, quibus post confirmatas quatuor Synodos Nicænam, CPolitanam, Ephesinam & Chalcedonensem condemnatio *Severi* poscitur, Euphemii vero ac Macedonii CPolitanorum & Leonis Rom. nomina restituenda diptychis à Joanne Patriarcha. 10] Joannis CPol. epistola ad Johannem Hierosol. 11] Joannis CPol. ad Epiphanium Tyri Episc. 12] ad Joannem CPol. epistola Johannis Hierosol. & Episcoporum in Synodo trium Palæstinarum congregatorum XXXIV. quorum additæ subscriptiones. 13] Epiphanii Tyrii & Episcoporum aliorum (quorum tantum quatuor subscripta sunt nomina) ad eundem Joannem CPol. 14] Acclamationes de anathematizando *Johanne* Mandrita, Acephalo. 15] Epistola Episcoporum secundæ Syriæ ad Joannem CPol. & Synodum, cum subscriptionibus Episcoporum quinque. 16] Exemplar actionis formatæ contra Petrum Apamiarum Episcopum. 17] Epistola communis cleri ecclesiæ Apamiarum metropolitanæ ad Episcopos provinciæ secundæ Syriæ. 18] Copia libelli archimandritarum & monachorum Apameensium ad eosdem, cum subscriptionibus XVIII. Confer Baronium ad A. 518. n. 48. 19] Sententia Epiphanii Patriarchæ CPol. & Synodi contra Severum & Petrum. 20] Menæ Patriarchæ CPol. sententia contra Severum, Petrum & Zoaram, cum subscriptionibus Episcoporum XC. 21] Constitutio sacra Imp. Justiniani contra Anthimum, Severum, Petrum & Zoaram. Incipit : *πρᾶγμα ἐκ ἀληθες βασιλεία.*

De *CPolitana* Synodo contra Anthimum CPol. Synodicon Pappi c. 115. supra p. 237.

Hierosolymitana contra Severum, Petrum Apameensem, Zoaram & Anthimum, Græce & Latine. Menæ Patriarchæ CPol. epistola ad Petrum Hierosol. & Sententia Petri Hierosol. contra Anthimum, cum subscriptionibus Episcoporum XLIX. Edidit etiam Fronto Ducæus cum Zonara ad Canones, Paris. 1618. fol. p. 751. addita Latina versio vetus, quam Harduinus subinde emendavit.

Silverii

2011 Ministerio de Cultura

Silverii Antipapæ damnatio Vigilii. *Amatoris* Auguſtodunenſis Epiſcopi epiſtola ad Silverium jam exulem. Silverii ad Amatorem. Suſpectæ fidei ſunt hæ tres epiſtolæ, ex Iſidori Mercatoris collectione depromtæ.

† *Vigilii* Papæ epiſtola ad Cæſarium Arelatenſem de Theodeberto Rege, qui fratris uxorem duxit. (Labbe p. 293. & 314.)

A.C. 538. *Aurelianenſe* Concilium III. tempore Childeberti Regis. Canones XXXIII. Subſcriptiones Epiſcoporum XIX. & Presbyterorum VIII.

De *Syriaca* Synodo Euphræmii Antiocheni contra Origeniſtas, mentio in Synodico Pappi c. 116. ſupra, p. 237.

Vigilii Papæ ad Dominos & fratres Theodoſium, Anthimum & Severum Epiſcopos epiſtola a) apud Liberatum c. 22. breviarii.

Epiſtola Vigilii ad Eutherium, aa) ex Iſidori collectione.

† Aliæ Vigilii epiſtolæ 4] ad Juſtinianum Auguſtum. 5] ad Mennam CPol. & 6. 7. 8.] ad Auxanium Arelatenſem, cui uſum pallii concedit & partes vicarii ſedis Apoſtolicæ injungit. 9] ad Epiſcopos Galliæ. Epiſtola Pontiani b) Epiſcopi ad Juſtinianum Imp. de tribus capitulis. 10] Vigilii ad Aurelianum Auxanii ſucceſſorem. 11] ad Epiſcopos Galliæ. 12] ad Valentinianum Epiſcopum Tomitarum. 13] ad Aurelianum Arelatenſem. 14] ad Ruſticum & Sebaſtianum c), quos excommunicat. 15] ad univerſalem d) Eccleſiam. Eutychii CPol. ad Vigilium. 16] Vigilii ad Eutychium. 17] Fragmentum damnationis Theodori e) Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ. 18] Conſtitutum de tribus Capitulis f) ad Juſtinianum Imp.

a) Suppoſitam Vigilio ab Eutychiano quodam contendit Baronius ad A. 538. n. 14. & Labbeus: ſed pro genuina habet Garnerius notis ad Liberatum c. 22. (qui eandem exhibet, & ipſe non diu poſt Vigilii obitum, hoc eſt poſt A. 555. ſcripſit) p. 157.

aa) Inſcribenda potius ad Profuturum Epiſcopum Bracarenſem. Vide Baluz. pag. 1468. ſeq. qui pag. 1471. ſubjunxit teſtimonia antiquorum Canonum pro trina immerſione ex Concilio Apoſtolorum.

b) In Actis quintæ Synodi tom. 3. Harduin. p. 1.

c) id. p. 175.

d) id p. 3. Ediderat Sirmondus poſt appendicem Codicis Theodoſ.

e) In Actis quintæ Synodi tom. 3. Harduin. p. 8.

f) id. p. 10.

2011 Ministerio de Cultura

quod media ſui parte in editione Binii truncatum Regia editio, & hanc ſecutæ integrum ex Baronii annalibus ad A. 553. n. 50. exhibent. Incipit: *Inter innumeras ſollicitudines.* De duabus Vigilii epiſtolis ad Juſtinianum & Theodorum, quas falſarunt Monothelitæ, vide ſis Baluzium p. 1480. ſeq. illarum & aliarum Vigilii mentio p. 1539. Confer etiam de hoc Vigilio Petri Antiocheni epiſt. ad Mich. Cerularium tom. 2. monumentor. Cotelerii p. 147. ſeq.

Leonis Senonenſis epiſtola ad Childebertum Regem Francorum, ne Meloduni novus, ubi nunquam fuit, Epiſcopus conſtituatur.

Trojani, Epiſcopi Santonenſis ad Eumerium ſive Evhemerum Epiſcopum Namnetenſem de puero, qui an baptizatus eſſet, neſciebat.

A. C. 540. Concilii *Barcinonenſis* Canones X.

541. ad Concilium *Byzacenum* in Africa, reſcriptum Juſtiniani exſtat in Collectione Juliani prope fin. & apud Baron. ad A. 541. n. 10.

Aurelianenſe IV. Canones XXXVIII. Subſcriptiones Epiſcoporum quinquaginta.

548. *Conſtantinopolitanum* Epiſcoporum fere LXX. in quo Vigilius decrevit condemnationem trium capitulorum usque ad œcumenicam Synodum ſuſpendendam eſſe. Judicii fragmentum recitat Facundus libro contra Mocianum p. 569. Videndus idem lib. 4. c. 3. & 4. atque in eum notæ Sirmondi. Liberatus c. 24. Baluzii Concil. p. 1472.

549. *Aurelianenſe V.* poſt mortem Theodeberti Regis. Canones XXIV. Subſcriptiones Epiſcoporum quinquaginta, presbyterorum vel Diaconorum, qui in loca Epiſcoporum venerunt, XXI. Hujus fortaſſe Synodi, & reſtituti in ea Marci Aurelianenſis Epiſcopi (ut pag. 1849. notavit Labbeus) mentio apud Gregorium Turonenſ. in vita S. Galli Epiſcopi Aruernenſis apud Mabillonium, Seculo 1. Benedictin. p. 118. num. 9. Adde, quæ è vita Domitiani Epiſcopi Trajectini ad Moſam, Baluzius p. 1472.

Aruernenſe II. in quo ſedecim Canones Aurelianenſis quinti iterato pro-

2011 Ministerio de Cultura

promulgati approbatique ſunt, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum X. Præfatio apud Labbeum p. 1850.

A.C. 550. *Tullenſe*, Theobaldi Regis juſſu celebratum, propter moleſtias quas Nicetius Epiſcopus Trevirenſis patiebatur à Francis aliquibus, quos ob inceſtas nuptias excommunicaverat. Excuſatoria Mappinii Epiſcopi, cur ad Synodum Tullenſem non venerit.

Mopſueſtenum novem Epiſcoporum, cujus acta exſtant in collatione quinta Concilii quinti generalis (tom. 3. Harduin. pag. 124. Labbei tom. 5. p. 492.) Ab hoc diverſum putat Garnerius *Mopſueſtenum*, cujus mentio in Synodico Pappi c. 117. ſupra p. 237. Vide ejus diſſ. de quinta Synodo p. 273.

Metenſe, in quo Cautinus Epiſcopus Aruernenſis conſecratus eſt, ut narrat Gregorius Turonenſis lib. 4. hiſt. c. 6. & 7.

De *Illyriciano* & *Africano*, quæ pro tribus capitulis ſunt habita, conſulendus Victor Tunonenſis in Chron. Vide Baluz. p. 1472. ſeq. & Noriſii diſſ. de quinta Synodo cap. 4.

EDIT. REGIÆ TOM. XII. ET HARDUINI TOM. III.

553. Acta Concilii CPOLITANI ſecundi, a) ſive *Quinti* œcumenici, ſub Eutychio CPol. Epiſcoporum CLXVI. in quibus tria capitula condemnata, atque (ut contra Halloixii Origenem defenſum probe notatum eſt ab eminentiſſ. Noriſio in diſſ. de quinta Synodo, ad calcem Hiſt. Pelagianæ) reprobatus Origenes, cum Evagrio, Didymoque Origenianis. Ea primus in lucem edidit ex antiqua Latina verſione (Pelagio ſecundo epiſt. 3. ad Epiſcopos Iſtriæ uſurpata) Surius A. 1567. deinde Binius, Romanæque & Regiæ edit. curatores, & collato hinc inde Claudii Jolii Codice Labbeus. Eundem Codicem accuratius deinde contulit Baluzius, & non modo lectiones plurimas meliores & locupletiores annotavit, ſed etiam reſtituit varia fragmenta, præcipue inſigne ex judicato Vigilii Papæ adverſus

a) Indicem Alphabeticum ſcriptorum & Epiſtolarum, quæ in Concilio quinto afferuntur & allegantur, dedi Volum. X. hujus Bibl. p. 178. ſeq. Vide etiam infra ad A. 698.

2011 Ministerio de Cultura

tria capitula pag. 1495. teſtimonium Theodori Cappadocis & Cethegi de juramento ejusdem Vigilii p. 1544. anathematizationem trium capitulorum ab eodem Vigilio factam in epiſtola Vigilii ad Juſtinianum & altera ad Theodoram p. 1541. Epiſtolam Juſtiniani adverſus Vigilium, datam ad Eutychium CPol. & Epiſcopos CPoli congregatos p. 1545.

A. C. 553. Meliorem hinc Concilii præſentis CPolitani editionem dedit Harduinus, apud quem *Acta, quæ Synodum præceſſerunt*, exſtant, hoc ordine: 1] epiſtola g) Pontiani Epiſcopi ad Juſtinianum Imp. 2] Vigilii ad univerſam h) eccleſiam. 3] fragmentum damnationis i) Theodori Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, ab eodem Vigilio. 4] Conſtitutum prolixius k) ejusdem de tribus capitulis. 5] Epiſtola Clericorum l) Italiæ, data legatis Francorum.

In Synodi ipſius *Collatione I.* poſt nomina Epiſcoporum, 6] Juſtiniani Imp. epiſtola ad Synodum de Theodoro Mopſueſteno & reliquis, quæ hic Latine, ſed infra apud Harduin. p. 321. & apud Labbeum p. 724. Græce & Latine exhibetur. Incipit: *Semper ſtudium fuit orthodoxis.* πᾶσι μὲν γέγονεν ἀεὶ τοῖς ὀρθοδόξοις. 7] Eutychii CPol. ad Vigilium, Græce & Latine. 8] Vigilii ad Eutychium, Græce & Latine.

In *Collatione II.* & *III.* nullum ſcriptum aliud inſertum.

In *Collatione IV.* Loca LXXI. excerpta ex Theodori Mopſueſteni ſcriptis, quæ conferenda ſunt cum Actis Concilii Lateranenſis A. 649. & cum illis quæ Vigilius in conſtituto priore, & Pelagius II. in epiſtola ad Eliam Aquilej. & Epiſcopos Iſtriæ attulit. De ſcriptis hujus Theodori dixi lib. V. c. 33. Volum. IX. hujus Bibl. pag. 157. ſeq.

In *Collatione V.* excerpta ex S. Cyrillo Alex. adverſus eundem Theodorum: ex libellis Clericorum & Monachorum magnæ Armeniæ & Perſidis ad Proclum CPol. nec non Procli ad Armenios: ex Cyrilli Alex. variis epiſtolis, & ex epiſtola Rabbulæ Edeſſeni ad Cyrillum, nec non ex Hiſtoria Eccleſ. Heſychii presb. Hieroſolymorum. Leges binæ Impp. Theodoſii & Valentiniani contra Diodorum Tarſ. Theodorum Mopſueſt. & Ne-

g) apud Labbeum tom. V. p. 324. h) id. p. 328. i) id. p. 334.
k) id. p. 337. l) id. p. 407.

2011 Ministerio de Cultura

Neſtorium : ex Theophilo ad Porphyrium Antiochiæ Epiſc. & S. Gregorio ad Theophilum : ex Theodoreti contra Cyrillum, & epiſtola ad Irenæum digamum : ex libro 1. & 2. Cyrilli Alex. de eo quod unus eſt CHriſtus, contra Theodorum & epiſtola ad Martinianum : ex Gregorii Naz. ad Theodorum (Tyanenſem non Mopſueſtenum) epiſtolis : ex Auguſtini ad Bonifacium Comitem, & de geſtis apud Marcellinum, & libro 3. contra Creſconium Grammaticum. Conficta Cyrilli Alex. ad Johannem Antiochenum epiſtola, quæ incipit : *Inſpexi literas.* Loca ex genuinis epiſtolis ad eundem Joannem, & ad Acacium Melitenæ Epiſc. ad Theodoſium Imp. ad Proclum CPol. Procli ad Joannem Antiochenum. Baſilii ad Patrophilum Ægearum Epiſc. in qua Apollinario ſcripſiſſe ſe non diffitetur, & Gregorii Nyſſeni epiſtola ad Theophilum. Additur in iisdem actis : *Et Athanaſius diverſas Epiſtolas ad Apollinarium ſcribit tanquam eadem in fide ſapientem, & tamen poſtea libros integros etiam poſt mortem Apollinarii ſcripſit adverſus eum, cognitis illius in ſcriptis blaſphemiis : & nihil Apollinario profuerunt, quæ ante ad illum tanquam eadem in fide ſapientem ſcripta ſunt. Sed etiam Leo, ſanctæ memoriæ Papa, antiquioris Romæ & ſuſcepit Eutychen & reſcripſit, comprobans eum : & tamen poſtea condemnavit & anathematizavit eum, tanquam hæreticum.* a) *Et multos quidem etiam alios invenimus poſt mortem anathematizatos, nec non etiam Origenem. Et, ſi ad tempora Theophili ſanctæ memoriæ vel ſuperius aliquis recurrerit, poſt mortem inveniet anathematizatum, quod etiam nunc in ipſo fecit & veſtra ſanctitas & Vigilius religioſiſſimus Papa antiquioris Romæ. Præſumſerunt vero Theodori defenſores etiam Joannis ſanctæ memoriæ Epiſcopi CPol. litteras proferri quaſi ad Theodorum factas, laudes ejusdem Theodori continentes. Quod autem falſa iſta ſunt, teſtimonium præbent, qui Eccleſiaſticus hiſtorias ſtudioſe*

a) Similiter Juſtinianus in edicto contra tria capitula p. 328. edit. Harduin. ἐυρίσκομεν ὡς πολλοὶ &c. *Invenimus, quod multi ſanctorum patrum quosdam hæreticos collaudaverint, ſicuti & S. Damaſus & Athanaſius & Baſilius Apollinarium & S. Leo Eutychen : & tamen vogvita eorum impietate non propterea evaſerunt hæretici* &c.

2011 Ministerio de Cultura

ſcripſerunt, aperte narrantes quod ad Theodorum Mopſueſtenum, cum à ſolitaria vita excidiſſet, ſcripta eſt Epiſtola ab Joanne multorum verſuum & utiliſſima. Sed etiam Theodoretus ipſe in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria mentionem fecerat converſationis, quam Joannes & Theodorus ſimul in monaſterio exercuerunt &c.

Sequuntur inde acta Concilii *Mopſueſteni* A. 550. celebrati, præmiſſa ſacra Juſtiniani Imp. ad Johannem Azarbenum metropolitanum Epiſcopum, & altera ad Coſmam Epiſc. Mopſueſtiæ. Et poſt ſubſcriptiones Epiſcoporum IX. epiſtola Synodica ad Juſtinianum Imp. & ſuggeſtio ad Vigilium Papam.

A.C. 553. Claudunt quintam collationem CPolitanæ Synodi generalis, excerpta ex Theodoreti anathematiſmis adverſus Cyrillum, epiſtolâ ad monaſteria, allocutionibusque ſynodicis: adjunguntur quæ epiſtolæ ejusdem ad Andream Samoſatenum, ad Neſtorium, & quæ pro ſuppoſitis habentur binæ ad Joannem Antiochenum, ex quibus priorem Græce maxima ex parte dedit Allatius in Vindiciis Synodi Epheſinæ p. 137. & ex alio Codice Cotelerius tom. 1. monument. p. 48. Poſteriorem Theodorito malunt vindicare Petrus de Marca apud Baluz. p. 1526. & Garnerius ad Marium Mercatorem T. 2. p. 274. cauſſati pro Johannis, qui tunc jam obierat Antiocheni, Domni nomen eſſe reponendum. Confer, quæ de Theodoreti ſcriptis notavi lib. V. cap. 11. volum. VII. hujus Bibliothecæ.

In *Collatione VI.* epiſtola, quæ dicitur ab *Iba* a) Epiſcopo Edeſſeno ſcripta eſſe ad Marim Perſam: epiſtola Procli CPol. ad Joannem Antiochenum, quæ Græce non exſtat: Pars geſtorum Epheſinæ Synodi A. 431. & ex illis Cyrilli Alex. ad Neſtorium epiſtola, quæ incipit: *Obloquuntur quidam;* & Neſtorii ad Cyrillum: *Injurias quidem, quæ contra nos ſunt.* Cæleſtini ad Neſtorium: *Aliquantis diebus vitæ noſtræ.* Cyrilli &

a) Græce cum alia verſione exſtat in Concil. Chalced. actione X. alia etiam verſio apud Facundum lib. 6. c. 3. Vide de hac Epiſtola Sirmondum T. 2. Opp. p. 406. 532. 538. 567. 574. 577. ſeq. & Tillemont. T. 14. memor. p. 564. Porro in præſenti Concilio CPol. Epiſtola hæc improbata, non ipſe condemnatus Ibas, ut notatum in ſeptima Synodo, actione 6. T. VII. Labbei p. 477.

2011 Ministerio de Cultura

& Synodi Alex. ad Neſtorium, cum duodecim anathematiſmis: *Salvatore aperte dicente.* Pars geſtorum Chalcedonenſis Synodi A. 451. cum Leonis M. epiſtola ad Flavianum, Symboloque Nicæno & CPol.

In *Collatione VII.* habentur epiſtolæ Vigilii Papæ 1] ad Juſtinianum, & 2] ad Theodorum contra tria Capitula, repræſen-
†† tata ab Harduino p. 175. ex Baluzio p. 541. nam in Regia & Labbei hæ duæ deſiderantur; 3] ad Ruſticum & Sebaſtianum, 4] ad Valentinianum Epiſc. de Tomis provinciæ Scy-
†† thiæ, 5] ad Aurelianum Epiſc. Arelatenſem, 6] ejusdem Vigilii juramentum contra tria capitula additum ab Harduino pag. 184. ex editione Baluzii. Geſta confecta apud Antiochenæ Civitatis defenſorem pro Theodoreto. Sacra *Juſtiniani* Imp. contra Vigilium, ex eodem Baluzio apud Harduin. p. 186. Incipit: *Una Chriſtianis ſalus eſt puro corde.*

In *Collatione VIII.* Anathematiſmi XIV. Græce & Lat. cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum CLXVI. Anathematiſmos vulgavit primus Petrus de Marca Archiep. Pariſ. A. 1642. ad calcem librorum de Concordia Sacerdotii & Imperii.

Fragmenta quædam quintæ Synodi Græce reperta ex actis ſextæ Synodi, ex Evagrio IV. 38. Cedreno, & Manuelis Calecæ libro de Spiritu S.

† Cyrilli Alex. epiſtolæ binæ, una ad Acacium Melitenæ Epiſc. & altera ad Proclum CPol. Græce & Lat.

Vigilii Papæ decretalis, data 8. Dec. 553. pro confirmatione quintæ Synodi cum epiſtola Eutychii CPol. ad Vigilium, Græce & Lat. edita à Petro de Marca ex Codice Bibl. Regiæ, quem A. 1276. exaravit Leo Cinnamus. Hanc Vigilii epiſtolam argumentis non adeo certis ſuppoſititiam eſſe contendit Garnerius in diſſ. de quinta Synodo, b) poſt notas ad Liberatum p. 278. ſeq.
† Diſſertationem Petri de Marca de hoc decreto Labbeus pag. 601. exhibuit, Harduinus omiſit. Legitur cum Vigilii Eutychiique epiſtola ad calcem librorum de Concordia Sacerdotii & Imperii, & cum Baluzii notis prodiit etiam Pariſ. 1669. 8.

†† Ejusdem

b) Hæc diſſ. de V. Synodo, Noriſio oppoſita legitur auctior in Garnerii auctario Operum Theodoriti p. 493.

2011 Ministerio de Cultura

†† Ej. Vigilii conſtitutum brevius de damnatione trium Capitulorum (A. 554. compoſitum) apud Harduin. p. 218. ex editione Concilior. Baluzii p. 1551. Incip. *Poſtea quam beati Chalcedonenſis Concilii.*

Juſtiniani Imp. liber ſive epiſtola adverſus *Origenem* ad Mennam CPol. (circa A. C. 545. promulgatus, ut colligitur ex vita S. Sabæ c. 85. p. 365.) cum novem in dogmata Origeniana anathematiſmis, Græce & Latine, Labbe p. 635. Harduin. p. 244. Incipit: ἡμῖν μὲν ἀεὶ σπουδὴ γέγονε. Meminit Liberatus c. 23. Latine exſtat apud Baron. ad A. C. 538. n. 34. ex Codice Antonii Auguſtini. Hic Juſtiniani liber olim inſertus fuit τῷ δ' βιβλίῳ τῶν πρακτικῶν τῆς ἁγίας πέμπτης συνόδου. Citantur in eo:

Ægyptii Epiſcopi in epiſtola Synodica contra dogmata Origenis, pag. 264. edit. Harduin.

Athanaſius Alex. ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς τὸν βίον τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου, p. 257. ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν δευτέρου λόγου, 257. ἐν τῇ πρὸς Ἐπίκτητον Ἐπιστολῇ, 257.

Baſilii ἐν τῷ λόγῳ εἰς τὸ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, 250. ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τοῦ ἑξαημέρου, 265. ἐκ τοῦ κανονικοῦ αὐτοῦ βιβλίου, 269.

Cyrilli Alex. ἐκ τῆς ἐπιστολῆς πρὸς τοὺς ἐν Φοινίκῃ μοναχούς, 261. 263.

Gregorii Naz. dictum de anima, p. 249. locus ex Orat. (XLIII.) εἰς τὴν νεάνιαν, 252. εἰς τὸ ἅγιον πάσχα (Orat. XLII.) p. 253. ἐν τῷ ἀπολογητικῷ λόγῳ, 269.

Gregorii Nyſſeni ἐν τῇ εἰς τὸν ἄνθρωπον πραγματείᾳ, 260.

Joannis (Chryſoſtomi) CPol. Patriarchæ λόγῳ ιά εἰς τὴν κτίσιν, 249. 252. εἰς τὴν ἀνάληψιν, p. 253. ἐκ τοῦ πρὸς Θεόδωρον τὸν μοναχὸν πρώτης ἐπιστολῆς, 272.

Origenes, qui & Adamantius presb. Alex. 272. ex libro 1. περὶ ἀρχῶν, 245. 273. 275. ſeq. 277. 280. ex libro 2. p. 273. 275. 277. ex tertio p. 277. ex quarto p. 273. 275. 277. 280. Ἃς ἑαυτῷ βλασφημίας ὁ μέλης ἑαυτῷ ἔσησεν, ἀλλὰ διὰ τῶν ἰδίων συγγραμμάτων καὶ εἰς πολλοὺς ἑτέρους παρέπεμψεν, 268.

Petri Alex. & Martyris ἐκ τοῦ ά λόγου περὶ τοῦ μηδὲ προϋπάρχειν τὴν ψυχὴν, μηδὲ ἁμαρτήσασαν τοῦτο εἰς τὸ σῶμα βληθῆναι, 256. ἐκ τῆς μυσταγωγίας

ad

2011 Ministerio de Cultura

ad Eccleſiam ante martyrium, 257. ubi mentio Epiſcoporum Alex. Theonæ, Dionyſii, Heraclæ (adde p. 264.) & Demetrii.

Theophili Alex. Epiſcopi ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ γραφέντος πρὸς τινας μοναχοὺς τοὺς λεγομένους Φρονδωνίτας, 261. ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ πρὸς τοὺς ἐν τῇ Σκήτει ἁγίους ἀφ' ὧν τοὺς ἐγκαλοῦντας τὴν τῶν δογμάτων ὠφελίμους καθαίρεσιν, 261.

Juſtiniani Imp. epiſtola ad Synodum CPol. de Origene & ſectatoribus ejus, ex Cedreno: Labbe p. 679. Harduin. p. 281. Incipit: ἀπροσδόκητον γέγονεν ἡμῖν καὶ ἔστιν.

†† Canones XV. Synodi CPol. contra Origenem, editi primum Græce à Lambecio VIII. p. 435. & cum amici eruditi verſione Græce & Latine exhibiti à Baluzio p. 1548. atque inde ab Harduino p. 283. Eosdem dedi ſupra p. 29.

Confeſſio fidei *Juſtiniani* Imp. contra tria capitula circa A. 545. Incipit: εἰδότες ὡς δεῖ οὕτω θεραπεύειν. Harduin. p. 287. Labbe p. 683. cum anathematiſmis XIII. De hac Liberatus capite ult. breviarii, nec non Vigilius Papa in epiſtola damnationis Theodori Cæſarienſis, & Facundus, qui prolixe eandem oppugnavit, ita tamen ut ſimularet non putare ſe Juſtiniani eſſe. Græce & Latine legitur in Chronico Paſchali ſive Alexandrino p. 344--373. edit. Cangii, cum veteri verſione quam ſolam ediderant Crabbius, Surius & Nicolinus. Dedit etiam ſervato veteri interprete Græce & Latine Leunclavius in jure Græco-Roman. pag. 521. at in ſua Chronici Alex. editione cum nova verſione Raderus p. 794. Veterem etiam in ſuis Conciliis adjunxere Romani, Binius, Regia, Labbeus, & emendatiorem Cangii editionem ſecutus Harduinus. In hac confeſſione Juſtinianus p. 293. Harduin. affert loca ex Cyrilli Alex. epiſtola 1. & 2. ad Succenſum, & ex capite XIII. Scholiorum, & p. 297. ex commentar. in Leviticum & Gregorii Theologi lib. 1. ad Cledonium, & p. 299. ex lib. 2. de Filio: tum Baſilii ex quarto contra Eunomium, & Gregorii Nyſſeni ex quarto contra eundem ſcripto. Laudat etiam p. 312. Athanaſii librum, quo Dionyſium Alex. alienum fuiſſe ab Arii ſententia oſtendit: atque inter hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores cum Sozomeno, Socrate & Theodoreto Heſy-

2011 Ministerio de Cultura

Hesychium p. 318. ubi præterea memorat, quæ Augustinus ad Bonifacium de hæreticis etiam post mortem anathemati subjiciendis scripsit. De alia Confessione fidei Justiniani Facundus libro 1. illa nempe quam A. 534. edidit, & quæ Græce & Latine legitur in Codice Justinianeo lib. 1. tit. 1. de summa Trinitate, lege 6. Incipit: Τὸν Σωτῆρα καὶ δεσπότην τῶν ὅλων Ἰησοῦν Χριστόν.

Justiniani τύπος sive epistola ad Synodum CPol. de Theodoro Mopsuesteno & reliquis, Græce & Latine. Incipit: ἀρχὴ μὲν γέγονεν ἀεί. Harduin. p. 322. Labbe p. 724. Latine eadem fuit in Actis hujus Concilii Collatione 1. ex veteri versione apud Labbeum p. 419. Harduin. p. 54. Fallitur præclarus Caveus, qui pro diversis epistolis habet & priorem A. 546. posteriorem A. 553. ad diversa Concilia CPolitana scribit missam esse.

HIC DESINUNT CONCILIA V. C. STEPHANI BALUZII.

Pelagii II. Papæ epistola ad Eliam Aquilejensem & alios Istriæ Episcopos, damnationi trium capitulorum non consentientes, quam à B. Gregorio cum adhuc esset Diaconus, Pelagii nomine scriptam esse testatur Paulus Warnefridus lib. 3. de gestis Longobard. c. 10. (20) Librum vocat Gregorius M. lib. 2. epist. 36. ad Episcopos Hiberniæ. Incipit: *Virtutum mater charitas;* apud Labbeum p. 615. & Harduin. p. 421. Loca, quæ ex Theodori Mopsuesteni scriptis in hac epistola afferuntur, conferenda sunt cum Vigilii constituto priore & collatione quarta Concilii V. & cum Actis Concilii Lateranensis A. 649.

† *B. Gregorius* de quinta Synodo lib. 1. epist. 24. & lib. 2. epist. 24, lib. 3. epist. 2. 3. 4. 37. & lib. 5. epist. 64. & lib. 7. epist. 53.

553. *Hierosolymitani* Concilii, quo Acta Synodi quintæ illuc ab Imp. Justiniano transmissa fuere comprobata, mentio in Concilio Nicæno secundo actione 1. ex vita S. Sabæ quam edidit Cotelerius T. 3. monument. quam vide p. 375.

Aquilejense, de quo hæc Beda libro de sex ætatibus tom. 2. Opp. p. 226. *Synodus Aquilejæ facta ob imperitiam fidei quintum universale Concilium suscipere diffidit, donec salutaribus B. Sergii monitis*

2011 Ministerio de Cultura

monitis instructa & ipsa huic cum cæteris Ecclesiis annuere consentit. Ab Harduino ad hunc locum commemoratur, cum Sergius Papa cœperit exeunte anno 687.

† *Liberati* Archidiaconi Carthaginiensis, & defensoris trium capitulorum, *breviarium causæ Nestorianorum & Eutychianorum*, res annorum 135. succincta narratione percurrens. In utraque Conciliorum Petri Crabbe editione huic breviario subjungitur appendix quam deinde prætermisere Binius, Regia & Labbeus. Harduinus Liberatum ipsum etiam omisit, quia seperatim editus fuit cum notis Jo. Garnerii, Paris. 1675. 8. Longe magis emendata est hæc Garnerii editio; Appendix autem, quæ in hac quoque abest, continet varia Epistolia apud Facundum & alibi obvia, Joannis CPol. & Gregorii Naz. ad Theodorum Mopsuestenum, Isidori Pelusiotæ ad Cyrillum Alex. Defensionem fidei factæ à Cyrillo, ejusdem epistolam: nec non testimonia Cyrilli ex lib. 22. thesaurorum, ex interpretatione Levitici, & ad Theodosium Imp. & epistola 2. ad Successum & lib. de Trinitate: Athanasii lib. 4. contra Arianos, Gregorii Nysseni ex lib. 4. in beatitudines, Gregorii Naz. in Epiphania, Anastasii Papæ ad Ursinum, Gelasii Papæ ad Episcopos per Dardaniam constitutos, Theodoreti de SS. Trinitate & contra Sabellium. Postremo loco ponuntur S. Quintiani Episcopi Esculani ad Petrum Antiocheeum fides, sive Anathematismi XII, qui fuerunt supra ad A. 484.

Indiculus Scriptorum nec non Hæreticorum memoratorum in Liberati Breviario.

Acacii Melitenensis epistola ad Armenios, c. 10.
Acacii CPol. ad Simplicium Papam, c. 18. à Felice Papa condemnatur, id. ita separavit se sedes Apostolica à CPolitana, id. p. 125.
Acephali ab Apollinari profecti, c. 3. qui nec Cyrillum habent caput, neque quem sequuntur ostendunt, c. 9.
Acœmetarum sive Acumicorum legati, Cyrus & Eulogius, negantes Ma-

2011 Ministerio de Cultura

riam Dei genitricem & unum de Trinitate incarnatum & carne paſſum, c. 20.
Ægyptiorum Epiſcoporum libelli fidei in Synodo Chalcedonenſi oblati, c. 13.
Agapetus Papa in regulis Eccleſiaſticis apprime eruditus, c. 21.
Alexandrina Synodus poſt Chalcedonenſem, de qua c. 14.
Anaſtaſius A. 428. Mariam Dei genitricem dicere renuens, c. 4.
Anaſtaſius Imp. probans Zenonis henoticum, c. 18. epiſtola ad Joannem Machiotam Epiſc. Alex. id.
Ex tractatu Anatolii CPol. & Epiſcoporum metropolitanorum dictatum fidei ſymbolum in quinta ſeſſione Concilii Chalced. c. 13.
Andreæ & Theodorito Epiſcopis Concilii mandat Joannes Antiochenus, ut ad XII. capitula Cyrilli Alex. reſpondeant, c. 4.
Anthimus CPol. pallium Imperatoribus reddidit, c. 21. condemnatus, c. 23.
Apollinaris Laodicenus Arianorum blaſphemiam ſecutus, c. 3. Apollinaris errore ægrotans Eutyches, c. 11.
Armeniorum libelli ad Proclum CPol. c. 10. monachorum Apollinaris ſectatorum excerpta ex libris Theodori Mopſueſt. & aliorum qui contra Apollinarem ſcripſerunt, id.
Ad Athanaſii conſenſum provocans Eutyches, c. 11.
Athanaſius provocavit ad Epiſcopum Romanum, c. 18.
Athanaſius junior Alex. hæreticus poſt Petrum Moggum, c. 18. p. 128.
Athanaſius Buſiridis Epiſc. c. 14.

Baſiliſci Imp. encyclica contra Chalcedonenſe Concilium, c. 16.
Baſilius (Magnus) contra Apollinarem, c. 3.
Baſilii Diaconi libellus, in quo docuit libros Theodori Mopſueſt. vitandos, c. 10.
Baſilius Seleucienſis inter principes Epheſini latrocinii, c. 13.
Beliſarii calumnia in Silverium Papam, c. 22.
Berytenſe judicium de Iba Edeſſeno, c. 10.
ex Breviculo hiſtoriæ Eutychianiſtarum, ſive hiſtoria 50. fere annorum, deſinens in condemnatione Acacii (de illa ſupra ad A. 483.) non pauca ad verbum habet Liberatus, c. 13. ſeq. non citatur tamen nominatim, uti nec ſcripta Zachariæ rhetoris, Priſci, Joannis rhetoris, ſcri-

2011 Ministerio de Cultura

ſcriptoris vitæ Severi Antioch. Euſtathii Syri, Baſilii Cilicis, quæ in titulis capitum 15. ſeq. Garnerius prænotavit.

Cæleſtini Papæ epiſtola increpationis ad Neſtorium, cap. 5. ad Cyrillum Alex. cui vices ſuas dedit in Concilio Epheſino, id. ad Jo. Antiochenum & alios Epiſcopos; & ad clerum CPol. id.

Calendionis Antiocheni Patriarchæ interceſſionis ſynodicæ literæ, c. 18. ipſe depoſitus, id. p. 125.

Chalcedonenſis Synodus, c. 10. epiſtolas duas Cyrilli ſuſcepit, c. 11. primæ actioni inſerta acta concilii Epheſini ſecundi λῃςρικῆς cap. 12. Marcianus Imp. Synodum, quam Nicææ primum indixerat, Chalcedonem transtulit, ut ipſe poſſet intereſſe, c. 13. ubi plura de illius Concilii geſtis atque duodecim ſecretariis ſive ſeſſionibus & ſexdecim actionibus, & inter alia quod ſexta ſeſſione advenit Imperator; & pag. 93. regularum Eccleſiaſticarum in eo conſtitutarum mentio. Præteritur Chalcedonenſis fides, imo ex parte rejicitur in Zenonis henotico, c. 17. Theodori Mopſueſteni laudes ſuſcepit tribus epiſtolis, c. 24.

Chartæ Eccleſiaſticæ, c. 18. p. 124.

CPolitani Concilii fides firmata in Conciliio Chalced. c. 13.

CPoli congregatorum Epiſcoporum epiſtola ad Cyrillum de pace, c. 8. CPolitanum Concilium ſub Flaviano, c. 11. ſecundus conventus, id. ad hunc vocatus Eutyches, quomodo ſe geſſerit, c. 11.

Cyrilli Alex. epiſtola ad Neſtorium, c. 4. ſecunda & tertia cum XII. capitulis, id. relatio ad Cæleſtinum per Poſſidonium Diaconum, id. defloraționes librorum Neſtorii, id. conteſtatio adverſus Jo. Antiochenum & cæteros Orientales, c. 6. fidei formulam ab Orientalibus Antiochia miſſam probavit, c. 8. ſermo in dictum Joh. 1. v. 14. *Verbum caro factum eſt*, id. epiſtola ad Orientales, quæ incipit: *Lætentur cæli*, id. ex pluribus Cyrillis epiſtolis excerpta, c. 9. ad Eulogium presb. ad Acacium Melitinenſem, & ad Valerianum Iconienſem, id. expoſitio XII. capitulorum, id. tres libri adverſus Diodorum Tarſenſem & Theodorum Mopſueſt. & liber de incarnatione, c. 10. Catholicæ veritatis defenſores reſponderunt hos libros non eſſe Cyrilli, id. reſcriptum ad Johannem Antiochenum pro Theodoro Mopſueſt. id. Cyrillus anno XXXII. Epiſcopatus defunctus, c. 10. Epiſtolæ duæ ſynodicæ, una ad Neſtorium, quæ incipit: *Obloquun-*

2011 Ministerio de Cultura

loquuntur de me quidam ; & altera ad Jo. Antiochenum & alios Orientales: *Lætentur cœli;* probatæ à Synodo Chalced. c. 11. & in Concilio Flaviani gestis CPoli, id. & c. 13. ad Cyrilli consensum provocans Eutyches, c. 11.

Diodorus Tarsensis contra Apollinarem, c. 3. ejus volumina in Syrorum & Armeniorum linguam translata à Nestorianis, c. 10.
Dionysii Corinthiorum Episcopi testimonia à Cyrillo Alex. laudata, c. 10.
Dioscori & Flaviani schisma, c. 12.
Dioscoritæ, c. 18. p. 128. 129.
Dioscorus Cyrilli Alex. successor, c. 10. epistola ad Theodosium Imp. de convocanda Synodo Ephesina (λῃσρικῇ) c. 12. depositus septimo ordinationis suæ anno in Synodo Chalced. c. 13. exul in Gangrena civitate, c. 14.
Gesta de Dioscoro juniore Alex. apud Defensorem civitatis confecta, c. 18. p. 129.
Domnus, Joannis Antiocheni successor, c. 10. depositus in eadem λῃσρικῇ, c. 12. Gesta apud Domnum, cap. 13. ex sessione VIII. Concilii Chalcedon. Epistolæ ad Dioscorum Alex. contra XII. Cyrilli capitula, c. 12.

Ecclesiastica Historia, nuper de Græco in Latinum translata, (Tripartitam Epiphanii Scholastici intelligit) *præf.*
Encyclia, codex epistolarum & relationum Episcoporum pro Concilio Chalcedonensi, c. 15.
Ephesina Concilia duo, in uno damnatus Nestorius, in altero Cyrillus Alex. & Memnon Ephes. c. 5. prima probatur in Concilio Chalcedonensi, c. 13. tertia Orientalium Synodus contra Cyrillum & Memnonem, c. 6. Orientales damnati à Cyrillo & Memnone, id. Synodus λῃσρικὴ sub Dioscoro, in qua damnatus Flavianus, c. 12. ipsa vicissim reprobata in Synodo Chalcedonensi, c. 13.
Esaiani, c. 18. p. 126. ab Esaia Episcopo Alex.
contra Eunomium scripta à Nestorianis jactata, c. 10.
Euphemius Alex. suscepit à Papa Romano scripta, c. 18.
Eusebius Episc. Dorylenæ civitatis, c. 11. ejus libellus contra Dioscorum, c. 13.
Eutychiani ab Apollinari profecti, c. 3. Eutychis archimandritæ CPol. hæresis,

2011 Ministerio de Cultura

resis, c. 11. libellus Synodo CPolitanæ sub Flaviano oblatus, quæ Eutychen damnavit, id. preces ad Imp. querentes de falsitate gestorum Synodi, id. in Synodo λῃστρικῇ Ephesina restitutus, damnat Flavianum, c. 12. libellus ejus recitatus probatusque, id. Eutyches condemnatus in Synodo Chalcedonensi, cap. 13. & Alexandrina, c. 14.

Felicis Papæ testimonia à Cyrillo Alex. laudata, c. 10.
Felicis IV. epistolæ ad Acacium CPol. c. 18. Synodicæ, id. damnationis scriptura, id.
Flavianus, Procli CPol. successor, c. 10. epistola ad Leonem Papam, c. 11. fides ad Theodosium Imp. quæ incipit: *Nihil ita convenit Sacerdoti Dei*, id. in Synodo λῃστρικῇ Ephesina damnatus appellavit libello, c. 12.
Flavitæ CPol. Synodica ad Felicem Papam, c. 18.

Gajanus Alex. Archiepisc. ex parte assertorum incorruptibilitatis, c. 20.
Gajanitæ Phantasiastæ, c. 20. p. 143.
Gesta Synodalia, *præf.*
Græcum Alexandriæ scriptum, quod secutus se testatur Liberatus, *præf.* & c. 12. p. 77. ubi de actis Synodi Chalced. *Nam nos ista nuper Alexandriæ de Græco in Latinum translata suscepimus*; vide infra Nestorius Phlagoneos.
Gregorius Naz. contra Apollinarem, c. 3.
Gregorii mirabilis (Thavmaturgi) testimonia à Cyrillo Alex. laudata, c. 10.

Hypatii Ephesinorum Episcopi ex collatione, quam contra Acephalos suscepit, jussu Justiniani Principis in palatii loco, qui dicitur heptaconchos, c. 9.

Ibæ Edessæni epistola ad Marim Persam, c. 10. non damnata à Cyrillo, c. 9. nec in Synodo Chalcedonensi sessione VIII. c. 13. accusatus ut Nestorianus, sed absolutus in judicio Berytensi, c. 10. damnatus absens in Synodo Ephesina λῃστρικῇ, c. 12.
Joannis Antiocheni ad Nestorium epistola, c. 4. offensus XII. capitulis Cyrilli, quem putavit, dum immoderate occurreret Nestorio, in sectam Apol-

2011 Ministerio de Cultura

Apollinaris incidiſſe, id. epiſtola ad Cyrillum ſcripta de itinere Epheſum, c. 5. cum aliis Orientalibus Epiſcopis damnavit Epheſi Cyrillum, c. 6. deinde in Synodo Antiochena, c. 6. epiſtola ad Theodoſium, c. 8. alia Synodus Antiochena, in qua fidei formula cum litteris miſſa ad Cyrillum quum Cyrillus probavit, id. alia, in qua probatus tomus Procli CPol. ad Armenios, c. 10. alia, in qua pro Theodoro Mopſueſt. epiſtolæ tres ad Theodoſium Imp. ad Cyrillum & ad Proclum CPol. id. prima & tertia probata à Chalcedonenſi Synodo, id.

Johannis, cognomento Mercurii, Papæ epiſtola ad Imp. Juſtinianum, c. 20.

Joannes Talajus Epiſc. Alexandrinus, negligens ſynodicas ad Acacium CPol. mittere, c. 17. ſcribens ad Ellum magiſtrum, id. & 18. & ad principem (Imp. Zenonem) c. 17. miſit deinde Synodicam ad Acacium & Simplicium Papam, c. 18. ad Simplicium Pontificem provocavit, c. 18.

Julianus Halicarnaſſ. Epiſc. c. 19.

Juſtiniano Imp. jubente anathematis damnatio, dictata in Origenem & capitula ex ejus ſcriptis excerpta, c. 23. ſcribit contra Acephalos in defenſionem Synodi Chalced. c. 24. librum in damnationem trium capitulorum, id. ſacræ ad Euphræmium Antiochen. c. 23.

Lectio alia, id eſt, quod apud alium ſcriptorem lectum eſt. Talis locus, c. 2.

Leonis Imp. ad Epiſcopos, c. 15. ad ducem Alexandriæ Stilam, id.

Tomus Papæ Leonis ad Flavianum CPol. c. 11. ei concordans Cyrillus, c. 9. tomus ille non lectus in ſynodo Epheſina λῃςρικῇ, c. 12. at in Chalcedonenſi Concilio, c. 13. ſubſcriptus ab omnibus, id. anathematizatus à Petro Moggo, c. 18. literæ ad Theodoſium Imp. & Pulcheriam Auguſtam, c. 12.

ex Lucentii epitoma Chronicorum locus, c. 2. Continuatorem Proſperi hunc Lucentium exiſtimat Garnerius.

Macedonius CPol. ab Anaſtaſio Imp. expulſus quaſi Evangelia * falſaſſet, c. 19.

Marci beatiſſimi Evangeliſtæ ſedes Alexandrina, c. 15. beati Marci pallium

* Hoc eſt locum 1 Tim. III. 16. pro ΟΣ legens ΘΣ, vide quæ notavi parte 3. Codicis Apocryphi N. T. p. 539. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

lium collo acipit Episcopus Alexandrinus, atque ita legitime sedet, c. 20.

Marciani Imp. allocutio ad Concilium Chalcedonense, c. 13.

Mennas, genere Alexandrinus, Patriarcha CPol. suscipiens Chalcedonense Synodum, c. 21.

Monachorum Hierosolymitanorum capitula de libris Origenis excerpta, c. 23.

Nestorii Phlagoneos Episcopi mentio, c. 14. hunc Garnerius putat Nestorianum Chronographum, qui historiam usque ad Leonem Juniorem perduxisse, traditur in Chronico Paschali p. 324. & apud Malalam tom. 2. p. 85. adde p. 11.

Nestorii hæretici homiliæ, c. 2. negans Mariam DEI genitricem, c. 4. monitus à Cyrillo, ut si in plebe lapsus fuerat sermo, in tractatibus corrigeretur, id. jam enim quaterniones expositionum ejus per Antiochum quendam illustrem Papa Cælestinus acceperat, id. Epistola ad Cyrillum, c. 4. damnatus in Concilio Ephesino, dixit: *Dicatur Maria DEI genitrix & tristia conquiescant*; sed non suscepta ejus pœnitentia, Oasin in exilium missus est, c. 6. Imperiali lege prohibitum, ne quis Nestorii libros legere auderet vel defendere, c. 10.

Nicænum Concilium, c. 2. ejus fides firmata in Concilio Chalced. c. 13. in henotico Zenonis, c. 17.

Origenes damnatus est mortuus, qui vivens olim fuerat ante damnatus, c. 23. Vide Monachorum, Justinianus, & Theodorus Cæsar.

SS. Patrum Epistolæ, *præf.*

Paulus Alex. c. 23. recipiens Chalcedonense Synodum, id.

Paulus Antiochenus Episc. c. 19.

Ex Pauli Emeseni sermone in dictum Joh. I. v. 14. *Verbum caro factum est*, cap. 8.

Paulus Samosatenus, auctor Nestoriani dogmatis, c. 2. 4.

Petrus Moggus, dictus Blæsus, diaconus, c. 15. deinde Episcopus, c. 16. 17. anathematizat Synodum Chalced. & tomum Papæ Leonis, cum jam ad Acacium & Simplicium scripsisset, se cum illis facere, c. 18. alia ad Acacium epistola, id. p. 126.

Petrus Gnapheus sive Fullo, Antioch. Episc. c. 18.

2011 Ministerio de Cultura

Phantaſiaſtæ & Corrupticolæ Alexandrini, c. 9. & 19.
Philippi presbyteri CPol. multa volumina contra Julianum Apoſtatam, cap. 7. Sidetem intellige.
Photinus, c. 2. Photini doctrinam introducens in Eccleſiam Neſtorius, c. 4.
Geſta apud Photium & Euſtathium atque Uranium in Tyro ac Beryto celebrata, c. 13. ex ſeſſione VIII. Concilii Chalced.
Præſulum monaſteriorum, & primæ ac ſecundæ Syriæ & monaſteriorum Hieroſol. & Eremi ad Juſtinianum contra Severum Antiochenum, cap. 23.
Proclus in doctrina Eccleſiaſtica CPoli valde florens, c. 7. Epiſcopus CPol. ejus tomus ad Armenios, c. 10. Epiſtola ad Joannem Antiochenum, id.
Proterius Alex. c. 14. 15.
Pſoii diaconi epiſtolæ, Ægyptiace ſcriptæ ad Eliam magiſtrum militum, c. 23.

Rabulæ Edeſſeni epiſtola ad Armenios, c. 10.
De Rhodone Auguſtali geſta, c. 23.

Sabellii ſententiam ſecutus Paulus Samoſatenus, c. 2.
Severi monachi hæretici expoſitio dicta in inthroniſmo ad Epiſcopatum Antiochen. & epiſtolæ ad Flavianum, ad Maronam lectorem, ad Eleuſinium & Eutychium Epiſcopos, & ad Oecumenium ſcholaſticum Iſauriæ, c. 19. tractatus contra Synodum Chalced. id. condemnatus, c. 23.
Silverius, Hormiſdæ Papæ filius, Papa, c. 22.
Simplicii Papæ epiſtolæ ad Acacium Epiſcopum CPol. c. 16. & 18. ad Petrum Moggum, c. 18.
Socrates in libro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, c. 2. 4. 6.
Alius Socrates Scholaſticus junior memoratur, c. 18. p. 129.
Symmachi, Ægyptiis portitores literarum velociſſimi pedeſtres, c. 23.

Teſſaracædecatitæ, ob quos oblatum in Concilio Epheſino Symbolum memoratur, c. 10.
Themiſtiani (Agnoëtæ) à Themiſtio, c. 19.
Theodati Gothorum Regis literæ ad Papam Agapetum & Senatum Rom. c. 21.

Theo-

2011 Ministerio de Cultura

Theodoræ Auguſtæ præceptum ad Theodoſium Archiep. Alex. c. 20. ad Beliſarium, c. 22.

Theodoritus, vide ſupra *Andreas*. Eccleſiaſtica hiſtoria, c. 3. Epiſtola ad Clericos, Monachos & Laicos, contra primam Synodum Epheſinam, c. 12. contra XII. capitula Cyrilli, c. 9. 12. damnatus abſens in Synodo Epheſina λῃςεικῇ, c. 12. ejus ſuggeſtio ad Leonem Papam, c. 12. abſolutus in Synodo Chalced. ſeſſione VII. c. 13.

Theodorus Cæſareæ Cappadociæ Epiſc. ſecta Acephalus, Origenis defenſor acerrimus, c. 23. & 24.

Theodorus Mopſueſtenus multa opuſcula edidit contra Origenem, c. 24. contra Apollinarem, c. 3. & 10. ejus retractatio, c. 4. volumina in Syrorum & Armeniorum linguam translata à Neſtorianis, cap. 10. dicta contra Arianos edita laudantur à Cyrillo Alex. id. magiſter Neſtorii, id.

Theodoſii jun. Imp. ſacra ad Cyrillum, c. 4. ad univerſos Epiſcopos, ut Epheſum convenirent, cap. 5. ad Auguſtinum Hipponiregienſem Epiſc. jam defunctum, id. Sacra ad Concilium Epheſinum, c. 6. Sacra ad Joannem Antiochenum & Cyrillum de pace Eccleſiarum, c. 8. lex de libris Neſtorii non legendis nec defendendis, c. 10. ad Johannem Antiochenum de Theodoro Mopſueſt. id. ſacri apices ad Photium, Euſtathium & Uranium Epiſcopos, c. 10. Mandatum ad Synodum CPolitanam ſub Flaviano, c. 11. ſubſcriptio quam manu ſua precibus Eutychis ſubſcripſit, id. à Flaviano CPol. fidei confeſſionem petit Imperator, c. 11. ſacra ad Dioſcorum Alex. c. 12. reſcriptum, quo Epheſinæ λῃςεικῆς ſententia probatur, id.

Theodoſiani Corrupticolæ à Theodoſio Archiep. Alex. c. 20.

Timotheus Ælurus, Epiſcopus Alex. c. 15. 16.

Timotheus Salophaciolus ſive Asbus, Æluro relegato ſucceſſor datus, c. 16. ejus epiſtolæ ad Simplicium Papam, id. ad Zenonem Imp. id.

Valentini errore ægrotans Eutyches, c. 11.

Vigilius Papa, c. 22. ejus epiſtola ad Theodoſium, Anthimum & Severum, id. p. 152.

Zenonis Imp. Epiſtola ad Anthemium Auguſtalem, c. 16. ad Timotheum Salophaciolum Epiſc. Alex. id. ad Pergamium ducem & Apollonium

2011 Ministerio de Cultura

Auguſtalem, c. 18. apices Imperiales pro Petro Moggo, id. henoticon ſive unitivum, Acacii CPol. perſuaſione factum habetur Latine, c. 17. (Græce apud Evagrium III. 12.)

Hactenus Index in Liberati Breviarium.

A.C.554. Concilii *Arelatenſis V.* Canones VII. cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum XI. Presbyterorumque & Diaconorum, (qui Epiſcoporum ſuorum adfuerunt nomine) VIII.

Pelagio I. Papæ ſuppoſita epiſtola ad Vigilium, ex collectione Iſidori Mercatoris.

Pelagii epiſtola genuina & fides a) ad Childebertum Regem Francorum, quæ incipit: *Humani generis Salvator.* Regis *Childeberti* capita duo, quæ ſuperſunt conſtitutionis de abolendis reliquiis idololatriæ & de ſactorum dierum feſtivitatibus caſte celebrandis. Ex editione Sirmondi apud Labbeum p. 1810. & auctior p. 1851.

†Pelagii epiſtolæ aliæ 1. 2. 3. 4.] ad Narſetem patricium, 5] ad Epiſcopos Tuſciæ, 6] ad univerſum populum DEI, 7. 8] ad Sapandum Epiſc. Arelatenſem, 9] ad Childebertum Regem, quæ incipit: *Ruſinus vir magnificus;* 10. 11] ad Sapandum, 12] ad Childebertum Regem: *Excellentiæ veſtræ literas;* 13] ad eundem: *Cum celſitudini veſtræ;* 14] ad Sapandum. Epiſtolæ ſive epiſtolarum fragmenta à Luca Holſtenio b) edita ad Joannem Patricium Caburtarium, ad Viatorem & Pancratium illuſtres, ad Valerium Patricium, ad Cethegum Patricium, ad Eleutherium Epiſcopum, ad Aſterium Epiſc. Ad Viventium Neapolitanum, Geminum Puteolanum & Conſtantium Miſenatem Epiſcopos. Ad Benegeſtum Defenſorem, ad Joannem Comitem, ad Anilanum Comitem, ad Elpidium Catanenſem Epiſcopum, & ad Laurentium Epiſcopum Centumcellenſem.

555. Decretum Synodi *Pariſienſis II.* Childeberto Rege evocante celebrati, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum XXVII. contra Saffaracum Epiſc.

* Concilium incerti loci in *minore Britannia*, in quo Maclianus Vene-

a) Extrema parte auctior apud Garnerium in auctario Operum Theodoriti p. 539. ſeq.
b) Tom. I. Collect. Romanæ p. 219. ſeq. A. 1662. 8.

2011 Ministerio de Cultura

Venetensis Episcopus excommunicatus est. Vide Gregorium Turonensem IV. 4. hist.

A.C. 557. *Parisiensis III.* Concilii Canones decem, cum subscriptionibus Episcoporum XV.

559. *Johannis III.* Papæ supposita decretalis ad Episcopos Germaniæ & Galliæ, ex collectione Isidori Mercatoris.

* Epistola ad Edaldum Viennensem Archiep. ex Joannis à Bosco Bibliotheca Flaviacensi.

Clotharii (Clodecharii) Regis Francorum constitutio, ex edit. Sirmondi.

560. Synodorum *Landavensium* trium sub Oudoceo tertio Landavensi Episcopo celebratarum, gesta in causa triplici parricidii commissi, à regibus Mourico, Morcanto & Guidneretho: ex editione Speelmanni.

De *CPolitana* sectatorum Juliani Halicarnass. & *Antiochena* Anastasii, confirmantis Chalcedonensem Synodum, auctor veteris Synodici c. 119. seq. supra p. 239.

† *Nicetii* Episcopi Trevirorum epistola ad Justinianum Imp. qua eum extrema ætate in hæresin Phantasiastarum lapsum, revocat ab errore; & altera ad Glodoswindum (Gregorio Tur. IV. 3. & 35. Glotsindum) Reginam Longobardorum, ut Alboinum regem maritum suum ad fidem Catholicam adducat. Ex editione Sirmondi. De hoc Nicetio vide Valesium ad Sozom. VIII. 8. & Dacherium tomo 3. spicilegii, ubi ejus tractatus duo de vigiliis servorum Dei & de bono Psalmodiæ, Paris. 1659. 4.

561. Concilium *Bracarense II.* a) anno tertio Ariamiri Regis contra Priscillianistarum hæresin. Canones XVII. & alia deinde capitula XXII. Subscriptiones Episcoporum VIII. Harduinus præter Garsiæ Loaisæ editionem contulit etiam, ut solet, recentiorem Cardinalis Aguirre.

circa A. 562. vel 563. *Santonense*, ex Sirmondo.

567. *Lugdunense II.* Canones VI. Subscriptiones Episcoporum XIII.

a) Isidoro Bracarensi primum, quia sunt qui pro haud genuino habent, quod fuit supra A. 411.

2011 Ministerio de Cultura

in quibus post Viennensem Philippum secundo loco est Nicetius Episc. Lugdunensis.

De Salonio & Sagittario Episcopis, qui in eadem Synodo ob varia scelera depositi sunt, ex Gregorio Tur. lib. V. histor. c. 20.

Turonense II. in causa Ecclesiasticæ disciplinæ reformandæ, Canones XXVII. cum subscriptionibus Episcoporum IX. In hoc Concilio can. 20. citatur Innocentius Papa ad Victricium Episcopum Rothomag. Leges Imperatorum de raptu, Canones item Synodorum Arelatensis, Milevitanæ, Epaonensis & canone 22. etiam Aruernensis.

Epistola 1) Episcoporum provinciæ Turonicæ ad plebem missa post Synodum suprascriptam. 2) S. Radegundis ad Episcopos pro confirmatione Congregationis Monialium à se institutæ. 3) Episcoporum ad Radegundem decretum. Adde Gregorium Turon. IX. 39. ad 42.

A.C. 569. *Lucense*, in civitate Luco in Hispania, sub *Theodomiro* Svevorum principe, de divisione Provinciarum & sedium metropolitanarum Episcopatuumque illis subjectorum, addita divisione terminorum diœcesium & parochiarum provinciarumque Hispaniæ à *Wamba* Rege post A. 672. facta: nec non divisione Oxomensis & Aucensis Episcopatum sub *Adefonso* Hispaniæ Rege, in Synodo apud castrum Montloy in Ecclesia S. Mariæ de Fusellis æra 1126. (hoc est, CHristi 1088.) cum subscriptionibus Regis, Richardi Romanæ Ecclesiæ Vicarii, Episcoporum XIII. Abbatum V. Comitum IV. Principumque VIII.

572. *Bracarense III.* (secundum Isidoro Mercatori & Innocentio tertio lib. 2. Epist. 133. ad Petrum Compostellanum Episc.) anno secundo Regis Ariamiri sive Mironis, Canones X. subscriptiones Episcoporum VI, & ex Synodo Lucensi Episcoporum VI.

† Fragmenta Conciliorum Bracarensium, collecta à Garsia Loaisa ex Burchardo lib. 4. cap. 8. lib. 10. cap. 21. lib. 3. cap. 180. lib. 10. cap. 39. & ex Gratiano 12. qv. 4. *Quicunque.*

† *Lucense II.* anno secundo Ariamiri Regis, cujus constitutio apud Ambrosium Moralem lib. 11. c. 26. Vide Labbeum p. 901.

Capitula LXXXIV. ex Orientalium Synodis collecta à *Martino*

2011 Ministerio de Cultura

tino Bracarenſi, & ad Synodum Lucenſem & Epiſcopum Nitigeſium transmiſſa. De aliis horum capitulorum editionibus ſupra p. 65. ſeq.

A.C. 573. *Benedicto* Papæ ſuppoſita epiſtola ad Davidem Epiſcopum, de unitate in S. Trinitate, ex collectione Iſidori Mercatoris.

Concilium *Pariſienſe*, de cauſa Pappoli Epiſcopi Carnotenſis, adverſus Promotum conſtitutum Epiſcopum in caſtro Dunenſi ab Ægidio Rhemenſi 1) Libellus Synodo oblatus à Pappolo. 2) Conſtitutio Synodi ad Ægidium Epiſcopum Rhemenſem, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum XXXIII. 3) Epiſtola Synodi ad Sigebertum Regem, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum XXXII. Ad hoc Concilium Labbeus putat ſpectare verba Gregorii Tur. lib. 4. Hiſt. Francorum c. 42.

Epiſtola *S. Germani*, Pariſiorum Epiſcopi, ad Brunichildem Reginam, ut Sigebertum Regem revocat à conſilio belli, quod fratri ſuo Chilperico inferebat. (Labbe p. 923. & Harduin. in appendice tomi 3. p. 2083. ex editione Sirmondi.)

575. Conventus *Lugdunenſis* Epiſcoporum & Procerum. Vide Labbeum p. 1852. ex Gregorio Tur. lib. V. c. 5. & 6.

577. Geſta Concilii *Pariſienſis V.* in quo Prætextati Epiſcopi Rotomagenſis cauſa, Chilperico Rege accuſante diſcuſſa eſt, ex Gregorii Turonenſis lib. 5. Hiſtor. cap. 19.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XIII.

Pelagio II. Papæ ſuppoſitæ epiſtolæ 1) ad Benignum Archiepiſcopum, 2) ad Epiſcopos Italiæ, 3) ad Joannem Epiſcopum CPol. 4) ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ, ex Iſidoro Mercatore.

Ejusdem Pelagii epiſtolæ tres ad Eliam & Epiſcopos Iſtriæ. (Loca Theodori Mopſueſteni & aliorum, quæ in tertia citantur, conferenda ſunt cum locis iisdem in collatione quarta Concilii quinti CPol. A. 553. & conſtituto priore Vigilii Papæ.) Suggeſtio Epiſcoporum Iſtriæ de tribus capitulis infra ad A. 590.

† Epiſtolæ Pelagii II. 1) ad Gregorium Diaconum ex Joanne Diacono de vita S. Gregorii Magni, 2) ad Aunarium ſive Aunacharium Epiſcopum Autiſiodorenſem. Incipit: *Laudanda tuæ*

2011 Ministerio de Cultura

*† *tuæ charitatis vota*; 3) ad eundem Aunarium. Incipit: *Quantum DEO placitos.* Servavit auctor historiæ Episcoporum Autissiodorensium apud Labbeum tom. 1. Bibl. novæ MSS. p. 420.

† Decreta Pelagii hujus apud Gratianum, Ivonem, Anselmum, & alios ex epistolis ejus ad Antoninam Patriciam & Deciam, ad Florentinum Episc. ad Clerum Catinensem, ad Crescomium illustrem, ad Benegestum Defensorem & ad Sergium Cancellarium.

A. C. 578. Concilium *Autisiodorense* sub Aunachario, Canones XLV. subscriptiones Episcopi unius, Abbatum septem, presbyterorum XXXIV. & Diaconorum trium.

579. *Cabilonense*, Guntramni Regis jussu convocatum adversus Salonium Ebredunensem & Sagittarium Vapincensem Episcopos, addita auctoritate de capite S. Joannis Baptistæ ex Phœnice perlato & ædificata in ejus veneratione Ecclesia in Morienna, Viennensi metropoli subjecta.

Santonense, de causa Nantini Comitis Engolismensis.

580. *Brennacense*, in causa Gregorii Turonensis, quem Leudastes Comes falso apud Chilpericum Regem accusarat, proniorem in errorem Sabellii. Confer Gregorii Hist. Francorum lib. 5. cap. 44. 45. *Per idem tempus Chilpericus Rex scripsit indiculum, ut sancta Trinitas non in personarum distinctione, sed tantum DEus nominaretur, asserens indignum esse ut Deus persona sic ut homo carneus nominaretur.* &c.

581. *Matisconense I.* Guntramni Regis evocatione Kal. Nov. Guntramni & Chilperici Regum anno XXI. Canones viginti, cum subscriptionibus Episcoporum XXIII.

583. *Lugdunense III.* Canones VI. cum subscriptionibus Episcoporum VIII. Subsignarunt etiam missi Episcoporum duodecim, sed eorum nomina desiderantur. Mentio hujus Synodi apud Gregorium Turon. lib. VI. cap. 1. & Aimoinum lib. XXXIII. c. 44.

584. *Valentinum II.* in Gallia, cum subscriptionibus episcoporum XVII.

Ve-

2011 Ministerio de Cultura

Venni Episcopi Cabellicæ, sive potius Lugdunensis in aliqua hujus temporis Synodo dicta de castitate Sacerdotum.

A.C. 585. *Matisconense II.* Canones XX. Subscriptiones Episcoporum XLIII. quibus accedunt missi Episcoporum XX. cum aliis tribus Episcopis non habentibus sedes. Confer Gregorium Tur. VIII. 12. & 20. Fredegarium libro ultimo Chronici c. 1. eumque de more secutum Aimoinum III. 81.

Guntramni Regis Francorum præceptio ad Episcopos & judices regni sui de observando die Dominica & aliis. Ejusdem allocutio convocatis Episcopis & optimatibus, ubi discussi sunt duces, qui rem bellicam male administrarant adversus Hispanos. Vide Gregorium Tur. VIII. 30.

† Exemplar pactionis in conventu apud Andelmum de pace firmata inter Guntramnum & Childebertum Reges, ex eodem Gregorio VII. 20. Meminit & VII. 11.

586. *Aruernense*, in quo Parochiæ Cadurcinæ adjudicatæ sunt sedi Rutenensi, ut refert idem Gregorius VI. 38.

587. *CPolitanum*, quod Gregorium Antiochenum incesti cum sorore accusatum à calumnia absolvit, teste Evagrio VI. 7.

* 588. *Incerti loci* in Gallia, ubi quæsitum de cæde Prætextati Rotomagens. Episcopi & aliis criminibus. Vide quæ Labbeus pag. 1853. ex Gregorio Tur. lib. 9. c. 20.

589. *Toletanum III.* in quo Arii hæresis in Hispania condemnatur: afferuntur Symbolum Nicænum, CPolitanum & tractatus Chalcedonensis Concili, cum anathematismis XXIII. & subscriptionibus Episcoporum VIII. & virorum illustrium IV. & qui non nominantur Presbyterorum & Diaconorum ex hæresi Ariana conversorum, omniumque seniorum Gothorum. Capitula inde XXIII. de variis rebus disciplinam spectantibus: Edictum Regis Flavii Recaredi in confirmationem Concilii, & subscriptiones ejusdem Regis & Episcoporum LXII. aliorumque IX. vices Episcoporum gerentium Archipresbyterorum, Archidiaconorum & Diaconorum.

S. Leandri Episcopi Hispalensis, in laudem Ecclesiæ ob conversionem gentis post Concilium & confirmationem Canonum edita.

2011 Ministerio de Cultura

De celeberrimo hoc Concilio Toletano conferendus Isidorus Hisp. in Chronico ad annum octavum Mauricii Imp.

A.C.589. Concilium apud *Sauriacum* villam sub Theodeberto Rege. Vide Gregorium Turonensem IX. 37.

Conventus Episcoporum duplex, in quorum altero apud *Pictavos* injecta est, in altero *Cabilonensi* apud *Guntramnum* Regem confirmata excommunicatio in Chrodieldem & reliquas moniales, quæ à S. Radegundis (de qua supra ad A. 567.) monasterio recesserant. Vide Gregorium Tur. IX. 41. ubi rescriptum cum subscriptionibus Episcoporum VIII.

Narbonense sub Reccaredo Gothorum in Hispania Rege, Canones XV. subscriptiones Episcoporum VIII.

590. *S. Gregorii* Magni, Papæ decreta 1] ad Leandrum Episcopum Hispalensem de trina mersione baptismi (lib. 1. epist. 41.) 2] Synodus *Romana* a) sub Gregorio, cum subscriptionibus Episcoporum XXIII. & Presbyterorum XXIII. 3] ad Secundinum inclusum, 4] ad Theoctistam Patriciam, 5] ad XI. interrogationes Augustini, Cantuariensis Episcopi. Confer Bedam lib. 1. Hist. Angl. c. 17. 6] Rescriptum ad Felicem Episcopum Messanensem cum Felicis ad Gregorium epistola, utraque commentitia, ex collectione Isidori Mercatoris. 7] Decretum Synodale XVII. capitulorum, quod editiones quædam subjiciunt Synodo Rom. supra memoratæ, ut Labbeus p. 1587.

† Gregorii Registrum sive duodecim libros epistolarum, quos integros apponunt Regia & Labbeus; Harduinus quidem omisit, perinde ut Binius & alii ante eum Conciliorum editores. Atque sæpius prodierunt inter Gregorii opera, ex quibus tantum lubet commemorare Romanam A. 1589. & recentissimas duas unum Petri Gussanvillæi A. 1675. & alteram eruditorum Monachorum Benedictinorum Ord. S. Benedicti A. 1705. 3. Volum. fol. de qua Acta Eruditor. A. 1706. p. 385. In hac postrema editione epistolæ ordine temporis, quo scriptæ sunt, digeruntur, additis observationibus Criticis, quibus genuinæ à spuriis dubiisque distinguantur. Antonii Dadini Alteserræ notas & observationes in libros XII. epistolarum Gre-

a) Labbeus refert ad A. 595. Exstat inter Gregorii Epistolas lib. 4. epist. 44.

2011 Ministerio de Cultura

Gregorii laudat Jo. Launojus VII. 1. epiſt. ubi S. Medardi privilegium, quod Harduino itidem omiſſum, Gregorio ante ſexcentos annos ſuppoſitum eſſe contra Alteſerram evincit. Contra Launojum ſcripſit, ſed eruditis non perſvaſit Robertus Quatremarius.

EDIT. REGIÆ TOMUS XIV.

A.C. 590. *Hiſpalenſe* Concilium I. Capitula tria in epiſtola ad Pegaſium Epiſcopum miſſa, cum ſubſcriptionibus Leandri & aliorum Epiſcoporum VII.

† Fragmenta XI. quæ ex Concilio Hiſpalenſi (incertum quo) citantur à Burchardo & Ivone.

†† Suggeſtio *Epiſcoporum Iſtriæ*, qui pro tribus Capitulis ab Eccleſia Romana diſſidebant, ad Mauritium Imp. edita à Baronio ad A. 590. n. 28. cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum X. & *Mauricii* Imp. epiſtola ad Gregorium Papam. Confer Pelagii II. Papæ epiſtolas ad Epiſcopos Iſtriæ, de quibus ſupra ad A. 577.

Concilium *Romanum*, hinc à Gregorio celebratum, colligunt Baronius, Binius, Labbeus p. 1592.

Concilium *in confinio trium Civitatum* adverſus Tetradiam, quæ Eulalii Comitis uxor fuerat, de quo Gregorius Turonenſis X. 8. hiſtoriæ Francorum.

Pictavenſe, in quo monaſterii Pictavenſis cauſa inter Chrodieldem & abbatiſſam ab utriusque regni, Guntramni & Childeberti Epiſcopis judicata, ex Gregorio Tur. X. 16. Ternos ex quolibet regno interfuiſſe Sirmondus conjicit.

Metenſe, in quo Ægidius Remorum Epiſcopus ob crimen Majeſtatis, obtenta vita, epiſcopatu dejectus eſt, Chrodieldis & Baſina in communionem receptæ; ex Gregorio Tur. X. 19.

591. Conventus *Nemptodorenſis* (al. Nemetodorenſis) in quo baptizatus eſt Clotarius Rex puer, ſuſceptusque de ſacro fonte à Gnntramno patruo ſuo Rege. Vide Gregorium Tur. X. 28.

592. *Cæſarauguſtani* Concilii de reliquiis hæreſeos Arianæ abolendis, Canones III. cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum XI, & Diaconorum II, vicem Epiſcoporum agentium,

2011 Ministerio de Cultura

Consensus Artemii *Tarraconensis*, & aliorum trium Episcoporum de fisco *Barcinonensi.*

Conciliabulum *Numidiæ* à S. Gregorio reprobatum, cujus vide lib. 3. epist. 7.

*A.C. 594. *Cabilonense* Concilium, de ordine psallendi in monasterio S. Marcelli servando, qualis ad sepulchrum S. Martini & in monasteriis S. Vincentii Parisiis & S. Dionysii servabatur. Vide Labbeum p. 1834. ex Aimoino lib. 3. cap. 81.

595. *Romanum II.* sub Gregorio lib. IV. epist. 44. vide supra ad A. 590.

597. *Toletani* sub Reccaredo Rege Synodi Canones II. cum subscriptionibus XIII. Episcoporum, pro supposititio habentur à Joh. Baptista Perezio.

598. *Oscense* in Hispania, Canones II. Mentio in Concilio Egarensi A. 614.

599. *Barcinonense*, Canones IV. cum subscriptionibus Episcoporum XII.

601. Decretum Gregorii Papæ in Synodo *Romana III.* de libertate Monachorum, cum subscriptionibus (quæ in Regia edit. desiderantur) Episcoporum XX. Presbyterorum XIV. & Diaconorum IV. Confer Gregorii M. lib. 7. epist. 18.

Concilium *Romanum IV.* contra Andream, Græcum hominem, impostorem & falsarium. Vide Gregorii lib. 9. epist. 69. ad Eusebium Thessalonicensem.

Wigornense in Anglia, ab Augustino, primo Doroberniæ sive Cantuariæ Archiepiscopo, Ethelberti Regis adjutorio convocatum. Vide Bedam lib. 2. Hist. Anglicanæ c. 2.

602. *Byzacenum* in Africa, contra Clementinum Primatem, gravium criminum reum. Gregor. M. lib. 10. epist. 35.

Eulogii Patriarchæ Alexandrini epistola Synodica ad Gregorium Papam, circa hoc tempus scripta exstat apud Photium in Bibliotheca Cod. 230.

603. *Cabilonense*, in quo S. Desiderius Episcopus Viennensis, Brunichilde Regina instigante exauctoratus est. De quo Fredegarius appendice ad Gregorium Turonensem.

Con-

2011 Ministerio de Cultura

Concilium *Numidiæ* in cauſa Donadei Diaconi & Paulini Epiſcopi. Vide Gregorium M. lib. 10. epiſt. 8. & 31.

†605. *Cantuarienſe*, præſente Rege Ethelberto, ad confirmandum SS. Petri & Pauli monaſterium, primum omnium in Anglia. Vide, quæ ex Thoma Spott ſive Sprott (qui circa A. 1274. ſcripſiſſe à Pitſeo traditur) Labbeus p. 1614.

†606. *Romanum*, LXXII. Epiſcoporum, de modo eligendi Pontificem, memoratur ab Anaſtaſio in vita Bonifacii III.

610. *Bonifacii IV.* Papæ decretum, promulgatum in Concilio *Romano*, quod monachis ſacerdotalia officia ſuſcipere liceat. Ediderat Holſtenius tom. 1. Collect. Romanæ p. 242. Labbeus p. 1619. & Harduinus p. 544. aliam etiam ex vetuſtiſſimo Codice editionem exhibent.

*Ejusdem Bonifacii epiſtola ad Athelbertum Regem Anglorum, ex eodem Holſtenio p. 246.

Toletanum, de primatu Eccleſiæ Toletanæ, cum XV. Epiſcoporum ſubſcriptionibus. Suggeſtiones Seſuldi, Sunilani, Joannis, Vivendi & Ermegeldi, & decretum Flavii Gundemari Regis, cum ejusdem & Iſidori Hiſp. & XXV. præterea Epiſcoporum ſubſcriptionibus.

†*Garſiæ Loaiſæ* tractatus de primatu Eccleſiæ Toletanæ. Labbe p. 1626--1644. Ejusdem Loaiſæ notas ad Concilium, tum hoc, tum alia Hiſpanica Labbeus & Regia ſemper exhibent, Harduinus omittit.

614. *Egarenſe* Concilium, ſub Siſebuto Hiſp. Rege: Conſtitutio unica, ſubſcriptiones Epiſcoporum XII. Presbyteri unius & unius Diaconi, qui Epiſcoporum vice interfuere.

*† *Steph. Baluzii* diſſ. de Epiſcopatu Egarenſi.

Deus dedit Papæ ſuppoſititia epiſtola ad Gordianum a) Hiſpalenſem Epiſc. ut qui proprios filios de ſacro fonte ſuſcipiunt, ab uxoribus ſeparentur: & ne commatrem quis ſuam in uxorem accipiat.

circa A. 615. *Pariſienſis V.* Concilii Capitula XV. ex Sirmondi editione. (Subſcriptiones LXXIX. Epiſcoporum deſiderantur.) Edictum Clotarii II. Regis pro confirmandis ſtatutis Synodi.

a) Tunc non Gordianus, ſed Iſidorus erat Epiſcopus Hiſpalenſis.

2011 Ministerio de Cultura

EX Synodo *incerti loci*, ſuperiorem Synodum confirmantis, Canones XV. in fine mutili.

†A. C. 617. *Bonifacii V.* Papæ epiſtolæ 1) ad Juſtum, nuper Roffenſem nunc Cantuarienſem Epiſcopum, Melliti ſucceſſorem. 2) ad Edwinum Regem Anglorum, quem ad fidem Chriſtianam exhortatur. 3) ad Edelburgam, Edwini Regis conjugem.

Cantianum Concilium in Anglia habitum à Laurentio Cantuarienſi, Mellito Londinenſi, Juſto Roffenſi: in quo decretum eſt, ut propter Saxonum barbarorum ſævitiam & apoſtaſiam omnes hi Epiſcopi Britanniam abdicarent. Ita Beda lib. 2. Hiſt. Anglor. cap. 5.

619. *Hiſpalenſe* ſecundum b) tempore Siſebuti Regis. Actiones ſive Conſtitutiones XIII. quarum ultima adverſus Eutychianos, qui paſſibilem in CHriſto Divinitatis ſubſtantiam prædicabant. Subſcribit Iſidorus Hiſp. cum aliis Epiſcopis ſeptem.

Honorii I. Papæ epiſtola ad Sergium CPol. & alterius fragmentum exſtant cum Sergii ad Honorium in geſtis ſextæ Synodi A. 681. actione 12. & 13.

† Ejusd. Honorii epiſtola 1] ad Iſaacium Ravennatem exarchum, 2] ad Epiſcopos Venetiæ & Iſtriæ de Fortunato Gradenſi Patriarcha dejecto & Primogenito in ejus locum ſubrogato, 3] ad Eduinum Regem Angliæ, ex Bedæ lib. 2. Hiſtor. Angl. c. 17. 4] ad Honorium Dorovernenſem Epiſc. ex eodem Beda lib. 2. cap. 18.

*† 5] ad Johannem, Andream, Stephanum & Donatum Epiſcopos per Epirum conſtitutos, 6] ad Sergium Subdiaconum.

627. *Matiſconenſe* Concilium c), in quo Regula beati *Columbani* ab Agreſtini calumniis per Euſtaſium abbatem Luxovienſem defenſa atque approbata eſt. Vide, quæ Sirmondus ex Jona Scoto monacho in vita Euſtaſii apud Surium & in Actis Sanctor. 29. Mart.

*628. *Clipiacenſe*, cujus meminit Aimoinus lib. 5. Hiſt. Francor. c. 15. anno quadrageſimo quarto regni Clotarii. Clipiaci, vulgo Clichy. *Harduin.*

A. C.

b) Ivoni part. 1. c. 195. Bracarenſe.

c) Cointius tom. 2. Annal. Francor. p. 729. refert ad A. 623. Mabillonius ſec. 2. Benedictin. p. 119. ad A. 624.

2011 Ministerio de Cultura

A.C.630. *Remense* d) Dagoberti Regis, & Sonnatii Remensis Episcopi temporibus. Canones XXV.

Statuta Synodalia XXI. quæ eidem Sonnatio tribuuntur, aliis videntur ævum posterius sapere, ut Labbeus & Harduinus annotarunt.

633. *Alexandrinum* Conciliabulum à Cyro Alexandrino coactum. Exstant gesta & epistola Synodica cum novem capitulis in sexta Synodo A. 681. actione 13.

Conciliabulum *CPolitanum* Sergii, aliaque habita à Monothelitis, & synodi contra Monothelitas celebratæ, quas Labbeus hoc loco refert ex auctore veteris Synodici cap. 123. ad 132. supra p. 244. seq.

* *Clipiacense II.* quod ex charta Dagoberti Regis observavit Sirmondus. Vide Harduin. p. 2085. Labbeum p. 1854.

Toletanum IV. tempore Sisenandi Regis, Canones LXXV. & subscriptiones Episcoporum LXII. Confirmatur in synodis Toletanis A. 638. & 653. De Judæis Can. 57--66.

634. *Aurelianense*, e) in quo hæreticus Græcus à Salvio Episcopo Valentino superatus est & Gallia pulsus: uti refertur à S. Audœno in vita S. Eligii Noviomensis lib. 1. c. 34. Salvius ille martyr appellatur in actis S. Audœni, scriptis à Fredegodo apud Surium 24. August.

†† 636. *Clipiacense III.* Kalendis Maji, cujus mentio est in vita S. Agili Abbatis apud Mabillon. seculo 2. Benedictino p. 323.

* *Dagoberti* Regis epistola ad Sulpitium Bituricensem Episcopum, apud Labbeum p. 1855. & Harduin. p. 2085.

638. *Toletanum V.* initiis Chintilæ Regis, pro Regia Majestate tuenda. Canones XI. subscriptiones Episcoporum XXII. & Presbyteri unius uniusque Diaconi, qui vicem gerebant Episcoporum. Regis Chintilæ edictum pro confirmatione hujus Synodi.

* *Parisiense*, quod ex charta Dagoberti Regis Sirmondus observavit. Vide Harduin. p. 2086. Labbeum p. 1856.

Toletanum VI. Capitula XIX. Subscriptiones Episcoporum XLVII. Pres-

d) Labbeus refert ad A. 624. idque promisit se in amplioribus notis probaturum, sed quæ lucem non viderunt.

e) Labbeus p. 1835. refert ad A. 645.

2011 Ministerio de Cultura

Presbyterorum III. Diaconorum II. agentium Episcoporum vicem.

*† Commemoratio de Papæ *Severini* legatis, quid *CPoli* gesserint, ex S. Maximi confessoris epistola ad Abbatem Thalassium. Ediderat Sirmondus cum Anastasii Bibliothecarii collectaneis.

Ecthesis sub *Heraclii* Imp. nomine promulgata à Sergio CPol. legitur Græce & Lat. in actis Concilii Lateranensis A. 649. in tertio secretario.

A.C. 639. Conciliabuli *CPolitani* Monothelitarum, in quo ecthesis illa confirmata fuit, exstant gesta in eodem Concilio Lateranensi, in tertio secretario.

640. *Johannis IV.* Papæ epistola 1] ad Episcopos & Presbyteros Scotiæ, 2] ad Constantinum Imp. Heraclii filium, apologiam continens pro Honorio Papa, †* 3] ad Isaacum Syracusanum Episc.

† Diffloratio ex epistola S. Maximi ad Marinum Presbyterum, pro Honorio, & ex epistola ad Petrum illustrem, ubi de Pyrrho, Sophronio Hierosol. & Honorio. Ex edit. Sirmondi.

*† Anastasii Bibliothecarii epistola ad Joannem Diaconum urbis Romæ; & excerptum ex epistola S. Maximi ad Martinum presb. Cyprium de processione Spiritus S.

De *Romano* Concilio illo tempore habito aliisque adversus ecthesin Heraclii & Monothelitas, ita Theophanes ex Goari versione: *Joannes Romanus præsul collecto Episcoporum Concilio, Monothelitarum hæresin anathematizavit: similiter & in Africa penes* Byzacium, Numidiam & Mauricaniam *diversi Episcopi convenientes, Monothelitas perculerunt.* Confer infra ad A. 646.

642. *Theodori I.* Papæ epistola 1] ad Paulum Patriarcham CPol. (Synodicæ ejus respondens) cum exemplari propositionis CPolin transmissæ adversus Pyrrhum Monothelitam, 2] ad Episcopos, qui consecraverunt Paulum CPol. Utraque ex collectaneis Anastasii Bibliothecarii vulgatis à Sirmondo, quæ præter editiones laadatas à me Volum. VIII. hujus Bibl. p. 729. recusa etiam sunt in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. tomo XII. pag. 831.

† Disputatio *S. Maximi* cum Pyrrho, Græce cum Franc. Turriani ver-

2011 Ministerio de Cultura

verſione. De aliis hujus ſcripti editionibus dixi Volum. VIII. hujus Bibl. p. 736. ubi etiam de cæteris ejusdem Maximi Monothelitarum mallei ſcriptis ac monumentis.

A.C. 645. *Aurelianenſe*, vide ſupra ad A. 634.

646. Concilii *Numidiæ* ſub Columbo, *Mauritaniæ* ſub Reparato, *Byzaceni* ſub Stephano, & *Carthaginienſis* Guloſi (Probi & aliorum Epiſcoporum LXVIII.) epiſtolæ ſynodicæ ad Imp. Conſtantem, ad Paulum CPol. & Theodorum Papam, exſtant in actis ſynodi Lateranenſis A. 649. ſecretario 2.

Toletanum VII. anno quinto Chindesvindi Regis. Canones VI. ſubſcriptiones Epiſcoporum XXVIII. & Presbyterorum Abbatumque ac Diaconorum Vicariorum XI.

De viſione *Tajonis* Cæſarauguſtani Epiſcopi, qua libri moralium Gregorii M. ipſi indicati ſunt. Confer Rodericum Toletanum lib. 2. c. 19. & Baronium ad A. 649. n. 80.

648. Typus à *Conſtante* Imp. ſuaſu Pauli CPol. promulgatus, quo Monothelitis eorumque adverſariis ſilentium injungitur. Exſtat & improbatur in ſecretario ſive actione 4. Concilii Lateranenſis A. 649.

Concilium *Romanum* contra Paulum & Pyrrhum. Vide Anaſtaſium in vita Theodori Papæ, & Labbeum p. 1846.

† *Siggyberti* Metenſium Regis epiſtola ad Deſiderium Caturcenſium Epiſcopum, qua ſine ſua ſcientia ſynodale Concilium in regno ſuo agi prohibet. Edita hæc epiſtola 79. inter Francicas à Marquardo Frehero & Andrea Ducheſnio.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XV. ET LABBEI TOMUS VI.

649. *Martini* Papæ epiſtolæ XVII. ex quibus undecim (tertia usque ad decimam tertiam). Græce etiam à Labbeo primum, & deinde ab Harduino additæ ſunt: 1] Encyclica ad omnes fideles, Gr. & Lat. 2] ad Amandum Trajectenſem Latine. (utraque in fine actionis quintæ proximi Lateranenſis Concilii.) 3] ad Conſtantem Imp. 4] ad Eccleſiam Carthag. 5] ad Johannem Epiſcopum Philadelphiæ, 6] ad Theodorum Epiſcopum Esbuntiorum in Arabia, 7] ad Antonium Bucathorum in Palæ-

2011 Ministerio de Cultura

ſtina prima Epiſcopum, 8] ad Georgium archimandritam monaſterii S. Theodoſii, 9] ad Pantaleonem, 10] ad Petrum illuſtrem virum, 11] ad Eccleſiam Hieroſolymitanam & Antiochenam, 12] ad Paulum Theſſalonicenſem Epiſcopum, qui Romanæ ſedis apocriſiarios in hæreſin Monotheliticam induxerat, 13] ad Eccleſiam Theſſalonicenſem de Pauli damnatione, & de ejus hæreſi fugienda. Quæ ſequuntur Latine tantum, ex editione Sirmondi in Collectaneis Anaſtaſii Bibliothecarii. 14. & 15] ad Theodorum cum commemoratione eorum, quæ ſæviter acta ſunt à veritatis adverſariis cum Martino Papa. 16. & 17] ad quendam ſibi cariſſimum de exſilii ſui calamitate.

Acta *Lateranenſis* Concilii celeberrimi, ſub Martino Papa adverſus Monothelitas habiti, πράξεις actiones ſive ſecretarii 5. Græce & Latine. Græca è MS. Codice à Labbeo primum, ac deinde ab Harduino addita ſunt. Indicem ſcriptorum & epiſtolarum, quæ in his actis vel afferuntur vel citantur, dedi Volum. X. hujus Bibl. p. 185. ſeq. In hoc Concilio non modo Cyrus, Sergius, Paulus & Pyrrhus condemnati, ſed etiam proſcriptus *Conſtantis* Imp. *typus*, ut jam dixi ad A. 648. Actionem quintam claudunt Canones viginti, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum centum & quinque.

A. C. 650. a) *Cabilonenſis* Concilii à Clodoveo II. evocati, Canones XX. cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum XXXVIII. abbatumque & archidiaconorum VI. Epiſcoporum vice, & epiſtola Concilii ad Theodoſium Epiſcopum Arelatenſem.

653. *Toletanum VIII.* anno quinto *Receſwinthi* Regis, cujus epiſtola nec non decretum & Lex, Canonibus XIII. adjungitur, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum LII. Abbatum XII. Vicariorum Epiſcoporum X. & Virorum illuſtrium XVI. Canon 12. de Judæis: Canon 1, Symbolum Nicænum repetit & approbat.

† Placitum Judæorum Toletanæ Civitatis atque Hiſpaniæ ad Regem Receſwinthum, editum à Baronio ad A. 653. n. 5. in quo CHriſto ſe nomen dare profitentur, ſimilisque placiti ſub Cinthilano Rege à ſe conſcripti mentionem faciunt.

† In

a) Carolus le Cointe refert ad A. 644.

2011 Ministerio de Cultura

† In notis Garſiæ Loaiſæ ad Concilium Toletan. quas Harduinus malo more omiſit, exſtat etiam *Iſidori* Hiſp. epiſtola ad Leudefredum Epiſcopum Cordubenſem de officiis Eccleſiaſticis, ex Codice MS. Bibl. Laurentianæ.

† Relatio factæ motionis inter Domnum *Maximum*, Monachum, & ſocium ejus coram Principibus in ſecretario. Ex collectaneis Anaſtaſii Bibliothecarii à Sirmondo editis.

A.C. 655. *Toletani IX.* Concilii Canones XVII. Subſcriptiones Epiſcoporum XVI. Abbatum VIII. Vicarii Epiſcopi unius, & virorum illuſtrium officii palatii quatuor.

656. † *Vitaliani* Papæ epiſtolæ 1] ad Paulum Archiepiſc. Cretenſem, 2] ad Vaanum, cubicularium Imperatoris, 3] ad Paulum Cretenſem, 4] ad Georgium Epiſc. Syracuſanum, 5] ad Oſwi, Regem Nordanhumbrorum, Papæ de Paſchate judicium expetentem, 6] ad Monachos Siculos.

Concilium *Toletanum X.* Canones ſeptem, cum Decreto pro Potamio Epiſcopo Bracarenſi (in quo affertur aliquid ex Concilii *Valentini* titulo IV.) & alio decreto de teſtamento Recimiri, Dumienſis Epiſcopi. Subſcriptiones Epiſcoporum XX. & Vicariorum Epiſcoporum V.

† Tomus continens relationē de dogmatibus & controverſiis, quæ motæ ſunt inter *S. Maximum* & Theodoſium Epiſcopum Cæſareæ Bithyniæ, ex collectaneis Anaſtaſii quæ Sirmondus edidit.

658. *Namnetenſe* Concilium, de quo Flodoardus lib. 2. Hiſt. c. 8.

Privilegium libertatis, a) monaſterio *S. Dionyſii* conceſſum à *Landerico* Epiſcopo Pariſiacenſi anno XL. Cludovici, cum ſubſcriptionibus ejusdem Landerici & Epiſcoporum XXIV.

659. Conventus *Clipiacenſis*, de quo Aimoinus lib. 4. Hiſt. Francorum c. 41. & Præceptum *Clodovei II.* Regis pro libertate Monaſterii S. Dionyſii.

664. Synodus ſive Collatio *Pharenſis* in Anglia, rogatu Hildæ Abbatiſſæ, ſub Nordanhumbrorum regibus Oſwio patre & Alchfrido filio, in qua acerrime contenditur de ritu celebrandi paſchatis, de tonſura ſacerdotum & de aliis rebus Eccleſiaſticis, præſente

a) γνησιότητα ejus in dubium vocavit Jo. Launojus, ſicut etiam San-Germanenſis, San-Medardenſis privilegii & Turonenſis S. Martini, aliorumque.

2011 Ministerio de Cultura

præsente Alchfrido Rege filio, Oswio Rege patre &c. Confer Bedam lib. 3. Hist. Eccles. c. 25.

A. C. 666. Concilium *Emeritense* in Hispania, Capitula XXIII. Subscriptiones Episcoporum XII.

667. De Concilio Romano in causa Johannis Lappensis, in Creta Episcopi, mentio in Vitaliani Papæ epist. 1. & 3.

Adeodati Papæ epistola ad Episcopos Galliæ de privilegio, quod concessum abbati monasterii *S. Martini Turonensis*. Ediderunt Massonus, Baronius, Sirmondus, Binius & Monsuyerius.

669. *Clotarii III.* Regis præcepta duo de fundatione & immunitate monasterii *Corbejensis*. Privilegium libertatis monasterio eidem concessum à Bertefrido Episcopo Ambianensi, cum subscriptionibus episcoporum XVI. Theodorici Regis Francorum præceptum, quo confirmat electionem Eremberti, abbatis Corbejensis.

† *Marculfi* a) formula de privilegio & Concessio Legis ad Privilegium.

670. De Synodo *Senonensi* b) XXX. Episcoporum, in qua subscriptum fuit privilegium immunitatis monasterio S. Petri Vivi, meminit Clarius monachus in Chronico Abbatiæ S. Petri Vivi Senonensis, apud Dacherium tom. 2. spicilegii p. 706.

Canones *Augustodunenses XVI.* S. Leodegarii Augustodunæ Civitatis Episcopi, ex collectione Canonum in Bibl. Ecclesiæ Andegav. & in Bibl. S. Benigni Divionensis, adde Labbeum p. 535. & 1887.

† 672. *Senonense* Vide Labbeum p. 1878.

673. Concilium *Herudfordiæ*, primo anno Lotharii Regis Cantii, præsidente Theodoro Cantuariæ sive Doroberniæ Archiepiscopo, in quo ea, quæ à Patribus tansmarinis canonice sunt antiquitus decreta, custodienda ab Anglis decernuntur, decem capita præcipue.

A. C.

a) Hunc Marculfum, non Regis Dagoberti, vixisse tempore ut contendit Labbeus pag. 531. sed formulas suas inscripsisse Landerico (non Parisiensi, sed) Meldensi Episcopo, qui Pipini & Caroli Magni ætate floruit, disputat Launojus in assertione inquisitionis in chartam immunitatis p. 616. seq. & in inquisitione ipsa p. 25.

b) à Cointio in Annalibus Francorum refertur ad A. 657.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 675. *Toletanum XI.* Canones XVI. Subscriptiones Episcoporum XVII. Vicariorum II. Abbatum VI. & Archidiaconi unius. *Bracarense*, Canones IX. quorum primo Symbolum Nicænum repetitur & probatur. Subscriptiones Episcoporum VIII.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XVI.

677. *Agathonis* Papæ epistola 1) ad Imperatores Constantinum, Heraclium & Tiberium, Græce & Lat. in actione quarta sextæ Synodi A. 680. 2) ad Æthelredum Regem Merciorum & Theodorum archiep. Cantuariensem, Sexulfum, &c. Latine.

679. *Mediolanense*, sub Mansveto Episcopo, in causa Monothelitarum. Synodica ad Constantinum Imp. cum expositione fidei exstat ante acta sextæ Synodi, Latine.

Generale Anglicum *Hetfeldæ* celebratum, de quo Beda lib. 4. Hist. Eccles. Anglor. c. 17. & vita Theodori Cantuar. in Mabillonii sæc. 2. Benedictin. p. 1036.

Romanum de rebus Britannicæ Ecclesiæ, idem Beda c. 18. & Malmesbur. de gestis Pontificum Anglor. lib. 3. p. 263. & prolixius in vita S. Wilfridi, 4. sæcul. Benedictin. parte 1. pag. 492. 494.

Hoc anno Synodum in *Galliis* habitam fuisse contra Monothelitas, falso colligitur a) ex istis Synodi Romanæ sub Agathone verbis: *Felix, humilis Episcopus Arelatensis Ecclesiæ, legatus venerabilis Synodi per Galliarum provincias constitutæ*, aliisque similibus Adeodati Leucorum, & Taurini Telonensis, subscriptionibus prave intellectis. Aliud est enim, ut notat Harduinus, Synodus, hoc est collegium & numerus Episcoporum per diversas Galliarum provincias constitutus, aliud congregata in Galliis Synodus, sive in uno aliquo Galliarum loco, Episcoporum Synodus.

680. *Romanum* contra eosdem Monothelitas, de quo auctor Synodici veteris c. 133. supra p. 244. Epistolæ duæ in hoc Concilio scriptæ recitantur in sexta Synodo, actione quarta.

680. & 681. Acta *sextæ* synodi generalis, CONSTANTINOPOLITANÆ tertiæ, iisdem Monothelitis oppositæ, & à Constan-

a) apud Labbeum p. 1887.

2011 Ministerio de Cultura

tino Pogonato atque deinde à Juſtiniano Imp. confirmatæ, & Latine primum à Merlino & cæteris, Gr. & Lat. vero edita à Romanis A. 1608. atque inde à Binio in utraque poſteriore editione: & repetita in Regia, tum à Labbeo & Hard. Epiſcopi teſte Photio interfuere CLXX. ſubſcriptiones a) comparent CLXVI. Quis in hoc Concilio præſederit, diſputat Launojus lib. 7. epiſt. 8. pag. 729. ſeq. Adde Petrum de Marca lib. 5. c. 13. Conſtat actionibus XVIII. in quarum decima tertia *συναναθεματίζεται* Honorius Papa, de quo videant, qui volunt, quæ in medium afferunt Garnerius pag. 175. ſeq. ad librum diurnum Romanorum Pontificum, in quo & ipſo Honorius p. 41. damnatur: & Hiſtoriæ Monothelitarum ſcriptores J. B. Tamagninus oppugnans, & Franciſcus Combefiſius, fidem Actorum aſſerens, aliique laudati à me Volum. X. hujus Bibl. p. 205. ſeq. Apud eundem Combefiſium p. 241. ſeq. collatio Actorum ſextæ Synodi ad MS. Tilianum Codicem. Indicem Epiſtolarum, quæ in Actis hujus Concilii afferuntur, & ſcriptorum, qui in illis citantur, dedi Volum. X. p. 185. ſeq. Canones ab hoc Concilio nulli editi.

†† Actorum ejusdem Concilii ſexti verſio Latina altera longe accuratior ex vetuſto Codice MSto Bibl. Collegii Pariſ. S. J. ab Harduino publicata.

Synodus *πενθέκτη* ſive *quiniſexta* in Trullo b) palatii ſacri ſecretario A. 692. c) ſub Juſtiniano Rhinotmeto, in quam invehuntur Allatius lib. 1. de conſenſu cap. 27. & Altimura ſive Mich. le Quien panoplia contra ſchiſma Græcorum p. 123. ſeq. Neque Canonum illius ulla Latina vetus exſtat interpretatio. Neque ante ſchiſma à Græcis fuiſſe receptum contendit Nic. Comnenus Papadopoli p. 17. prænotionum myſtagogicarum, ſed certe à Nicæna ſecunda agnoſcitur. Confer Beveregium p. 166. ad Synodicum, & p. 70. ſeq. Codicis Canonum vindicati. Exſtant Græce & Latine poſt præmonitionem

a) Confer Lambecium VIII. p. 408.

b) Etiam ſextam Synodum in Trullo celebratam conſtat ex ſingulis ferme illius actionibus ſub init.

c) Harduin. 706. adde Lambecium VIII. p. 407.

2011 Ministerio de Cultura

tionem & Justiniani Imp. προσφωνητικὸν λόγον ad Synodum *Canones centum & duo*, cum subscriptionibus Imperatoris, Patriarcharum quinque d) Episcoporum CCVII. Canones illi habentur etiam cum Beveregii notis & Zonaræ, Balsamonis & Alexii Aristeni scholiis in Pandectis Canonum laudati Beveregii.

Canones IX. Latine. Hi Concilio sexto præter reum tribuuntur in vetusto Codice monasterii sancti Bavonis urbis Gandavensis, ex quo Surius & deinde alii publicarunt, sed ad verbum repetita sunt ex capitulis Theodulfi Aurelianensis à 16. ad 25. ut Harduino notatum.

A.C.681. *Toletanum XII.* anno primo Fl. Ervigii Regis. Canones XIII. Subscriptiones Episcoporum XXXV. Abbatum IV. Vicariorum Episcoporum III & virorum illustrium officii Palatini XV. Regis lex in confirmatione Concilii.

682. Sirmondo, (Labbeo 692.) *Rotomagense*, in quo monasterii Fontanellensis inter cetera editum est privilegium, ut refert Aigrardus monachus in vita S. Ansberti Episcopi Rotomag. apud Surium & Bollandum 9. Febr.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XVII.

Leonis II. Papæ epistolæ 1) ad Constantinum Imp. quæ Græce & Lat. exstat, cum præmisso Constantini ad Leonem rescripto, ad calcem sextæ Synodi & Baronio utraque suspectæ est fidei; 2) ad Episcopos Hispaniæ, 3) ad Quiricum Episcopum, 4) ad Simplicium Comitem, 5) ad Ervigium Regem Hispaniæ.

683. *Toletanum XIII.* epistola Flav. Ervigii Regis ad Concilium. Symbolum Nicænum. Capitula XIII. Subscriptiones Episcoporum XLVIII. Abbatum VIII. Vicariorum Episcoporum XXVII. Virorum illustrium Officii Palatini, Comitum, Spathariorum, Procerum XXVI. Regis edictum ad omnes privatos sive fiscales populos: & Lex in confirmatione Concilii edita.

684. *Benedicti II.* Papæ epistolæ, quas spurias Baronius esse existimat, 1) ad Petrum notarium Regionarium, 2) ad Ervigium Regem Hispa-

d) Confer Theodorum Studitam lib. 2. Epist. 72.

2011 Ministerio de Cultura

Hiſpaniæ, eadem cum illa, quæ fuit ſupra quinta inter epiſtolas Leonis II. Epiſtolæ ad Epiſcopos Hiſpanos ſcriptæ de tuendis certis capitulis mentio in Concilio Toletano XV. A. 688.

Toletanum XIV. à præſulibus Carthaginis Provinciæ contra Monothelitas. Subſcriptiones Epiſcoporum XVII. Abbatum VI. Vicariorum Epiſcoporum X.

Concilium *Cantuarienſis* provinciæ ſub Egfrido Rege Nordhumbrorum, ex Monaſtici Anglicani tom. 1. p. 39. & 46.

685. Concilium *in villa regia*, in quo Epiſcopi aliquot gradu dejecti & S. Leodegarius Auguſtodunenſis capitali ſententia Ebroini factione à Theodorico Rege damnatus eſt. Ex auctore vitæ Leodegarii, apud Surium 2. Octobr.

†† *Adtwifordenſe* in Anglia, in quo S. Cuthbertus electus eſt Epiſcopus Lindisfarnenſis, ut refertur in ejus vita apud Mabillon. ſeculo 2. Benedictin. p. 899.

* *Cantuarienſe*, ex Monaſtici Anglicani tom. 1. p. 39. & 46. Labbeus p. 1874.

†687. *Sergii* Papæ epiſtola ad Ceolfridum Abbatem, ex Malmesburienſi de rebus geſtis regum Angliæ lib. 1. c. 3.

688. *Toletanum XV.* in quo poſt præmiſſam Ervigii Regis epiſtolam & Nicænam probatam fidem, defendutur inter alia hæ locutiones à Papa Benedicto notatæ : *Voluntas genuit Voluntatem, ſicut & Sapientia Sapientiam* ; &: *Tres in CHriſto DEI Filio ſe profiteri.* Laudantur teſtimonia *Athanaſii*, *Auguſtini* lib. XV. Trinitatis DEI, libro quæſtionum contra Apollinariſtas, Enchiridio, tractatu Symboli, & epiſtola ad Petrum ; *Cyrilli* in libro, qui vocatur ſcholia ; *Iſidori*, in libris de differentia Naturæ CHriſti vel noſtræ ; *Ambroſii* ac *Fulgentii.* Subſcriptiones Epiſcoporum LXI. Abbatum XI. Vicariorum Epiſcoporum V. & Virorum illuſtrium Officii Palatini XVII. Lex in Confirmatione Concilii generalis, data anno primo Egiçani Regis.

* *Theodori* Cantuarienſis Archiepiſcopi Capitula CXX. ex tomo nono ſpicilegii Dacheriani, apud Labbeum pag. 1875. Harduin. p. 1771. De hujus Theodori pœnitentiali dixi ſupra p. 73.

†Con-

2011 Ministerio de Cultura

*† Conventus *in palatio Theodorici* Francorum Regis. Vide Labbeum p. 1878. seq.

A.C.691. *Cæsaraugustanum III.* Capitula V.

circa A. C. 692. Leges Ecclesiasticæ *Inæ* Regis occiduorum Saxonum seu Gervisorum, ex legibus ejus Saxonicis excerptæ, capitula undecim, ex duplici editione.

De *Quinisexta* Synodo *CPolitana* dictum supra ad A. 681.

693. *Toletanum XVI.* epistola Flavii Egicani Regis ad Concilium. Canones XIII. quorum primus est contra Judæos; a) secundus contra idolorum cultores. Regis epistola altera. Subscriptiones Episcoporum LIX. Abbatum V. Vicariorum Episcoporum III. Comitum Virorum illustrium XVI.

694. *Becanceldæ* in Anglia, celebratum præsidente Withredo Rege Cantii, & Bertwaldo Archiepiscopo Britanniæ, cum horum subscriptionibus, nec non Episcoporum Roffensis Tobiæ, & Botredi. Abbatissarum V. & Presbyterorum VII. Alia ejusdem Becanceldensis Concilii editio, tribus ex aliis Codicibus MSS.

Toletanum XVII. Epistola Regis Egicani: & post Nicænum Symbolum, Canones sive Capitula VIII. Lex in confirmatione Concilii edita.

† Capitula sive sententiæ XIII. excerpta ex superioribus Conciliis Gallicanis, quæ ex Garsia Loaisa Labbeus & editio Regia subjunxit, Harduinus omisit.

†† 695. *Autisiodorense*, in quo Tetricus Episcopus constituit qualiter Abbates vel Archipresbyteri in Ecclesia Divinum persolverent officium: taliter vero ordinavit, ut deservirent Kal. Januarii 1. hebdomada, basilica S. Germani, &c. ut prolixe describitur in historia Episcoporum Autissiodorensium cap. 24. in Labbei Bibl. nova MSS. tom. 1. p. 427.

697. (al. 702.) *Ultrajectinum*, in quo statutum est Prædicatores ad barbaricas nationes mitti oportere. Acta refert Marcellinus presbyter in vita S. Swiberti cap. 14. apud Surium die 1. Martii.

Bergamstedense in Anglia. Whitredi Regis Constitutiones

a) Contra Judæos etiam Toletan. III. can. 13. & IV. 57. 66. XII. 8. XVII. 8.

2011 Ministerio de Cultura

XXVIII. Et alii Canones X. quomodo damna & injuriæ ſacris Ordinibus illatæ ſint compenſandæ.

A.C.698. *Aquilejenſe* Conciliabulum, in quo ſchiſmatici nonnulli quintam Synodum anni 551. ob damnata tria Capitula reſpuendam eſſe cenſuerunt, ut narrat Beda libro de ſex ætatibus, Paulus Diaconus lib. V. c. 14. & Sigebertus in Chronico.

701. *Anglicanum* Concilium, ſub Alfrido Rege Nordanhymbrorum, & Berthwaldo Archiepiſcopo Cantuarienſi, Theodori ſucceſſore, ex Malmesburienſi de geſtis Pontificum lib. 3. Theodori epiſtola adEthelredum Marciorum Regem. Wilfridi Epiſcopi Eboracenſis ad Joannem VI. Papam.

704. *Toletanum XVIII.* Acta non exſtant. Vide Rodericum Toletanum III. 14. & Baronium ad A. 701. n. 15.

circa A. 705. *Merciana* Synodus, in qua Aldhelmo, Abbati Maildui urbis ſive Malmesburienſi, præceptum eſt ut librum ſcriberet adverſus errorem Britonum in Paſchate celebrando, ut narrat Beda lib. V. hiſt. Anglor. c. 19.

Romanum Concilium, in quo & Wilfridus Eboracenſis abſolutus eſt, & adnitente Juſtiniano Imp. ut Canones Synodi *Trullanæ quiniſextæ* examinarentur, & qui probabiles viderentur eſſe, reciperentur, Pontifex Johannes VII. omnino recuſavit. De priore illa Synodi cauſa vide Bedam lib. V. cap. 20. De poſteriore Anaſtaſium in vita Joannis VII.

Niddenſe, ad fluvium Nidde in Northumbria, ab Oſredo Rege & Bertwaldo Archiepiſcopo Cantuariæ. Vide Malmesburienſem lib. 3. de geſtis Pontificum, & vitam S. Wilfridi in Mabillonii ſeculo III. Benedictin. p. 324.

Joannis VII. Papæ epiſtola ad Ethelredum Merciorum, & Alfridum Deirorum Reges, qua accepta Wilfridus in Archiepiſcopatu Eboraceuſi confirmatur.

circa A. 708. De Synodo ſub *Ina* Rege Occidentalium Saxonum habita loco incerto, in qua Epiſcopatus Occidentalium Saxonum in duas dividitur parochias. Beda lib. V. cap. 19.

709. *Conſtantini* Papæ epiſtola ad Brithwaldum Archiepiſc. Cantuar. de viſione Egvini Epiſcopi Wigornienſium: de Concilio habendo, de Cœnobio inſtituendo.

Charta

2011 Ministerio de Cultura

Charta *Kenredi & Offæ* Regum de terris, in quibus B. Virgo Egwino apparuiſſe dicitur, cum aliis plurimis Cœnobio Eveshamiæ collatis, cum ſubſcriptionibus Conſtantini Papæ, Egwini Epiſcopi, Regis Kenredi & Regis Offæ.

Charta *Egwini* Epiſc. cum ſubſcriptionibus ejusdem per ſignum crucis confirmantis : Kenredi Regis, Regis Offæ per ſignum crucis, Brithwaldi Archiepiſcopi & Oſwardi fratris. Ediderat Speelmannus.

Anglica Synodus generalis *Alnenſis* ſive in loco *Alne*, in qua donationes naſcenti monaſterio Eveshamenſi collatæ confirmantur. Vide Brithwoldum Glaſconienſem in vita S. Egwini apud Franciſcum Godwinum de præſulibus Angliæ p. 501.

A.C. 712. CPolitana Pſeudo-Synodus, in qua ſexta Synodus à Monothelitis eſt reprobata, ut referunt Theophanes, Zonaras, Cedrenus.

* *Agathonis* Diaconi Epilogus ad Acta Synodi *ſextæ*, Græce & Latine ex edit. Combefiſii in Hiſtoria Monothelitar. p. 199. Sed Labbeus & Harduinus Combefiſii verſioni prætulere veterem interpretationem, quam repererunt in veteri Codice MS. Collegii Pariſ. S. J. ad calcem actorum ſextæ Synodi.

* *Johannis* CPol. epiſtola Apologetica ad Conſtantinum Papam, de iis, quæ tempore tyrannidis *Bardæ* (Bardani) ſeu Philippici Imp. mota ſunt adverſus ſextam Synodum, ex eodem Combefiſio p. 211. Confer, quæ auctor Synodici veteris c. 136. ſupra p. 247.

Londinenſe Concilium, inquit Harduinus, quidam a) hoc tempore ponunt, in quo (occaſione viſionis Egwini) decretum de cultu imaginũ fuerit promulgatum, ſed falſo, ut eruditi viri jamdudũ monuerunt : cum de eo cultu in Anglia ante annos centum recepto, teſtis ſit Beda, ubi de Auguſtino Anglorum Apoſtolo diſſerit. Vide Baronium ad A. 714. n. 3. & 4. & Labbeum p. 1421.

Concilium *totius regni Britannici*, per præceptum Regis Inæ, cum jam Gralam, filiam Cadwaladri, Regis Britonum, duxiſſet, u-

a) ut Urſpergenſis, Baleus & Magdeburgenſes, neque enim antiquum teſtem reperire Speelmannus potuit.

2011 Ministerio de Cultura

naque Cambriam totam & coronam Cadwaladri adeptus eſſet: in quo de mutuis conciliis inter Anglo-Saxones, Britones & Scotos ſtatuitur.

A. C. 714. *Ceolfridi* Abbatis epiſtola b) ad Naitanum Regem Pictorum pro Catholico Paſcha & Romana tonſura, cum Bedæ præfat. ex lib. 5. Hiſt. Anglorum c. 22.

Decretum Regis *Naitani* pro utroque illo ritu uſurpando, ex eodem Beda.

Gregorii II. Papæ epiſtolæ duæ ad Bonifacium, quarum prior adhuc Presbytero poteſtatem facit Fidei myſterium incredulis annunciandi, poſterior jam Epiſcopo reſpondet ad varias interrogationes & conſulta.

Indiculus ſacramenti, quod cum Epiſcopus ordinaretur, *Bonifacius* Romæ edidit.

Gregorii II. Capitulare, capitulis XIII. datum Martiniano Epiſcopo, Georgio Presbytero, &c. in Bavariam ablegatis, apud Labbeum p. 1452. & Harduin. p. 1861.

†Ejusdem epiſtolæ aliæ tredecim, 1] ad Carolum Ducem (Martellum) majorem Domus (Theodorici) Regis Francorum, cui commendat Bonifacium, 2] ad Epiſcopos, aliosque tum Clericos tum Laicos, 3) ad Clerum, Ordinem & Plebem conſiſtentem Thuringi, cui Bonifacius ordinatus erat Epiſcopus: 4] ad Optimates Thuringorum, 5] ad univerſum Thuringorum populum, 6] ad univerſum populum Alt-Saxonum. *Caroli* majoris domus epiſtola generalis de ſuſcepto in tuitionem Bonifacio, 7] Gregorii II. ad Bonifacium Epiſc. 8] ad Germanum c) CPol. Epiſc. 9] ad Urſum Ducem Venetiarum, 10. & 11] ad Leonem Iſaurum d) Imp. 12] ad Serenum Forojulienſem Epiſc. 13] ad Donatum Gradenſem Patriarcham, ejusque ſubditos.

CPolitana Synodus ſub Germano Patriarcha, de qua Synodicon vetus c. 137. ſupra p. 247.

A. C.

b) Editionem Petri Franciſci Chifletii in Concordia Bedæ & Fredegarii Scholaſtici, Pariſ. 1681. 4. ſecutus eſt Harduinus.

c) Exſtat in Concilio ſeptimo A. 787. actione 4.

d) Utræque inter præambulares ejusdem Concilii ſeptimi, ſive Nicæni ſecundi.

, 2011 Ministerio de Cultura

†A.C.719. *Trajectenſis*, de transmittendis Evangelii Prædicatoribus in Provincias Paganorum. Vide Labbeum p. 1879.

721. *Romana*, adverſus illicita conjugia ſub Gregorio II. Canones XVII. Subſcriptiones Epiſcoporum XXXII. Presbyterorum XIV. Diaconorum IV. Canon duodecimus eſt contra eos, qui hariolos, aruſpices, incantatores obſervaverint, aut phylacteriis uſi fuerint.

724. *Romana II.* in qua S. Corbinianus dimiſſionem ab Epiſcopatu Friſingenſi petens à Pontifice, non obtinuit. Meminit Aribo in S. Corbiniani vita apud Surium 8. Sept.

726. *Romana III.* in qua Iconoclaſtarum damnatur hæreſis, & cultus imaginum ſacrarum confirmatur. Vide Hadrianum Papam in epiſtola ad Carolum Magnum. Meminit & Zonaras anathematis ibi dicti Iconoclaſtis.

731. *Gregorii III.* Papæ epiſtola ad Bonifacium, jam Archiepiſcopum, cui pallium concedit, & ad novem interrogata reſpondet. Excerptum ab eodem, ut volunt, Papa ex Patrum dictis, capitula XXXIII. judicia congrua Pœnitentibus. Petrus Pithœus juniori auctori tribuit, ut notavi ſupra p. 79.

† Aliæ ſex Gregorii III. epiſtolæ 1) ad omnes Epiſcopos, Presbyteros & Abbates, 2) ad Optimates & populum provinciarum Germaniæ, 3) ad Epiſcopos Bajoariæ & Alemaniæ, 4. 5. & 6) ad Carolum Martellum, Majorem Domus Regni Franciæ.

731. 732. *Romana* duo Concilia, occaſione ſacrarum Imaginum, ut Anaſtaſius refert in vita Gregorii Papæ. Confer, quæ auctor Synodici veteris c. 139. ſupra p. 248. & de *Hieroſolymitano* Concilio c. 140. nec non c. 138. de *CPolitano* Leonis Iſauri contra imagines, quod in illis fuit anathemati ſubjectum.

742. *Bonifacii* epiſtola ad Zachariam Papam, ex Baronio ad A. 742. n. 21. *Zachariæ* Papæ 1] ad Bonifacium, 2] ad Burchardum Wirtziburgenſem Epiſcopum, 3] ad Francos & Gallos (infra poſt Concilium Liptinenſe A. 743.) 4] ad Bonifacium, cui mittit pallia pro trib° metropolitanis, & monet de duobus malis Epiſcopis in Francia deprehenſis, Adelberto & Clemente, de quibus infra ad A. 745. 5. & 6] ad eundem Bonifacium, 7] ad

2011 Ministerio de Cultura

7] ad Pippinum, majorem Domus & ad Episcopos, Abbates & Proceres Francorum responsoria, de XXVII. capitulis à Pippino per Ardobanium missis, 8. 9. 10] ad Bonifacium, 11] ad diversos Episcopos Galliæ & Germaniæ, 12] ad Bonifacium de quæstionibus, quas per Lullum proposuerat. In decima harum epistolarum mentio non modo *Samsonis* Presbyteri Scoti, qui docuit sine mystica invocatione aut lavacro regenerationis posse fieri Catholicum Christianum per Episcopalis manus impositionem; sed & *Virgilii* presbyteri, de quo ita statuit Zacharias Papa: *De perveesa autem & iniqua doctrina ejus, qui contra Deum & animam suam locutus est, si clarificatum fuerit ita eum confiteri, quod alius mundus & alii homines sub terra sint, seu sol & luna: hunc habito consilio ab Ecclesia pelle, sacerdotii honore privatum.* Confer de hoc Virgilio, antipodum assertore, Aventinum lib. 3. annalium Bojor. Velserum lib. V. rerum Boicarum p. 148. & Bælium in Lexico Gallice edito.

† Aliæ epistolæ Zachariæ Papæ quinque, 1. & 2) ad Bonifacium, 3) ad Episcopos Francorum, 4) ad Austrobertum Archiepiscopum Viennensem, 5) ad Theodorum Episc. Ticinensem. Bonifacii una ad Griphonem fratrem Pipini, majoris domus: altera ad Zachariam per Lullum presb. missa.

A.C.742. Concilium apud *Clovesho* in Anglia, præsidente Æthelbaldo Rege Merciorum, & Cuthberto Archiep. Doroberniæ.

Germanicum, auctoritate S. Bonifacii celebratum, sub Carlomanno Majore domus Regiæ. Canones VII. a) ad quorum primum Labbeus annotat illum ab Hincmaro epist. 37. & in epistola Attinicensis Concilii A. 858. data ad Ludovicum Germaniæ Regem, Liptinensi Synodo (de qua mox infra) tribui. Sed Canon, quem Hincmarus epist. 37. tom. 2. Opp. pag. 657. ex Synodo apud Liptinas b) habita affert, nec in hoc Germanico nec

a) Canones septem numerantur in tomis Concilior. Alii in sedecim distinguunt. In aliis, ut apud celeberr. Lunigium tom. 1. spicileg. Ecclesiastic. p. 558. seq. nulla plane Canonum distinctio.

b) Verba Hinemari sunt: *Et in Synodo apud Liptinas habita, cui sub Karlomanno Principe Georgius Episcopus & Joannes sacellarius ac S. Bonifacius ex præcepto*

2011 Ministerio de Cultura

nec in proximo Liptinenſi legitur. Et Attiniacenſis Synodi epiſtolam illo anno ſcriptam, in qua hoc fiat, nusquam reperio. Cæterum de hoc Concilio juvabit conſulere Martini Diefenbachii collationem ad Synodum *Francicam*, Jen. 1708. 4.

A.C. 743. *Liptinenſe*, c) in quo ſuperioris Synodi decreta confirmata, conditique Canones IV. addita etiam idiomate Theotiſco *abrenunciatio diaboli* d) in baptiſmo conſueta fieri, & Latine præter allocutiones Sacerdotum tres ad plebem de conjugiis illicitis, de tardius affulgente luce Evangelii & de Sabbato: *Indiculus ſuperſtitionum* e) *& paganiarum*, ex Codice veteri Palatino Vaticano erutus primum ab Holſtenio, deinde in illuſtriſſimi Fürſtenbergii monumentis Paderbornenſibus p. 308. publicatus. Poſtea à multis, ut Baluzio tom. 1. Capitular. Regum Francor. pag. 150. Conringio appendice libri de origine Juris Germanici p. 339. Simone Pauli Argentinenſi in miſcellis antiquæ lectionis p. 73. aliisque.

De Canonibus & Statutis Synodi rogatu principum *Francorum* & *Gallorum* celebratæ, ex *Bonifacii* f) epiſtola centeſima quinta ad

cepto Zachariæ Papæ præſederint, legitur, ut ſi vir mulieri deſponſatæ, dotatæ, ac publicis nuptiis ductæ ſecundum Apoſtolum debitum conjugale non potuerit reddere, & hoc aut amborum confeſſione, aut certa qualibet adprobatione fuerit manifeſtum, ut ſeparentur, & mulier, ſi continere nequiverit, alteri viro legaliter nubat.

c) Liptinæ ſeu Leptinæ veteri palatio Cameracenſis pagi, cujus rudera non procul à Binchio Hannoniæ oppido viſuntur. Confer Mabillon. de re diplomatica lib. 4. pag. 293. ſeq.

d) Vide Dieterici von Stade Τ μαχαίτ specimen Otfridi p. 16. ubi hanc abrenunciationem exhibet cum verſione & notis: nec non V. C. Jo. Georgii Eccardi Catecheſin Theotiſcum p. 77. ſeq. & 47. Hermannum Adolphum Meinders de ſtatu relig. & reip. ſub Carolo Magno & Ludovico Pio, Lemgov. 1711. 4. pag. 142.

e) Nonnulla hujus indiculi illuſtrantur à viris doctiſſimis Joanne Reiskio in diſquiſitione edita Germanice de igne ſuperſtitioſo, Niedfyr vel Nodfyr, Francof. 1696. 8. & Caſpare Sagittario in Antiquitatibus Ethniciſmi & Chriſtianiſmi Thuringici, itidem Germanice vulgatis Jen. 1685. 4. lib. 1. cap. 3. Præcipue in laudato Meinderſii commentario p. 144. ſeq. quo Capitularia duo Caroli Magni de partibus Saxoniæ, & indiculum illum erudite explicavit.

f) S. Bonifacii epiſtolas cum notis vulgavit Nic. Serarius S. J. Moguntiæ 1605. 4. recuſas ibidem 1629. 4. & in Bibl. Patrum Pariſ. Colon. tom. 8. & tom. 13. Lugd. Plerasque Zacha-

2011 Ministerio de Cultura

ad Cuthbertum Archiepiſcopum. Epiſtola *Zachariæ* Papæ ad Francos & Gallos.

Concilium *Romanum I.* ſub Zacharia Papa, anno tertio Artabasdi, & Luithprandi Regis trigeſimo ſecundo, Capitula XV. Confer Baronium ad A. 743. n. 18.

A. C. 744. *Sueſſionenſe* ſub Pippino, Majore Domus Regiæ, ab Epiſcopis XXIII. Canones X.

745. *Germanicum*, in quo Aldebertus & Clemens damnati, & Gervilioni ob homicidium depoſito, ſucceſſor in Archiepiſcopatu Moguntino datus Bonifacius. Vide Serrarium lib. 3. Hiſt. Moguntin. c. 44. edit. ſecundæ.

Romanum II. contra eosdem Aldebertum Epiſcopum & Clementem, ex Sirmondi apographo & Gretſeri editione epiſtolarum Bonifacii. In actione *prima*, epiſtola Bonifacii 135. ad Zachariam Papam. In actione *ſecunda* initium vitæ Aldeberti illius, & de epiſtola quam velut CHriſti in Hieroſolyma cecidiſſe finxit, de qua dixi in Codice Apocrypho Novi Teſt. tom. 1. pag. 309. In actione *tertia* Precatio ejusdem Aldeberti. Subſcriptiones Epiſcoporum VIII. Presbyterorum XVII.

Gemmuli Diaconi Rom. epiſtola ad Bonifacium, ex Baron. ad A. 745. n. 46.

XXXVI. Statuta *S. Bonifacii*, ex tomo nono Spicilegii Dacheriani, apud Labbeum p. 1890. & Harduin. p. 1943.

747. *Cloveshovienſe II.* anno regni Æthelbaldi XXXII. Epiſtola S. Bonifacii ad Cuthbertum Archiepiſc. Cantii. Tituli capitulorum XXXI. ex duplici enarratione, quarum altera exſtat apud Malmesburienſem de geſtis Pontificum lib. 1, in Cuthberto.

*888. Conventus in *monaſterio S. Mauricii Martyris* in loco *Agauno*, in quo primores & Epiſcopi *Rodolphum* Conradi II. F. regem Burgundiæ Ivrenſis elegerunt, electumque coronarunt, ut narrat Regino.

Moguntiacenſe, occaſione Arnulphi novi Regis & diſciplinæ Eccleſiaſticæ propter incurſiones Northmannorum reformandæ. Capitula XXVI. ex editione Laur. Surii.

Metenſe b) in regno Lotharii, à Belgicæ primæ Epiſcopis ſub Arnulpho Rege. Capitula XIII. è quibus ſeptimum, ut nemo cum *Judæis* edat aut bibat, vel quicquid comedi aut potari poteſt, à Judæis accipiat. Confer Concil. Agathenſe A. 506. can. 40. & Matiſconenſe I. A. 581. can. 15.

889. Conſtitutio *Riculfi*, Sveſſionenſium Epiſcopi, Canones XXII. in fine mutili, ex editione Jo. Cordeſii, qui cum Hincmari opuſculis quibusdam primus vulgaverat A. 1615.

Placitum apud *Varennas*, de Balma cella monaſterio Gigniacenſi reſtituenda, cum ſigno Ermengardis reginæ Ludovici II. Imp. F. relictæ à Boſone viduæ, primorumque regni Arelatenſis, Roſtagni Arelatenſis Archiep. Andradi Cabilonenſis & Iſaaci Gratianopolitani Epiſcopi, Comitumque ſex, & Bernardi, qui inveſtituram fecit.

890. *Valentinum* Concilium, quo Ludovico Boſonis F. nomen Regis ab Arelatenſis regni Epiſcopis proceribusque delatum eſt.

Wormatienſe ſive *Vangionenſe*, in cauſa *Hermanni* Colonienſis & *Adalgarii* Hamburgenſis Epiſcopi de *Bremenſi* Eccleſia contendentium. Vide Flodoardum lib. IV. c. 1. auctorem vitarum Pontificum, quem ſub Luitprandi nomine Serarius edidit in Stephani V. vita, &c.

Formoſi Papæ reſponſoria ad epiſtolam Styliani Neocæſarienſis Euphrateſiæ, quæ fuit ſupra ad A. 885.

Synodus ab Edwardo ſeniore Rege *Anglorum* congregata, & Pleigmundo Archiepiſcopo Doroberniæ. *Formoſi* Papæ epiſtola ad Epiſcopos Angliæ, quo interdictum revocat, & Epiſcopos

a) Fortaſſe non hoc anno 888. ſed 893, ut annotat Sirmondus.

2011 Ministerio de Cultura

ſcopos Angliæ Dorobernienſi ſive Canterberienſi Archiepiſcopo ſubjicit. In urbe Cantuariæ ſeptem inde uno die ordinati Epiſcopi.

*A.C.891. Synodus *Magduni* ad Ligerim in eccleſia B. Lifardi Confeſſoris, de libertate eligendi Abbatis monachis cœnobii S. Petri Senonenſis conceſſa. Subſcriptiones Epiſcoporum XVII.

892. Concilium *Viennenſe*, præſidentibus Papæ Formoſi legatis Paſchali & Joanne. Canones IV. Ediderat Baronius ex Codice Papyrii Maſſoni.

Remenſe, in quo Carolus ſimplex Ludovici Balbi F. pulſo Ottone, Rex Francorum à Fulcone Remenſi Archiepiſcopo ungitur, & datæ comminatoriæ litteræ ad Balduinum Comitem Flandrenſem, rerum Eccleſiaſticarum invaſorem.

893. *Romanum*, de quo Flodoardus IV. 2.

894. *Cabilonenſe* in Eccleſia B. Joannis Baptiſtæ in ſuburbio, cujus decreto Gerfredi Monachi, qui Adalgarium Æduorum Epiſc. veneno necaſſe dicebatur, facta eſt purgatio per corpus Domini in Synodo diœceſana apud Flaviniacum monaſterium & caſtrum publicum in primore Eccleſia S. Petri.

895. (ſive 897. ut Annales Fuldenſes) *Triburienſe* ſub Imp. Arnulpho, pro reformanda diſciplina Eccleſiaſtica, Canones LVIII. in quorum poſtremis pœnitentia quadraginta dierum, tum primi, ſecundi, tertii, quarti, quinti, ſexti & ſeptimi anni injungitur. Subſcriptiones Epiſcoporum XXII. Germanicorum.

Incerti anni a) *Namnetenſe*, Canones XX. quorum ultimus eſt adverſus cultus paganicos, arborum conſecratarum lapidumque.

896. *Stephani VI.* Papæ epiſtola * 1] ad Arnulfum Archiepiſcopum Narbonenſem, privilegium illius Archiepiſcopatus complexa. 2] ad Aribertum Archiepiſcopum, qua indigne fert Judæis poteſtatem eſſe factam allodia poſſidendi.

897. *Romanum* Conciliabulum contra *Formoſum* Papam, cujus tunc cadaver exhumatum & quaſi in judicium adductum eſt. Acta referuntur & reſcinduntur in Synodo Romana A. 904. De eo argumento ſunt libri duo *Auxilii* Franci, presbyteri à Formoſo

a) Cointe T. 3. Annal. Francor. p. 246. refert ad A. C. 656.

2011 Ministerio de Cultura

moso ordinati, quos edidit Joan. Morinus parte 2. operis de ordinationibus, deinde recusos T. 17. Bibl. Patrum edit. Lugd. sub init. Alium ejusdem dialogum vulgavit Mabillonius T. 4. analect. p. 610--624.

Portuense in pago Nemausensi, subscriptiones Episcoporum IV. Archidiaconorum IV. Archipresbyteri & Presbyterorum III.

*A.C. 900. *Remense* in Ecclesia S. Mariæ, sub Heriveo Archiepiscopo, ubi anathema dictum in eos, qui Fulconem Archiepisc. occiderant.

Compostellanum apud S. Jacobum, in quo Cæsarius ab octo Episcopis electus & consecratus Archiepiscopus Tarraconensis.

Johannis IX. Papæ epistola ad Heriveum Archiep. Remensem de Northmannis recens conversis.

* *Herivei* Remensis Archiepisc. ad Widonem Rotomagensem Archiep. Pœnitentiale, seu qualis pœnitentia debeat injungi non baptizatis gentilibus, baptizatis & rebaptizatis.

901. *Johannis IX.* Papæ epistolæ 2] ad Stylianum Episc. Neocæsar. quem prohibet communicare cum iis, quos Photius ordinaverat (ex Baronio ad A. 905. n. 9.) * 3] ad clerum & populum Lingonensem. 4] ad Carolum Simplicem Regem Francorum.

Hattonis Moguntinensis Archiepisc. ad Johannem IX. de morte Arnulfi Imp. ejusque filio septenni, Ludovico, Rege Germaniæ salutato; & de erecto apud Moravos Archiepiscopatu.

Theotmari Juvanensis sive Salisburgensis Archiep. & aliorum quorundam Germaniæ Episcoporum ad Joannem IX. a) qua queritur Archiepiscopum & Episcopos tres in Slavorum terris, prius Patavienſi Episcopo subjectis creatos.

Constantinopoli, sed absque Synodo, ob quartas nuptias, Leonem Sapientem Imperatorem Nicolaus Patriarcha, cognomento Mysticus, Ecclesiæ aditu prohibuit, similiter & metropolitæ. Auctores sunt Curopalates, Cedrenus, Glycas, Zonaras aliique: ut & Procœmium Tomi unionis apud Leunclavium tomo I.

a) Jo. Cordesius, qui cum Hincmari opusculis A. 1615. edidit, inscribit ad Joannem VIII. Itaque fuit & supra inter Joannis VIII. Epistolas p. 126. edit. Harduin. Ediderat etiam perinde, ut Hattonis Epistolam, Christoph. Gewoldus ad calcem Chronici Reichersbergensis p. 20. & 33. Monachii 1611. 4.

2011 Ministerio de Cultura

mo I. Juris Græco-Rom. lib. 2. p. 104. Exſtant epiſtolæ Nicolai Patriarchæ duæ de hoc argumento Latine, apud Baronium ad A. 912. n. 6. & ad A. 916. Labbe p. 1268.

A.C.904. *Romanum*, quo acta Stephani VI. contra *Formoſum* A. 897. habita, reſcinduntur & rejecto Berengario ſolius *Lamberti* Imp. Widonis F. coronatio tanquam citra vim & legitime à Formoſo facta confirmatur. Ediderat Baronius ad A. C. 904. n. 4. & diſtinxerat in Canones XV. qui apud Conciliorum collectores ſunt diſtincti in XII. Addi poteſt Actorum initium, quod ex Codice Romano vulgavit Mabillonius T. 1. Muſei Italici pag. 86 -- 88. nam Canon, quem adjungit ex Codice Vallicellano, eſt infra in Ravennenſi ſive Ravennatenſi primus.

Capita duodecim alterius Concilii, canonibus ſuperioribus ante caput ultimum interpoſita in codice Antonii Auguſtini. Ex Baronio ad A. 904. n. 26.

Ravennatenſe LXXIV. Epiſcoporum, Lamberto Imp. præſente, in quo proxima Romana Synodus pro cauſa Formoſi probata eſt. Canones X. Ex eodem Baronio ad A. 904. n. 16. Meminit Sigebertus ad A. 903.

Benedicti IV. Papæ epiſtolæ 1) ad Galliarum Epiſcopos & Principes, in qua mentio de *Romana* Synodo ab eodem Papa in Lateranenſe palatium convocata, & alia Johannis IX. de Agrino Lingonenſi Epiſcopo reſtituendo, 2] ad Clerum & populum Lingonenſem.

905. vel 906. *Edovardi* ſenioris Regis Angliæ, & *Guthurni* Regis Danorum in Eaſtanglia, Leges Eccleſiaſticæ, quibus leges Alvredi & Guthurni (ſupra A. 885.) confirmantur & ſupplentur, capitula XII.

* *Chriſtophori* Papæ diploma, in confirmationem privilegiorum Abbatiæ Corbejenſis in diœceſi Ambianenſi.

* 906. *Judicium Epiſcoporum* in controverſia Canonicorum S. Vincentii Matiſconenſis & monachorum S. Eugendi (S. Oyant).

* *Rarcinonenſe*, ſub Arnuſto Archiepiſc. Narbonenſi, præſentibus VII. Epiſcopis, de eo num *Auſonenſis* Eccleſia tributaria eſſe deberet Eccleſiæ Narbonenſi.

* 907. Apud *S. Tiberium in diœceſi Agathenſi*, ubi Auſonenſis Eccleſia

2011 Ministerio de Cultura

libera & immunis ab illo tributo declarata eſt, Arnuſto ipſo conſentiente.

†† *Viennenſe*, ſub Alexandro Epiſcopo, de lite quadam inter duos Abbates; ex Dacherii tom. 13. ſpicileg.

*A. C. 909. *Magalonenſe*, apud Juncarias ab Arnuſto Narbonenſi Archiepiſcopo cum Epiſcopis X. in quo Sinuarius Comes cum omni familia ſua ſolennem abſolutionem & benedictionem accepit.

Troslejanum, apud Troslejum in pago Sveſſonico, ab Heriveo Remenſi Archiep. ejusque ſuffraganeis. Capitula XV. cum ſubſcriptionibus Herivei & aliorum Epiſcoporum IX.

EDIT. REGIÆ TOMUS XXV.

Guilelmi Comitis Aruernorum & Ducis Aquitaniæ *Teſtamentum*, quo prima *Cluniacenſis* monaſterii fundatio, cum ſubſignationibus Guilelmi & Ingelbertæ uxoris ejus, tum Madalberti Bituricenſis Archiep. Adalardi & Attonis Epiſcoporum, Willelmi nepotis, Armanni, &c. Oddo Levita ad vicem Cancellarii ſcripſit & ſubſcripſit.

*911. *Narbonenſe* Concilium, apud oppidum Fontem coopertum, de controverſia finium inter duos Epiſcopos Nautigiſum Urgelitanum & Adulphum Pallarienſem.

*912. *Turonenſe*, de celebrando feſto translationis S. Martini.

Caroli III. (Simplicis) Regis ad Epiſcopos regni ſui, adverſus Hilduinum eccleſiæ Tungrenſis pervaſorem, cujus loco Richarium ordinari jubet. Confer Flodoardum in Chronico ad A. 920.

913. *Herimanni* Colonienſis Archiepiſc. epiſtola ad Richarium Abbatem, cum *Joannis X.* Papæ ad Herimannum epiſtola. Ejusd. Joannis 2] ad Carolum III. Regem, & *3] ad Epiſcopos Narbonenſis primæ.

Conſtitutiones XIV. ex Concilio *Galteri* Archiepiſcopi *Senonenſis*, qui A. C. 923. obiit.

915. *Cabilonenſe*, in eccleſia S. Marcelli martyris in ſuburbio.

921. *Troslejanum II.* quo excommunicatus pridem Erlebaldus Comes, poſt mortem abſolutus fuit.

A. C.

2011 Ministerio de Cultura

A. C. 922. *Confluentinum* ad Rhenum, octo Episcoporum, præsentibus Carolo Franciæ & Henrico Germaniæ Regibus. Canones VIII.

923. vel 924. *Remense* incerti loci, in quo pœnitentia indicta iis, qui in bello Svessionico inter Robertum & Carolum interfuerant.

924. *Troslejanum III.* in quo Isaac Comes cum Stephano Episcopo Cameracensi rediit in gratiam, teste Flodoardo in Chron.

†† 925. *Turonense*, de decimis in honorem B. Martyris Saturnini exactis. Ediderat Edmundus Martene in collectione nova pag. 223. Rotomag. 1700. 4.

926. Concilium apud *Carilocum*, sub Ancherino Lugdunensi Archiep. de Ecclesiis decem monasterio Carilocensi restituendis.

927. *Troslejanum IV.* in quo Herluinus Comes pœnitentiam subiit pro uxore, quam duxerat alia vivente.

Duisburgense, in quo excommunicantur, qui Bennonem excœcarant, Metensem Episcopum.

928. *Grateleanum* ab *Athelstano* Rege Anglorum, in quo leges plurimæ civiles & Ecclesiasticæ statutæ, ex quibus delectæ paucæ quædam Capitulis IX. His alia editio legum *Athelstani* Ecclesiasticarum ex Speelmanno subjungitur juxta Codices MSS. Regium & Jornalensem, à Saxonico exemplari discrepans illudque supplens, Capitula XIII. cum triplici appendice, quarum ultima ex Concilio *Londonienſi*, caput 12.

932. *Erpfordiense*, in causa disciplinæ Ecclesiasticæ, Episcoporum XII. Germanicorum, quorum secundus *Unno* Archiep. Hamburgensis. Canones V.

CPolitanum. Vide infra ad A. 944.

933. Concilium *ad Castellum Theodorici*, sub Artaldo Remorum Archiepisc. Vide Flodoardi Chron.

935. Apud *Sacram Macram* in oppido *Finibus*, sub eodem Artaldo, adversus rerum Ecclesiasticarum pervasores.

*936. *Leonis VII.* Papæ epistolæ 1] ad Hugonem Francorum Principem & monasterii S. Martini Turonensis Abbatem, de mulieribus à monasterio prohibendis; 2] ad Gerhardum Laureacensem Atchiep. cui mittit pallium; 3] ad Gallos & Germanos, de variis capitibus disciplinæ Ecclesiasticæ, ubi etiam

2011 Ministerio de Cultura

contra conjugium Clericorum, quod falso appellat *scelus*, *cui omnis Scriptura contradicit.*

Leges Ecclesiasticæ *Hoëli Dha* (id est Boni) Regis seu Principis totius Cambriæ sive Walliæ. Capitula XL.

941. *Svessionense* Concilium, quo Hugo Heriberti Comitis F. dejecto Artaldo, Remorum Archiepiscopus consecratus est. Vide Flodoardi Chron.

942. Præceptum *Adelberonis* Episcopi Metensis, de Monachis in Cœnobio S. Arnulfi, clericorum loco constitutis.

In *Bonna* castello præclara Synodus à XXII. Episcopis habetur. Hæc continuator Reginonis.

Odæ sive *Odonis* Archiepiscopi Cantuariæ, Constitutiones tempore Regis Angliæ *Edmundi* latæ, de officio Regis, magistratuum & cleri, & de juribus Ecclesiæ rite conferendis. Capitula X. Epistola Synodalis ad Episcopos sibi suffraganeos.

944. *Edmundi* Regis, in magna Synodo *Londonienſi* præsentibus Odone & Vulstano Archiepiscopis probatæ, Leges Ecclesiasticæ à sæcularibus segregatæ. Partis 1. Capitula VI. Pars 2. huc nihil confert. Partis 3. Capitula V. Alia Capitula IX. Prisca earundem legum versio ex MS. Jornalensi.

Trenorchianum Gisalberti Ducis evocatione, pro illius loci monasterio, præsentibus duobus Archiepiscopis Guidone Lugdunensi & Gosfrido Vesontionensi, & Episcopis quinque, Abbatibusque, clericis & monachis.

CPolitanum, quo Tryphon Patriarcha per fraudem deponitur, postea interjectis XVII. mensibus in ejus locum creatus Theophylactus Romani Lecapeni Imp. filius. Meminit hujus Synodi Curopalates, sed à collectoribus Conciliorum male ad hunc annum refertur, cum rectius quadret ad A. 932.

946. *Agapeti II.* Papæ epistola 1] ad Gerardum Laureacensem Episc. 2] ad Aymarum Abbatem privilegium Abbatiæ Cluniacensis.

*circa A. 947. Concilium *in Fontanis*, Helenensis diœcesis, sub Aymerico Narbonensi Episcopo.

Virdunense, in quo sedes Remensis Artaldo præ Hugone Comite adjudicata est. Vide Flodoardum IV. 33.

948. *Mosomense*, in ecclesia S. Petri ante prospectum castri Mosomi, de causa ejusdem Artaldi & Hugonis. Vide Flodoardi Chron.

Engi-

2011 Ministerio de Cultura

Engilenheimenſe in pago Nagavvi, in eccleſia S. Remigii. Præfatio in qua Epiſcoporum ubi nomina Marini Polymartienſis Epiſcopi, legati ab Agapeto Papa, & aliorum Epiſcoporum XXXIV. inque his etiam *Adaldagi* Epiſcopi Hammaburgenſis. Canones decem. Actorum hujus Synodi narratio altera, ex Flodoardi lib. IV. c. 35. Artaldi, cui Remenſis Epiſcopatus Hugone excommunicato aſſertus eſt, epiſtola ad Marinum. Ex Flodoardo.

Conventus Epiſcoporum in eccleſia S. Vincentii *Laudunenſis*, in quo citatur Hugo ad emendationem pro malis, quæ contra Regem Ludovicum & Epiſcopos egerat, & Tetbaldus rebellis excommunicatur. Ex Flodoardi Chron.

Trevirenſe, in quo excommunicatur Hugo Comes cum Theobaldo Ambianenſi & Epiſcopis aliquot aliis, ab eo Remenſem ſedem ſibi arrogante ordinatis. Ex eodem Chronico.

Londoniis celebratum feſto Nativitatis B. Mariæ, ſub *Edredo* Rege totius Angliæ, præſentibus Wulſtano Archiepiſcopo Eborum, Odone Archiep. Doroberniæ, cæterisque Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus & Comitibus, in quo agitur de negotiis regni, & confirmatur charta Regis Edredi, monaſterio *Croylandenſi* facta, dictataque pridem à Cancellario Regis Turketulo, jam Abbate, de more Regum Angliæ paſtorali baculo inveſtito.

A.C. 949. *Romanum*, quo Synodum Engilenheimenſem ſuperioris anni confirmatam, teſtatur Flodoardus in Chron.

950. *Landavenſe*, in quo Nougui rex ſatisfecit pro invaſione rerum Eccleſiæ. Ex Speelmanni tom. 1. Concil. Britanniæ.

952. *Auguſtanum*, ſub Ottone Rege Epiſcoporum Italiæ, Galliæ, Germaniæ, in cauſa Eccleſiaſticæ diſciplinæ. Canones XI.

953. *Apud S. Theodoricum* in territorio Remenſi, adverſus Regenoldum Comitem rerum Eccleſiaſticarum pervaſarum, qui deinde A. 966. ab Archiepiſcopo Odalrico excommunicatus eſt, ut narrat Flodoardus in Chron.

* 954. *Ravennenſe*, in quo Ferrarienſi Epiſcopo bona reſtituta ſunt. Vide Rubei Hiſt. Ravennatenſem lib. V. Labbeum p. 1237.

955. *Landavenſe*, in cauſa diaconi ante ipſum altare interfecti. Ex Speelmanni tom. 1. Concil. Britanniæ.

Concilium incerti loci *in finibus Burgundiæ*. Commonitorium Epiſcoporum de excommunicatione Iſuardi, agros abbatiæ S.

2011 Ministerio de Cultura

Symphoriani injuſte detinentis. Reſcriptum *Joannis XII.* Papæ cum excommunicationis formula. Labbe p. 642.

A.C.962. *Ottonis* Imp. patris & filii diploma de confirmatione jurium Romanæ Eccleſiæ, quod edidit Baron. ad A. 962. n. 3. & avtographum aureis literis exaratum ſervatur Romæ in caſtello S. Angeli. Inter decem ſubſcriptores Epiſcopos primus *Adaldagus* Archiepiſcopus Hamburgenſis.

Ex Conſtitutione Imp. primi *Ottonis* & *Henrici* primi Impp. ut in electione Romani Pontificis nullus ſe audeat interponere præter eos, quos antiqua conſvetudo admittit. Ediderat ex Anſelmo Lucenſi lib. VI. cap. 35. hoc fragmentum Holſtenius in collectione Rom. T. 2. p. 214.

Concilium *ad Matronam fluvium* in pago Meldenſi, in cauſa Hugonis, cui deinde Odalricus in Remenſi Archiepiſcopatu prælatus eſt. Videndus præter Flodoardum in Chron. Hugo Floriacenſis.

963. *Romanum*, in quo Johannes XII. maximorum ſcelerum accuſatus deponitur & Leo VIII. ſubrogatur, præſente Ottone Imp. Acta refert Liutprandus lib. VI. c. 6. ſeqq. referens etiam Ottonis Imp. epiſtolam ad Joannem, cum hac illius reſponſione: *Nos audivimus dicere, quod nos vultis alium Papam facere. Si hæc feceritis, excommunico vos de Deo omnipotenti, ut non habeatis licentiam ullum ordinare & miſſam celebrare.* Sequitur deinde altera ad Joannem epiſtola Imperatoris & Synodi, qua profitentur ſe excommunicationem in eum retorquere.

CPolitanum, in cauſa Nicephori Imp. Theophanem viduam à Romano, Imp. CPol. relictam ducere cupientis. Vide Joannem Curopalatem.

964. *Romanum* Joannis XII. contra Leonem IV. Actiones III. Edidit Baronius ad A. 964. n. 6.

Concilium *Brandanfordiæ* ab Edgaro Anglorum Rege contra Edwinum fratrem.

Privilegium *Edgari* Regis, quo *Dorobernenſis* ſive *Cantuarienſis* Eccleſia mater & domina aliarum eccleſiarum regni ſui confirmatur A. C. 958.

Johannis

2011 Ministerio de Cultura

Johannis XII Papæ epiſtola ad S. Dunſtanum Cantuarienſem Epiſcopum, cui pallium concedit. Labbe p. 641.

Romanum, in quo Leo IV. præſente Ottone Imp. Benedictum V. exauctorat & Hamburgum relegat. Vide Luitprandum lib. VI. cap. 11. & quæ ex Hildesheimenſi Chronico Labbeus pag. 1238.

Edgari Regis Anglorum charta de Oſwaldes Law, hoc eſt, de ejiciendis clericis uxoratis & introducendis monachis.

A.C. 965. *Johannis XIII.* Papæ epiſtolæ 1] ad Epiſcopos citerioris Britanniæ, 2] ad Edgarum Regem Anglorum. * 3] ad Berengarium Epiſcopum Virdunenſem, ex tomo I. Bibl. novæ MSS. Labbei. * 4] ad Alberonem Remenſem Archiepiſc. privilegium monaſterii S. Remigii.

966. *Edgari* Regis Angliæ charta duplex, novo Wintoniæ monaſterio tributa. Prioris Capitula XXII. cum ſubſcriptionibus Regis, Dunſtani Archiep. Cantuarienſis, filiorum Regis Eadmundi & Edwardi: conjugis Ælfthryth, Eadgifæ Regis aviæ, Archiepiſcopi Eboracenſis, Epiſcoporum IX. Abbatum V. Ducumque trium, totidemque miniſtrorum.

967. Concilium *Ravennatenſe*, cujus mentio apud Reginonis continuatorem. * *Johannis XIII.* diploma, quo Heroldum deponit & Fridericum ejus loco Salisburgenſem Epiſcopum ſurrogat. Subſcriptiones Papæ, Ottonis Imp. & Epiſcoporum LVII.

* Inſtitutio Archiepiſcopatus *Magdeburgenſis*, ex Chronico MS. Anonymi Saxonis, quod in A. C. 1180. deſinit. Subſcriptiones Ambroſii Palatini Cancellarii & Epiſcoporum XXXIII.

Edgari Angliæ Regis leges Eccleſiaſticæ, capitula V. ex Lambardi Archæonomia; & priſca ex verſione capitula VI. Canones LXVII. de ordinatorum vivendi formula: De confeſſione, Canones X. De modo imponendi pœnitentiam, Canones XLVI. De ſatisfactione, Canones XIX. De magnatum pœnitentia, Canones IV.

969. *Edgari* Regis orario ad Dunſtanum Archiepiſc. Cantuariæ, Oſwaldum Wigorniæ & Ethelwaldum Wentanæ Epiſcopos, de conjugatis clericis ejiciendis, introducendisque monachis.

Anglï.

2011 Ministerio de Cultura

Anglicum Concilium à Dunſtano Archiepiſc. adverſus conjugatos clericos.

De injuncta Edgaro Regi, quod clauſtralem virginem compreſſiſſet ſeptenni pœnitentia.

* *Romanum* ſub Johanne XIII. ubi Beneventanus Epiſcopatus in Archiepiſcopatum evectus epiſtola *Johannis XIII.* Præter Papæ & Ottonis Imp. ſubſcriptiones Epiſcoporum XXIII. Presbyterorum III. & Diaconorum IV. Labbe p. 1238.

A. C. 970. *Londonienſe* anno Edgari Regis XII. in quo privilegia *Glaſtonienſi* cœnobio conceſſa firmantur, reſervata Regi conferendi baculi paſtoralis poteſtate. Diploma duplex Joannis XIII. Papæ, Charta Edgari Regis, cum ſubſcriptionibus Edgari Regis totius Britanniæ, Eilfginæ matris, Eduardi filii, Kinedii Regis Albaniæ, Maſcuſii Archipiratæ, Dunſtani Archiepiſcopi, Oſwaldi Eboracenſis Primatis, & aliorum Epiſcoporum VI. Abbatum VII. Adulfi Herefordenſis Eccleſiæ cataſcopi, Ducumque trium & miniſtrorum quatuor.

971. *Romanum*, quo eadem privilegia confirmata ſunt, teſte Wilhelmo Malmesburienſi.

972. *Apud montem S. Mariæ* in pago Tardanenſi, in diœceſi Remenſi. Decretum *Adalberonis* Archiepiſc. Remenſis, de reformatione cœnobii *Moſomenſis* & monachis Canonicorum loco in eodem conſtitutis. Subſcriptiones Epiſcoporum X. Archidiaconorum VIII. & Abbatum V. *Johannis XIII.* ad Adalberonem epiſtola.

Ingelenheimenſe, ab Ottone utroque Imp. Vide Baronium ad A. 872. n. 3. ſeq.

Benedicti VI. Papæ epiſtola ad Fridericum Salisburgenſem Epiſc. cui ſucceſſoribusque ejus vices ſuas concedit.

* 973. *Marzalienſe* Concilium, Honeſti Ravennatis metropolitani & Epiſcoporum Corneliæ, Faventinæ & Bononienſis Eccleſiæ, in quo inter cætera compoſitæ Epiſcopatus Bononienſis & Parmenſis controverſiæ. Labbe p. 1241. ex tomo ſecundo Ughelli Italiæ ſacræ.

Mutinenſe ſub eodem Honeſto, in quo compoſita controverſia inter diſſidentes duos germanos fratres de prædiis. Acta illius Con-

2011 Ministerio de Cultura

Concilii lacunoſa, cum ſubſcriptionibus ex Rubei libro V. hiſtoriæ Ravennatis.

A.C. 974. *Edgari* Regis Angliæ charta facta *Malmesburienſi* cœnobio, cum ſubſcriptionibus Regis, duorum Archiepiſc. Epiſcoporum III. Abbatum III. Ducum III.

Pilgrimi Lauriacenſis Epiſcopi epiſtola ad Benedictum VII. in qua petit pallium & privilegiorum confirmationem, & confeſſionem edit fidei.

* *Benedicti VII.* Papæ epiſtola ad Gallos & Germanos de Patavienſis ſive Laureacenſis Eccleſiæ metropolitica dignitate, conceſſaque Pilgrimo vice auctoritatis Apoſtolicæ in provinciis Bawariæ, inferioris Pannoniæ ſive Mœſiæ, & contiguis Slavorum nationibus.

975. *Remenſe* Concilium, in quo *Theobaldus* Ambianenſis epiſcopatus uſurpator iterum excommunicatus eſt. Epiſtola ad Theobaldum cum ſubſcriptione Stephani Diaconi Rom. (vicem gerentis Benedicti VII. Papæ) & Adalberonis Remenſis Archiep. Incipit: *Inveterate dierum malorum.* Theobaldus iſte jam excommunicatus A. 948. in Synodo Trevirenſi.

† *CPolitanum*, in quo teſte Jo. Curopalata, Baſilio Patriarchæ depoſito ſurrogatur Antonius Studites.

Wintonienſe poſt Regis Angliæ Edgari obitum, in quo controverſiam pro monachis adverſus clericos uxoratos, tradunt diremiſſe imaginem crucifixi prolocutam hæc verba: *Judicaſtis bene, mutaretis non bene.*

978. *Kyrtlingtonienſe* in Eaſtanglia, præſente Rege Angliæ Edwardo poſtea Martyre, in quo probata religioſa peregrinatio ad eccleſiam S. Mariæ Abbandunenſem.

Calnæ villæ regiæ *Wilceria*, ſub Dunſtano Archiepiſcopo Cantuariæ, in quo dum acrius contenditur de ejiciendis monachis reducendisque presbyteris ſecularibus cum uxoribus ſuis & liberis, ſolarium, in quo convenerunt, decidiſſe & multis eliſis Dunſtanus ſalvus evaſiſſe traditur.

Ambresbiriæ ſive in urbe Ambroſii Wiltonienſi pago.

Incerti anni. Leges *Presbyterorum Northumbrenſium*, capitula LVI. ex Speelmanni tom. I. Concilior. Britanniæ.

2011 Ministerio de Cultura

A. C. 980. *Senonenſe*, in quo Sevinus Archiepiſcopus monaſterio S. Petri Vivi nonnulla reſtituit. Subſcriptiones Epiſcoporum V. archidiaconorum duorum, archiclavis & Cancellarii.

983. *Romanum*, in cauſa *Giſeleri* Magdeburgenſis Epiſcopi (quem virum ſanctum & Winulorum Apoſtolum vocat Adam Bremenſis lib. 2. c. 14.) & contra Simoniacos. * Epiſtola *Benedicti VII.* Papæ à Baluzio edita ad X. 6. Petri de Marca. Labbe p. 1243.

985. *Johannis XV.* Papæ epiſtolæ 1] ad omnes fideles de pace concilianda inter Ethelredum Angliæ Regem & inter Richardum Marchionem Nortmanniæ. 2] ad Arnulfum & alios Comites. 3] ad Gvidonem & alios Epiſcopos utraque de reſtituendis quæ monacho monaſterii S. Richarii fuerant ablata.

†† *Adalberonis* Archiep. Remenſis evocatoria ad Synodum in *montem S. Mariæ Terdonenſis*; & epiſtola ad Rhotardum Cameracenſem Epiſc. de Balduino excommunicato. Exſtant etiam inter Gerbeti epiſtolas XXIX. & XXX. ex perſona Adalberonis ad Walonem ejusque pertinaces, ut in conventum *apud Gvaldonis cortem* veniant: & ad Notgerum Epiſc. Leodienſem, T. 17. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 672.

988. *Landavenſis* Synodus ſub S. Dunſtano Archiepiſc. Cantuarienſi, in qua anathema declaratur Arthmail Regi Gventiæ, filio Nougui, ob fratrem Eliſed interemtum.

989. *Romana*, in cauſa S. Adelberti Epiſcopi Pragenſibus reſtituendi.

* *Karrofenſe* Concilium, apud Karrofum Pictavenſis diœceſeos monaſterium. Canones III. in quibus anathema infractoribus eccleſiarum, res pauperum diripientibus, & percuſſoribus clericorum. Cum ſubſcriptionibus Archiepiſcopi Burdegalenſis, & Epiſcoporum quinque.

* *Remenſe* poſt Adalberonis obitum, ubi *Arnulphus* Regis Lotharii F. Archiepiſcopus electus. Epiſtola Remenſium. Libellus fidelitatis ab Arnulfo editus, Regibus Francorum Hugoni & Roberto. Ejusdem commonitorium & anathema in prædones Remorum.

Narbonenſe, adverſus Eccleſiaſticorum bonorum invaſores. Labbe p. 741. Harduin. pag. 729. ex Guil. Catelli commentariis Occitaniæ.

A. C. 990.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 990. *Silvanectense*, in quo provinciæ Remensis Episcopi, Arnulfo intra suam ecclesiam capto, prædonibus Remensis civitatis anathema dicunt. * Epistola Remensium. * Hugonis Francorum Regis ad Joannem XV. Papam contra Arnulfum, quem perfidiæ arguit. * Episcoporum Remensium ad eundem Joannem.

991. *Remense* apud S. Basolum, quo Arnulfus depositus & in ejus locum surrogatus Gerbertus. * Libellus abdicationis Arnulfi. Electio Gerberti Remorum Archiepiscopi. Ejusdem professio fidei.

993. * *Provinciæ Remensis* adversus illius pervasores. Episcoporum commonitorium. *Gerberti* ad Fulconem Aurelianensem Episc. epistola.

Romanum pro canonizatione *S. Udalrici*, Augustani Episcopi, post prælectum de vita & miraculis ejus libellum sollicitante Luitolpho Augustæ Episcopo. Subscriptiones Joannis XV. Papæ & Episcoporum VI. Presbyterorum & Cardinalium IX. Diaconorum IV. Confer Dan. Papebrochium diss. de solennium *Canonisationum* initiis ac progressibus, insertam propylæo ad acta Sanctorum Maji p. 171. seq.

994. *Hugonis* & *Roberti* Regum Francorum confirmatio fundationis *Burguliacensis*.

Epistolæ in causa Arnulfi & Gerberti, Remensium Archiepiscoporum scriptæ 1] Hugonis Francorum Regis ad Joannem XV. 2] Gerberti ad Constantinum Miciacensem Abbatem. 3] Ejusdem ad Sigvinum Archiep. Senonensem. * 4] ad Adelaidem Imperatricem & Episcopos Remensis diœcesis.

* 995. *Mosomense*, ubi lectæ litteræ Joannis XV. Gerberti Apologia audita, sed ipse à divino officio usque ad Remensem Synodum abstinere jussus.

Remense, quo per Leonem sedis Apostolicæ legatum Arnulfus, Gerberto depositio, jubetur restitui.

996. *Gregorii V.* Papæ epistolæ 1] ad Joannem Ravennatensem Archiep. ex Rubei & integriore Ughelli editione. * 2] ad Gerbertum Ravennatensem Archiep. 3] diploma, quo abbatia

2011 Ministerio de Cultura

S. Ambroſii martyrumque Protaſii & Gervaſii confirmatur, 4] ad Conſtantiam, Roberti Regis Francorum conjugem.

Romanum, ex quo data epiſtola *Gregorii V.* ad Herluinum Epiſcopum Cameracenſem. Labbe p. 1245.

Romanum, quo ajunt conſtitutum eſſe, ut *Imperator* deinceps à *ſeptem Electoribus* Germaniæ Principibus eligatur. Principum & Baronum Alemanniæ epiſtola ad Innocentium III. Papam a) de electo poſt Henricum VI. Ottone IV. A. 1208. ſed ubi ſubſcribunt, præter Archiepiſcopum Colonienſem, Epiſcopi Paderbornenſis & Mindenſis, abbatesque tres & dux Lotharingiæ, nec non Henricus Comes de Kuke. Epiſtola ad eundem Innocentium, altera Germaniarum Principum & Magnatum, ubi nomen profitentur præter Archiepiſcopos Magdeburgenſem, Trevirenſem & Biſuntinum, Epiſcopi Ratisponenſis, Friſingenſis, Auguſtanus, Conſtantienſis, Eiſtetenſis, Wormatienſis, Spirenſis, Buxienſis, & Hildesheimenſis, imperialis aulæ cancellarius, abbas Fuldenſis, Heswoldenſis, de Tergente & Eboracenſis, tum Rex Bohemiæ, Dux Saxoniæ, Bavariæ, Auſtriæ & Moraviæ, nec non Marchio de Rweſperg aliique Alemanniæ nobiles.

A.C. 997. *Ravennatenſe*, à Gerberto Epiſcopo Ravennatenſe de rebus ad diſciplinam

a) Confer Epiſtolas Innocentii III. à Baluzio editas lib. 1. Epiſt. 293. & 294. T. 1. p. 534. ſq. Quæ vero de origine ſeptem Electorum Gregorio V. vindicanda, diſputant Bellarminus libro tertio de translatione Imperii, & Baronius ad A. 996. §. 38. ſeq. Chriſtophorus Gewoldus & Paulus Windeckus ſingularibus ſcriptis, aliique, refellit Antonius Pagi T. IV. Criticæ in Baronium pag 71. ſeq. Et ſuo adhuc tempore Guilelmus Brito, qui ſæculo XIII. ſcripſit, lib. IV. v. 373.

Eſt etenim talis dynaſtia Teutonicorum,
Ut nullus regnet ſuper illos, ni prius illum
Eligat unanimis cleri procerumque voluntas.

Præcipuam tamen paulatim invaluiſſe Palatinorum officiorum, veluti Præfectorum Imperii, auctoritatem, reliquis Germaniæ Principibus jura ſua vel negligentibus vel tueri non valentibus, probe notavit Goldaſtus ad Eginhartum p. 164. & illuſtris Leibnitius præfat. ad Tom. 1. ſcriptorum Brunſvic. folio 1, cui addes Gundlingiana parte XVII. & celeberr. Jo. Guil. Jani diſſ. de Electorum origine A. 1711. Latine & Wolfgangi Gabrielis Pachelbl à Gehago A. 1716. Germanice editam.

2011 Ministerio de Cultura

sciplinam Eccles. spectantibus, Canones III. Subscriptiones Episcoporum X. Presbyterorum IX.

Ticinense, in quo Crescentius, Papæ gravis & exosus, excommunicatur.

* *Sandionysianum* de decimis Ecclesiæ restituendis.

A.C.998. *Romanum*, præsente Ottone III. Imp. de dissolvendo Roberti Regis Francorum, qui Bertam consanguineam duxerat, conjugio, & de aliis rebus variis, Canones VIII. Subscriptiones Episcoporum XXIX.

* *Ottonis III.* Imp. constitutio decretalis sacræ legis de possessionibus Ecclesiarum non alienandis.

Silvestri II. Papæ epistolæ 1] ad Azolinum Laudunensem Episc. ut accusatus ad Romanam Synodum veniat. * 2] ad Arnulfum, quem Remensi restituit Archiepiscopatui. * 3] ad Robertum Viceliacensem abbatem, cujus privilegia confirmat. Aliæ epistolæ Sylvestri CLX. quas Gerberti adhuc utens nomine Archiepiscopus Remensis scripsit, editæ à Papyrio Massono Paris. 1611. 4. Duchesne T. 2. Francicor. script. p. 787. & T. 17. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 669.

999. *Romanum*, in causa Giseleri Magdeburgensis Episcopi, accusati, quod duas parochias teneret.

* 1000. *Pictaviense*, Episcoporum quinque, Canones III.

1001. *Romanum*, præsente Ottone III. Imp. de Willegiso & ejus *Synodo Gandesheimensi*, de qua conquestus Bernwardus Hildesheimensis Episc. cujus vitam, à Tangmaro presb. scriptam, videsis in Mabillonii seculo VI. Benedictin. parte 1. pag. 214. n. 24. vide etiam Labbeum p. 1246.

† *Tudertinum*, in præsentia Papæ & Imperatoris atque Episcoporum triginta, de causa ejusdem Bernwardi ac Willegisi, Harduin. p. 765. ex eadem Bernwardi vita.

1002. *Romanum*, in quo inter cætera abbatiæ Perusinæ immunitas asserta. Vide Labbeum p. 1246. seq. ex tomo IX. Italiæ sacræ.

Concilia varia *Galliarum*, in quibus quæsitum est, de jejuniis ante Pentecostem, de cantu hymni *Te DEum*, & de festo Annunciationis Dominicæ. Canones III.

2011 Ministerio de Cultura

A.C.1005. *Tremonienſe* pro reformanda Eccleſia. Chronicon Magdeburgenſe hanc magnum Synodum vocat in loco qui dicitur Trotmanni.

1006. *Francofordienſe*, de eccleſia *Bambergenſi* in cathedram Epiſcopalem erigenda. * Acta ejus Concilii & diploma Joannis XVII. Papæ. Subſcriptiones Willigiſi Archiepiſcopi Moguntini & aliorum Epiſcoporum XXXVI.

* 1008. *Kalenſe*, in Kale palatio, præſente *Roberto* Francorum Rege. Roberti hujus præceptum pro monaſterio Sandionyſii. Subſcriptiones Epiſcoporum XIII. & Franconis diaconi ac chartigraphi.

1009. *Barcinonenſe*, in quo confirmatæ donationes factæ eccleſiæ Barcinonenſi.

Ænhamenſe ab Æthelredo Angliæ Rege, Capitula XXXII. Idem Concilium juxta aliud exemplar. Synodalia decreta XXVIII.

Sermo Synodalis (homilia *Leonis IV.* cui in Codice Vaticano tribuitur, & ſub illo nomine ad A. 847. edidit Labbeus T. 8. p. 33. licet Velſerus apud Binium & Labbeum T. IX. p. 806. tribuit Udalrico Auguſtano Epiſc.) qui in ſingulis Synodis parochianis presbyteris enuntiandus eſt, de cura paſtorali. Incipit: *Fratres presbyteri & ſacerdotes Domini, cooperatores noſtri ordinis eſtis.*

Ratherii Veronenſis Epiſcopi Synodica ad presbyteros & ordines cæteros per univerſam diœceſin conſtitutos. Ex tomo 2. Spicilegii Dacheriani p. 256. Incipit: *Quia mirari vos ſcio, immo murmurare.* Labbe p. 1268.

1011. *Bambergenſe* triginta amplius Epiſcoporum, inter quos Ditmarus Merſeburgenſis, qui de hac Synodo videndus.

1012. *Æthelredi* Anglorum Regis & ſapientum ejus leges Eccleſiaſticæ, apud Habam conditæ. Capitula VII.

Benedicti VIII. Papæ epiſtola ad Epiſcopos Burgundiæ, Aquitaniæ & Provinciæ contra invaſores bonorum Cluniacenſium.

Henrici Imp. privilegium, quo patrimonia Romanæ Eccleſiæ ab anteceſſoribus collata confirmavit. Edidit Baronius ad A. 1014. n. 7. cum ſubſcriptionibus Imperatoris, Epiſcoporum XIII. Abbatumque, Ducum, Comitum aliorumque XXIV.

Canuti

2011 Ministerio de Cultura

Canuti Angliæ Regis diploma, quo Ecclesiam Salvatoris in Dorobernia omnium Ecclesiarum regni Angligeni matrem & dominam confirmat.

Legionense æra 1050. Decreta Alphonsi Regis Legionensis & Geloiræ Reginæ, Canones VII.

* *Ticinense*, cum præfatione Benedicti VIII. Papæ, Capitula VII, de continentia clericorum & ipsorum filiis maxime, qui Ecclesiæ servi sunt. Subscriptiones Papæ & sex Episcoporum. Responsio & confirmatio Augusti (Henrici Imp.) cum subscriptionibus ejusdem & Marchionum ac Comitum Palatii.

*A. C. 1014. *Ravennatense*, sub Arnoldo Ravennatense Archiepiscopo, adversus ea, quæ Adelberti Archiep. tempore gesta erant vel irrepserant; ex tomo 2. Italiæ sacræ.

* 1015. *Romanum*, in quo Fructuariensis cœnobii privilegium, cum subscriptionibus Papæ Benedicti VIII. & Episcoporum XLV. Presbyterorum Cardinalium VIII. Diaconorum VI. custodis Cremonensis & Abbatum quinque.

* 1017. *Aurelianense*, in quo Lisoius & Heribertus religionem omnem deridentes aliique hæretici Roberti Regis jussu flammis exusti sunt.

* 1020. *Airiacense* in pago Autissiodorensi, præsente Roberto Francorum Rege, ubi ex variis locis, sanctorum reliquiæ allatæ sunt.

Divionense etiam, *Belnense* & *Lugdunense* cum Airiacensi memorantur in libro gestorum Pontificum Autissiodorensium, sed gesta nulla exstant.

* Conventus Episcoporum *Tolosæ* contra eos qui usaticum malum miserint. Vide Labbeum p. 843. & 1248. Cangium in *usaticum*.

1021. *Wintonience*, sub Canuto Rege Anglorum Danorum Norwegarum, pro confirmando privilegio monasterii S. Edmundi.

1022. *Salegunstadiense* (Micrologo *Moguntinum*) in causa disciplinæ Ecclesiasticæ. Capitula XX. Appendix, quomodo initianda sit Synodus. Prodierat ad calcem decreti Burchardi, Wormatiensis Episcopi.

1023. *Aquisgranense*, quo controversia inter Piligrinum Archiepisc. Co-

2011 Ministerio de Cultura

Colonienſem & Durandum Leodicenſem, de ſubjectione monaſterii Burcitani, terminata fuit.

Moguntinum, in cauſa Comitis Ottonis ab Haniſtein.

*A. C. 1024. *Wilhelmi* Abbatis S. Benigni Divionenſis epiſtola ad Joannem XVIII. Papam, qua eum reprehendit, quod *Græcis* Eccleſiam CPolitanam *univerſalem* dici poſtulantibus aſſentiri voluerit. Vide Rodolphum Glabrum lib. IV. c. 1. & Hugonem Flaviacenſem in Chronico.

* *Johannis XVIII.* Papæ epiſtolæ 1] ad Jordanum Lemovicenſem cæterosque Galliarum Epiſcopos de *S. Martialis* Apoſtolatu. 2] ad S. Odilonem Cluniacenſem Abbatem, ex T. 2. Spicilegii Dacheriani. 3] litteræ abſolutionis, Hugoni Autiſſiodorenſi Epiſcopo conceſſæ.

*1025. *Anſanum*, in quo judicatum eſt non licuiſſe Archiep. Viennenſi monacho apud Cluniacum ordinare ſine permiſſu Epiſcopi Matiſconenſis.

†† *Atrebatenſis* Synodus, ſub Gerardo Kamaracenſis ſeu Attrebatenſis urbis Epiſcopo, exſtat in tomo XIII. Spicilegii Dacheriani ſub init. Ibi pag. 2. ubi legitur, *niſi ſimulationis cauſa*, fortaſſis legendum: *Eccleſiam niſi ſimulationis cauſa.* Et p. 49. pro *Nericii Gentilium*, lege, *ne ritu Gentilium.* Harduin.

*1027. *Francofordienſe*, in quo Godehardus juvenis frater Imperatoris arma compulſus depoſuit & clericalem tonſuram accepit.

**Helenenſe* in prato Tulugienſi, in quo de treuga & pace actum, & alia quæ ad diſciplinam Eccleſ. ſpectant, inſtaurata.

1028. *Moguntinum* in Geizlete, ſub Aribone Archiepiſc. ubi homo quidam ingenuus de homicidio Sigefridi Comitis incuſatus, candenti ſe ferro expurgavit.

Karrofenſe, à Wilhelmo IV. Aquitaniæ Duce congregatum, de fide Catholica, deque firmanda pace.

1029. *Lemovicenſe I.* cujus acta pro Epiſcopi Apoſtolici elogio tribuendo *S. Martiali* Lemovicenſi, exſtant infra in actione I. Concilii Lemovicenſis I. A. 1031.

Conventus Epiſcoporum, qui cum Roberto Francorum Rege ad dedicationem Eccleſiæ *S. Amiani Aurelianenſis* convenerunt.

Con-

2011 Ministerio de Cultura

Concilium in *Palithi*, præsidente Imp. cum Episcopis XI. in quo Godehardus Episcopus Hildesheimensis cum Aribone metropolitano Moguntino super Gandesheim reconciliati sunt.

A.C. 1031. *Canuti* Regis epistola, Roma missa ad Anglorum proceres. Charta ejusdem, qua omnes causas insulæ Glastoniæ tam Ecclesiasticas quam sæculares Abbatis supponit judicio, cæteris exclusis potestatibus.

* *Eituricense* ab Episcopis Aquitaniæ, Canones XXV. quorum primus, ut *S. Martialis* nomen & memoria inter Apostolos proponatur. Cætera de variis disciplinæ Ecclesiasticæ capitibus. *Aymonis* Archiep. Bituricensis edictum pro *S. Martialis* Apostolatu.

Lemovicense II. in quo itidem de Apostolatu *S. Martialis* & variis rebus ad disciplinam spectantibus agitur. Acta sessionum II.

* *Bellilocense* in Bellilocensi monasterio non longe à Lemovico. Mentio ejus in actis Lemovicensis proximi Concilii, gesta perierunt. Per errorem *Bellovacense*, alii pro *Bellilocensi*.

* *Gallicana varia*, in quibus pax & publica securitas constituta, & feriæ sextæ atque sabbati religio sancita est.

* *Triburiense*, Triburiæ secus Moguntiam, præsente Conrado Imp. de primi mensis jejunio.

Compostellanum, quod hoc anno refert Cardinalis de Aguirre, idem est paucis mutatis cum altero ibidem celebrato A. 1056.

* 1032. *Pictavense*, de fide catholica, de rebus Ecclesiasticis per fraudem aut vim ablatis, de terris monachorum immunibus integrisque servandis.

Canuti Anglorum, Danorum & Norweg. Regis leges Ecclesiasticæ sancitæ *Wintoniæ*, è Saxonico translatæ, capitula XXVI. Alia capitula XXVII. Legum Ecclesiasticarum Canuti prisca versio, è MS. regio, capitula XXVII. Leges Ecclesiasticæ è sæcalaribus ejusdem collectæ, Capitula XXIV.

* Conventus Episcoporum in monasterio *Rivipullensi*, Ausonensis diœcesis, ad dedicationem basilicæ illius monasterii.

Pampilonense in Hispania, de episcopatu Pampilonensi, antiquæ sedi suæ restituendo.

2011 Ministerio de Cultura

*A.C. 1035. vel 1036. *Triburiense*, in quo Otto de Sumvordi Mathildem filiam Bolezlavonis Polianorum Ducis sibi desponsatam, jura. mento à se abalienavit.

*1036. *Pictavense*, sub Isemberto Episcopo, ubi magna pax firmata traditur ab auctore Chronici Malleacensis.

*1037. *Romanum*, in quo Andreas Perusinus Episc. cedit jure omni in monasterium S. Petri, cum subscriptionibus Episcoporum XXXIII. Abbatum VI. cum Diaconis pluribus aliorumque ordinum hominibus. Labbe pag. 1250, ex tomo IX. Italiæ sacræ.

*1038. Conventus duplex Episcoporum *in Gallia Narbonensi* ad *Gerundensis* ecclesiæ dedicationem, & de finibus episcopatus *Ausonensis*.

*1040. Conventus tertius ad dedicationem ecclesiæ *Urgellensis*.

*Conventus Episcoporum ad *Vindocinensis* monasterii S. Trinitatis dedicationem. Nomina Episcoporum & aliorum clericorum, Abbatum, Baronum Comitumque.

Venetum Concilium de variis disciplinæ Ecclesiasticæ capitibus.

*1041. Concilia in diversis *Galliarum* locis, pro instituenda treuga & pace.

**Cæsenatense*, in quo Joannes Episcopus clericorum in commune viventium societatem instituit, iisque alendis patrimonium assignat. Subscriptiones Gebeardi Ravennatis Archiep. & Joannis Episcopi Cæsenatis.

*1043. Concilium provinciæ *Narbonensis*, Archiepiscoporum duorum Narbonensis & Arelatensis, & Episcoporum XVIII. contra invasores bonorum monasterii Cruxamensis.

*1044. *Constantiense*, ubi maxima pax instituta.

*1045. *Narbonensis provinciæ*, pro privilegiis ecclesiæ S. Michaëlis Fluvianensis in comitatu Emporitano. Decretum ediderunt Guifredus Archiep. Narbonensis & Oliba Episcopus Ausonensis: Subscripserunt præterea & diversis temporibus Episcopi XI.

*1046. Conventus *Arulensis* Episcoporum & Abbatum in diœcesi Helenensi, ad dedicationem monasterii B. Mariæ Arulensis.

[*Papiæ*

2011 Ministerio de Cultura

Papiæ ſive *Ticini* Synodum celebratam ab Henrico Imp. teſtatur Hermannus Contractus. Geſta non exſtant.

Sutrinum Concilium, apud Sutrium, non longe ab urbe Roma, ubi confirmata depoſitio trium Pontificum ſchiſmaticorum Benedicti, Silveſtri & Johannis (de quibus Baronius ad A. 1044.) & *Gregorius VI.* ſe ipſum Pontificatu abdicavit, in cujus locum Eberhardus Epiſcopus Bambergenſis ab Hamburgenſi præſentatus natione Saxo, electusque nomen geſſit *Clementis II.*

Clementis II. Papæ epiſtola ad *Joannem*, cujus translationem ex Pæſtano epiſcopatu in *Salernitanum* confirmat, eique pallium concedit.

* *Romanum* Concilium, in quo ſtatutum, ut Ravennati Epiſcopo præ Mediolanenſi & Aquilejenſi ſecundus à Pontifice Rom. locus in Conciliis abſente Imperatore tribueretur. Clementis II, epiſtola ſynodica, apud Labbeum p. 1251. ex tomo IX. Italiæ ſacræ.

A.C. 1047. *Romanum*, contra Simoniacos.

* *Senonenſe*, coram Henrico Francorum Rege pro confirmatione fundationis monaſterii S. Aygulfi, in urbe Pruvinenſi à Theobaldo facta.

1049. *Leonis IX.* Papæ epiſtolæ 1] ad Michaëlem CPolitanum Patriarcham, adverſus ejus & Leonis Acridani Epiſcopi præſumtiones. 2] ad Epiſcopos Venetiæ & Iſtriæ, ut Patriarchæ Gradenſi obedientiam præbeant. 3] ad Thomam Epiſcopum Africanum pro Primatu Eccleſiæ Carthag. 4] ad Petrum & Johannem Epiſcopos. 5] ad Petrum Epiſcopum. 6] altera ad Michaëlem CPolitanum Archiepiſc. 7] ad Conſtantium Monomachum Imp. * 8] ad omnes per Italiam Epiſcopos. Diploma de conceſſa baſilicæ Vaticanæ decima oblationum. 9] epiſtola ad Auximenos, poſt obitum Epiſcopi, expilatores domorum epiſcopalium. 10] ad Joannem Archiepiſc. Salernitanum, cui jura metropolitanatus confirmat. Diploma de corpore *S. Dionyſii*, quod Labbeus & Coſſartius ipſe cum multis aliis pro ſuppoſititio habent. Commemoratio rerum à legatis Apoſtolicæ ſedis *Humberto* Car-

2011 Ministerio de Cultura

Cardinali Episcopo Silvæ candidæ, Petro Amalphitano Archiepisc. & Friderico Diacono & Cancellario gestarum, & de palinodia *Nicetæ* Pectorati. 11] epistola ad Principes Britanniæ. * 12] ad Joannem Portuensem Episc. cum subscriptionibus XV. Episcoporum. * 13] ad Hugonem Cluniacensem, & * 14] ad Fulconem Corbejensem Abbatem, quibus privilegia suarum abbatiarum confirmantur. * 15] ad Petrum Damianum tunc eremitam, cujus Gomorrhianum approbat. * 16] Privilegium ejus eremo concessum. * 17] ad Sicenolphum Abbatem S. Sophiæ, Beneventi pro confirmandis abbatiæ illius privilegiis.

Leonis IX. epistola ad Francos exstat infra in Concilio Remensi A. 1049. Altera ad Eduardum Regem Anglorum, in conventu Westmonaster. A. 1161.

A.C. 1049. *Maccabæi* Scotorum Regis leges è sæcularibus ipsius excerptæ. Capitula IV. ex Hectoris Boëthii Hist. Scotor. lib. 12.

Ælfrici Canones XXXV. ad Wulfinum Episcopum.

Capita XLVI. tanquam incerti auctoris, loci & temporis, edita apud Labbeum p. 1008. ex Speelmanno: Theodulfi Aurelianensis sunt, & sub ejus nomine jam edita supra à Labbeo T. 7. p. 1136. uti & ab Harduino T. 4. p. 911. ad A. 797.

S. Edwardi Regis Angliæ & Confessoris leges Ecclesiasticæ à sæcularibus ipsius depromtæ, & à Wilhelmo hærede & cognato postea confirmatæ. Capitula XXII. Leges aliæ Edwardi Regis, Nortmannico idiomate scriptæ cum Latina versione. Incipit: *Ces sont les leis & les custumes*, &c. *Ceo est à saveir: Pais à saint Eglise*, &c. Canones V. apud Labbeum p. 1025. Harduin. p. 990.

Romanum Concilium contra Simoniacos.

* *Ticinense*, quod hoc loco ponunt Conciliorum editores, ante Sutrinum A. 1046. Hermannus Contractus commemorat.

Romanum (incerti anni) in quo privilegium monasterio S. Gratæ Bergomensis diœcesis concessum est. Diploma Leonis IX. Labbe p. 1253. ex tomo IV. Italiæ sacræ Ughelli.

Remense, pro disciplina & moribus ecclesiæ reformandis. Acta Con-

2011 Ministerio de Cultura

Concilii & Canones XII. Leonis IX. epiſtola ad fratres & filios per regnum Francorum conſtitutos.

Moguntinum, XLII. Epiſcoporum, contra Simoniam & alia cleri vitia.

*A. C. 1050. *Rotomagenſe*, à Malgerio Archiepiſcopo. Epiſtola Synodica & Canones XIX.

* De *Berengarii* hæreſiarchæ damnatione multiplici opuſculum Anonymi, qui ſe Synodo Rom. A. 1079. interfuiſſe teſtatur, ſcriptum A. 1088. quo mortuus eſt Berengarius, & editum primùm à Petro Franciſco Chifletio inter ſcriptorum Veterum de fide Catholica opuſcula quinque. Divione 1656. 4. & deinde in Bibl. Patrum T. 18. p. 835. edit. Lugd. Confer Jo. Mabillonii diſſertationem de multiplici Berengarii damnatione, fidei profeſſione & relapſu, deque ejus pœnitentia T. 2. analector. pag. 477. ſeq. & præf. ad tomum ſecundum Sæculi VI. Benedictini A. 1701. editum, Franciſcum Rojum in diſſ. de hæreſi & pœnitentia Berengarii, Antonium Pagi ad A. 1088. n. 10. ſeq. &c.

Romanum II. in quo damnato Berengario, Lanfrancus (poſtea Cantuar. Archiep.) ſeutentiam abſolutionis retulit. * *Berengarii* ad Lanfrancum epiſtola. Nam Lanfranci ad Berengarium inter Lanfranci quæres opera, præmiſſum ejus libro adverſus eundem ſcripto, T. 18. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 763. & in Lanfranci operibus à Luca Dacherio vulgatis, Pariſ. 1648. fol.

*† De *Joannis Scoti* libro de Euchariſtia, Gabr. Coſſartii annotatio, qui poſt Petrum de Marca putat non alium eſſe quam qui ſub *Bertrami* ſive *Ratrami* fertur nomine. Sed verius eſt à Scoto etiam librum, Bertramo conſonum fuiſſe compoſitum, qui intercidit.

* *Briotnenſis* Conventus ſub Henrico I. Francorum Rege, Guilelmo notho Normanniæ Duce, ubi *Berengarius* convictus.

Vercellenſe Concilium, in quo damnatus *Scoti* liber.

* *Aſcelini* ad Berengarium, & *Berengarii* ad Aſcelinum epiſtola.

* Concilium *Pariſienſe*, in quo damnatus Berengarius, præſente

2011 Ministerio de Cultura

Henrico Francorum Rege. Durandi (al. Deodwini) *Leodicenſis* Epiſcopi epiſtola ad Regem. *Berengarii* ad Ricardum.

Coyacenſe in Hiſpania, diœceſis Ovetenſis, ſub Ferdinando Magno rege primo Caſtellæ. Decreta *Ferdinandi* Regis & *Sanciæ* Reginæ. Capitula XIII.

* *Sipontinum*, ubi à Leone IX. depoſiti ob Simoniam duo Archiepiſcopi.

A.C. 1051. *Romanum III.* in cauſa Georgii Vercellenſis Epiſcopi de adulterio accuſati, eorumque qui à Simoniacis ordinati fuerant.

* 1052. *Mantuanum*, à Leone IX. cœptum celebrari & factioſorum Epiſcoporum tumultu abruptum.

* Conventus Epiſcoporum, in quo *Ictherius* à clero & populo *Lemovicenſi* electus eſt Epiſcopus, & à metropolitano ac ſuffraganeis ordinatus. Subſcriptiones Bituricenſis Archiepiſcopi & Epiſcoporum XI. Comitum II.

* 1053. Conventus *San-Dionyſianus* Epiſcoporum & Optimatum, ubi detectæ & recognitæ S. Dionyſii Pariſ. reliquiæ.

Romanum IV. de canonizatione S. Gerardi Leucorum Epiſcopi & de limitibus diœceſis inter Aquilejenſem & Forojulienſem Epiſcopos controverſis.

* 1054. *Narbonenſe*, in quo treuga & pax confirmata eſt, & ad reformandum Eccleſiæ ſtatum, Capitula XXIX.

* *Barcinonenſis* Conventus, in quo lectum decretum Raymundi Comitis Barcinonenſis & Adalmodis Comitiſſæ adverſus invaſores eccleſiæ Barcinonenſis.

* *Moguntinum*, in quo electus *Victor II.* Papa.

†† *CPolitanum* ſub Michaële Cerulario Patriarcha. Edictum ibi adverſus legatos Romanæ ſedis promulgatum, Græce & Latine Leo Allatius edidit diſſ. 2. de libris Eccleſiaſticis Græcorum, p. 161. ſeqq.

1055. *Victoris II.* Papæ epiſtola ad Humbertum Epiſcopum, in cujus gratiam Eccleſiæ Silvæ Candidæ privilegia amplificat.

Florentinum, contra alienatores rerum Eccleſiaſticarum.

Concilium in *Lugdunenſi Gallia*, ubi ſex Epiſcopi depoſiti, quorum unus per Hildebrandum ſedis Romanæ legatum Simoniæ convincitur, non valens Spiritum ſanctum lingua quibuscunque ten-

2011 Ministerio de Cultura

tentaret nisibus nominare, licet Patrem & Filium expedite eloqui posset.

Turonense, quo Berengarius abjurata hæresi fidem Catholicam est professus.

Colonienſe, quo Balduinus & Godefridus Comites Flandriæ Henrico Regi, quinque tantum nato annos conciliati, Papa mediante, sunt.

*A.C. 1056. Excerpta Concilii *apud S. Ægidium* in provincia *Narbonensi* pro confirmanda treuga & pace. Canones III, è Baluz. ad lib. IV. Petri de Marca.

Landavenſis Synodus, in qua familia Catgucauni Regis Morcannue excommunicatur, ob vim illatam per ebrietatem medico & nepoti Episcopi Landavensis Hergualdi in festo Nativitatis Domini; ex tomo I. Speelmanni Concilior. Britanniæ.

Concilium *Tolosanum* Episcoporum XVIII. contra Simoniam aliaque cleri & populi vitia. Canones XIII. * Querimonia Berengarii Vicecomitis Narbonensis adversus Guifredum Archiepiscopum Narbonensem. Labbe p. 1254.

Compoſtellanum, à Cresconio Episc. ad disciplinam Ecclesiasticam instaurandam.

1057. *Romanum*, à Victore Papa, de Marsorum episcopatu non in duos dividendo, de quo etiam Stephani IX. epistola 2.

Stephani IX. Papæ 1) ad Gervasium Remensem Archiepisc. *2) ad Pandulphum Marsicanum Episc.

1058. *Nicolai II.* Papæ 1. 2. 3. 4] ad Gervasium Remensem Archiep. 5] Privilegium datum monasterio S. Felicitatis juxta Florentiam; cum subscriptionibus Papæ, quatuor Episcoporum & Petri monachi. * 6] ad Annam Reginam Galliæ. * 7] ad Episcopos Galliæ, Aquitaniæ, Vasconiæ. * 8] ad R. Comitem Rutenensem. 9] ad Eduardum Anglorum Regem, exstat infra in Conventu Westmonaster. A. 1066. * *Gervasii* Remorum Archiepiscopi ad Papam Nicolaum.

* Duo Conventus Episcoporum *in provincia Narbonensi*, unus ad dedicationem *Helenensis* ecclesiæ, alter ad *Barcinonensis*, ubi multa etiam ad res Ecclesiasticas statuta, & lectum decretum Hali Ducis

2011 Ministerio de Cultura

cis Deniæ & insularum Balearium, quæ diœcesi Episcopi Barcinonensis subjiciuntur.

A.C.1059. *Sutrinum II.* quo Benedictus Mincius, Antipapa depositus.

Romanum, Episcoporum CXIII. Canones tredecim. Decretum contra Simoniacos. Jusjurandum *Berengarii*, quo hæresin tertium abjuravit. (Epistola *Eusebii Brunonis* Episcopi Andegavensis ad Berengarium videnda in notis Cl. Menardi ad Augustini libros duos Operis imperfecti contra Julianum p. 499.) Constitutio *de electione Romani Pontificis*, qua decernitur, *ut inprimis Cardinales Episcopi diligentissime simul de electione tractantes mox ipsi Clericos Cardinales adhibeant, sicque reliquus clerus & populus ad consensum novæ electionis accedat.* * Subscriptiones Episcoporum LXXVI. quas ex Codice Vaticano 1984. suppeditavit Petrus Possinus, S. J. cujus officiosissimis curis plurimum editionem Conciliorum debere fatetur Labbeus p. 1259.

Amalphitanum, Amalphiæ in Apulia, ubi Tranensis Episcopus depositus.

* *Beneventanum*, in ecclesia S. Petri extra civitatem, juxta fluvium Sabbati, pro cella B. Mariæ Abbati S. Vincentii vindicanda; cum subscriptionibus Papæ Nicolai & Episcoporum VIII.

Remensis Conventus (binio male *Parisiensis*) quo Philippus Rex, præsente Henrico patre, festo Pentecostes coronatus est; apud Labbeum & Harduinum acta auctiora ex MS. Sirmondi, ex T. 4. du Chesne Hist. Francor. p. 161.

1060. *Turonense*, præsentibus Stephano Cardinale legato Papæ & decem Episcopis. Canones X. Stephani Cardinalis epistola ad J. Archiepiscopum Dolensem. Ediderat Lucas Dacherius initio operum Lanfranci Cantuar.

Viennense in Gallia. Canones IV. in fine mutili.

* *Jaccetanum* in Hispania, in quo abrogatus ritus precandi *Gothicus*, Romanus introductus, & translata Jaccam Episcopalis sedes, quæ Oscæ prius fuerat.

1061. *Beneventanum*, sub Udalrico Archiep. præsentibus XI. Episcopis, de duabus ecclesiis ad S. Mariam in Nolicino & ad S. Benedictum

2011 Ministerio de Cultura

dictum monasterio S. Sophiæ & Episcopo Draconariensi asserendis.

Alexandri II. Papæ epistolæ 1] ad Mediolanenses conterraneos suos. 2] ad Haraldum Nortmannorum Regem, ut Adalberto Eremensi Archiep. vicario Papæ, debita reverentia præstetur. 3] ad Svenonem Regem Danorum fragmentum, ut censum regni sui transmittat. 4] ad Petrum Dalmatiæ & Sclavoniæ Archiepiscopum, cui pallium transmittit. 5] Synodica in Concilio Romano, infra ad A. 1063. 6] ad Gervasium Archiepisc. Remensem. Constitutiones Mediolanensibus observandæ. 7] ad Episcopos Daniæ, pro Synodo celebranda. 8. & 10] ad Wilielmum Regem Anglorum. 9] ad S. Annonem Archiepisc. Colonienſem. 11] ad Landulfum de voto continentiæ non nisi cum consensu uxoris suscipiendo. 12----20. 23. 25] ad Gervasium Remensem Archiepiscopum. 21] ad Archiepiscopos Galliæ. 22] ad Gervasium Remensem ejusque suffraganeos. 24] ad Remensem & Senonensem Archiepiscopos eorumque suffraganeos. * 26] ad Udonem Treverensem & Theodoricum Virdunensem Episcopos. 27] ad Clericos Neapolitanos. 28] ad Constantinum, Aretinum Episcopum. 29] ad Amalgerium Civitatensem Episcopum. 30] ad Clerum Vulturnensem. 31. 32] ad Rumoldum Constantiensem Episc. 33] ad Gvilelmum Petracoricensem & Durannum Tolosanum Episcopos. 34] ad omnes Episcopos Hispaniæ. 35] ad clerum & populum Lucensem. 36] ad Gebonardum Viennensem Archiepiscopum. 37] ad Vultinensis ecclesiæ clericos. 38] ad Episcopos, clericos & judices Italiæ. 39] ad Lanfrancum Cantuariensem Archiepiscopum. 40] ad Odricum Abbatem Vindocinensem. 41] ad Eugubinos pro ecclesia Petri Damiani, beati Lucæ Evangelistæ nomine consecrata. 42] ad Widonem Episcopum Ambianensem. 43] ad Hugonem Abbatem Cluniacensem. 44] ad Gebehardum Salzburgensem Archiepiscopum. 45] ad Altmannum Episcopum Patavienſem.

Fragmenta Epistolarum Alexandri II. ex registro ejusdem, ex Ivone, Gratiano, &c. quas scripsit Papa, Wilhelmo Marchioni, (Valeriano Episcopo Martyri) Episcopis & Regi Dalmatiarum.

2011 Ministerio de Cultura

minico Gradenſi Patriarchæ, Clero Mediolanenſi, Populo Mediolanenſi, Jocelino Archidiacono Pariſ. * Philippo Regi Francorum, Clero & populo Florentino, Mangiſo Venetenſi Epiſcopo, Berengario Baſileenſi Epiſcopo. Gvilelmo de Monſtrolio, Wifredo Conſtantiæ Epiſcopo, Landulfo & Arialdo clericis. Berengario Narbonenſi Vicecomiti, & Wifredo Narbonenſi Archiepiſcopo de *Judæis* non occidendis.

Baſileenſe Concilium, in cauſa electionis Pontificiæ, tempore interregni Pontificii.

A.C. 1062. *Beneventanum*, de eadem controverſia, quæ A. 1059. Beneventi diſceptata fuit. Utrumque ex Ughelli Italia S. T. 8. & emendatiore Cardinalis Urſini in Synodico Beneventano editione Harduinus exhibet.

Osborienſe a) ſub Annone Colonienſi Archiepiſcopo, in quo poſt diſceptationem inter Regis Advocatum & Romanæ Eccleſiæ defenſorem, utrum ſine conſenſu Regis Papa potuerit eligi, Alexandri electio confirmatur, Cadaloi Parmenſis Epiſcopi, Antipapæ rejicitur.

Aragonenſe, ſub Rege Ranimiro, in cœnobio apud S. Joannem Rupenſem, ut Epiſcopi Aragonenſes ex monachis præfati cœnobii habeantur & eligantur. Notabilis dirarum formula hujus Concilii concluſioni ſubjicitur: *Quicunque futurorum Regum, ſucceſſorum noſtrorum transgredientes & deviantes ab hoc Regali ſimul & Pontificali decreto, tentaverit diſſolvere hanc ſcripturam: in præſenti ſæculo omnipotens DEUS, qui eſt juſtus judex, & Regum Rex, diſſolvat & dividat regalem honorem & potentiam regni eorum, detque illud ſe diligentibus & timentibus, & noſtra decreta ſervantibus: & in futuro ſeparari à conſortio omnium Chriſtianorum, interpellante pro eis B. Joanne Baptiſta cum omnibus Sanctis, participentur in ſocietate cum Dathan & Abiron, & Juda traditore in inferno inferiori, luentes pœnas perpetui incendii ſine fine per æterna ſæcula. Amen.* Primus ediderat Hieronymus Blanca in commentariis rerum Aragonenſium.

A.C. 1063.

a) Gabriel Coſſartius non A. 1062. ſed 1034. habitum diſputat.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 1063. *Romanum*, centum amplius Episcoporum, contra Simoniacos, occasione *Petri* Florentini Episcopi de hæresi & Simonia accusati. Canones XII.

* *Cabilonense*, à Petro Damiano Cardinale legato Papæ & Episcopis XIII. contra Drogonem Episc. Matisconensem, qui Cluniacensia privilegia violasse arguebatur.

†† *Rotomagense*, sub Manilio Archiep. contra *Berengarii* hæresin.

* Conventus Episcoporum ad dedicationem ecclesiæ *Moyssiacensis* in Cadurcis.

1064. *Mantuanum*, quo Cadalous Antipapa iterum condemnatur, Alexander absolvitur.

Barcinonense, in quo Gothica precandi ratio & cærimoniæ sacrorum, quibus Catalani utebantur, abrogatæ. Adde supra, quæ ad A. 1060. in Synodo Jaccetana.

1065. *Romanum II.* & *III.* contra *incestuosorum* hæresin, hoc est JCtos, qui gradus consanguinitatis ex juris civilis more computandos contendebant.

* *Æduense* apud Augustodunum, in quo Dux Burgundiæ Robertus Aganoni Episcopo & aliis pacatus est, opera Hugonis Abbatis Cluniacensis.

* *Helenense* in prato Tulugiensi, ubi treuga & pax confirmata.

1066. *Westmonasterienſis* Conventus, sub Edwardo Rege Confessore, de privilegiis Ecclesiæ S. Petri Westmonasterii. Charta *Edwardi* Regis. *Leonis IX.* Papæ epistola ad Regem. Charta Edwardi Regis secunda, cum subscriptionibus Regis, Edgidæ sive Edith Reginæ, Episcoporum VIII. Abbatum VII. Cancellarii, Ducum IV. Ministrorum VI. quatuorque militum. Regis charta tertia, cum epistola ad Nicolaum II. Papam, epistolaque Nicolai Papæ, & subscriptionibus.

* 1068. *Auscense*, ut omnes ecclesiæ Vasconiæ quartam decimarum partem Cathedralibus Ecclesiis persolverent exceptis ecclesiis S. Orientii.

* *Tolosanum*, de restaurando episcopatu Lectorensi.

* Concilia celebrata in *Hispania* citeriori, in quibus *Gothici* sacrorum ritus abrogati, ut supra A. 1060, & 1064.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 1069. *Moguntinum*, auctoritate Archiepiſcopi Sigefridi I. indictum in cauſa Henrici IV. Regis Rom. volentis Bertam uxorem, quam ante biennium duxerat, repudiare. * Sigefridi epiſtola ad Alexandrum Papam.

*1070. *Auſanum II.* in quo Achardus Cabilonenſis Epiſcopus monaſterium S. Laurentii monaſterio S. Martini Inſulæ Barbarenſis donat.

Wintonienſe, quo Stigandns Cantuarienſis Ecclefiæ invaſor deponitur, jubente & præſente Rege Wilielmo, & auctoritatem exhibentibus Papæ legatis.

* *Windleshorenſe*, in quo ejusdem Regis juſſu Agelricus Suth-Saxonum Pontifex non canonice degradatus & plures Abbates depoſiti.

* *Londinenſe*, ſub Lanfranco Cantuarienſi Archiep. in quo epiſcopatus quidam ab oppidulis ad urbes translati; & Wulſtanus Wigornienſis Epiſcopus coactus propter objectam literarum imperitiam indumenta Pontificalia deponere, mox ſingulari ſanctitatis opinione recepit.

*1071. *Pedredanum* in Anglia, ubi poſt Thomam Eboracenſem ordinatum, Wulſtanus confirmatus eſt.

Moguntinum II. in cauſa Caroli Conſtantienſis Epiſcopi, quem clerici ejusdem eccleſiæ ob crimen ſimoniæ & ſacrilegii urgebant deponi.

*Sigefridi Moguntini Archiepiſc. epiſtola ad Alexandrum II. Papam. * Acta Concilii ex Tegnagelii editione.

1072. *Anglicanum*, in cauſa Primatus Cantuarienſis ſuper Eboracenſem. Subſcriptiones Wilielmi Regis, Matildis Reginæ, legati Papæ, Lanfranci Archiep. Cantuar. & Epiſcoporum XIII. Abbatum XI. Inter Epiſcopos, Bajocenſis profitetur etiam ſe Comitem Cantiæ, & Gosfridus Conſtantienſis Epiſcopus unum de Primatibus Anglorum.

Lanfranci Archiepiſc. Cantuar. epiſtola ad Alexandrum II. Papam. * Epiſtolæ ejusdem Lanfranci Canonicæ 1. & 2] ad Thomam Eboracenſem Archiepiſc. 3] ad Joannem Archiepiſcopum Rotomagenſem. 4] ad Herfraſtum Epiſcopum. 5] ad Herebertum Epiſcopum. 6] ad Mauritium Londonienſem Epiſcopum

2011 Ministerio de Cultura

piſcopum ejectum. 7] ad Walcherum Dunelmenſem Epiſcopum. 8] ad Stigandum Epiſc. Ciſtrenſem. 9] ad Goisfridum Epiſc. 10] ad Domnaldum Epiſc. Hiberniæ. 11] ad Rogerium Comitem. 12] ad Abbatem T. 13] ad Rodulphum Abbatem. Hæ excerptæ ſunt ex Lanfranci epiſtolarum libro, qui inter ejus opera editus eſt à Luca Dacherio Pariſ. 1648. fol. & in Bibliotheca Patrum Tomo XVIII. edit. Lugd. reſpondentque in illo hæ tredecim, IX. X. XIII. XXI. XXIII. XXIV. XXVI. XXVII. XXXII. XXXIII. XLI. LI. LX.

Rotomagenſe, in baſilica S. Mariæ ab Joanne Archiepiſc. Canones XXIV.

A. C. 1073. *Erphordienſe*, auctoritate Sigefridi Moguntini Archiep. in cauſa decimationum Thuringiæ, earumque mediæ partis Henrico IV. Imp. tribuendæ. Sigefridi epiſtola 1] ad Hildebrandum Rom. eccleſiæ tunc Archidiaconum, mox Papam Gregorium VII. 2] ad Papam Alexandrum II.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XXVI. ET LABBEI X.

Gregorii VII. Papæ Regiſtrum ſive Epiſtolarum Libri, ſinguli ſingulis Pontificatus ejus tributi annis. *Primus* continet epiſtolas 85. *Secundus* 77. in cujus quinquageſima quinta ad Laudenſes, exſtant celebria illa *Dictata Papæ*, ſupprematum ſive totatum Pontificiæ poteſtatis nullis circumſcriptæ limitibus γυμνῇ τῇ κεφαλῇ Chriſtiano orbi obtrudentia. Liber *tertius* epiſtolas 21. *Quartus* 28. *Quintus* 23. *Sextus* 40. *Septimus* 28. *Octavus* 23. *Nonus* epiſtolas habet 34. *Decimus* deſideratur. *Undecimi* tantum ſunt epiſtolæ duæ, quas ſequitur appendix duplex, una trium & altera ſex epiſtolarum. Ut vero appareat, quousque pudor poſſit perire de rebus, adſcribam quæ modo memoravi dictata Papæ, illisque ex lib. IX. epiſtola 3. juramentum Imp. Henrico IV. delatum, ſubjiciam. Videant interim, qui hodie deſpoticum Principum Imperium ita commendant atque exacuunt, conculca-

2011 Ministerio de Cultura

ta Sacerdotii & Ordinum auctoritate, an peſtilentiorem etiam Hildebrandiſmo ipſo peſtem, quantum in ipſis eſt, in Chriſtianum orbem inducant.

Dictata Papæ.

Labbe p. 110. Harduin. p. 1304.

1. *Quod Romana Eccleſia à ſolo Domino ſit fundata.*
2. *Quod ſolus Romanus Pontifex jure dicatur univerſalis.*
3. *Quod ille ſolus poſſit deponere Epiſcopos vel reconcilare.*
4. *Quod legatus ejus omnibus Epiſcopis præſit in Concilio, etiam inferioris gradus, & adverſus eos ſententiam depoſitionis poſſit dare.*
5. *Quod abſentes Papa poſſit deponere.*
6. *Quod cum excommunicatis ab illo, inter cætera, nec in eadem domo debemus manere.*
7. *Quod illi ſoli licet pro temporis neceſſitate novas leges condere, novas plebes congregare, de Canonica Abbatiam facere, & contra divitem epiſcopatum dividere, inopes unire.*
8. *Quod ſolus poſſit uti imperialibus inſigniis.*
9. *Quod ſolius Papæ pedes omnes Principes deoſculentur.*
10. *Quod illius ſolius nomen in Eccleſiis recitetur.*
11. *Quod unicum eſt nomen in mundo.*
12. *Quod illi liceat Imperatores deponere.*
13. *Quod illi liceat de ſede ad ſedem neceſſitate cogente Epiſcopos transmutare.*
14. *Quod de omni Eccleſia quocunque voluerit clericum valeat ordinare.*
15. *Quod ab illo ordinatus alii Eccleſiæ præeſſe poteſt, ſed non militare: & quod ab aliquo Epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere.*
16. *Quod nulla Synodus absque præcepto ejus debet generalis vocari.*
17. *Quod nullum capitulum, nullusque liber Canonicus habeatur absque illius auctoritate.*
18. *Quod ſententia illius à nullo debeat retractari, & ipſe omnium ſolus retractare poſſit.*
19. *Quod à nemine ipſe judicari debeat.*
20. *Quod nullus audeat condemnare, Apoſtolicam ſedem appellantem.*
21. *Quod majores cauſæ cujuscunque Eccleſiæ ad eam referri debeant.*

22. *Quod*

2011 Ministerio de Cultura

22. *Quod Romana Ecclesia nunquam erravit, nec in perpetuum, Scriptura testante, errabit.*
23. *Quod Romanus Pontifex, si Canonice fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficitur Sanctus, testante S. Ennodio Papiensi Episcopo, ei multis sanctis Patribus faventibus, sicut in decretis beati Symmachi Papæ continetur.*
24. *Quod illius præcepto & licentia subjectis liceat accusare.*
25. *Quod absque synodali conventu possit Episcopos deponere & reconciliare.*
26. *Quod Catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Ecclesiæ.*
27. *Quod à fidelitate iniquorum subjectos potest absolvere.*

Juramentum Regis.

Labbe pag. 279. Hatduin. pag. 1481.

Ab hac hora & deinceps fidelis ero per rectam fidem beato Petro Apostolo ejusque vicario Papæ Gregorio, qui nunc in carne vivit: & quodcunque mihi ipse Papa præceperit, sub his videlicet verbis, per veram obedientiam, fideliter, sicut oportet Christianum, observabo. De ordinatione vero Ecclesiarum, & de terris vel censu, quæ Constantinus Imp. vel Carolus sancto Petro dederunt, & de omnibus Ecclesiis vel prædiis, quæ Apostolicæ Sedi ab aliquibus viris vel mulieribus aliquo tempore sunt oblata vel concessa, & in mea sunt vel fuerint potestate, ita conveniam cum Papa, ut periculum sacrilegii & perditionem animæ meæ non incurram: & Deo sanctoque Petro, adjuvante CHristo, dignum honorem & utilitatem impendam: & eo die, quando illum primitus videro, fideliter per manus meas miles sancti Petri & illius efficiar. Omitto juramentum Roberti Ducis Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ, quod cum investitura & constitutione reddendi census in die Paschæ, exstat lib. 8. epist. 1. & juramentum duplex Bertramni Comitis Provinciæ lib. 9. epist. 12.

*A.C. 1073. Concilium *Cabilonense*, ubi Hugo Lugdunensis Camerarius electus in Episcopum Diensem, loco Lancelini Simoniaci depositi.

* In *Novempulania*, de variis querelis ad Papam delatis. Vide Gregorii VII. lib. 1. epist. 16.

* *Rotomagense*, de monachorum S. Audoeni irruptione violenta in Joannem Archiep.

*A.C. 1074.

2011 Ministerio de Cultura

*A. C. 1074. *Rotomagense*, de variis disciplinæ Eccles. partibus, capitula XIV. Subscriptiones Episcoporum quinque. Alia Capitula VIII.

Romanum, pro reformando Ecclesiæ statu. Apologeticus super decreta contra simoniacos & incontinentes altaris ministros, Capitula XXIV. Confer Hugonem Flaviacensem tom. 1. Bibl. novæ MSS. Labbei p. 196. seq.

Apud *S. Genesium*, in causa S. Anselmi Lucensis Episcopi contra Lucenses Canonicos.

Anglicanum, quo S. Wulstanus depositus, postea restitutus, ut ajunt, per miraculum. Vide ejus vitam apud Surium 19. Januar.

1075. *Romanum II.* pro ecclesia reformanda.

Moguntinum, in quo promulgatum decretum Romanæ Synodi contra Clericos concubinarios.

* *Pictavense* 7. Cal. Jul. in quo *Berengarius* ferme interemtus est.

* Apud *S. Maxentium in Pictonibus*, præside Gosselino Archiepisc. Burdegalensi, contra *hæreseos Berengarianæ* fautores.

Beneventanum, in quo confirmatum jus Abbatiæ S. Sophiæ. Subscriptiones Episcoporum XII. Abbatum & Archipresbyterorum IV. Labbe p. 1813.

Concilium *Anglicum*, sub Lanfranco, de matronis & virginibus, quæ ad monasteria virginum confugerant ad castitatem suam contra Normannorum libidines privilegio veli tuendam, num ad sæculum redirent & fierent conjuges.

Londonense, sub eodem Lanfranco Cantuar. pro reformandis Ecclesiasticis constitutionibus & moribus Ecclesiæ. Subscriptiones Episcoporum XIV. (quorum quintus Constantiensis vocat se perinde, ut supra ad A. 1072. unum de Angliæ terræ primatibus) Archidiaconi Dorobernienses, Abbatum XXI. * Alia duo ejusdem Concilii exemplaria.

* 1076. *Wintonense*, de prohibendo conjugio Canonicorum. Forma professionis castitatis ab ordinandis sucipiendæ. Concilii Capitula XIII. & alia XVI. aliaque de pœnitentia eorum, qui alios occidunt in bello, Capitula XIII. Alia Acta Wintonienſis

2011 Ministerio de Cultura

nienſis Concilii ex antiquitatibus Eccleſ. Britannicæ impreſſis Hanov. 1605. p. 114.

Jusjurandum *Roberti* Carnotenſis Epiſcopi, Gregorio VII. Papæ factum, cujus meminit IV. 14. epiſt.

Concilium *Wormatienſe*, juſſu Henrici IV. Imp. unde decretum de Pontifice Gregorio VII. deponendo Romam miſſus eſt.

Triburienſe, in quo actum ajunt de depoſitione Henrici IV. Imp. *Romanum III.* quo Henricus Rex Teutonicorum (h.e. Henricus IV. Imp.) & Epiſcopi plures Longobardiæ & Ultramontani à Gregorio VII. excommunicantur. Formulæ excommunicationis, ex quibus illam, quæ Henricum ſpectat, adſcribere liceat. *Beate Petre, Apoſtolorum princeps, inclina quæſumus pias aures tuas nobis, & audi me ſervum tuum quem ab infantia nutriſti, & uſque ad hunc diem de manu iniquorum liberaſti, qui me pro tua fidelitate oderunt & odiunt. Tu mihi teſtis es & Domina mea Mater Dei, & beatus Paulus frater tuus, & omnes Sancti, quod tua ſancta Romana Eccleſia me invitum ad ſua gubernacula traxit; & ego non rapinam arbitratus ſum ad ſedem tuam adſcendere, potiusque volui vitam meam in peregrinatione finire, quam locum tuum pro gloria mundi, ſæculari ingenio accipere: & ideo ex tua gratia, non meis operibus, credo quod tibi placuit & placet, ut populus Chriſtianus tibi ſpecialiter commiſſus mihi obediat, ſpecialiter pro vice tua mihi commiſſa, & mihi tua gratia eſt poteſtas à Deo data ligandi atque ſolvendi in cœlo & in terra. Hac itaque fiducia fretus pro Eccleſiæ tuæ honore & defenſione, ex parte omnipotentis Dei Patris & Filii & Spiritus S. per tuam poteſtatem & auctoritatem Henrico Regi filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam Eccleſiam inaudita ſuperbia inſurrexit, totius regni Teutonicorum & Italiæ contradico: & omnes Chriſtianos à vinculo juramenti, quod ſibi fecere vel facient, abſolvo, & ut nullus ei ſicut Regi ſerviat, interdico. Dignum eſt enim, ut qui ſtudet honorem Eccleſiæ tuæ imminuere, ipſe honorem amittat quem videtur habere. Et quia ſicut Chriſtianus contemſit obedire, nec ad Dominum rediit quem dimiſit, participando excommunicatis: meaque monita quæ pro ſua ſalute ſibi miſi, te teſte, ſpernendo; vinculo eorum anathematis vice tua eum alligo, & ſic eum ex fiducia tua*

 ligo,

2011 Ministerio de Cultura

alligo, ut ſciant gentes & comprobent, quia tu es Petrus, & ſuper tuam petram Filius Dei vivi ædificavit Eccleſiam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Alia formula excommunicationis adverſus eundem Henricum Imp. exſtat in Concilio Romano A. 1080.

Papienſe, quo Epiſcopi Henrico adhærentes anathema in Pontificem retorquent.

*A.C. 1077. Concilia *apud Anſam* Lugdunenſis diœceſis vicum, apud *Divionem*, *Claromonte* & *Auguſtoduni* habita pro variis eccleſiarum utilitatibus.

* *Manaſſe* Remorum Archiepiſc. epiſtola ad Gregorium VII. ſcripta poſt Concilium *Eduenſe* ſive *Auguſtodunenſe*. Confer Gregorii VII. epiſtolas lib. VI. c. 2. 3.

* Epiſtola *Hugonis* Dienſis Epiſcopi ad Papam.

* *Weſtmonaſterienſe*, de cauſis cujuslibet eccleſiæ in provinciis Anglorum. Labbe & Harduin. infra ad A. 1085.

* 1078. *Pictavenſe*, præſide eodem Hugone. Altera ejus ad Gregorium VII. epiſtola, Canones X. quos Baronii & alii minus bene referunt ad A. 1100.

Romanum IV. in quo Gvibertus Ravennas, Tedaldus Mediolanenſis & alii plures Epiſcopi cum Henrico IV. facientes excommunicantur.

Romanum V. Decretorum tituli XXXIII. Decreta ipſa XII. De Gregorii VII. zelo adverſus Simoniacos, concubinarios, &c. ex Hugone Floriacenſi. * Henrici Imp. epiſtola deprecatoria ad Papam, ex Chronico Virdunenſi.

†† Definitio Concilii *Burdegalenſis* ſub Amato Papæ legato & Epiſcopo Ellorenſi, ob eccleſiarum correctionem in Aquitaniæ partes directo ſuper eccleſia de Soliaco, quæ S. Crucis Burdegalenſi Cœnobio attributa eſt, exſtat in Jo. Mabillonii T. V. Annalium Benedictinor. p. 633.

* *Londinenſe*, præſide Lanfranco Cantuar. ubi Bathonia, Lincolnia, Sarisberia, Exonia, Ceſtria atque Ciceſtria novo Epiſcoporum domicilio nobilitatæ ſunt. Vide Labbeum & Harduinum infra ad A. 1085.

A.C. 1079.

2011 Ministerio de Cultura

A. C. 1079. *Romanum VI.* in quo *Berengarius* Turonenſis presb. hæreſin ſuam iterum abjuravit fidemque Catholicam profeſſus fuit. Jusjurandum Berengarii, alia quatuor 1] nuntiorum Henrici Imp. 2] nuntiorum Rodulphi Regis & Rodulphi. 3] Henrici Archiepiſcopi Aquilejenſis. 4] Gandulphi Regienſis Epiſcopi.

Britannicum, in Gallica ſive Armorica Britannia, ad falſam pœnitentiæ ſimulationem proſcribendam.

Burdigalenſe, in quo *Berengarius* iterum reddidit fidei ſuæ rationem & Hugo Abbas S. Leodegarii fuit depoſitus.

1080. *Romanum VII.* in quo Imperium Germaniæ *Henrico IV.* abrogatum collatumque *Rodulpho.* Sententia excommunicationis in Epiſcopos cum Henrico facientes confirmata. Excommunicatio iterata Henrici Imp. diverſa ab ea, quæ fuit ſupra ad A. 1080. Propoſitio *Rodulphi* Regis Rom. & Principum Imperii contra Henricum.

Wirtzeburgenſe, in quo Imperatori Henrico communionis gratia reddita, nec tamen is Imperio quantum in ipſis reſtitutus.

Moguntinus Conventus Epiſcoporum cum Henrico facientium.

* Gevehardi Saltzburgenſis Epiſcopi epiſtola ad Metenſem Epiſc.

Brixinenſe Concilium XXX. Epiſcoporum, quo Gregorium VII. depoſuerunt, & in ejus locum elegerunt Gvibertum Ravennatem Archiep.

Lugdunenſe ſub Hugone Dienſi Epiſc. legato Papæ, in cauſa Manaſſæ Archiepiſcopi Remenſis.

* *Avenionenſe*, in quo S. Hugo creatus Epiſcopus Gratianopolitanus, qui deinde Carthuſiam tunc recens inchoatam petiit, multique alii ordinati, alii depoſiti Epiſcopi.

Senonenſe, à Richerio Archiepiſcopo Epiſcopis quinque præſentibus & Abbatibus VII. Acta periere. Labbe p. 1816.

* *Juliobonenſe*, à Wilhelmo Anglorum Rege cum Epiſcopis & proceribus Normanniæ apud Lille Bonam (Juliam Bonam) Canones XIII. quorum primus eſt de *trevia* ſive *pace Dei* firmiter tenenda. Synodale ejusdem argumenti & de pœnis ei, qui inducias illas ſive ſanctam pacem à die Mercurii occi-

2011 Ministerio de Cultura

dente usque ad Lunæ ſolem naſcentem violaverit, ſuſtinendis.

* Electio *Walteri*, Epiſcopi Cabilonenſis.

* *Lingonenſe* Concilium adverſus inveſtituras, ut ajunt, Laicorum.

* *Santonenſe*, de monaſterio Squirs ſive Regulæ ad Garumnam fluvium Floriacenſibus monachis adjudicato, contra Raymundum Epiſcopum Vaſatenſem. Subſcriptiones Epiſcoporum IX. & Abbatum V.

Meldenſe, quo S. Arnulfus creatus eſt Epiſcopus Sveſſionenſis.

* *Burgenſe* in citeriore Hiſpania, ubi abrogatis Gothicis Romani ſacrorum ritus imperati, conſtitutaque alia ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantia. Labbe p. 1815.

A.C. 1081. *Romanum VIII.* contra Henricum Imp. ejusque fautores.

* *Exoldunenſe* ſive *Exilidunenſe* in Biturigibus. Diploma, quo eccleſia S. Martini de Briva monachis abbatiæ majoris Turonenſis conceditur. Subſcriptiones Epiſcoporum XVII. & Canonicorum S. Stephani X. aliorumque XIV.

* 1082. *Karrofenſe* in monaſterio S. Salvatoris, diœceſis Pictavienſis, ubi depoſitus Boſo Epiſc. Santonenſis.

* *Meldenſe II.* præſide Hugone Dienſi, Papæ legato, ubi ordinatus Rotbertus Meldenſis Epiſc.

1083. *Romanum IX.* contra Henricum Imp.

* *Santonenſe II.* ubi Ramnulfus ordinatus Epiſcopus in Boſonis locum, ſuperiore anno depoſiti.

1084. *Romanum X.* quo cum *Gviberto* Antipapa iterum excommunicatur Henricus Imp. qui Romam ceperat & Gregorium VII. in turre Creſcentis muro clauſit.

* 1085. Charta Regis Anglorum *Wilhelmi primi*, qua ſecernit placita Eccleſiaſtica à cauſis civilibus. Concilia quinque à Lanfranco celebrata Wintonienſe, Londonienſe, & Wintonienſe ſecundum, de quibus ſupra, & duo *apud Gloceſtriam* memorantur à Labbeo p. 403.

Quintilineburgenſe, ſub Hermanno Rege Romanorum contra Henricianos ſive Henrici Imp. fautores, & Gunibertum Bambergenſem clericum Papæ ſuprematui refragantem, Wecilonem Moguntinum, Sigefridum Auguſtenſem, Norbertum Curien-

2011 Ministerio de Cultura

Curienſem, &c. Canones VII. Conſtitutiones variæ. Subſcriptiones Regis, legati Papæ, Epiſcoporum XIV. & Eckberti Marchionis Saxonum Brunovicenſium, Henrici Craſſi filii Ottonis Ducis Bavariæ & Conradi Comitis à Beuchlingen.

* *Compendienſe*, præſide Raynaldo metropolitano Remenſi. Privilegia eccleſiæ SS. Cornelii & Cypriani monaſterii Compendienſis ad Iſaram fluvium; & de eccleſia SS. Acei & Acheoli dotata à Rorico Ambianenſi Epiſcopo, Ingelramno Comite & Euſtachio Vicecomite, ex Dacherii Tom. 2. Spicileg. pag. 598. 601.

Moguntinum, quo comprobata depoſitio Gregorii VII. & in ejus locum ordinatio *Wiberti* ſive *Guiberti*, qui *Clemens* dici voluit.

1086. *Ravennenſe*, in quo Ravennatis eccleſiæ privilegia à Wiberto, Antipapa Clemente confirmata ſunt.

HARDUINI TOM. VI. PARS II.

* De electione & conſecratione *Victoris III.* Papæ epiſtolæ duæ Hugonis Lugdunenſis ad Mathildem, una ex Chronico Virdunenſi Hugonis Flaviacenſis tom. 1. Bibl. novæ MSS. Labbei p. 232. & altera ex Dacherii T. 2. Spicileg.

1087. *Capuanum* Concilium, in quo Victor, expulſo Wiberto ſive Clemente, Papa conſecratus eſt.

Beneventanum, quo idem Gvibertus excommunicatus.

1088. *Urbani II.* Papæ epiſtolæ XXI. & * appendix aliarum ejusdem Papæ epiſtolarum XXXIX. ubi etiam poſt XXXVI. *Raynoldi* Archiep. Remenſis ternæ litteræ ad *Lambertum* Atrebatenſem, & ſingulæ ad Urbanum Papam & Robertum Flandriæ Comitem: Atrebatenſium ad Raynoldum & Urbanum, Lamberti ad Raynoldum & clericos Atrebatenſis eccleſiæ. Narratio, quomodo Lambertus ad Concilium Claromontenſe proficiſcens in itinere capitur. Aliæ binæ Raynoldi ad Lambertum epiſtolæ.

1089. *Romanum I.* CXV. Epiſcoporum, quo res Gregorii VII. & Victoris III. contra Gvibertum Antipapam & Henricum Imp. confirmantur.

2011 Ministerio de Cultura

* *Santonense*, in quo Amatus ex Oleronensi Episcopo factus Archiepisc. Burdegalensis.

Trojanum Episcoporum fere LXXV. Abbatum XII. in Apulia, de conjugiis consanguineorum dissolvendis, & pœna eorum, qui treviam Dei fregerit.

Melfitanum in Apulia, de disciplina Ecclesiastica instauranda Canones XVI. * Epistola Joannis diaconi Rom. ad Abbatem Molismensem.

*A.C. 1090. *Narbonense*, à Dalmatio Narbonensi Archiep. de jure Crassensis monasterii. Partes duæ actorum. Subscriptiones Carcassonensis & aliorum duorum Episcoporum, abbatumque, archidiaconorum & monachorum XVI.

Toletanum (male *Tolosanum* Galliæ in Conciliorum collectoribus) pro expurgando Toletano Episcopo, ritibus Hispan. ecclesiæ reformandis. Quod Mezquita Maurorum facta est ecclesia Christianorum. De commutatione officii Toletani.

*1091. *Legionense*, æra Hispan. 1129. in quo inter alia statutum, ut secundum regulam B. Isidori Hisp. Ecclesiastica officia in Hispania regerentur.

Beneventanum, quo Gvibertus Antipapa & ejus complices iterum excommunicantur, & de disciplina Ecclesiastica Canones IV.

*1092. *Svessionense*, præside Raynaldo Archiep. Remensi contra *Roscelini*, Compendiensis dialectici tritheismum. Anselmi (postea Archiep. Cantuar.) epistola 41. libri 2. & cap. 1. libri de fide: Ivonis Carnotensis epistola 7. ad Roscelinum, Petri Abælardi (cujus præceptor Roscelinus fuerat) epistola 21. ad Gaufredum Parisiensem Episc. Confer Theobaldi, Stampensis clerici epist. ad Roscelinum tom. 3. Spicilegii Dacheriani p. 142.

* *Remense*, quo Robertus Comes Flandriæ morientium clericorum bona occupare est prohibitus. Urbani II. Papæ ad Robertum epistola: Cleri Flandrensis ad Raynaldum Archiepiscopum Remensem.

* *Stampense*, adversus ordinationem Ivonis Carnotensis, de quo constat ex Ivonis epistola XII. ad Urbanum II. Papam.

* *Parisiense*, in quo confirmata sunt bona abbatiæ S. Cornelii Compendiensis.

Troja-

2011 Ministerio de Cultura

Trojanum, quod hoc loco ſecundum ponitur à Binio ex Baron. neutiquam diverſum eſt ab illo, quod fuit ſupra A. 1089.

*A.C. 1093. Conventus Epiſcoporum *Angliæ* ad conſecrandum Anſelmum Archiep. Cantuar.

1094. Concilium *Rochingamiæ*, in quo regni Angliæ nobilitas cum Epiſcopis & clero convenit ſtatuitque Archiepiſcopum Anſelmum contra Regis voluntatem non poſſe pallium ab Urbano II. petere, quem Rex Papam necdum ſuſceperat.

Conſtantienſe pro reformanda diſciplina Eccleſiæ.

* *Remenſe*, ſub Richerio Senonenſi Archiepiſcopo, ad quem epiſtola XXXV. Ivonis Carnotenſis.

* *Brivatenſe*, de cauſa majoris monaſterii Turonenſis contra Rodulphum Archiep.

* *Dolenſe* colloquium, præſentibus Epiſcopis & abbatibus de eadem cauſa.

Concilium *Eduenſe* ſive *Auguſtodunenſe*, (Baronio, Binio & aliis minus bene *Oſtionenſe*) in quo Rex Francorum Philippus excommunicatus eſt, quod vivente uxore ſua alteram ſuperinduxit.

1095. *Placentinum*, in cauſa Praxedis ab Imp. Henrico repudiatæ, nec non Philippi Regis Francorum, & in cauſa Alexii Comneni Imp. CPolitani auxilium petentis, contra Paganos & Saracenos: Multa etiam alia conſtituta & adverſus Gvibertum Antipapam, adverſus hæreſin Simoniacorum, Nicolaitarum ſive Clericorum incontinentium, hæreſin Berengarianam, &c. In hac Synodo quatuor millia fere clericorum & plusquam triginta millia laicorum fuiſſe perhibentur. Capitula ſtatutorum XV. confirmata mox in Claromontano & repetita deinde in Romano A. 1099. Concilio. Ivonis Carnotenſis epiſtola XLVI. ad Urbanum II. Papam.

Claromontanum ſive *Aruernenſe*, Canones XXXII. Wilhelmi Epiſcopi Pictavenſis teſtimonium, Archiepiſc. Dolenſem Turonenſi ſubjici debere. Synodalis concio Urbani II. Papæ *pro expeditione Hieroſolymitana ſuſcipienda*, ex Wilhelmo Tyrio de bello ſacro lib. 1. c. 15. Alia ex Gvilhelmo Malmesbur. lib. 4. c. 2. Decretum Papæ & Synodi de Primatu Lugdunenſi. Lotharii Auguſti reſcriptum de cœnobio Saviniaco eidem ecclesiæ

2011 Ministerio de Cultura

cleſiæ donato. Gvikelmi Auſcitani Archiep. & Alexandri III. Papæ epiſtola de treuga & pace. Paſchalis Papæ epiſtola pro Canone ſeptimo Concilii Aruernenſis ſive Claromontani confirmando. Concilii Claromontani Canones IX. ex Cencii Camerarii MS. Ejusdem Concilii canonum breviarium, ex Wilhelmo Malmesbur. IV. 2. & Matthæo Pariſio ad A. 1095. Canones XXIV. Alii Canones X. Godfridi Vindocinenſis epiſtola ad Ulgerium Andegavenſem Epiſcopum, de altarium redemtionibus vetitis, canone ſeptimo Concilii Claromontani. Pars actorum, quæ ſpectat cauſam Turonenſis Archiep. & monachorum majoris monaſterii.

† *Petri de Marca* diſſertatio *de primatu Lugdunenſi.* Labbe p. 519--572. & ad Canones I. II. VII. & XXVIII. Concilii Claromontani notæ p. 572--588.

Anglicanum Concilium, in cauſa Anſelmi Cantuar. Regi obſequi & Urbano II. renunciare nolentis.

* *Lemovicenſe*, cui præfuit Urbanus H. urgens *expeditionem Hieroſolymitanam.*

* A. C. 1096. *Rotomagenſe.* Canones VIII. Probata capitula Synodi Claromontanæ.

Turonenſe pro *expeditione Hieroſolymitana*, cauſisque aliis. **Urbani II.* epiſtola de Cormavicenſi cœnobio ex Dacherio T. 6. ſpicilegii. Subſcriptiones Papæ, Epiſcoporum & Cardinalium XVI. Prioris, Præceptoris, Præpoſitorum III. & Subdiaconi. *† Ivonis epiſtola 159. ad Paſchalem II. Papam.

* *Santonenſe*, in quo imperatum jejunium omnibus Apoſtolorum vigiliis. Privilegium monaſterii Vindocinenſis, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum VIII.

* *Nemauſenſe.* Canones XVI. Raimundi Comitis Toloſani donatio terræ S. Ægidii, Odiloni abbati Cluniacenſi, cum ſubſcriptionibus Cardinalium & Epiſcoporum XI. monachorumque & Laicorum complurium. Confirmatio Urbani II. Papæ. Ex Dacherio tom. 2. ſpicileg. p. 20. 21.

1097. *Barenſe*, pro *Græcis* cum Romanis Eccleſiis conciliandis.

* *Hibernicum*, quo Murchertachus Hiberniæ Rex cum Epiſcopis & Pro-

2011 Ministerio de Cultura

proceribus Anſelmum Cantuar. rogant, ut Waterfordenſi Episcopum ordinet.

* *Gerundenſe*, pro Eccleſiaſticæ libertatis dignitate corroboranda.

A. C. 1098. *Romanum II.* quo conceſſæ Regi Anglorum in cauſa Anſelmi Cantuar. induciæ.

* *Burdegalenſe*, cujus acta nulla exſtant.

Romanum, à Gviberti Antipapæ fautoribus. Epiſtola Synodalis Epiſcoporum & Principum, qui præſentes adfuere.

1099. *Romanum III.* Urbani Papæ, qui Gvibertum Antipapam ejusque fautores iterum excommunicat, & expeditionem Hieroſolymit. urget. Canones XVIII. contra Simoniacos & de variis capitibus, quorum prima XII. è Concilio Placentino A. 1095.

* *Audomarenſe*, de pace ſervanda. Canones V.

Hieroſolymitanum, ubi pulſo Arnulfo invaſore Theobertus Piſanus eligitur in Patriarcham Hieroſol.

Paſchalis II. Papæ epiſtolæ 1] ad exercitum in Palæſtina militantem. 2] Albericum abbatem novi monaſterii Cabilonenſis, 3] Anſelmum Cantuarienſem. 4] Bernardum Archiep. Toletanum. 5] Archiepiſcopum Panormitanum. 6] Archiepiſcopum Polonorum. 7] *Leodienſium* invectiva adverſus Paſchalis Papæ litteras datas ad Robertum Flandrenſium Comitem, quibus ut Leodienſes clericos cum Henrico Imp. facientes omnibus viribus perſequatur, ſvadet. Paſchalis II. Papæ epiſtolæ aliæ ab 8. ad 32] & * à 33. ad 103] quibus addi poteſt 104] ad Canonicos Eccleſiæ Carnotenſis ex tomo XIII. ſpicilegii Dacheriani: ex cujus tomo tertio adjungitur ad epiſt. 35. *juramentum Philippi Regis Francorum*, quo cum Bertrada non amplius cohabitaturum ſe ſuit pollicitus, unde abſolutus eſt in Concilio Pariſ. A. 1105.

† Fragmenta decretorum Paſchalis II. Papæ ex Gratiano.

Stampenſe Concilium. Epiſtola Synodica Ivonis & aliorum Epiſcoporum Stampis congregatorum ad Philippum Tricaſſinum Epiſc. inter epiſtolas Ivonis, unde octogeſima.

* 1100. *Valentinum*, quo Norigaudus Eduenſis Epiſc. à ſacerdotali officio ſuſpenſus, & Hugo abbas Flaviacenſis, quem monachi pepulerant, reſtitui juſſus eſt.

2011 Ministerio de Cultura

* *Pictavense I.* in causa Philippi Francorum Regis, qui dimissam Bertradam revocaverat, aliisque variis Ecclesiasticis capitibus. Canones ejusdem Concilii XVI.

* *Ansanum*, in quo de Hierosolymitana expeditione actum est.

* Conventus *Villæbertrandi* ad dedicandam Ecclesiam S. Mariæ Villæbertrandi in diœcesi Gerundensi.

A.C. 1101. *Mediolanense*, de Grosulano per Simoniam intruso Archiepisc. Mediolanensi. Labbe p. 1832.

†† Comitia Legionensia, *Cortes*, hoc anno peritiores collocant, arbitranturque Rodericum Toletanum & Lucam Tudensem Comitia ista confudisse cum Concilio Legionensi A. 1091. *Harduin.*

1102. *Romanum* Lateranense I. contra Henricum IV. Germaniæ Imp.

Londinense I. pro reformanda ecclesia, sub Anselmo Cantuar. Canones XXIX. *Anselmi* epistola ad Wilhelmum Archidiaconum. Ejusdem epistolæ aliquot Canonicæ 1] ad Henricum Anglorum Regem. 2] ad - - - - Fratrem. 3] ad Wilhelmum Abbatem.

1103. *Romanum II.* quo Grosulanus in sede Mediolanensi confirmatur, licet Simoniacum esse Liprandus presbyter ignis judicio probaverat.

1104. *Trecense I.* in causa Silvanectensis Episcopi de simonia per calumniam accusati. * Privilegium ecclesiæ S. Petri Trecensis, nec non Molismense.

* *Romanum* Lateranense III. quo excommunicati fautores investiturarum faciendarum à Rege & Laicis.

† *Balgenciacense*, in episcopatu Aurelianensi, de causa Philippi Regis. Vide Ivonem epist. 144.

†† *Fusselense* apud S. Mariam de Husillos, prope Palentiam in Hispania, ubi de finibus regundis inter Episcopos Oxomensem & Burgensem agitur, aliisque capitibus. Acta refert Sandovalius fol. 161.

* 1105. *Parisiense*, in quo Rex Francorum Philippus & Bertrada absoluti. Philippi Regis epistola ad Lambertum Atrebatensem Episc. Lamberti ad Paschalem Papam, in qua juramentum,

2011 Ministerio de Cultura

tum, quod fuit etiam ſupra poſt epiſtolam Paſchalis Papæ trigeſimam quintam.

Florentinum, contra Fluentium Epiſc. Florentin. qui jam tum natum eſſe Antichriſtum docebat.

Quintilineburgenſe ſeu *Northuſenſe* potius apud Northuſam (ſub Henrico V. contra patrem rebellante) pro reformandis eccleſiæ moribus.

Conventus *Moguntinus*, quo Henricus IV. coactus Imperio ſe abdicavit, filioque illud tradidit.

*A.C. 1106. *Pictavenſe II.* præſente Boamundo Antiochiæ Duce, qui ad ſubſidium contra Turcos in Palæſtina ferendum, Chriſtianos accendebat.

* *Lexovienſe*, rebus Normanniæ componendis.

* *Gvaſtallenſe* in Longobardia, de ſchiſmaticis Epiſcopis & clericis in unionem Eccleſiæ aſſumendis, & de aliis Eccleſiaſticæ diſciplinæ capitibus, ex Cencii Camerarii MS. & ex Binio. Paſchalis II. Papæ epiſtolæ III.

1107. *Hieroſolymitanum*, quo Ebremarus depoſitus & Daibertus ſedi Hieroſol. Patriarcha reſtitutus eſt.

*Conventus *Floriacenſis* Epiſcoporum, Abbatum, Procerum, quo S. Benedicti corpus coram Ludovico Francorum Rege deſignato de Caſſinomonte translatum eſt.

Trecenſe contra Simoniacos, & Laicos collatores beneficiorum, deque aliis Eccleſiaſticæ diſciplinæ capitibus.

Londinenſe II. de inveſtitura beneficiorum Eccleſiaſticorum à Laicis non accipienda.

*1108. *Londinenſe III.* adverſus incontinentes presbyteros, diaconos & ſubdiaconos. Canones X.

Beneventanum, de inveſtitura beneficiorum Eccleſ. à Laicis non ſumenda.

* *Rotomagenſe*, ſub Gvillelmo Archiepiſcopo, de neceſſariis Eccleſiæ rebus.

1109. *Londinenſe IV.* in cauſa Thomæ Archiep. Eboracenſis. Anſelmi Cantuar. epiſtola ad Ranulfum Dunelmenſem Epiſc. & ad Thomam duæ.

2011 Ministerio de Cultura

Pictavense male hoc anno à Binio refertur, cujus Canones XIV. fuere ſupra A. 1100.

* *Laudunense*, ſub Gerardo Engoliſmenſi in Gallia Epiſcopo, in quo eccleſia S. Petri Trenorcienſibus vindicatur adverſus Epiſcopum & Canonicos Nannetenſes, & Capella S. Stephani monachis Majoris monaſterii, adverſus Canonicos Camiliacenſes.

Remense in cauſa Godefridi Ambianenſis Epiſcopi.

*A.C. 1110. *Romanum IV.* Lateranenſe, de rebus Eccleſiæ per Epiſcopos ordinandis, diſpoſitioneque earum non per Laicos facienda.

* *Claromontanum*, quo excommunicati perſecutores eccleſiæ Mauriacenſis, præſide Richardo Albanenſi, Papæ legato. Ejusdem epiſtola.

* *Toloſæ* Concilium hoc anno celebratum, ex Richardi epiſtola conſtat. Acta periere.

* *Floriacenſe*, de eadem cauſa Mauriacenſi.

1111. *Hieroſolymitanum II.* quo Henricus IV. Imp. excommunicatus per Cononem Papæ legatum.

Lateranense, vulgo *ſecundum*, quo à centum plus minus Epiſcopis prvilegium, quod de concedendis beneficiorum inveſtituris à Paſchali II. Papa, Imperator Henricus V. expreſſerat, revocatur, & Imperator anathemati ſubjicitur. Acta Concilii ex Nicolao Aragonio & à Binio collecta. *Joannis Tuſculani* Epiſcopi epiſtola ad Richardum Albanum Epiſc. ex Papyrii Maſſoni notis ad Ivonis epiſtolas. *Paſchalis* Papæ ad Henricum V. Imp. epiſtola, qua inveſtituræ jus per annulum & baculum ei concedit.

1112. *Viennense* in Germania, quo Henricus V. Imp. ob extortas inveſtituras excommunicatur. Epiſtola Synodi ad Paſchalem Papam. Papæ ad Gvidonem Viennenſem & cæteros Epiſcopos.

* *Anſanum*, de fide: & de Laicorum inveſtituris. Epiſtola Synodica Epiſcoporum provinciæ Senonenſis ad Joannem Archiepiſc. Lugdunenſem. Joannis Archiepiſcopi Lugd. ad Daimbertum Senonenſem Archiep.

A.C. 1113.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 1113. *Beneventanum*, de cauſis quibusdam ſpecialium eccleſiarum jura ſpectantibus.

*1114. *Windlesborenſis* Conventus Epiſcoporum & Procerum Angliæ, in quo electus *Radulfus* Cantuarienſis Archiep. præſente Henrico Rege.

Apud *Cyperanum* ſeu *Ceperanum*, ad ripam fluvii Liris, ubi Caſſinenſis monachus, qui invitus in monaſterium intruſus fuerat, à voto abſolvitur, & Gvilelmus Dux Apuliæ Calabriæque conſtituitur.

Beluacenſe, à Conone legato Papæ, adverſus Henricum V. Imp. & de revocando è Carthuſia S. Godefrido Ambianenſi Epiſcopo.

* Excerpta ex variis Conciliis & decretis ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantia. Capita XXVI.

†† *Palentinum*, in quo Lucenſi Eccleſiæ jamdudum vacanti Epiſcopus eſt adſignatus ab Archiepiſc. Toletano Bernardo eodemque Papæ legato.

†† *Compoſtellanum*, ſub Didaco Gelmirez, Epiſcopo Compoſtellano, editum à D. Cardinale de Aguirre, T. 3. Concil. Hiſpan. pag. 322. ex hiſtoria Compoſtellana MS. Decreta brevia ſive Canones XXV. de cauſis & perſonis Eccleſiaſticis.

*1115. *Sveſſionenſe* adverſus Henricum V. Imp. & de S. Godefrido Ambianenſi Epiſc. è Carthuſia revocando.

Remenſe, in quo iterum damnatus Henricus Imp. & Godfridus Ambianenſem ſedem juſſus repetere.

* *Colonienſe* & *Catalaunenſe*, itidem contra Henricum Imp. perinde ut ſuperiora duo præſide Conone legato Papæ habita.

Syriacum in cauſa Arnulfi Patriarchæ Hieroſol. qui depoſitus, mox à Papa, ut reverti ad Patriarchatum liceret, obtinuit.

Trojanum Epiſcoporum Procerumque Apuliæ in cauſa treugæ ſive pacis Dei.

* *Trenorcienſe*, a Gvidone Viennenſi Archiepiſc. legato Papæ, in cauſa eccleſiarum Veſontionenſium S. Joannis & S. Stephani. Epiſt. Paſchalis II. Papæ 1] ad Gvilelmum Biſontinum Epiſc. 2] ad Gvidonem Archiep. Viennenſem. Acta Concilii ex Calli-

2011 Ministerio de Cultura

sti II. litteris ad Anſericum Archiepiſc. Biſontinum. Confer Jo. Jacobi Chifletii Veſontionem parte 2. p. 238. ſeq.

†† *Ovetenſe*, editum à D. Cardinali de Aguirre, tom. 3. Concil. Hiſpaniæ p. 324. ex MSS. Eccleſiæ Toletanæ. Canones III. quorum ultimus, ne quis pro aliqua calumnia à dextris Eccleſiæ infra LXX. paſſus extrahatur.

A. C. 1116. *Colonienſe*, ob promulgandam excommunicationem in Henricum Imp. cum Cardinalis Theodoricus legatus Papæ Concilio præfuturus, in itinere prius fuiſſet mortuus.

Latennenſe III. quo Acta Concilii Lateranenſis ſecundi A. 1111. contra Henricum habiti confirmantur. *Paſchalis II.* Papæ decretum Synodale de cauſa Veſontienſis Eccleſiæ, ex Chifletii hiſtoria Trenorcienſi. Subſcriptiones Epiſcoporum & Cardinalium XVII.

* *Serberienſis* ſive apud Serberiam conventus Epiſcoporum, Abbatum & Principum totius Angliæ, quo Gvilielmo Henrici Regis filio, ſacramento ſe obligant.

* *Lingonenſe* ſub dio, *placitum Dei* inde dictum, de variis cauſis Eccleſiaſticis: aliud inde *Divionenſe* & duo item *Lingonenſia*.

1117. *Beneventanum II.* præſente Papa Paſchali II. ubi excommunicatus *Mauritius Burdinus* Bracarenſis Epiſcopus.

* *Trenorcienſe*, in quo confirmatum jus patronatus Stephani Divionenſis Epiſcopi ſuper eccleſiam S. Martini de Arcu ad Tiliam.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XXVII.

1118. *Gelaſii II.* Papæ epiſtolæ VII. duæ poſtremæ deſunt in Regia edit. At primæ tres ſpectant *Mauritium* Bracarenſem, quem Antipapam *(Gregorium VIII.)* ordinari fecerat Henricus Imp.

Capuanum Concilium, quo iterum excommunicatur cum Henrico V. Mauritius antipapa.

Colonienſe, quo excommunicatio in Henricum V. promulgatur, præſide Conone Prænestino, Papæ legato.

Frideslarienſe, de eadem cauſa & eodem præſide.

* *Tolo-*

2011 Ministerio de Cultura

* *Toloſanum*, de ſacra in Hiſpaniam expeditione adverſus Saracenos.

* *Engoliſmenſe*, in quo confirmandi aliquot Epiſcopi.

* *Rotomagenſe*, quo Rex Angliæ Henricus cum Radulpho Cantuarienſi aliisque baronibus tractavit de pace regni cauſisque Eccleſiaſticis, teſte Orderico Vitali lib. 12.

A.C. 1119. *Viennenſe*, quo transacto Papa Gelaſius poſt paucos dies obiit, teſte Urſpergenſi. Geſta nulla exſtant.

Calixti II. Papæ epiſtolæ XXXV. ex quibus ſolæ primæ VIII. in edit. Regia. * *Ludovici VI.* Francorum Regis ad Calliſtum Papam, ne Senonenſis Eccleſia ſubjiciatur Lugdunenſi.

Toloſanum. * Canones X. Epiſtola Synodalis Calliſti II. Papæ pro cella S. M. de Gordiano adjudicanda Anianenſi monaſterio, adverſus Arelatenſem Archiepiſc. & monachos Caſæ Dei. Subſcriptiones Epiſcoporum, Cardinalium & Abbatum XVII. Alia acta de eccleſiis Amantiani & S. Saturnini, ex Catelli libro V. commentariorum Occitaniæ.

* *Remenſe*, præſentibus Papa Calliſto II. & Ludovico VI. Rege Francorum, Archiepiſcopis XV. Epiſcopis plusquam CC. & Abbatibus totidem : de inveſtituris Eccleſiaſticis, ſimoniaca hæreſi, excommunicatione Henrici V. Imp. aliisque cauſis. Canones V. Statutum Calliſti Papæ de trevia ſive pace Dei. Ejusdem Concilii Acta ex Orderico Vitale. Alia ex commentariolo Heſſonis Scholaſtici.

*De *Thurſtano* Eboracenſi Archiep. qui A. 1115. jam electus, Cantuarienſi præterito, cui noluit ſubjici, hinc contra fidem Regi datam, conſecrationem ſive epiſcopalem benedictionem Remis à Papa accepit.

De duobus Conciliis à Papa Calliſto II. celebratis, *Remenſi* & *Romano*. Duæ breves ſynodicæ Calliſti II.

* *Rotomagenſe* ſub Goiffredo Epiſcopo, adverſus presbyteros mulierum conſortium habentes.

* *Beneventanum* adverſus prædones.

* 1119. *Bellovacenſe* ſub Conone Prænestino, Papæ legato : ubi inter alia poſt libellum de S. Arnulfi Epiſcopi Sveſſionenſis vita & mira-

2011 Ministerio de Cultura

miraculis commendatum ab Aldenborgenſi Abbate actum fuit de ejus corpore terra levando.

A. C. 1120. *Neapolitanum* in Samaria, auctoritate Gvaremundi Hieroſolymitani Patriarchæ, ad reformandos mores Eccleſiæ. Hujus Acta collectoribus Conciliorum præterita edidit Chriſtianus Lupus ad calcem epiſtolarum ad concilium Epheſinum generale ſpectantium, pag. 482---488. Capitula XXV. Lovanii 1682 4.

* *Sveſſionenſe*, in quo condemnatus *Petrus Abælardus* velut reus Sabellianiſmi.

* 1121. *Quintilineburgenſis* Conventus ſub Imperatore Henrico V. de ſtatu Imperii, de inveſtituris eccleſiarum, de hereditate Sicfridi Comitis Palatini & de aliis negotiis.

1122. *Romanum*, quo Caſſinenſis monaſterii Abbas Oderiſius II. conſecratur, ejusdemque monachi à querela Epiſcoporum abſolvuntur.

* *Wormatienſis* Conventus, in quo Papæ & Henrici V. Imp. concordata de inveſtitura Epiſcoporum & Abbatum Teutonici regni per ſceptrum ab Imp. & per annulum ac baculum à Papa accipienda.

Lateranenſe generale. Calliſti II. Papæ epiſtola ad Gallos clericos & laicos, & altera ad Henricum Imp. Canones XXII. †Steph. Baluzii ad aliquot Canones notæ. Reſtitutio inveſtiturarum ab Henrico Imp facta, in hoc Concilio confirmata cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum VIII. Abbatis Fuldenſis, Ducum duorum, totidemque Marchionum: & Comitum quatuor, inque his duorum Palatinorum. Conceſſio Calliſti Papæ Henrico Imp. facta. Concilii acta ex variis ſcriptoribus collecta à Binio.

* 1124. Concilia quatuor *Gallicana*, *Carnutenſe*, *Claromontanum*, *Bellovacenſe* & *Viennenſe*, quorum acta deſiderantur.

Honorii II. Papæ epiſtolæ VII. quarum ſecunda pallium confert *Wilhelmo* Tyri Archiepiſcopo. Tres poſteriores in Regia edit. non exſtant.

1125. *Londonienſe* ſive *Weſtmonaſterienſe*, de reformandis pravis eccleſiæ moribus. * Honorii Papæ epiſtolæ tres, ad Joannem de

2011 Ministerio de Cultura

de Crema Cardinalem legatum ſuum, ad Anglos, & ad Davidem Scotorum regem. * Wilhelmi Cantuarienſis Archiep. ſummonitio. Capitula XVII.

*A. C. 1127. *Namnetenſe.* Hildeberti Cenomanenſis Archiep. ad Honorium Papam, Honorii ad Epiſcopos provinciæ Turonenſis epiſtola.

Londonienſe ſeu *Weſtmonaſterienſe II.* pro reformandis moribus eccleſiæ. Capitula XII.

1128. *Trecenſe* ſive *Tricaſſinum*, quo *Templariis* militibus anno ſuæ inſtitutæ religionis nono, una cum regula aſſignatus eſt habitus albus. *Regula Templariorum* ſive pauperum commilitonum CHriſti, templique Salomonici & ſanctæ civitatis. Capita LXXII.

Ravennatenſe, quo Aquilejenſis & Venetiarum Patriarchæ ſunt depoſiti.

* 1129. *Pariſienſe* apud S. Germanum de Pratis. Matthæi Albanenſis Epiſcopi, de Argentolienſi monaſterio abbatiæ S. Dionyſii reſtituendo, legati Papæ ſynodale decretum, & Honorii II. epiſtola, nec non Ludovici Craſſi ejusque filii Philippi, Franciæ Regum, quibus illud confirmatur. Subſcriptiones amborum Regum, Adelaidis Reginæ, XI. Epiſcoporum, Rodulfi Comitis, Chludovici Buticularii & Simonis Cancellarii.

Londonienſe, de prohibendis Sacerdotum focariis ſive concubinis. Vide Huntindonienſem lib. 7. p. 384. Matthæum Pariſium & Annales Wawerleienſes.

†† *Palentinum* ſive *Placentiæ* celebratum, æra 1167. primo editum à Cardinale de Aguirre T. 3. Concil. Hiſpan. p. 340. & inde ab Harduino p. 2053. Canones XVII. *Adelphonſi* Hiſpaniæ Imperatoris, donatio Emeritenſis civitatis, quam adhuc ſub Saracenorum dominio conſtitutam, concedit ſedi Compoſtellanæ.

* *Aurelianenſe*, ad quod vocatus Godfridus Vindocinenſis ire recuſavit, ut conſtat ex ejus lib. 1. epiſt. 29. ad Umbaldum Archiepiſc. Lugd.

* *Toloſanum*, de inquirendis hæreticis. Capitula XVII.

2011 Ministerio de Cultura

Innocentii II. Papæ epiſtolæ XLVIII. ex quibus tantum primæ duodecim ſunt in Regia editione. In nona Rogerio titulum Regis Siciliæ, ab Honorio II. conceſſum, confirmat; decima tertia *Adalberoni, Hammenburgenſi Archiepiſcopo*, Epiſcopatus Daciæ, Svediæ, Norwegiæ, Farriæ, Gronlandiæ, Helſingaldiæ, Islandiæ, Scrideringiæ & Sclavorum ſubjiciuntur ad preces Lotharii Regis & ad formam privilegiorum Gregorii, Sergii, Leonis, Nicolai, Benedicti & Adriani, ad quæ etiam in epiſtolis ad Danorum Regem Nicolaum & ad Svedorum Regem provocat. Epiſtola XLI. debacchantis *Judaicæ* rabiei meminit, è qua ſe & fratres ſuos lætatur ereptum.

*A.C. 1130. *Anicienſe, Claromontanum* atque *Stampenſe*, in quibus tribus excommunicatus Petrus Leonis ſive *Anacletus* a) Antipapa.

Jotrenſe pro vindicanda nece S. Thomæ, Prioris S. Victoris Pariſienſis. Stephani Epiſcopi Pariſ. epiſtolæ binæ, tertia Hugonis Gratianopolitani Epiſc. & quarta Innocentii II. Papæ. Epitaphium S. Thomæ occiſi.

1131. *Remenſe*, in quo iterum excommunicatus Anacletus Papa, & coronatus ab Innocentio II. Ludovicus VII. Francorum Rex, rogante Patre Ludovico Craſſo.

* Canones XVII. in cauſis diſciplinæ Eccleſiaſticæ.

Leodienſe, quo Halberſtadienſis Epiſcopus Otto priſtino honori reſtituitur, atque iterum excommunicatur Anacletus Papa.

Moguntinum, in cauſa Brunonis Argentinenſis Epiſcopi, qui abdicare ſe eſt coactus ob violentiam, intruſionem, & alias injurias.

1132. *Placentinum*, adverſus Anacletum antipapam.

* Conventus *Creiſſanus* in agro Narbonenſi ad eccleſiæ S. Martini dedicationem. Subſcriptiones Arnoldi Narbonenſis & aliorum trium Epiſcoporum.

1133. *Northamptonienſe*, in quo Robertus Exonienſi Eccleſiæ datus Epiſcopus, & Abbates duo conſtituti. Labbe p. 991.

1134. *Piſanum*, iterum contra Petrum Leonem ſive Anacletum antipapam.

* Ste-

2) Anacleti hujus Epiſtolas XXXVIII. ab A. 1130. ad 1138. ſcriptas edidit Chriſtianus Lupus Lovan. 1682. 4. ad calcem Epiſtolarum Epheſinarum p. 491. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

* *Stephani* Angliæ Regis diploma de libertatibus ecclesiæ Anglicanæ, ex tomo II. Concilior. Britanniæ.

* *Narbonense*, de calamitate diœceseos Helenensis, cui incubabant piratæ Saraceni.

*A. C. 1136. *Antiochenum*, in quo nuper intrusus Radulphus Patriarcha deponitur ab Alberico Ostiensi Episcopo Papæ legato. Vide Guil. Tyrium lib. XV. c. 15.

* *Hierosolymitanum*, ubi actum de fidei articulis cum Catholico *Armeniorum*. Idem Tyrius lib. XV. c. 18.

Svessionense, quod hoc anno habet Binius, vide ad A. 1220.

†† *Burgense* in Hispania, præside Gvidone Cardinali, Papæ legato, ut refert Sandovalius p. 161.

1137. *Vallisoletanum*, eodem Gvidone præside, ut idem Sandovalius colligit ex charta quadam Alfonsi VII. Regis.

1138. *Londonienſe* seu *Westmonasterienſe*, ab Alberico Ostiensi, Papæ legato, cum XVIII. Episcopis & XXX. Abbatibus. * Canones XVII.

Northamptonienſe, quod hoc loco habet Labbeus, vide ad A. 1333.

1139. *Lateranense* generale, sub Innocentio II. mille circiter Episcoporum contra Anacletum antipapam ejusque fautores: & contra *Arnoldum* de Brixia a) discipulum Petri Abælardi. Hujus Synodi Canones XXX. de variis disciplinæ capitibus. Acta Concilii ex Chronico Mauriniacensi. Alia collecta à Binio.

Wintonienſe I. pro immunitate Ecclesiastica contra Regem Angliæ Stephanum, qui castella ecclesiæ invaserat, & Episcopos nonnullos carceribus mancipaverat.

1140. *Senonense* contra *Petrum Abailardum*, præsente Ludovico VII. Rege Francorum. Epistola Synodica ad Innocentium II. Papam, cum rescripto Papæ & sententia adversus Abaëlardum, Arnaldumque de Brixia.

†† *Veralenſis* Synodus, in qua Grimaldus archicanonicus jussus est Episcopo suo obedientiam præstare, ut refertur in Jo. Mabillonii museo Italico tom. I. p. 242.

1142. *Wintonienſe II.* in quo flagitatum, ut Rex Stephanus de captione liberaretur.

a) De hoc Guntherus lib. 3. Ligurini v. 261. seq.

2011 Ministerio de Cultura

Antiochenum contra Radulphum Patriarcham. Vide Guil. Tyrium lib. XV. c. 15.

* *Latiniacense*, ab Ivone Cardinale Presbytero, Papæ legato, ubi compositæ variæ controversiæ, præsertim inter Atrebatensem Episc. & monachos Marchianenses.

* *Westmonasterienſe*, in quo Stephanus Rex præsens de injuriis à populo suo sibi illatis conqueritur.

††A.C. 1143. *Hierosolymitanum* contra *Armeniorum* in fide errores.

††*CPolitanum*, in quo depositi sunt Episcopi duo præter Canones ordinati, & Bogomilorum hæreseos accusati. Exstat decretum Synodale apud Allatium lib. 2. de consensu utriusque ecclesiæ cap. 12.

Londonienſe contra sacrilegos rerum & personarum Ecclesiasticarum violatores.

* Synodus *Anglicana*, ab Alexandro Lincolnienſi Episcopo, legato Papæ Innocentii II. anno Stephani Regis octavo.

Cæleſtini II. Papæ epistolæ duæ ad Cluniacenses, & tertia ad Toletanum Archiepiscopum.

Lucii II. Papæ epistolæ decem. *Eugenii* Papæ epistolæ LXXXIII. ex quibus tantum primæ decem; & Lucii tantum primæ duæ exstant in editione Regia. Ex Eugenii epistolis prima est ad Ludovicum Regem Francorum de expeditione in terram sanctam suscipienda; sexta Conradum Regem Rom. Hierosolymis reversum, de variis calamitatibus solatur; post decimam quintam legitur *Sugerii* Abbatis ad Eugenium epistola; vigesima prima Eugenii Papæ ad Sugerium hunc abbatem S. Dionysii est, de Ludovici VII. regis Francorum calamitoso reditu ex transmarinis regionibus; undetrigesima timere se regi ejusque exercitui ttansmarinam expeditionem molienti non diffitetur.

* 1145. Conventus *Bituricenſis*, in quo dies statutus celebrando Vizeliacensi sive Vezeliacensi Concilio.

1146. *Vizeliacenſe* in Burgundia, pro expeditione contra Turcos suscipienda.

Carnotenſe pro eadem in terram sanctam expeditione.

* *Tarraconenſe*, de cujus gestis nihil compertum.

*A.C. 1147.

2011 Ministerio de Cultura

*A.C. 1147. *Stampenſis* conventus, in quo poſtrema Hieroſolymitanæ expeditionis capta conſilia.

Pariſienſe contra *Gilbertum Porretanum* Pictavienſem Epiſc. ejusque errores.

Remenſe contra ejusdem *Gilberti* aſſertiones fidei ſymbolum, & de variis diſciplinæ Eccleſ. capitibus Canones XVIII. Ejusdem Concilii Canonum collectio altera auctior. Acta collecta à Binio. Gaufredi monachi epiſtola ad Epiſcopum Albanenſem de rebus geſtis in cauſa Gilberti Porretani.

†† *Conſtantinopolitanum*, in quo *Bogomilorum* hæreſis, cum repullulaſceret auctore *Niphone* monacho, condemnata eſt à Michaële Oxita, Patriarcha CPol. Rem totam & Bogomilorum errores prolixe enarrat Joannes Cinnamus lib. 2. diſſentiente in multis Niceta Choniata, ut videre eſt apud Allatium lib. 2. de Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis perpetua conſenſione cap. 12. p. 669. ſeq. & in Venerandi noſtri Wolfii hiſtoria Bogomilorum, vulgata Witebergæ 1712. 4.

1148. *Trevirenſe*, in cauſa S. *Hildegardis*, montis S. Ruperti confeſſoris Abbatiſſæ, ejusque revelationum. *Eugenii* Papæ ad Hildegardim epiſtola.

* *Lincopenſe* ſeu *Lingacopenſe* in Svecia, ubi actum de archiepiſcopali ſede Lundinenſi erigenda, cum Gothi potius voluiſſent Bremenſi, quam Upſalienſi Archiepiſcopo obedire.

1151. *Balgentiacenſe*, ob cauſam divortii inter Ludovicum Francorum Regem & Eleonoram filiam Ducis Aquitaniæ.

* *Londinenſe* generale, præſentibus Rege Stephano ejusque filio Euſtachio, cum Theobaldo Archiep. Cantuar. regnique Epiſcopis & Proceribus.

* *Hibernicum* in cœnobio Mellifontis, ſub Chriſtiano Epiſcopo Liſmorenſi, Hiberniæ legato, ubi quatuor Archiepiſcopatus conſtituti, Armachanus, Dublinenſis, Caſſelienſis & Toamenſis. Interfuere Reges, Epiſcopi, Abbates, Duces & majores natu Hiberniæ.

*1153. *Wilielmi* Archiep. Eboracenſis conſtitutio, ne laico liceat arbores & herbam in cœmeteriis falcare aut auferre, ſine Eccleſiæ

2011 Ministerio de Cultura

rectoris licentia ſpeciali, & de pecuniis quæ eccleſiis legatæ ſunt, non in privatos uſus convertendis.

* *Anaſtaſii IV.* Papæ epiſtolæ X. ex tomo quarto Hiſt. Francorum du Cheſne. Earum nona *fratres S. Joannis Hieroſolymitani* in tutelam ſuſcipit, ornatque privilegiis; decima eſt ad Epiſcopos & Abbates provinciæ Burdegalenſis, de Eccleſiaſtica libertate ſervanda, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum & Cardinalium X.

*A.C. 1154. *Londinenſe*, quo pax & leges antiquæ Eduardi confeſſoris (ſupra ad A. 1049.) aliæque regni conſvetudines & charta Guilelmi I. (ſupra ad A. 1085.) confirmantur anno primo Henrici II. Angliæ Regis.

Hadriani IV. Papæ epiſtolæ XLII. ex quibus ſolæ primæ IX. in Regia edit. exſtant. Prima Henrico II. Angliæ Regi concedit privilegium ad Hiberniam occupandam. Poſt quartam ad Imp. Fridericum ſequitur Imperatoris reſcriptum, pro confirmatone electi Epiſcopi Ravennatenſis. Septima ad Baſilium Archiep. Theſſalonicenſem, pro *Græcorum* concordia. Vigeſima tertia ad Ludovicum Francorum Regem, ne ſacram expeditionem cum Anglorum Rege ſuſcipiat in Hiſpaniam, inconſultis illius terræ principibus. Undequadrageſima ad Henricum Gradenſem Patriarcham, ut CPoli & in aliis urbibus Imperii CPol. in quibus Veneti plures habebant eccleſias, Epiſcopos ordinare poſſet.

* *Sveſſionenſe*, præſente Ludovico VII. Rege, & Remenſis ac Sveſſionenſis provinciæ Epiſcopis, de pace firmanda.

†† *CPolitanum* adverſus *Soterichum Pantevgenum* Antiochæ Syriæ hypopſephium, h. e. electum Epiſcopum & quosdam alios, qui dicerent divinum ſacrificium ſoli Patri & Spiritui S. non etiam Verbo, offerri, cum ſit ipſum offerens, inquiebant: ne duæ in Chriſto perſonæ cum Neſtorio inducantur. Præfuit Synodo *Lucas* Patriarcha CPol. plurimis adſidentibus metropolitis. Decretum Synodale recitat & rem totam narrat Allatius in Vindiciis Synodi Epheſinæ p. 582. ex Niceta Choniate

2011 Ministerio de Cultura

niate & Joanne Cinnamo. Datum illud decretum 26. Jan. anni 6664. ab O. C.

*A.C.1157. *Ciceſtrenſe*, de immunitatibus Abbatiæ de Bello, quam Epiſcopus Ciceſtrenſis ſubjicere ſibi cupiebat, contra privilegium in charta Gvilelmi primi confirmatum A. 1154. in Concilio Londinenſi.

*1158. *Guaterfordiæ* in Hibernia, de Anglorum in inſulam adventu.

**Roſcomanienſe* in Conacta (Conacia) Hiberniæ provincia, ſub Edano, primo Tuamenſi Archiep.

**Remenſe*, ubi agitata controverſia inter Epiſc. Laudenſem & Abbatem. Epiſtola Bartholomæi in Fuſniaco ad conventum Remenſem.

Alexandri III. Papæ epiſtolæ LXIII. quarum tertia ad clerum Angliæ eſt, de canoniſatione *S. Eduardi* Regis Angliæ. Poſt quintam ſequitur *Thomæ* a) Cantuarienſis ad Papam epiſtola, & poſt decimam quartam alia ad Epiſcopos Angliæ. Decima Papæ eſt ad Henricum Regem Angliæ, de immunitate Eccleſiaſtica non violanda, de eodem argumento dehinc plures ad eundem Regem. Trigeſima ſecunda ad Soldanum Iconii, deſiderantem baptizari. De canoniſatione b) *Thomæ* Cantuarienſis A. 1170. interfecti, epiſtola XLIII. ſeq. Ad Indorum Regem, quem vulgo Preto Joannem, ipſe Sacerdotum ſanctiſſimum vocat, epiſtola XLVIII. ubi Philippum ei Medicum, fidei prædicatorem commendat. Hugoni Heteriano pro libro contra Græcos gratias agit, epiſtola XLIX. Ad ſubſidium terræ ſanctæ ferendum hortatur epiſtola LIX. & LX. Chriſtianos Principes ac Prælatos. De pace cum Friderico Imperatore eſt epiſtola LXI.

*Appendix prima epiſtolarum LVI. Alexandri III. Papæ, vulgata primum à Sirmondo poſt epiſtolas Petri Cellenſis Pariſ. 1613. 8. & in Sirmondi operibus tomo III. In his memorabiles epiſtola XIX. & XXII. ad *Upſellenſem* ſive *Upſalenſem* Epiſcopum, de

a) Operæ pretium erit conferre Epiſtolarum Thomæ Cantuarienſis libros quinque editos à Chriſtiano Lupo Bruxellis 1682. 4. duobus Voluminibus, in quibus & variæ Alexandri III. Papæ, & Ludovici VII. Francorum, & Henrici II. Angliæ Regis epiſtolæ.

b) Eadem in appendice Sirmondiana eſt epiſtola LIV.

2011 Ministerio de Cultura

de variis disciplinæ Ecclesiasticæ capitibus. Et XXI. ad Reges & Principes Boreales, ut adversus *Estones* Christiani nominis inimicos, fortiter pugnent. XXV. Ut *Finnos*, qui se Christianos fraudulenter simulabant, non juvent adversus hostes. XXVI. ad Trundensem Archiepiscopum & Episcopum Stavengarensem, ut Fulconi Estonum Apostolo Nicolaum socium mittant.

* Appendix secunda epistolarum CXI. ex tomo quarto Historiæ Francorum du Chesnianæ. In his epistola XVI. de Manuelis Comneni adversus Turcos victoriis, & expeditione in Palæstinam à Rege Francorum & aliis Principibus Christianis urgenda. XVIII. adversus antipapam *Victorem*. Post epistolam XX. sequuntur 1) P. Decani Ecclesiæ S. Aniani epistola ad Alexandrum Papam. 2) *Manuëlis* Imp. ad Ludovicum Regem Francorum. 3) *Friderici* Imp. ad Archiepiscopum Lugd. binæ, & 4) totidem *Ludovici* Francorum Regis ad Alexandrum Papam. 5) Friderici Imp. ad Matthæum Lotharingiæ Ducem. 6) *Victoris* antipapæ binæ ad Ludovicum Regem Francorum. Epistola XXIX. Papa optat impedire colloquium Ludovici Regis cum Friderico Imp. quod tamen sibi fraudi non fuisse gaudet epist. LXXXIII. Rogat etiam LXX. ut Rex Ludovicus Thomæ Cantuariensi exuli de aliquo episcopatu prospiciat. De excipiendo nuntio Imperatoris CPolitani, Epistola LXVIII. LXXII. LXXX. cujus etiam Imp. literas transmittit XCIII. Ad Hibernorum Regem de Concilio in Hibernia convocando, Epist. CVI. Rosam auream Ludovico Regi Francorum mittit epist. CIX.

* Appendix tertia Epistolarum XXVI. Alexandri III. Papæ è variis collecta à Labbeo. In his Epistola XVII. de canonisatione *Eduardi* Angliæ Regis, & XVIII. de *Bernardo* Claræ vallensi in Sanctorum numerum adscripto. XX. ad *Magistrum militiæ S. Jacobi* in Hispania ejusque fratres clericos & laicos, *Regula* cum subscriptionibus Papæ & Episcoporum ac Cardinalium tredecim.

A. C. 1160. *Papiense* Concilium à Friderico Imp. pro Victore III. antipapa contra Alexandrum III, Epistola 1] Imperatoris. 2] Præsientium

2011 Ministerio de Cultura

dentium Concilio Regum, Episcoporum, Principum, Abbatum. 3] Bambergensis Episcopi. 4] Canonicorum S. Petri. 5] Alexandri III. Papæ ad Arnulphum Lexoviensem Episcopum. 6] ad Archiepiscopos & Episcopos Angliæ.

* *Nazarenum*, in quo Alexandri Pontificatus ab Orientalibus Ecclesiis agnoscitur. Synodica ad Alexandrum Papam.

*A. C. 1161. *Oxoniense* contra *Waldensium* sive *Publicanorum* dogma, a *Gerardo* quodam Teutone in Angliam inductum.

In *Normannia*, sub Henrico Rege Angliæ, apud *Novum Mercatum*; & alterum *Beluacense*, sub Ludovico Rege Francorum, pro Alexandro contra antipapam Victorem.

* *Tolosanum*, itidem pro Alexandro. * Fastardi Claravallensis Abbatis ad Omnibonum Veronensem epistola, in quo multa de Concilio Papiensi, anni superioris.

Laudense, in præsentia Friderici Imp. pro Victore antipapa.

1162. *Londoniense*, quo post Theobaldum defunctum electus Thomas Cantuariensis Archiepiscopus.

* *Monspeliense*, ubi excommunicatus Victor antipapa.

1163. *Turonense V.* ubi iterum Victor, ejusque fautores excommunicati, suffragantibus XVII. Cardinalibus & Episcopis CXXIV. Sermo Arnulfi Lexoviensis. Canones X. Canones alii IX. Acta Concilii collecta à Binio. * Additio ex Nic. Triveto de duobus Episcopis depositis, qui ambo consecrati erant ad unam Ecclesiam Pampilonensem.

1164. *Clarendonense*, quo XVI. capitula consvetudinum Anglicanarum juribus regni faventium confirmantur. Alexandri Papæ epistola ad Thomam Cantuariensem. Consvetudines illæ à Papa partim damnatæ, partim toleratæ.

Northamptonense, quo Thomas Cantuar. accusatus à Rege de perjurio, condemnatusque, quod consvetudines, quas juraverat, non observasset. Alexandri Papæ epistola ad Thomam.

1166. *Herbipolense*, pro confirmando *Gvidone* sive *Paschali III.* antipapa. Friderici Imp. epistola ad populos ditioni suæ subjectos. Amici obscuri epistola ad Alexandrum III.

2011 Ministerio de Cultura

Henrici II. Angliæ Regis litteræ, de ſubtrahenda Papæ Alexandro obedientia, ſi petitionibus ipſius contradiceret.

†† *CPolitanum*, in quo *Demetrius Lampenus*, *Joannes Corcyrenſis*, & alii, qui falſo Alemannos tanquam cum Ario de Natura Divina male ſentientes accuſabant, dignitatibus privati & in exilium miſſi ſunt. Rem fuſe narrant Cinnamus libro VI. c. 2. ſeq. & Nicetas Choniates. Nomina LX. Epiſcoporum, qui Concilio adfuerunt, recitat ex MSto Leo Allatius libro 2. de conſenſu c. 12. num. 4.

*A.C. 1167. Conventus *apud Chionem* in Gallia, præſente Henrico II. Angliæ Rege, querente de Thoma Cantuar. quod comminaretur ei excomunicationem. Vide Joannis Sarisber. epiſtolam 139.

* *Anglicanum* Concilium, in quo ab Epiſcopis totius regni decretum, ut à Thoma Cantuarienſi ad Pontificem provocaretur. Epiſtola ſuffraganeorum Cantuarienſis Eccleſiæ 1] ad Thomam Archiep. 2] ad Papam Alexandrum III.

1168. *Lateranenſe*, quo excommunicatur Fridericus Imp.

†† *CPolitanum*, præſide *Michaële Anchiali* Patriarcha, in quo poſt multas altercationes ſe Græci penitus à Romana Sede ſegregarunt. Rem narrat è MStis Leo Allatius lib. 2. de conſenſu utriusque Eccleſiæ c. 12. num. 1. p. 664.

*1170. *Pariſienſe*, quo Petri Lombardi error de CHriſti humanitate, *quod CHriſtus ſecundum quod eſt homo, non eſt aliquid*, damnatus eſt. Alexandri III. Papæ epiſtola ad Wilhelmum Senonenſem Archiepiſcopum.

* Conventus Epiſcoporum ad dedicationem eccleſiæ *S. Amantii Brixienſis.*

* *Engoliſmenſe*, de donatione quadam eidem eccleſiæ facta.

*1171. *Ardmachanum* in Hibernia, in quo Hiberni Anglos ubique per inſulam, ſervitutis vinculo mancipatos in libertatem priſtinam reſtituunt.

*1172. *Caſſilienſe* in Hibernia, Archiepiſcoporum IV. & Epiſcoporum XXVIII. Canones III. alii item VIII.

Abrincatenſe, quo Henricus II. Angliæ Rex à nece Thomæ Cantuarienſis, antea per legatos Papæ abſolutus, jam ſecundo ab-

2011 Ministerio de Cultura

absolvitur, & jurato iterum promittit, quæ jam ante promiserat. Charta absolutionis Regis à legatis Papæ Alberto & Theodorico Cardinalibus. Eorundem epistola ad Gillebertum Archiep. Ravennatem. Decreta XIII. ab iisdem promulgata.

A.C. 1175. *Londoniense* sive *Westmonasteriense*, Canones XIX. de disciplina Ecclesiastica sub Richardo Archiepiscopo Cantuar. Variæ causæ Episcoporum disceptatæ.

* *Hugonis* Cardinalis, legati Papæ, adventus in Angliam, & de consilio Regis concordia inter Archiepiscopos Cantuar. & Eboracensem.

* *Windeshorense*, præsentibus Henrico II. Angliæ Rege & Regis filio, in quo Rex Conactæ in Hibernia submittit se Regi Angliæ.

* 1176. *Northamptonienſe*, præsentibus Rege Henrico II. patre, Henrico filio, & Wilhelmo Rege Scotiæ, ubi Scoticæ Ecclesiæ à subjectione Anglicanæ eximuntur.

* *Westmonasteriense*, quod contentione inter Cantuariensem & Eboracensem Archiep. mox dissolutum est.

Lumbariense in Gallia Narbonensi adversus hæreticos, qui *boni homines* dicebantur (Albigensium genus sive Waldensium). Subscriptiones Judicum Abbatum VIII. Episcoporum IV. aliorumque & duorum Vicecomitum Constantiæ, sororis Regis Franciæ, & Isarni de Dornia.

* 1177. *Northampronienſe*, in quo Rex Angliæ reddidit Roberto Comiti Leicestriæ terras suas, & aliæ causæ Ecclesiasticæ dijudicatæ.

* *Londinense* seu *Westmonasterienſe Pananglicum*, liti & bello inter Aldefonsum Regem Castellæ & Sanctium Regem Navarræ, judicio Regis Angliæ componendis.

* *Scoticum*, in quo Christianus Episcopus Candidæ casæ à Sacerdotali officio per legatum Papæ Vivianum Cardinalem suspensus, illam suspensionem non timuit auxilio Rogeri Eboracensis Archiep.

Venetum, quo Fridericus Imp. cum Alexandro III. Papa reconciliatur & antipapæ Octavianus sive Victor, & Gvido Cremen-

2011 Ministerio de Cultura

sis sive Paschalis III. & Joannes de Struma, eorumque factiones & ab iis ordinati excommunicantur. Acta Concilii è MS. Vaticano, ut Baronius retulit. Alexandri III. Papæ epistolæ 1) ad Petrum Cassinensem. 2) ad Richardum Cantuariensem. 3) ad Rogerium Eboracensem Episc. Jurata pax Ecclesiæ & Imperii, & pax Regis Siciliæ usque ad quindecim annos, & treuga Longobardorum usque ad sex (septem) annos. Friderici Imp. epistola ad Alexandrum Papam. Episcoporum Germanicorum, Principum & Comitum ad eundem. Acta Synodi collecta ex variis scriptoribus. Alexandri III. Papæ epistola ad Saltzburgenses. Friderici Imp. ad eosdem de electione Chunradi Episcopi.

*A. C. 1178. *Hohenaviense*, à Conrado Saltzburgensi Episcopo, ut narrat Chronicon Reicherspergense. Acta nulla exstant.

1179. *Lateranense III.* generale. Alexandri III. Papæ epistola ad Episcopos per Tusciam constitutos. 1] Decreta Concilii, capitulis XXVII. Acta ex variis collecta scriptoribus. *Georgii* Corcyræ metropolitæ epistola duplex ad Nectarium præpositum monasterii Casularum. Alexandri Papæ ad Wilhelmum Senonensem Archiepisc. Additio ad acta Concilii ex schedis Sirmondi, index provinciarum & Episcoporum LXII. qui Concilio interfuere. †† Eadem auctiora ex Dacherii T. 12. spicileg. apud Harduin. p. 2055. Appendix prolixa sub quinquaginta titulis, cum præfatione Bartholomæi Laurens, cognomento Poin. 2] De simonia, Canones XVIII. 3] De dolo, & contumacia, & calumnia, alterius partium punienda, Canones V. 4] De decimis præstandis, III. 5] De conjugatis & sponsis monasterium ingressis vel ingredi volentibus, X. 6] De sponsalibus & matrimonio contracto sive contrahendo, XXXIII. 7] De potestate judicum delegatorum, & de variis litteris, diversis temporibus impetratis, XXII. 8] De testibus cogendis vel non, XXIII. 9] De secundis nuptiis, II. 10] De appellationibus, XXXII. 11] Ut actor respondeat ei, quem convenit, II. 12] De eo, qui consanguineam uxoris suæ, vel sponsam patris sui, vel consanguineam sponsæ propriæ, cognovit, VIII. 13] De religiosis

2011 Ministerio de Cultura

gioſis viris decimas ex privilegio non præſtantibus & de privilegio abutentibus, XVI. 14] De illis, qui incidunt in canonem datæ ſententiæ, ſive ſunt ad Papam propter abſolutionem mittendi, Canones XIII. 15] de jure patronatus & clericorum inſtitutionibus, XXVI. 16] de uſuris, X. 17] de juramentis ſervandis, VII. 18] de clericis matrimonio copulatis & aliis focarias habentibus, XV. 19] de ordinatione filiorum Sacerdotum, & eisdem in eccleſiis paternis non tolerandis, XIX. 20] de *Judæis*, & ne Chriſtiani eorum mancipia fiant, IV. 21] de Monachis & Monialibus ſine probatione receptis, vel in probatione recedere volentibus, III. 22] de ſpoliatis & reſtituendis vel non, IX. 23] de juramento calumniæ, VI. 24] de exceſſibus Epiſcoporum contra ſuos archidiaconos, & archidiaconorum contra ſuos Epiſcopos, V. 25] quibus & quando, & infra quam ætatem Eccleſiaſticum beneficium conferatur, V. 26] de diſpoſitione clericorum & de diſpenſatione circa eos facta, XXVI. 27] ne clericus & monachus ſæcularibus ſe immiſceat negotiis, & de regula religioſorum, VII. 28] de pactionibus licitis & illicitis in rebus Eccleſiaſticis, XV. 29] de alienatione rerum Eccleſiæ & earundem reparatione, IX. 30] uni plura eccleſiaſtica beneficia non committenda, nec unum inter plures dividendum, & de in beneficio ſibi aſſignato non reſidentibus, canones IX. 31] de excommunicatis, VII. 32] de conjungendis filiis ante vel poſt compaternitatem genitis, II. 33] qui filii ſint legitimi, & de exactione dotium poſt divortium, & ad quem pertineat cauſæ hujus cognitio, V. 34] de raptoribus eccleſiarum & violatoribus, quando etiam poſt peractam pœnitentiam reganda ſepultura eccleſiaſtica, niſi ſatisdent de damno reſtituendo, IV. 35] de pœnitentia, IV. 36] de ſententiis & interlocutionibus, canones V. 37] de leproſis, IV. 38] de præſcriptionibus, VIII. 39] de vicariis monachorum & aliorum, VI. 40] de electionibus & electorum poteſtate, V. 41] de interpretatione verborum & reſcriptorum, IX. 42] de exceptionibus, Canones IV. 43] de ſepulturis & voluntatibus mortuorum, V. 44] de

2011 Ministerio de Cultura

præeminentia Londinenſis & Eboracenſis Epiſc. & de privilegiis generaliter & ſpecialiter indultis, & de eorum abuſu & confirmationibus, nec non de privilegiis Hoſpitaliorum, Canones X. 45] de Sponſalibus, ſecundo, VIII. 46] de poteſtate Judicum, ſecundo, IV. 47] de Jure Patronatus, X. 48] de pactionibus, ſecundo, III. 49] de variis capitibus, XX. & 50] itidem de variis capitibus, LXVII. cum breviario primorum Canonum X. Hæc appendix, quantivis pretii collectionem uberem, ex antiquis Conciliis & Pontificum decretis continens, à Petro Crabbio primum vulgata eſt, deinde emendata à Surio, & in poſterioribus Conciliorum editionibus repetita.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XXVIII.

A.C.1181. *Lucii III.* Papæ epiſtolæ 1) ad Epiſcopos & clericos Scotiæ, de abſolutione Wilielmi Scotiæ Regis. 2) ad Henricum II. Angliæ Regem, pro ſubventione facienda terræ Hieroſolymitanæ. * 3) decretum contra hæreticos *Catharos, Patarinos*, & eos, qui ſe *Humiliatos* vel *Pauperes de Lugduno* vocant, *Paſſaginos* item, *Joſepinos* & *Arnaldiſtas*.

*1183. *Dublinenſe* ſive *Divellinenſe* Concilium, à Viviano Papæ legato cœptum, & mox re infecta diſſolutum.

*1184. Ordinatio *Johannis III.* Regis Franciæ, & *Henrici II.* Regis Angliæ, in Synodo Epiſcoporum *Normanniæ*, Comitum & Baronum, *de contributione in ſubſidium terræ ſanctæ* per decem annos.

* *Veronenſe*, ad reconciliandos eos, qui ab antipapis inſtituti vel ordinati fuerant.

* *Aquilejenſe*, adverſus incendiarios, ſacrilegos, &c. Gotifredi Aquilejenſis Patriarchæ epiſtola ſynodica.

1185. *Urbani III.* Papæ epiſtolæ V. quarum ultima * ad *Magiſtrum & fratres cruciferos Hoſpitalis Bononienſis*, eorum ordinem approbat, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum & Cardinalium XIII.

1186. *Pariſienſe*, pro expeditione contra Turcas ſuſcipienda.

* *Karrofenſe*, ſub Henrico de Soliaco Archiep. Bituricenſi, Cardinali & legato Papæ.

A.C.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 1187. *Gregorii III.* Papæ epiſtolæ tres, quarum priores duæ de clade Hieroſolymitana graviſſima, ubi captus Gvido Rex. De ea Baronius ad A. 1187. n. 1.

Parmenſe, pro tutela clericorum & coërcenda laicorum violentia.

1188. *Clementis III.* Papæ epiſtolæ VII. quarum ultima eſt de *Ottonis* Bambergenſis Epiſcopi & Pomeranorum Apoſtoli canoniſatione.

* Conventus *ad Giſortium*, Epiſcoporum & Procerum Gallicæ & Anglicæ ditionis, in quo Galliæ & Angliæ Reges reconciliati crucem ſuſceperunt pro liberatione S. Sepulchri Domini & Hieroſolymæ Civitatis.

* Conventus *Cenomanenſis*, Epiſcoporum & Procerum Angliæ, de ſubſidio terræ ſanctæ præbendo.

Concilium *Anglicum* apud *Guntington*, in agro *Northamptonienſi*, pro decimis colligendis ad ſubſidium terræ ſanctæ.

Pariſienſe, præſente Rege Philippo, itidem pro decimis ad bellum contra Saladinum Turcorum regem, quæ *Saladinides* inde appellatæ.

* *Lanciſienſe* in majori Polonia, ubi Pontifex decimas pro expeditione contra Saladinum colligi juſſit.

†† 1189. *Rotomagenſe*, ſub Waltero Rotomagenſi Archiepiſcopo. Canones XXXII. de variis rebus ad diſciplinam Eccleſ. ſpectantibus. Ediderat Gouſſanvillæus ad calcem Petri Blæſenſis, Pariſ. 1667. fol.

Pipewellenſe, Pambritannicum, præſente Richardo Anglorum rege, de quibusdam controverſiis & promotionibus Epiſcoporum.

Cracovienſe, in quo decimæ clero impoſitæ pro terræ ſanctæ recuperatione.

1191. *Cæleſtini III.* Papæ epiſtolæ XVII. quarum tertia eſt de *S. Ubaldi* canonizatione; decima & decima quarta ad Hubertum Cantuarienſ. de ſubſidio in expeditionem Hieroſolymitanam promovendo. Poſt XIV. ſequitur Philippi Beluacenſis Epiſcopi de captione ſua à Rege Angliæ contra Galliæ Regem.

1195. *Eboracenſe*, ſub Huberto Cantuarienſi Archiepiſc. legato Papæ, pro reformandis eccleſiæ moribus decreta, capitulis XII.

* *Monſpe-*

2011 Ministerio de Cultura

* *Monſpelienſe*, à Michaële Papæ legato, pro pace & eccleſiarum libertate, & diſciplina eccleſiaſtica inſtauranda.

*A. C. 1196. *Pariſienſe*, fruſtra tractans de reſtituendo matrimonio Philippi Francorum Regis & Ingeburgis, Canuti Regis ſororis.

*1197. *Lanciſienſe*, à Petro Capuano, Papæ legato, de continentia ſacerdotum, & aliis publice in templo matrimonio jungendis.

1198. *Odonis* Epiſcopi Pariſienſis conſtitutiones Synodicæ. Titulus 1. & 2] de modo & tempore celebrandi Synodum, capitula VIII. 3] De baptiſmo, capitula quinque. 4] de ſacramento confirmationis, capitula quinque. 5] De ſacramento altaris, XI. 6] De confeſſione, XVI. 7] Circa matrimonium, V. 8] De ſacramento extremæ unctionis, VI. 9] Communia præcepta ſynodalia, capitulis LX.

EDITIONIS LABBEI TOMUS XI. PARS I.

1198. *Innocentii III.* & eorum, qui deinceps ſunt inſecuti, epiſtolas profitentur Conciliorum collectores ſe prætermittere, tum propter multitudinem, tum quod pleræque illarum in magno bullario, vel in Bzovii, Raynaldi, Waddingi, Spondanique annalibus, aliisque collectionibus reperiantur. *Innocentii III* autem epiſtolæ ſingulari & accurato ſtudio collectæ à *Steph. Baluzio*, exſtant libris XVI. duobus voluminibus Pariſ. 1672. fol. non omiſſa T. 1. p. 543. prima decretalium ejusdem Innocentii collectione, quam ex tribus primis regeſtorum illius libris concinnavit olim & ſub titulis XLI. digeſſit *Rainerus* Diaconus & monachus Pompoſianus, ex qua tertii libri (qui cum quarto & quinti parte, ſextoque & tribus proximis etiamnum deſideratur) defectus quodammodo ſuppletus videri poteſt, ſicut ceterorum ex *regiſtro ſuper negotio Romani Imperii*, quod epiſtolas CXCIV. occaſione ſchiſmatis in Rom. Imperio exorti ſcriptas, complexum T. 1. p. 687. ſeq. ex apographo, quod illuſtriſſimus Fürſtenbergius ex Vaticano Codice deſcribi curaverat, Baluzius exhibet. Antonii Daldini Alteſerræ commentarius in Innocentii III. decretales, prodiit Pariſ. 1666. fol. De aliis epiſtolarum illius Innocentii & aliorum Pontificum, nec non de bullarii editionibus dixi ſupra p. 22. ſeq.

* Con-

2011 Ministerio de Cultura

*Concilium *Senonenſe*, adverſus hæreſin *Populicanam*, ſive Albigenſium (de qua Fridericus I. Imp. epiſtola XV. apud Freher. T. 1. p. 427. edit. novæ Clariſſ. Struvii, & Hugo Pictavinus in Hiſtoria Vizeliacenſis monaſterii ad A. 1167. tom. 3. ſpicileg. Dacher. & Canon 27. Concilii Lateran. A. 1179. ubi *Publicani* vocantur, quod nomen è *Paulicianis* corruptum notat Cangius ad Alexiadem p. 412. & ad Villeharduinum n. 208. Gvillelmus Brito lib. 1. v. 415. *quos Popelicanos vulgari nomine dicunt*, ubi confer notas Barthii pag. 58.) Innocentii III. lib. 2. epiſt. 89. & 90.

*A. C. 1199. Conventus Epiſcoporum ac Procerum *in regni Franciæ & Angliæ limite*, pro pace inter utrumque Regem ſancienda.

Concilium in *Dalmatiæ & Diocliæ regnis*, per legatos Papæ, in cauſa reformandæ diſciplinæ. Capitula XII. Subſcriptiones duorum legatorum Papæ, & Archiepiſcopi Dioclienſis & Antibarenſis, Dominicique Arbanenſis archipresbyteri, & Epiſcoporum ſex.

*Divionenſe & aliud *Viennenſe*, ſub Petro Capuano Cardinale, Papæ legato, de *Philippi Auguſti* Regis Galliæ nuptiis, qui repudiata *Ingelburge* Canuti VI. Daniæ Regis ſorore, *Agnetem* ſive *Mariam Botildam*, Bertoldi IV. Bohemi Ducis Meraniæ filiam duxerat.

1200. *Londonienſe* apud *Weſtmonaſterium*, contra prohibitionem Gaufridi Comitis de Eſſexia, pro reformatione eccleſiæ Anglicanæ per *Hubertum* Cantuarienſem Archiepiſcopum. Capitula XIV.

*Nigellenſe, ab Octaviano, Papæ legato, ubi interdictum Galliæ ſolutum, indictumque Concilium Sveſſionenſe.

*1201. *Sveſſionenſe* ab eodem Octaviano & Joanne Cardinale, Papæ legatis, de matrimonio Philippi Auguſti Galliæ Regis.

*Pariſienſe, quo Evraudus miles hæreſeos Bulgarorum a) reus condemnatur.

*Perthuſanum in Scotia, pro Eccleſiaſticorum moribus reformandis.

a) Bulgari, nomen ſectæ Waldenſium, vide Frid. Lindebrogium ad Codicem legum antiqv. p. 1454. & Gretſerum prolegom. ad Lucam Tudenſem; & alios Waldenſium adverſarios cap. 3. T. 25. Bibl. Patrum Lugd. p. 254. H.

2011 Ministerio de Cultura

Concilium quod celebratum ajunt itidem *in Scotia*, de obſervatione diei Dominicæ. Mandatum CHriſti, quod de cœlo veniſſe confingitur in Jeruſalem, & inventum fuiſſe ſuper altare S. Simeonis in Golgatha. Similis epiſtola ſupra in Concilio Romano A. 745. & apud Baluz. Tom. 2. Capitular. p. 1396.

*A.C. 1204. *Meldenſe*, à Joanne Abbate Caſemarii, Ciſterc. Ordinis, Papæ legato, pro pace inter Francorum Anglorumque Reges conſtituenda. Innocentii III. epiſtolæ binæ ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Galliæ.

*1206. *Lambethenſe*, ſeu Conſtitutiones tres provinciales Stephani Langton Cantuarienſis Archiepiſc. editæ apud Lambyth.

**Radingenſe* in Anglia, à Joanne Ferentino Papæ legato. Acta non exſtant.

*1208. In provincia *Narbonenſi* celebratum, pro convertendis Albingenſibus.

Conſtitutiones *Gallonis* Cardinalis, Capitula X. Additiones Wilelmi Pariſienſis Epiſcopi (ſive ſint Gvilelmi de Siliniaco, ſive Gvillelmi Aruerni) Capitula XVI.

*1209. *Montilienſe* in provincia Narbonenſi, in quo Milo Papæ legatus *Raymundum* Comitem Toloſanum, Albingenſium fautorem, pœnitentiæ ſubjecit. Juramentum Comitis. Præcepta illi facta à Milone, & poſtquam fuit abſolutus. Juramentum Comitum & Baronum. Juramentum Conſulum Avenionenſium. Immunitas Eccleſiis & domibus religioſis quinque provinciarum, à Raymundo Comite conceſſa.

* *Avenionenſe*, ſub Hugone Regienſi Epiſc. & Milone Papæ legatis. Capita XXI. quorum ſecundum, *ut quilibet Epiſcopus cives ſuos, comites, caſtellanos, milites & alios parochianos ſuos, de quibus viderit expedire per cenſuram Eccleſiaſticam, ſi opus fuerit,* jurare *compellat, ſicut illi de* Montepeſſulano *juraverunt præſipue circa exterminandos* hæreticos *excommunicatos: perdurantes in ſua pertinacia, pecuniariter puniendos:* Judæos *à publica ſeu privata adminiſtratione privandos, & quod nunquam ad ſuum miniſterium in domibus propriis permittantur habere Chriſtianos.*

*Pari-

2011 Ministerio de Cultura

* *Parisiense*, adversus *Amalrici* hæresin sectatorumque ejus varios errores, & adversus *Aristotelis* libros delatos de novo à Constantinopoli & de Græco in Latinam translatos, nec non libros magistri *David*, & libros Gallicos de Theologia.

*A.C. 1210. *Avenionense*, sub Milone Papæ legato, contra Tolosanos.

* Concilium *in villa S. Ægidii*, ab Hugone Episcopo Regiensi & Theodisio legatis Papæ, in quo Raymundus Comes Tolosanus iterum excommunicatus.

* *Arelatense* ab eodem Theodisio, in quo conditiones XIV. propositæ Raymundo, quibus cum Ecclesia reconciliaretur, sed quas ille rejecit.

* Conventus *Narbonensis*, de Comitum Tolosani & Fuxensis causa, præsentibus Rege Aragonum & Comite Montisfortis.

Romanum, quo *Otto IV.* Imp. excommunicatur, ut ei exauctorato surrogaretur Fridericus Rex Siciliæ.

*1212. *Parisiense*, à Roberto de Corceone legato Papæ, pro restituenda ecclesiastica disciplina. Statutorum capita XX. ad clericos sæculares. Alia XXVII. ad viros regulares. Pars tertia ad moniales, capita XXI. Pars quarta ad Archiepiscopum & Episcopos, capita XXI.

* Conventus *Aparniensis* Episcoporum & Procerum ad Simonis Monfortii ditionem bonis moribus ac legibus temperandam.

*1213. *Vavrense* (apud Vavrum) in causa Petri Aragonum Regis, Raymundum comitem Tolosanum protegentis. Petitiones Regis. Responsio Concilii. Arnaldi Archiepiscopi Narbonensis ad eum epistola. Concilii ad Papam Innocentium III. Papæ ad Archiepisc. Narbonensem & ad Simonem Comitem Montisfortis (lib. 15. epist. 212. 213.) Raymundi Comitis Tolos. ejusque filii juramentum, Consulumque Tolosanorum. Professio Comitis Fuxensis, nec non Comitis Convenarum & Gastonis de Bearno. Innocentii III. epistola ad Petrum Aragonensium Regem. Hugonis Regiensis Episcopi & Theodosii Canonici Januiensis ad Innocentium III. (lib. 15. epist. 39. adde 42. 44. 45.) Eorundem ad Raymundum Comitem Tolosanum.

2011 Ministerio de Cultura

*Concilium *ad Murellum*, ab Arnaldo Archiep. Narbonenſi, Papæ legato, ut placando Aragonum Regi provideretur. Epiſtola Synodica.

*A. C. 1214. *Dunſtaplienſe*, à Stephano Langton, Archiep. Cantuarienſi, ubi appellatio interponitur à legato Papæ ad Papam.

Londonienſe, quo Joannes Angliæ Rex ab interdicto & depoſitione per Nicolaum Tuſculanum Epiſc. Papæ legatum eſt abſolutus.

*1215. Concilium *apud Montispeſſulanum*, à Petro Beneventano Cardinali, legato Papæ, ubi Simoni Comiti Montisfortis ditio Raymundi Comitis Toloſani cuſtodienda conceſſa eſt. Innocentii III. Papæ ad Simonem epiſtola. Petri Cardinalis ad Arnaldum Archiepiſc. Narbonenſem. Statutorum Concilii capitula XLVI. quorum ultimum *ut ſint in ſingulis parochiis ſacerdotes, qui hæreticos eorumque fautores Epiſcopo & Conſulibus aut Dominis indicent.*

**Bituricenſe* indictum à Roberto Cardinali, Papæ legato, ſed appellantibus Franciæ Epiſcopis non celebratum.

EDIT. HARDUINI TOMUS VII.

Lateranenſe IV. generale, Innocentii III. epiſtolæ, ex lib. XVI. epiſt. 28. 30. 31. 33. 34. 36. Decretorum Concilii, capitula LXX. Plerisque ex Codice Mazarinæo addita *Græca verſio.* Secundo damnatur abbatis *Joachimi* liber contra Petrum Lombardum de unitate ſeu eſſentia Trinitatis. Tertium eſt de inquiſitione hæreticorum. Quartum de ſuperbia *Græcorum* contra Latinos, & quod baptizatos à Latinis rebaptizabant, &, ſi quando ſacerdotes Latini ſuper eorum celebraſſent altaria, non prius ipſi ſacrificare volebant in illis, quam ea tanquam per hoc inquinata laviſſent. Capite XIII. prohibentur novæ religiones, hoc eſt novi ordines monachorum. Quatuor poſtrema ſunt contra *Judæos*, LXVII. ne uſuris opprimant Chriſtianos, LXVIII. ut diſcernantur à Chriſtianis in habitu, LXIX. ne publicis præficiantur officiis, & LXX. ne converſis ad fidem liceat Judaicos ritus retinere.

Decretum *de expeditione pro liberatione terræ ſanctæ* & indulgentia

2011 Ministerio de Cultura

tia cruce ſignatorum. *Græca* verſio incipit : εἰς τὸ ἐλευθερωθῆναι τὴν ἁγίαν γῆν.

* Decretum de terra Albingenſi ſive ditione Comitis Toloſani Raymundi, poteſtati Simonis Comitis Montisfortis addicta, ex Dacherio T. 7. ſpicileg.

Alia varia, quæ hoc Concilium conſtituit, collecta à Binio & Coſſartio.

A. C. 1216. *Melodunenſe*, à Petro Senonenſi Archiepiſcopo. Capitula VII.

1217. Conſtitutiones *Ricardi Poore* Sarum Epiſcopi, capita LXXXVII. ex Tomo II. Conciliorum Britanniæ.

1222. *Oxonienſe*, ſub Stephano Cantuarienſi Archiepiſc. Pro reformanda Eccleſia Anglicana. Capita XLIX.

1223. †† *Rotomagenſe*, Canones XIX. quibus & Lateranenſis Concilii decreta ſuſcipiuntur & confirmantur.

* *Pariſienſe*, à Conrado Portuenſi Epiſc. Papæ legato, adverſus *Albigenſes*. Conradi epiſtola ad Rotomagenſem Archiepiſc. ut ad Synodum veniat, contra Papam Albigenſium de Carcaſſona oriundum ejusque vicarium Bartholomæum Epiſc.

1224. * *Pariſienſe*, alterum in cauſa Raymundi Toloſani Comitis.

* *Monſſelienſe* in eadem cauſa. Juramentum Raymundi & aliorum Baronum. Amalrici Domini Montisfortis epiſtola ad Synodum.

* Conventus *ad Vallem Coloris*, de cauſis Ludovici Regis Franciæ & Henrici Friderici Imp. F. qui de novo erat Rex Alemanniæ patris juſſu coronatus.

1224. 1225. * *Pariſienſia* tria, de regni Galliæ Angliæque negotiis & de terra Albigenſium.

1225. * *Melodunenſe*, de jurisdictione Eccleſiaſtici fori, & de aliis quibusdam capitibus.

* *Bituricenſe*, de Raymundo Comite Toloſano ditioni ſuæ reſtituendo.

* *Germanicum*, Moguntiæ habitum ſub Conrado Epiſcopo Cardinali Parmenſi & S. Rufinæ, legato Papæ, contra ſimoniacos & concubinarios. Canones XIV.

1226. * *Pariſienſia* duo, adverſus Albigenſes.

2011 Ministerio de Cultura

* *Cremonenſe*, ſuper exſtirpatione hæreticorum Italiæ, & negotio terræ ſanctæ & concordia civitatum, ſub Friderico Imp.

* *Leodienſe*, à Conrado Papæ legato, ubi inter cætera animadverſum in fratres Frederici, à quibus S. Engelbertus Colonienſis Archiep. interfectus.

* *Fuxenſe*, in quo Rogerius Bernardus Fuxenſis Comes, pœnitentiam ſimulans, abſolvitur ab hæreſi.

Weſtmonaſterienſe, ſub Stephano Cantuar. Archiepiſc. in cauſa Romani Pontificis, duarum præbendarum reditus ab omnibus eccleſiis cathedralibus petentis, unam de portione Epiſcopi & alteram de Capitulo.

A.C. 1227. * *Narbonenſe*, à Catello pridem in hiſtoria Comitum Toloſ. & emendatius ex apographo Sirmondi à Labbeo editum, Canones XX. in quorum decimo ſeptimo Comes Toloſanus Raymundus cum Comite Fuxenſi excommunicatur. Canon XX. ut ſemper in anno biſſextili ultimo die *feſtum S. Matthiæ* celebretur: & in quarta feria, quæ tertia prior in Septembri occurrit, *jejunia quatuor temporum* celebrentur; Et ut ſingulis annis Dominica, qua cantatur *lætare Jeruſalem*, Provinciale Concilium celebretur.

Epiſtola *Germani* Patriarchæ CPol. ad Gregorium IX. Papam de unitate utriusque eccleſiæ.

†† Eadem epiſtola Græce, ex Cod. Regio 2503. apud Harduin. p. 1961. Incipit: ὦ Κύριε σῶσον δή.

Gregorii IX. Papæ ad Germanum reſponſio, cujus verſionem Græcam in eodem Codice Regio obviam, quod eſſet barbara, edere Harduinus neglexit. Altera ejusdem Gregorii ad Germanum epiſtola.

Definitio apocriſiariorum Gregorii IX. Papæ (Rodulphi & Ammonii ex ordine Minorum, & Hugonis ac Petri ex Prædicatorum ordine) quod Spiritus S. à Patre Filioque procedat æqualiter. Latine in edit. Regia & apud Labbeum. Sed Græce ac Latine apud Harduin. p. 158. Græce etiam apud Labbeum p. 2336. ὅρος τῆ ἐκθεσιαρείων, &c. Incipit: ὁ Πατὴρ ὅλος πλήρης Θεὸς ἐν ἀυτῷ. In MS. Cæſareo hæc ἔκθεσις habetur cum Germani CPol. reſponſione & Synodo ab eo habita,

2011 Ministerio de Cultura

habita, ἀπάντησις πρὸς τὴν ὁμολογίαν τοῦ Πάπα, καὶ πρὸς τοὺς ὑπ' ἐκείνου καλέντας Φρεμνορέους (Fratres Minores) & λοιπους περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Incipit: ἔπαπε ἡμῖν, ὦ πμιώταποι τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα ἀποκρισιάριοι. Vide Lambecium T. 3. p. 118.

Decretum Gregorii IX. quo excommunicat hæreticos *Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Paſſaginos, Joſepinos, Arnaldiſtas, Speroniſtas*, & alios quocunque nomine cenſeantur. Labbe p. 334. Harduin. p. 163.

† Aliæ Gregorii IX. epiſtolæ XXIX. in quarum prima legitur epiſtola Patriarchæ Hieroſolymitani, ſecunda & III. XI. & XII. XVII. b. eſt contra Fridericum Imp. & decima ſeptima ad ipſum ſcripta. Septima de canoniſatione *S. Dominici.* Nona Dominicanos facit executores conſtitutionis Pontificiæ contra hæreticos. Duodetrigeſima confirmat inſtitutam *Toloſæ Academiam.* XXI. auxilium petit à S. Ludovico Rege Francorum contra Fridericum Imp. Poſtremæ XV. in edit. Regia deſiderantur.

*† Fragmenta CXCI. decretorum Gregorii IX. ex lib. decretalium excerpta.

A. C. 1228. * *Romanum*, in quo excommunicatus Fridericus Imp. epiſtola Gregorii IX. ad Epiſcopos per Apuliam conſtitutos.

* Conventus Epiſcoporum & Procerum, *Baſſegiæ* inchoatus, continuatus *Meldis*, & *Pariſiis* abſolutus, in quo Raymundus Comes Toloſanus in gratiam Eccleſiæ & S. Ludovici Francorum Regis receptus eſt. * Tractatus Ludovici Regis & Raymundi Gomitis, coram legato Papæ, Prælatis & Baronibus.

* Statuta *S. Ludovici* Francorum Regis, pro libertate Eccleſiæ. Ad Narbonenſes, capitula X.

* *Bituricenſe* Concilium, quo Burdigalenſis Epiſc. ab officio metropolitani ſuſpenſus.

1229. * *Toloſanum*, de inquirendis hæreticis, & de aliis Eccleſiaſticæ diſciplinæ capitibus, XLV.

* *Arauſicanum*, de pœnitentiis contra ſuſpectos de hæreſi Albigenſi, à Romano S. Angeli diacono Cardinali, Papæ legato.

* *Turia-*

2011 Ministerio de Cultura

* *Iuriasonense* in Aragonia, de dissolvendo Jacobi Regis connubio cum Eleonora matertera Ferdinandi Castellæ Regis.

†† *Tarraconensia* plura hoc tempore Concilia celebrata non adeo magni momenti, de quibus breviter Steph. Baluzius ad Marcam Hispanicam, Petri de Marca Archiep. Paris.

A.C. 1231. †† *Rotomagense*, sub Mauritio Archiepiscopo, Canones LII. quorum penultimo monachi infra annum ætatis XVIII. fieri prohibentur.

* *Apud Castrum Gonterii*, sub Turonensi Archiepiscopo. Canones XXXVII. quorum ultimo statuta Concilii *vallis Gvidonis* confirmantur.

* Concilia in causa *Milonis* Episcopi, seditionisque Bellovacensis: apud *S. Qnintinum*, *Noviomi*, *Lauduni* celebrata.

†† *Remense* ad S. Quintinum Veromanduæ, sub Henrico de Brenna, Archiep. Remensi. Epistolæ & attestationes Synodi de causa Bellovacensi. Promissio ejusdem pro defensione libertatum ecclesiæ. S. Ludovici Regis epistola ad Capitulum Laudunense, contra Episcopos de interdicto facto seu faciendo conquerentis. Conventio inter Episcopos & Capitula cathedralia de interdicto. Episcopi Morinensis literæ excusationis à comparitione in Concilio indicto.

1232. * *Melodunense*; Conventus, in quo expostulatum cum Comite Tolosano Raymundo de pace Parisiensi anni 1228. male observata.

1233. * *Raymundi* Comitis Tolosani statuta contra hæresin Albigensem, & de aliis capitibus.

* *Biterrense* Concilium, sub Walthero Tornacensi Episcopo, Papæ legato. Capita XXVI. quorum primum, ut hæretici & eorum fautores singulis Dominicis excommunicentur. Secundum, ut possit quilibet & ubilibet inquirere & capere hæreticum. Tertium, ne fautores hæreticorum emant bailivas. Quartum, ut reconciliati de hæresi, qui duas cruces prominentes ad mandatum Episcopi portare noluerint, pro hæreticis habeantur & bona eorum confiscentur.

* *Nymphæa* in Bithynia, ubi actum frustra de concordia *Græcorum* cum Latinis. Professio fidei Græcorum. Professio Apocrisiario-

2011 Ministerio de Cultura

siariorum Papæ, qualis fuit supra ad A. 1227. Professio Patriarchæ Nicæni & universæ Synodi Nymphææ Græcorum.

* *Jubelli* Turonensis Archiepisc. decreta pro Ecclesia Briocensi.

* *Moguntinus* Conventus adversus quosdam infamatos de hæresi *Stadingorum*, quorum plures combusti.

* Inquisitiones de rebus ad disciplinam spectantibus per archidiaconatus Episcopatus *Lincolnienſis* à singulis archidiaconis faciendæ. Capita L. ex T. 2. Concil. Britanniæ p. 192.

A.C. 1234. * *Arelatense*, sub Joanne Archiepiscopo. Canones XXIV. quorum primo Lateranense anni 1215. suscipitur ac confirmatur. Labbeus primus edidit p. 2339.

Romanum, sive *Spoletinum* potius, præsente Gregorio IX. pro expeditione in terram sanctam suscipienda.

* *Moguntinum* Conciliabulum, in quo absoluti Stadingi hæretici (de quibus supra ad A. 1233.) & qui Conradum Marpurgensem interfecerunt, ad Papam nulla inflicta pœna remissi.

Gregorii IX. epistolæ duæ ad Archiepiscopum Salisburg. Episcopum Ildesheimensem & Abbatem de Buch Cistercienſis ordinis, Misnensis diœcesis. Labbe p. 2345.

1235. * Modus constituendi *Abbatis exemti* apud *Anglos*, ex constitutione Joannis II. Abbatis S. Albani.

* *Narbonense*, sub Archiepiscopo Amelio, Episcopisque Arelatensi & Aquensi, in quo data consilia Fratribus Prædicatoribus fidei inquisitoribus, quomodo cum *hæreticis* eorumque fautoribus ac receptatoribus se gererent. Capita XXIX.

* *Remense* apud *S. Quintinum Viromanduæ*, sub Henrico de Brenna Remensi Archiepiscopo. De variis causis libertates Ecclesiasticas spectantibus. Supplicatio ad Regem Francorum, qui super illa plenius Consilium habuit *Meloduni*.

* *Remense* alterum, *Compendii* habitum. Duæ monitiones factæ Domino Regi.

* Tertium *apud Silvanectum*. Consensus Episcoporum provinciæ Remensis.

1236. * *Remense* quartum *apud S. Quintinum*, itidem pro tuenda Ecclesiastica libertate.

2011 Ministerio de Cultura

* *Turonenſe*, à Juhello Archiepiſcopo celebratum. Capitula XIV. quorum primo, cruce ſignati gravium delictorum rei judicio Eccleſiaſtico ſubjiciuntur.

* *S. Edmundi, Cantuarienſis* Archiepiſcopi, Conſtitutiones provinciales, Capitula XLI.

A.C. 1237. * *Alexandri* Covetrenſis in Anglia Epiſcopi conſtitutiones in regimen ſuæ diœceſis, in quibus inter alia de ſeptem peccatis capitalibus ſuperbia, invidia ira, acedia, avaritia, luxuria & gula.

* *Londonienſe* Concilium ſub Ottone Cardinali, Papæ legato, pro reformanda Eccleſia Anglicana. Decreta Concilii, capitulis XXXI.

* Epiſcopi *Anonymi* conſtitutiones Synodales, ex T. 2. Concilior. Angliæ.

1238. * Concilium apud *Campiniacum* (Cognac) ſub Gerardo Burdegalenſi Archiepiſcopo. Capita XXXIX.

1239. * *Turonenſe II.* ſub Juhello Archiepiſcopo. Capitula XIII.

* *Remenſe* apud *S. Quintinum*, ſive *Quintinopolitanum*, ſub Henrico de Brenna Archiepiſcopo, de iisdem cauſis ut A. 1235. ſeq.

1240. * *Meldenſe* ſub Jacobo Prænestino Epiſcopo Cardinale, Papæ legato, contra Fridericum Imp.

* *Silvanectenſe* ſub eodem Jacobo, qui petit obtinuitque viceſimam redituum Eccleſiaſticorum in auxilium Pontifici.

Wigornienſe ſub Waltero de Cantilupo Epiſcopo. Conſtitutionum Eccleſiaſticarum capita LIX. Ex tomo 2. Concilior. Britanniæ.

1242. * *Apud vallem Guidonis* (Laval, in diœceſi Cenomanenſi) ſub Juhello, Turonenſi Archiep. Capita IX.

Tarraconenſe ſub Petro Archiepiſcopo, præſente Raimundo de Pennaforti, pœnitentiario Papæ, contra *inzabbatatos* aliosque hæreticos, & de *inquiſitione contra hæreticam pravitatem*, incepta à Berengario Barcinonenſi Epiſcopo. Ubi de eo, qui dicantur hæretici credentesque hæreſibus vel ſuſpecti, aut celatores, occultatores, receptatores, defenſores, fautores hæreticorum vel relapſi aut pertinaces, & quomodo cum illis procedendum, & forma purgationis ac pœnitentiarum, & qualiter compurgatores jurare debeant.

A.C.

2011 Ministerio de Cultura

A. C. 1243. *Innocentii IV.* Papæ conſtitutiones 1] ad poteſtates, rectores, conſilia & communitates per Lombardiam *contra hæreticos* obſervandæ. Capita XXVIII. 2] Sententia excommunicationis in *Ezelinum de Romano*, 3] ad Ottonem Card. Tuſculanum de controverſia inter Archiepiſcopum Nicoſienſem Latinum & Epiſcopos *Græcos* regni Cypri, quibus in plerisque ritu ſuo uti permittitur. Capita XXVI. 4] ad omnes fideles; & 5] ad fratres Prædicatores de hæreſi exſtirpanda. 6] ad Lombardiæ, Romaniolæ & Marchiæ Tarviſinæ rectores, ubi leges Friderici Imp. contra hæreticos *Catharos, Patarenos, Speroniſtas, Leoniſtas, Arnaldiſtas, Circumciſos, Paſſaginos, Joſepinos, Garatenſes, Albanenſes, Franciſcos, Bagnarolos, Commixtos, Waldenſes, Roncarolos, Communellos, Warinos & Ortolenos, cum illis de Aquanigra*, & omnes hæreticos utriusque ſexus (apud Petrum de Vineis lib. 1. epiſt. 25. 26. 27.) approbantur. 6] ad S. Ludovicum Francorum Regem, ut libros Talmudicos Judæorum cremari jubeat, *Traditiones quæ Talmud Hebraice nuncupantur & magnus liber eſt apud eos, excedens textum Bibliæ in immenſum, in quo ſunt blaſphemiæ in DEum & CHriſtum ejus, ac beatam Virginem, manifeſtæ intricabiles fabulæ, abuſiones erroneæ ac ſtultitiæ inauditæ.*

† *Innocentii IV.* epiſtolæ XII. & * aliæ VII.

1245. *Othonienſe* Concilium in Dania adverſus bonorum Eccleſiaſticorum prædatores & contemtores cærimoniarū. Labbe p. 2348.

Lugdunenſe generale, præſente Papa & Imperatore CPolitano. Innocentii IV. invitatoriæ litteræ ad Concilium. Sententia in Fridericum Imp. & Capitula XVII. Statutorum Concilii, quorum XIV. eſt de ſubſidio Imperii CPolitani. XVI. de Tartarorum ſævitia comprimenda. XVII. ſuper Cruciata adverſus Saracenos, ubi vigeſima pars proventuum ab clero per triennium expoſcitur, non quinta ut habet Albertus Stadenſis. Acta ejusdem Concilii ex Matthæo Paris. Optimatum & Univerſitatis Angliæ epiſtola ad Innocentium IV.

† Capitula IX. Lugdunenſis Concilii collecta ex ſexto Decretalium.

2011 Ministerio de Cultura

A.C.1246. **Lanciſienſe* contra Conradum Ducem Mazoviæ, bonorum Ecclesiasticorum invaſorem, ſub Fulcone Archiepiſcopo Græſnenſi in Polonia.

* *Arelatenſe*, in quo renovati plerique Canones Concilii Arelatenſis Anni 1234. ut in ſine ejus annotatur.

* *Biterrenſe*, ſub Gvilelmo Archiepiſcopo Narbonenſi. Ad hæreticorum exſtirpationem & de aliis Eccleſiaſticis capitibus ſtatuta XLVI. Conſilium qualiter ſit in inquiſitione procedendum contra hæreticos, capita XXXVII.

†† *Ilerdenſe*, in quo Aragoniæ Rex, qui fuerat excommunicatus ob linguam Epiſcopo Gerundenſi præciſam, ea lege abſolutus eſt, ut monaſterium quoddam perficeret & redditibus donaret. Vide Baluzium ad Marcam Hiſpanicam Petri de Marca Archiep. Pariſ. libro IV.

1248. * *Schenigenſe* adverſus Presbyterorum conjugia, ſub Gvilelmo Cardinale Sabinenſi.

* Conſtitutio in regno Cypri promulgata ab *Odone* Tuſculano Epiſcopo, legato Papæ, inter Nicoſienſes Conſtitutt. p. 1721. Harduin. Labbe p. 2400.

* *Valentinum* in Gallia, pro fide, pace ac libertate Eccleſiæ, ſub Petro Albanenſi Epiſc. & Hugone S. Sabinæ presb. Cardinalibus legatis Papæ, & Epiſcopis quaternarum provinciarum. Capitula XXIII. quorum duo poſtrema contra Fridericum Imp. ejusque fautores.

* *Uratislavienſe*, quo pars quinta reddituum Eccleſiaſticorum in Polonia Pontifici conceſſa ad triennium.

* Conſtitutiones Provinciales *Eboracenſes* per Walterum Gray, Archiepiſc. Eboracenſem, de decimis.

1251. *Inſulanum* ab Arelatenſis provinciæ Epiſcopis, ſub Jo. Brancano, Archiepiſcopo. Capita XIII.

* Conſtitutio *Hugonis* Nicoſienſis Epiſc. Harduin. p. 1720. Labbe p. 2399.

* Statuta Eccleſiæ *Lugdunenſis* ſub Philippo Archiep. Capita XXIII. ex tomo 9. ſpicilegii Dacheriani.

1252. * *Senonenſe*, ſub Gilone Archiepiſc. Monitio ad Theobaldum Navarræ Regem, Campaniæ & Briæ Comitem Palatinum, ut bonis cederet Eccleſiaſticis.

*Sta-

2011 Ministerio de Cultura

* Statutum *Odonis*, de non prohibendis Slavis Saracenis. Harduin. p. 1703. Labbe p. 2382.

1253. * *Ravennense*, pro indemnitate ecclesiarum provinciæ, ex Rubei libro sexto historiæ Ravennensis.

Apud Salmurum, sub Petro de Lamballe, Turonensi Archiepisc. Capitula XXXII.

Apud Castrum Gonterii, sub eodem Petro, Canon unicus de abusoribus litterarum Apostolicarum.

* *Alexandri IV.* Constitutio Cypria A. 1260. qua ratione *Græci* & Latini Episcopi in regno Cypri concorditer gerere se debeant. Subscriptiones Papæ & octo Cardinalium. Labbe pag. 2353.

† *Alexandri IV.* Papæ epistolæ III.

Statuta duo *Hugonis* Niconiensis Archiepiscopi, inter constitutiones Nicosienses caput 28. Harduin. p. 1704. Labbe p. 2383.

A. C. 1254. *Albiense* apud Albiam, Episcoporum Narbonensis, Bituricensis & Burdegalensis provinciæ. Concilium hæreticis exstirpandis, & de aliis causis Ecclesiasticis. Capitula LXXI.

Constitutio *Odonis* legati Papæ, contra Simoniacos, lata in Concilio Provinciali Syriæ. Harduin. p. 1726. Labbe p. 2405.

1255. * *Parisiense*, præside Henrico Senonensi Archiep. super interfecto cantore Carnotensi.

* *Burdegalense*, sub Gerardo de Malemore Archiepisc. Burdegal. Capita XXX. de variis rebus ad disciplinã ecclesiæ spectantibus.

* Constitutiones editæ in Concilio *de Copriniaco*, per (Gerardum) Archiepiscopum. Capita XXXIX.

* *Biterrense*, de præbendo ab Episcopis auxilio ad castrum hæreticorum oppugnandum. Statuta *S. Ludovici* Francorum Regis pro reformatione morum, in Galliam Narbonensem ejus jussu delata à Gvidone Fulcodii, & relecta in Concilio Biterrensi. Capita XXXII.

* Constitutiones *Walteri de Kirkham*, Episcopi *Dunelmensis*.

Constitutio *Nicosiensis* de horis divini officii est caput 32. inter constitutiones Nicosienses, Harduin. p. 1707. Labbe p. 2386.

* Synodus *Norwicensis* S. Michaëlis in Anglia. Constitutio Episcopi Norwic. Walteri Bateman de Suthfeld, de reditibus ecclesiarum vacantium à Paschate usque ad Pascha relinquendis

2011 Ministerio de Cultura

dis morienti, ut de illis teſtari poſſit. Ejusdem conſtitutionis declaratio.

†† Conſtitutiones Synodales *Valentinæ* diœceſis, ſub Andrea de Albalato, Epiſcopo Valentino, editæ primum à Card. de Aguirre T. 3. Concilior. Hiſpan. p. 506. & ab Harduino p. 1975.

A. C. 1256. * Conſtitutiones *Ægidii de Bridport*, Epiſcopi *Sarum*.

1257. **Danicum*, pro Epiſcoporum in regno Daciæ ſive Daniæ ſecuritatibus. Canones IV. ex Alexandri IV. epiſt. 674. libri 3. apud Odoricum Raynaldum.

* *Lanciſienſe*, à Fulcone Gneznenſi in Polonia Epiſcopo, contra Boleslaum Sileſiæ Ducem, qui Epiſcopum Wratislavienſem & Presbyteros duos captos in carcerem conjecerat. *Hugonis* legati Papæ ſtatutum contra uſurarios eſt in conſtitutionibus Nicoſienſibus caput 29. apud Harduin. pag. 1705. Labbeum p. 2383.

1258. **Mertonenſe* apud Mertune, ſub Bonifacio Archiepiſcopo, ad quaſſandam *decimam* totius Eccleſiæ Anglicanæ, Alexandri Papæ poſtulationi conceſſam.

* *Roſſiacenſe*, apud Roſſec ſeu Ruffec, præſide Giraldo Burdegalenſi Epiſcopo. Capita X.

* *Monſpelienſe*, ſub Jacobo Archiepiſc. Narbonenſi. Capita VIII. Ediderat Dacherius tom. 2. ſpicileg. cum Conſilio de clericis facinoroſis per Seneſcallum capiendis de Ordinarii licentia.

1259. **Scoticum*, Perthi in oppido S. Johannis, præſente Rege Alexandro & ſtatuta provincialia approbante.

* *Ravennenſe* ſub Philippo Archiepiſcopo, in quo Dominicani & Franciſcani ab Opizone Sanvitalio Parmenſi Archiep. contra imputationes clericorum defenſi.

1260. * *Arelatenſe*, ſub Conrado Archiepiſcopo Florentino. Canones XVII. quorum primus eſt contra *Joachimi* Abbatis & *Joachiticorum* doctrinam, qui ſæculum Spiritus S. in quo Monachi perfectiorem vitam inducerent, jactabant. Statutorum de Monachis, capita XXVIII.

* *Colonienſe*, ſub Conrado Archiepiſcopo, Capita XIV.

* Pa-

2011-Ministerio de Cultura

* *Parisiense*, de propitiando DEO adversus Tartarorum & Saracenorum irruptiones.

Statuta *Gvidonis* Archiepiscopi Narbonensis (postea *Clementis IV.* Papæ). Capita VI.

* *Copriniacense* sub Petro Burdegalensi Episcopo, pro disciplina Ecclesiastica. Capita XIX.

†† *Cyprium*, sub Germano Amathuntis Episcopo & summo Græcorum in insula Cypro antistite, quod laudat Allatius lib. de Synodo Photiana p. 506.

A.C. 1261. * *Lambethense* apud Lambetham, juxta Londinum, sub Bonifacio Cantuariensi Archiep. ubi plures pro eadem Ecclesiastica disciplina constitutiones.

* Concilia ubique terrarum illo tempore ab Alexandro IV. Papa indicta ad reprimendas Tartarorum incursiones.

* *Britannica* duo, *Londinense* & *Beverlacense*, eadem de causa celebrata, nec non *Moguntinum* in Germania.

Urbani IV. Papæ epistolæ duæ, *de festo Corporis Christi*: 1] ad Evam reclusam S. Martini Leodiensis, 2] ad omnes Prælatos.

Aliæ ejusdem Pontificis epistolæ exstant tomo IV. Histor. Francorum Ducheſnii p. 418. seq. & 864. seq. Multæ etiam apud Raynaldum & Bzovium Annalium Ecclesiasticorum scriptores.

1262. * *Copriniacense* sive apud Cognac, sub Petro *Burdegalensi* Archiepisc. Capita VII.

Constitutionum Ecclesiasticarum ejusdem Petri Archiepiscopi alia, capita totidem.

1263. * *Parisiense*, in quo centesima bonorum Ecclesiasticorum, subsidio terræ sanctæ in quinquennium addicta.

* *Henrici III.* Anglorum Regis contra non residentiam Prælatorum.

1264. * *Nannetense*, sub Vincentio Archiep. Turonensi. Capita IX.

* *Parisiense* contra vitium jurationum turpium & blasphemiarum in Dominum & Sanctos ipsius. Celebratum præsente S. Ludovico Francorum Rege & Simone Cardinale, Papæ legato.

* *Bononiense* in Gallia, ubi Angli, Regi suo Henrico III. rebelles excommunicantur.

A.C. 1265.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 1265. * *Londinense*, in quo Ottobonus Cardinalis, legatus Papæ, Regis Angliæ adversarios excommunicavit.

† *Clementis IV.* Papæ epistolæ III.

1266. * *Colonienſe* sub Henrico Archiepiscopo, de disciplina Ecclesiastica reformanda. Capita XLV.

1267. * *Sedenense*, Sedenæ ab Episcopis Arelatensis provinciæ. Acta nulla memorantur.

* *Ad Pontem Audomari*, in provincia Rotomagensi. Capita IV.

* *Northamptonienſe*, in quo excommunicati, qui Comiti Simoni contra Regem Angliæ Henricum III. præstiterant auxilium, & decima bonorum Ecclesiasticorum Regi in septem annos concessa.

* *Uratislavienſe*, sub Simone Cardinali, Papæ legato, pro terræ sanctæ subsidio.

Viennense in Austria, in causa reformandæ ecclesiæ, sub Gvidone Cardinali, Papæ legato. Capita XIX. Habet etiam emendatos è MS. Lambecius tom. 2. Bibl. Vindob. p. 61.

†† Decreta Hungarorum, quæ de Gvidone Cardinali susceperunt. Capita XX. edita primum à Lambecio T. 2. p. 68.

1268. †† Statuta Synodalia *Claromontensis* Ecclesiæ sub *Gvidone de Turre* Episcopo: 1) de decem mandatis Decalogi, quæ exponuntur & hoc comprahenduntur tetrasticho:

Sperne DEos, fugito perjuria, Sabbata ſervæ,
Sit tibi patris honos, ſit tibi matris amor.
Non ſis occiſor, moëchus, fur, teſtis iniquus,
Vicinique torum resque caveto ſuas.

2) de articulis fidei. 3) de S. Trinitate & Incarnatione. 4--- 10) de sacramentis Ecclesiasticis, ubi etiam de pœnitentia & de fugiendis septem capitalibus vitiis. 11) ne venalia prostituantur sacramenta. 12) Decem præfationes precum Ecclesiasticarum. Pars secunda decem capitibus de disciplina Ecclesiastica absolvitur.

* *Londinense* sub Othobono Cardinale, Papæ legato. Capita LIV. de emendandis variis in Ecclesia excessibus & abusibus.

* *S. Ludovici* Francorum Regis *pragmatica sanctio*, de libertatibus Ecclesiæ

2011 Ministerio de Cultura

Ecclesiæ Gallicanæ. Capita VI. cum mandato de exsequendo.

*Concilium *apud castrum Gonterii*, Capita VIII. sub Vincentio de Pilenis, Turonensi Archiepisc.

A. C. 1269. **Andegavense*. Canones duo 1) contra prohibentes legata & donationes fieri Ecclesiis à subditis suis; & 2) ut personæ Ecclesiasticæ non sint advocati in curia sæculari.

**Senonense*. Capita VI. quorum primo confirmatur Canon A. 1208. editus contra clericos, qui focarias sive mulieres συνεις ἀκτους retinent.

1270. **Ravennense*, sub Philippo Archiep. adversus Cæsenatis Episcopatus invasores.

**Compendiense*, sub Archiep. Remensi D. Joanne de Courtenay, adversus eos, qui bona Ecclesiastica capiunt vel saisiunt.

**Avenionense*, sub Archiep. Arelatensi Bertrando. Capitula VIII.

1271. *Apud S. Quintinum* ab Episcopis Remensis provinciæ, vacante sede Remensi. Capita V. ex Cl. Hemeræi Augusta Viromanduorum illustrata.

*Electio Thealdi Archidiaconi Leodiensis in summum Pontificem *Gregorium X.* Kal. Sept. Compromissum, quo sex Cardinalibus potestas datur Pontificis eligendi. Instrumentum electionis factæ per sex electos Compromissarios. Assensus cæterorum Cardinalium, electionem ratam habentium. Cardinalium epistola ad Pontificem recens electum.

1273. **Redonense*, Capitula VII.

Gregorii X. Papæ epistola ad Henricum Leodiensem Episc. quem graviter increpat & ad meliorem frugem redire hortatur.

1274. *Lugdunense II.* generale, super Concordia cum *Græcis*. Epistola *Gregorii X.* convocatoria, *2) ad Michaëlem Palæologum Græcorum Imp. *3) ad Josephum Patriarcham C. Pol. *4) *Michaëlis Palæologi* Imp. epistola ad Gregorium Papam. Incipit: *Multa sunt sanctissime Domine.* *5) Papæ altera ad Imperatorem. Brevis narratio actorum in sex sessionibus Concilii. *Michaëlis Palæologi* Imp. (integrum nomen *Michaël Comnenus Ducas Angelus Palæologus*) epistola ad Gregorium X.

2011 Ministerio de Cultura

rium X. Incipit: ἐπεὶ ἀπεσάλησαν πρὸς τὸ σῆς μεγαλειότητος. *Sacramentum, quo *Georgius Acropolita* magnus Logotheta nuncius Imperatoris, ſchiſma ejurat. Literæ Prælatorum Græciæ. Sacramentum Græcorum iisdem fere, quibus prius illud conceptum verbis. Acta hujus Concilii petierunt collectores ex Annalibus Ord. Minorum Lucæ Waddingi, qui ad hunc annum videndus.

Gregorii X. Papæ epiſtola tertia ad Mich. Palæologum Imp. Alia ad Andronicum filium ejus primogenitum. 3.) ad Epiſcopos Græcorum. 4.) ad Abagham Tartarorum Regem.

Conſtitutiones XXXI. in Concilio Lugd. à Papa promulgatæ.

Eberhardi Ratisbonenſis Archidiaconi narratio brevis de Concilio Lugd. (ex Caniſii T. 1. antiqv. Lect. p. 308.) & de Græcis à promiſſione & concordia mox iterum reſilientibus, ac propterea à Martino IV. (A. 1281.) excommunicatis.

Saltzburgenſe, pro recipiendis Lugdunenſis Synodi conſtitutionibus, aliisque de cauſis. Capitula XXIV. quorum decimum ſextum eſt contra * *vagos ſcholares.*

A. C. 1275. **Arelatenſe*, ſub Bertrando de S. Martino, Arelatenſi Epiſcopo. Capita XXII. quorum quatuor primora deſiderantur.

1276. **Dunelmenſe*, ſub Roberto de Inſula, Dunelmenſi Epiſcopo, Conſtitutiones VI. de decimis. Sententia in perturbatores libertatum Eccleſiæ & teſtamentorum. Ricardi officialis, additio duorum Capitum.

**Salmurienſe*, Capita XIV.

**Bituricenſe*, ſub Simone Cardinale, Papæ legato, capita XVI. Gregorii X. Papæ ad Simonem Cardinalem Epiſtola. Joannis Turonenſis Archiep. ad Nannetenſem Epiſc. qua miſſa ſibi à Cardinali, Bituricenſis Concilii ſtatuta transmittit publicanda.

1277. **Compendienſe*, ſub Petro Barbeto Archiepiſcopo Remenſi, in Canonicos Cathedrales.

CPoli-

* Doctiſſimus Vir Jacobus Thomaſius ὁ μαναείτης Lipſiæ A. 1675. diſſertationem edidit de vagantibus ſcholaſticis, in qua nulla Canonis hujus neque Conradi Saltzburg. (infra A. 1291.) conſtitutionis mentio, ſed ætas illorum ad medium ſæculum decimum quintum § 113. detruditur.

2011 Ministerio de Cultura

**CPolitanum*, Patriarchæ CPol. *Joannis Becci* ſive *Vecci* epiſtola ad Johannem XXI. Papam cum profeſſione fidei & ſchiſmatis deteſtatione atque recognitione primatus Papæ. Incipit: *Principii boni optimum eſſe finem.* Edidit etiam Odoricus Raynaldus ad A. 1277. & Allatius lib. 2. de conſenſu p. 746. De aliis Vecci hujus ſcriptis pro extinguendo ſchiſmate editis, vide quæ notavi Volum. IX. hujus Bibl. p. 340. ſeq.

**CPolitanum II.* in quo excommunicati, qui concordiam cum Romana Eccleſia reſpuebant. Epiſtola ejusdem Vecci Patriarchæ ſynodica, quæ incipit: *Charitati veſtræ notum volumus.*

1278. **Langeſienſe*, ſub Joanne Turonenſi Archiep. Capita XVI.

1279. **Auſcenſe*. Epiſtola ſynodalis ad Regem Angliæ Eduardum, eundemque Aquitaniæ Ducem de juribus Epiſcopi & Eccleſiæ Valatenſis defendendis ab invaſione Seneſcalli Vaſconiæ.

**Biterrenſe*, ſub Petro Narbonenſi Archiep. de mittendis ad Regis parlamentum procuratoribus pro defendendis Eccleſiaſticis libertatibus. Archiepiſcopi epiſtola de rebus in Concilio geſtis.

**Apud Pontem Audomari*, ſub Gvilelmo de Flavacuria Archiep. Rotomagenſi. Capita XXIV.

**Avenionenſe*, ſub Bernardo Archiep. Arelatenſi, Capita XV. nec non alia de Cruce ſignatis, & de privilegiis religioſorum.

**Redingenſe*, ſub Joanne Peckham, Cantuarienſi Archiep. Conſtitutionum capita V. aliæ item ordinationes, quibus *Roberti* prædeceſſoris ſtatuta confirmantur, & *Oxonienſi Studio* obſervanda quædam ſtatuuntur.

**Budenſe*, à Ladislao Hungariæ Rege disturbatum. Philippi Firmiani Epiſcopi, Papæ in Hungariam legati, Capita LXIX. Ediderat Odericus Raynaldus ad calcem tomi XIV. Annalium.

**Andegavenſe*, ſub Johanne Turonenſi Archiepiſcopo. Capita V.

Tarraconenſe, pro canonizatione *Raymundi de Pennaforte.*

1280. **Colonienſe*, ſub Sifrido Archiepiſcopo, Capita XVIII. de diſciplina Eccleſiaſtica & Sacramentorum adminiſtratione.

**Lambethenſe*, ſub Joanne Cantuarienſi Archiep. ubi conſtitutio-

2011 Ministerio de Cultura

nes Othonis seu Odonis (A. 942.) & Othoboni (A. 1268.) confirmatæ, aliæque additæ sunt.

**Biterrense*, cujus periere Acta. Supereſt epiſtola Bernardi Epiſcopi Helenenſis ad Petrum Narbonenſem Epiſc. & altera ad eundem, capituli Helenenſis.

**CPolitanum*, ſub Jo. Vecco Patriarcha, de corrupto S. Gregorii Nyſſeni loco, quo Spiritus S. ex Filio proceſſio aſſeritur in homilia in Orationem Dominicam, quæ incipit: Ὅτε προσῆλθε ὁ μέγας Μωϋσῆς. Græce & Latine ex Allatii Græcia Orthodoxa T. 1. p. 366. Notat Coſſartius verba illa, quæ præter Beccum deſignant Hugo Etherianus & Manuel Calecas: in Nyſſeno hodie non legi. Similiterque apud S. Chryſoſtomum homilia de incarnarnatione, Photium Cod. 227. legere Τὸ αὐτὸ πνεῦμα, cum apud eundem Beccum & Calecam, & in Saviliana editione legatur Τὸ ἐξ αὐτοῦ.

††*Noviomense* incerti temporis, cujus capitula ſex edidit Cl. Hemeræus in Auguſta Viromanduorum vindicata & explicata Pariſ. 1643. 4.

**Ravennense*, apud Forum Cornelii. Acta non exſtant.

**Santonense*, ſub G. de ſancto Bricio, Epiſcopo, Capita XV. quorum poſtremum eſt ne diffamentur fratres Prædicatores & Minores ſuper detectione confitentium.

**Pictavense*, ſub Gvaltero Epiſcopo. Capitula XI.

A. C. 1281. † *Martini II.* (vulgo IV.) Papæ epiſtolæ V.

Saltzburgense, ſub Friderico Archiep. Capita XVIII.

**Lambethense*, ſub Joanne Peckham Archiepiſc. Cantuarienſi, ubi Conſtitutiones Odonis (A. 942.) & Othoboni (1268.) innovatæ, aliæque additæ XXVII. Archiepiſcopi epiſtola ad Edwardum Regem Angliæ de libertate Eccleſiæ; & ſtatutum, quæ debeant in Eccleſiis inveniri per rectores, & quæ per parochianos.

1282. **Avenionense*, ſub Bertrando Amalrico, Archiep. Capitula XI, in fine mutila.

**Santonense*, ſub Gaufrido de ſancto Bricio. Capita V.

**Turonense*, ſub Joanne Archiep. Capitula XIII.

Mar-

2011 Ministerio de Cultura

**Martini IV.* Papæ, ſententiæ duæ in Petrum Aragonum Regem ejusque fautores, *Siciliæ* regno imminentes latæ, quas ediderunt Franciſcus Ducheſne T. V. hiſt. Francor. & Lucas Dacherius tomo 2. ſpicileg. Tertia excommunicationis ſententia in eos, qui Siciliam Carolo, Regis Francorum fratri, à Papa, fiduciario jure traditam invaſerant, videri poteſt apud Bzovium ad A. 1281. p. 884.

A.C. 1284. **Pariſienſe*, ſub Jo. Choleto Papæ legato. Nulla acta referuntur.

* *Nemauſenſe*, ſub Bertrando Epiſcopo. Conſtitutiones 1) de baptiſmo. 2) de pœnitentia. 3) de caſibus, in quibus pœnitentes ad Epiſcopum ſunt mittendi. 4) de Sacramento Evchariſtiæ & extrema unctione. 5) de celebratione miſſarum. 6) de veneratione eccleſiarum. 7) de alienatione rerum eccleſiarum, & obligatione ipſarum. 8) de vita & honeſtate clericorum. 9) de teſtamento. 10) de ſepulturis, & 11) quibus caſibus eccleſiaſtica ſepultura deneganda ſit. 12) de decimis & primitiis. 13) de ſponſalibus & matrimonio. 14) de ſententia ex communicationis & interdicti, & quomodo ſanis & infirmis beneficium abſolutionis ſit impendendum. 15) de perjuris & pœnis ipſorum. 16) de perfidis Judæis, ubi inter alia ut in medio pectoris roſam portent, quo à Chriſtianis diſcernantur. 17) Capitula quædam non habentia titulos ſpeciales.

**Pictavenſe*, ſub Galtero Epiſcopo. Capitula V.

EDITIONIS LABBEI TOMUS XI. PARS II.

1285. **Lanciſienſe*, adverſus Henricum IV. Wratislaviæ Ducem, eccleſiaſticæ libertatis violatorem.

†† *CPolitanum*, de loco Johannis Damaſceni lib. 1. de fide Orthodoxa cap. 8. Acta ex Pachymeris libro VII. hiſt. refert Allatius lib. 2. de conſenſu c. XI. p. 495 -- 515.

1286. *Ravennatenſe I.* ſub Archiep. Bonifacio, pro cauſa reformandæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ, rubricæ IX.

**Bituricenſe*, ſub Simone de Belliloco, Archiepiſcopo Bituricenſi. Capita XXXV.

†† 1284 -- 1286, Provinciæ *Burdegalenſis* diœceſiumque *Caturcenſis*,

2011 Ministerio de Cultura

Claromontensis, Albiensis, Ruthenensis & Bituricensis Visitatio, ab eodem Simone peracta, quam primus Harduinus edidit pag. 963. 1013. 1032. 1046. 1049. 1059. eximium disciplinæ ecclesiasticæ illa ætate monumentum.

Joannis Cantuariensis Archiep. damnatio octo capitum, tanquam hæreticorum, de forma corporis humani mortui vel vivi.

* *Radulfi* Lugdunensis & *Hugonis* Eduensis Episcopi ordinationes, pro administratione Archiepiscopatus & Episcopatus, sede vacante.

A. C. 1287. * Articuli observandi per rectores & vicarios *Cantuariensis* diœcesis & jurisdictionis.

* *Exoniense*, à Petro Quivil, Exoniensi Episcopo. Capitula LV. quorum vigesimo tertio festa indicenda & observanda hæc memorantur: in mense *Januario* Circumcisionis Domini, Epiphaniæ Domini, Conversionis S. Pauli. *Februario* Purificationis Mariæ, Cathedræ S. Petri, S. Matthiæ Apostoli. *Martio* S. Gregorii, & annunciationis S. Mariæ. *Aprili* S. Gregorii & S. Marci Evangelistæ. *Majo* SS. Philippi & Jacobi, Inventionis S. Crucis, S. Johannis ante portam Latinam, & S. Augustini Anglorum Apostoli. *Junio* S. Barnabæ Apostoli, Nativitatis S. Johannis Baptistæ, Apostolorum SS. Petri & Pauli. *Julio* translationis S. Thomæ Martyris, S. Mariæ Magdalenæ, S. Jacobi Apostoli majoris. *Augusto* ad vincula S. Petri, S. Laurentii, assumptionis B. Mariæ, S. Bartholomæi Apostoli, & decollationis S. Johannis Baptistæ. *Septembris* Nativitatis B. Mariæ, exaltationis S. Crucis, S. Matthæi Apostoli, S. Michaëlis Archangeli. *Octobri* S. Lucæ Evangelistæ & Apostolorum SS. Simonis & Judæ. *Novembri* omnium Sanctorum, S. Martini, S. Catharinæ, S. Andreæ Apostoli. *Decembri* S. Nicolai, Conceptionis B. Mariæ, S. Thomæ Apostoli, Nativitatis Domini per octo dies. Præterea temporibus suis, Paschæ per quatuor dies, Ascensionis Domini, Pentecostes per quatuor dies, & festum Sancti loci & dedicationis Ecclesiæ.

* *Petri* Exoniensis summula seu modus exigendi confessiones & pœnitentias injungendi.

* *Re-*

2011 Ministerio de Cultura

* *Remense*, sub Petro Barbet, Archiepiscopo Remensi, de concessa Fratribus Prædicatoribus & Minoribus potestate confessiones audiendi, pœnitentiasque imponendi.

Herbipolense sub Joanne Tusculano Episcopo, Papæ legato. Canones XLII. quorum quarto hastiludia & torneamenta clericis interdicuntur.

Mediolanense sub Ottone Archiepiscopo. Canones X. quorum primo Friderici Imp. constitutiones contra hæreticos latæ confirmantur.

A. C. 1288. * *Insulanum*, sub Rostagno Arelatensi Archiepisc. Canones XVIII.

1289. * *Cicestrense* sub Gilberto Cicestrensi Episcopo, Capitula XLI.

* *Viennense* in Gallia, sub Gvilelmo de Valentia, Viennensi Archiepisc. Acta nulla memorantur.

1290. * *Nugarolienſe* sub Amaneo de Armaniaco, Archiep. Auscitano contra comitem Fuxi & alios invasores rerum Ecclesiasticarum. Capita XII.

* *Parisiense* in Ecclesia B. Genovefæ à Girardo & Benedicto, legatis Papæ. Acta nulla memorantur.

1291. *Saltzburgense*, de Hospitaliorum, Templariorum & Teutonicorum ordinibus conjungendis.

Chunradi Archiep. Saltzburg. constitutiones 1] de contractibus matrimonialibus, 2] de clericis officialibus, 3] de secta vagorum scholarium de quibus supra ad A. 1274.

Londinense, præsente Rege Eduardo, ubi ex regno ejecti Judæi, & vetitum prædia donare collegiis monachorum, quod posterius à legato Papæ superveniente impeditum est.

Mediolanense, sub Ottone Archiepiscopo, pro auxilio terræ sanctæ.

1292. *Aschaffenburgense* sub Gerardo Archiep. Moguntino. Acta non exstant.

* *Ciceſtrense* sub Gilberto Episcopo Ciceſtrensi. Capitula VII.

1294. * *Salmurienſe* sub Archiep. Turonensi. Capitula V.

Epistolæ 1] *Bonifacii VIII.* Papæ ad Robertum Archiep. Cantuarienſem. 2] ad Eaduardum Regem Angliæ super regno *Scotiæ*. 3] Roberti Cantuariensis, & 4] Eaduardi Regis ad Papam de eodem argumento.

A. C.

2011 Ministerio de Cultura

A. C. 1295. * *Roberti* de Winchelſe, *Cantuarienſis* Archiep. pro meliori curiæ ſuæ regimine. Capitula XLVII.

1297. * *Londinenſe*, ſub eodem Roberto. Sententia excommunicationis contra occupatores bonorum Eccleſiaſticorum.

† *Lugdunenſe*, quod hoc loco Binius ex Polydori Virgilii hiſtoriæ Anglicæ lib. XVII. memorat, contra Principes vectigalia Sacerdotibus imponentes, pro fictitio habet Labbeus.

1298. * *Santonenſe* ſub Gvidone Epiſcopo Santonenſi. Capitula VII.

1299. * *Rotomagenſe* in Eccleſia B. Mariæ de Prato (noſtre Dame de Bonne nouvelle) Capitula VII.

* *Biterrenſe*. Synodica epiſtola ad Philippum IV. Francorum Regem, ut Narbonenſi Archiepiſcopo ſubjecti eſſent Vicecomites.

1300. * *Meledunenſe* ſub Stephano Senonenſi Archiep. pro reformanda Eccleſiaſtica diſciplina.

* *Mertonenſe*, ſub Roberto Cantuarienſi Archiep. Conſtitutiones de decimis & nutrimentis animalium, de mortuariis ſive morientium legatis, de rebus quas parochiani invenire debeant & quas rectores: de ornamentis Eccleſiæ, & de duobus ſtatutis, quæ inter ſe contraria videbantur.

* *Colonienſe* ſub Wichboldo Archiepiſcopo. Statuta XXII. in quibus ſeptimum decimum, ne campanarii ſint illiterati.

* *Bajocenſe*, Capita CXIII. in quibus tertium, ut jejuni intrent Synodum. IX. de ſanguine CHriſti cadente ſuper corporàle, & XI. ſi muſca vel alia res cadat in calicem, quid agendum ſit? de quo actum etiam in Conſtitutione VI. Claromontana A. 1268. ubi porro habes, quod ſtatuitur capite XVI. ne detur evchariſtia pueris infra ſeptennium.

Hactenus ſynodalia etiam ſingularium diœceſeon *ſtatuta, edidiſſe ſe profitentur collectores: quæ deinceps omittent ob multitudinem & quoniam non res tantum ſed verba plerumque* ex provincialibus, *quæ negant ſe negligere, repetita in illis offenderunt.*

†† Statuta Eccleſiæ *Conſtantienſis*, edita ab Edmundo Martene in collectione nova veterum ſcriptorum p. 351, ad hoc tempus vel paulo poſt ſpectant.

* Alia

2011 Ministerio de Cultura

* *Auſcitanum*, Conſtitutiones Provinciales XIII. Auſcitaniæ provinciæ.

A.C. 1301. **Compendienſe*, ſub Remenſi Archiepiſc. Capita VII.

1302. * *Pariſienſe*, in æde B. Mariæ ſuper diſſidiis inter Bonifacium VIII. Papam & Philippum Pulchrum Francorum Regem.

Romanum, contra eundem Philippum Regem.

* *Apud Pennam Fidelem*, ſub Hiſpaniarum Primate Archiepiſc. Toletano. Capita XV. quorum XI. eſt de feſio *S. Ildephonſi* Toletani Epiſcopi.

1303. * *Nugarolenſe* ſub Amaneo Archiepiſc. Auſcitano. Capita XIX. cum confirmatione ſtatutorum.

1304. * *Compendienſe* ſub Roberto de Courtenay, Remenſi Archiep. Capitula quinque, quorum ultimum, ut Eccleſiaſtici contenti ſint juſculo & duobus ferculis, niſi ſuperveniant magnates.

1305. * Decretum electionis *Clementis V.* Papæ (antea Bertrandi, Archiepiſc. Burdegalenſis) cum ſubſcriptionibus Cardinalium XVII. ex avtographo quod cum ſigillis appenſis & ſingulorum monogrammatis ſervatur in tabulario S. Andreæ Burdegalenſis. Eorundem altera ad eundem epiſtola. Clementis V. diploma, quo negatur regno Franciæ præjudicium afferendum per definitionem Bonifacii VIII. quæ incipit : *Unam ſanctam.*

Ejusdem Clementis V. epiſtola ad Uladislaum, ut abdicato monaſtico habitu regnum Poloniæ adeat, occurrit T. VII. ſpicilegii Dacheriani p. 236.

1307. * *Ravennenſe I.* ſub Raynaldo Archiepiſcopo. Acta nulla memorantur.

1308. * *Auſcitanum* ſub Amaneo Archiep. Auxitano. Capitula VI.

1309. * *Londinenſe* in Eccleſia S. Pauli, ſub Roberto Cantuarienſi Archiep. Bulla *Clementis V.* ſuper convocatione ad Concilium generale, contra *Templarios.* Ejusdem epiſtola ad Cantuarienſem & alios Epiſcopos Angliæ. *Roberti* Cantuar. ad Robertum Londin. Epiſc.

* *Poſonienſe* in Hungaria, ſub Gentili Cardinale, S. Martini in Montibus, Papæ per Hungariam & Poloniam legato. Capita IX. Confirmatio hujus Concilii à *Clemente V.* Papa.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 1310. *Saltzburgenſe I.* pro decimis duorum annorum ſolvendis Pontifici.

Saltzburgenſe II. de ſtatutis quibusdam pœnalibus in clericos delinquentes. Capita IV. *Clementis V.* conſtitutio, qua Conſtitutio Bonifacii VIII. quæ incipit, *Clericis Laicos*, mitigat.

* *Colonienſe*, ſub Henrico Archiepiſcopo. Capitula XXIX. quorum primum de revocatione ſtatutorum contra libertatem Eccleſiaſticam factorum. Vigeſimum primum ne fiant imprecationes, nec cantetur *media vita* a) contra aliquas perſonas, niſi de licentia ſpeciali.

* *Ravennenſia* duo, tum *Salmanticenſe* & *Pariſienſe*, in cauſa *Templariorum.*

Moguntinum, in eadem cauſa.

1311. *Viennenſe* generale contra eosdem *Templarios*, b) Clementis V. Papæ epiſtola ad Philippum Regem Francorum. Similesque datæ ad alios Reges & Epiſcopos, Abbates & Priores. Sententia de extinctione Templariorum lata à Clemente V. in Concilio. Aliæ Clementis V. epiſtolæ. Binii nota de occaſione & geſtis Concilii. Epiſtolæ Clementis V. de inquiſi-

a) Mitten wir im Leben ſind. *Media vita in morte ſumus, quem quærimus adjutorem niſi te Domine, qui pro peccatis noſtris juſte irascens.* Vide Cangium in *media vita*, & Georg. Colvenerii notas ad Nideri formicarium, ſub init.

b) De præpotenti Ordine Templariorum, ſceleribusque incredibilibus, nec deductis ad liquidum, quæ in eos impacta ſunt, & violenta eorum extinctione copioſe ſatis PETRUS PUTEANUS, Pariſ. 1652. 4. cujus Hiſtoria condemnationis Templariorum ex Gallico Germanice etiam verſa Francof. 1665 4. & Gallice Amſt. 1713, 12. recuſa eſt: NIC. GURTLERUS in Hiſtoria Templariorum, Amſt. 1691. & ex editione ſecunda auctiore, ib. 1703. 8. atque in ſingularibus diſſertationibus B. ÆGIDIUS STRAUCHIUS, Witeb. 1669. JOH. CHRISTOPHORUS WICHMANSHAUSEN, ibid. 1687. & D. CHRISTIANUS THOMASIUS, Halæ Saxon. 1705. qui injuſte extinctum non dubitat, quam in ſententiam vide etiam JOH. HENRICUM BOECLERUM T. 3. diſſ. p. 455. ſeq. quicquid pro Viennenſis Concilii ſententiæ juſtitia diſputent LUD. ELLIES DU PIN Tomo XI. Bibl. Eccleſ. p. 23. & NATALIS ALEX. Sec. XIII. & XIV. diſſ. 10. T. 7. p. 506. ſeq. aliique Romanarum partium ſcriptores BZOVIUS, RAYNALDUS, &c. Non omittendum complura ad notitiam hnjus cauſæ legi etiam in Tomo tertio ſplendidæ collectionis fœderum, conventionum aliorumque monumentorum hiſtoricorum Angliæ, editæ à THOMA RYMERO, cujus primus Tomus ab A. 1101. incipit, decimus ſextus ſive ultimus deſinit in A. 1616.

2011 Ministerio de Cultura

quiſitione in ſcelera Templariis imputata, & de bonis ipſorum diripiendis. De ordine ſeſſionum trium in Concilio, & de variis in illo ſancitis conſtitutionibus, ubi etiam contra *Petri Joannis Olivi*, qui *Joachimi* c) Abbatis diſcipulus erat, errores, & contra *Beguardos* & *Beguinas*, *Fratricellos* & *Dulciniſtas*, à Dulcinio quodam ita dictos.

A.C. 1312. †† *Tarraconenſe*, in quo *Templarii* ſunt abſoluti, redditus Ordinis ſui fuere reſtituti, dummodo eſſent ſubjecti Epiſcopo loci. Actorum ſummarium duntaxat exhibet Cardinalis de Aguirre ex MS. in Tomo III. Concilior. Hiſpan. p. 546. Hujus Concilii non meminere ſcriptores rerum Hiſpanicarum, non Blanca, non Surita, non Mariana, quamvis de Templariorum cauſa ſat prolixe diſſerunt. *Harduin.*

Ravennatenſe II. ſub Raynaldo Archiep. pro diſciplina & moribus Eccleſiæ reformandis. Capita XXXII.

1314. * *Pariſienſe* ſub Philippo Senonenſi Archiep. Capitula III.

Ravennatenſe III. ſub Raynaldo Archiep. Capitula XX.

1315. * *Salmurienſe*, ſub Gaufrido Turonenſi Archiep. Capitula IV.

* *Nugarolenſe* ſub Gvilelmo Archiepiſcopo Auſcitano. Capitula V.

* *Silvanectenſe*, de cauſa Petri de Latiliaco, Catalaunenſis Epiſcopi, ſuſpecti de nece Philippi Regis Franciæ, ſuique prædeceſſoris. Epiſtolæ Ludovici X. Regis Francorum & Roberti de Curtenaco Remenſis Archiep. invitatoriæ ad Concilium.

1316. * Articuli à Prælatis Angliæ oblati *Eduardo II.* Regi, una cum Regis ad eos reſponſionibus, de caſibus, in quibus judex eccleſiaſticus poſſit recognoſcere, Regia prohibitione non obſtante. Literæ Regis eadem de cauſa ad Juſtitiarios.

1317. * *Silvanectenſe*, à Remenſis provinciæ Epiſcopis, contra invaſores rerum eccleſiaſticarum.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XXIX.

Joannis XX. (vulgo XXII.) Papæ epiſtolæ 1] de beatitudine animarum

c) Jacobus à Lande & alii Joachimum ab hæreſi abſolvunt. Vide Natalem Alex. Sec. XIII. & XIV. diſſ. 2.

2011 Ministerio de Cultura

marum ſeparatarum palinodica declaratio, qua facta A. 1334, exſpiravit. 2] de bello Saracenis inferendo, ubi inſertæ litteræ Philippi Comitis de Anjou ad Pontificem. 3] ad capitulum eccleſiæ Pragenſis; & 6] ad Epiſcopum Pragenſem, de proceſſu Papæ contra Ludovicum Regem Romanorum (adde epiſt. ad Archiepiſc. Ravennatem apud Bzovium ad A. 1323.) 4] ad univerſum clerum de audienda confeſſione. 5] ad Epiſcopum Olomucenſem de decimis in regno Bohemiæ & comitatu Lucemburgenſi per triennium regi Johanni perſolvendis. 7] ad Archiepiſcopum Bituricenſem & alios Galliæ Epiſcopos ſuper negotio Epiſcopi Catalaunenſis Petri de Latiliaco.

* Rubricæ quinque partium Regiſtri Papæ Johannis XX. parte 1. epiſtolarum duarum de canonizatione B. Ludovici & Thomæ Confeſſorum Epiſcoporumque Toloſani & Herfordenſis. Parte 2. epiſtolarum LV. parte 3. epiſtolarum XXIII. parte 4. epiſtolarum CII. & parte 5. epiſtolarum XIII.

Ravennatenſe IV. ſub Raynaldo Archiep. Ravennatenſi, celebratum Bononiæ. Capitula XXIV. in quorum præfatione, traditur ſtatuta Conciliorum maxime Nicæni, CPolitani, Epheſini & Chalcedonenſis *ſicut quatuor Evangelia ſuſcipere ac venerari teneri Chriſtianos*, perinde ut in Ælfrici canone 33. (ad A. 1049.) *quatuor iſtæ Synodi adeo obſervandæ ſunt à CHriſti Eccleſia, ut quatuor CHriſti Codices.*

A.C. 1319. * *Toloſanum* ſub Joanne Raymundo de Convenis, Archiep. Toloſano. Acta nulla exſtant.

†† Decretum Inquiſitoris in partibus Toloſanis, adverſus libros Judæorum, qui appellantur *Talmudz*, propter errores & blaſphemias contra Dominum JEſum CHriſtum & ejus ſanctiſſimam genitricem Virginem Mariam & nomen Chriſtianum.

1320. * *Senonenſe* ſub Gvilelmo de Meloduno Archiepiſcopo. Loci ſive capita IV. edita pridem cum ſtatutis Trecenſibus, Trecis 1530.

1321. * *Londinenſe.* Præceptum Regis Edwardi II. ne quicquam in illius aut ſtatus coronæ vel regni præjudicium ſtatuant in Concilio,

2011 Ministerio de Cultura

cilio, faciant, aut quomodolibet ordinent. Waltheri Raynaud, Archiepiſcopi Cantuarienſis. Capita VIII.

A.C. 1322. *Apud Vallem Oleti* (Valladolid) *Palentinæ* diœceſis in Hiſpania, ſub Gvillermo Sabinenſi Epiſcopo, Papæ legato. Capita conſtitutionum XXVII.

* *Colonienſe* ſub Henrico Archiepiſcopo Colon. ubi *Engilberti* Archiepiſcopi Colon. ſynodalia ſtatuta recipiuntur pro provincialibus, perinde ut factum A. 1266. De Engilberto illo, qui interfectus A. 1225. vide Surium 7. Nov.

1323. * *Pariſienſe*, ſub Gvilelmo de Meloduno, Senonenſi Archiepiſc. Capitula IV.

Toletanum edidit Cardinalis Aguirre, quod ab Harduino & aliis collectoribus, ut omnia diœceſana poſt A. 1300. omiſſum eſt.

1324. *Toletanum* Provinciale, ſub Joanne Archiepiſc. & Primate Hiſpaniarum. Capita VIII.

1326. * *Avenionenſe*, à trium Provinciarum Epiſcopis. Capita LIX. edita pridem à Petro Gaſſendo poſt notitiam eccleſiæ Dinienſis, Pariſ. 1654. Caput XXXVII. contra colligationes & conjurationes ſive confratrias.

* *Marciacenſe* (Marſiac in Aquitania tertia ſeu Novempopulania) ſub Gvilelmo de Flavacourt, Auſcitano Archiep. Capita LVI. quorum quadrageſimo ſecundo ſtatuitur *S. Marthæ*, hoſpitis CHriſti feſtum celebrandum 4. Kal. Auguſti.

* *Silvanectenſe* ſub Gvilelmo de Tria, Archiep. Remenſi. Capita VII. quorum primum eſt Ordo celebrandi Concilii.

* *Complutenſe* ſub Joanne Toletano Archiepiſc. Capitula duo, quorum ſecundo confirmatur conſtitutio Concilii apud Pennam Fidelem A. 1302. de immunitate Eccleſiarum.

1327. * *Roſſiacenſe* ſub Arnaldo Burdegalenſi Epiſcopo. Capitula duo pro eccleſiarum libertate.

†† *Toloſanum*, quo prohibitum exequias viri tanquam mortui celebrare, ut viventi ſibi fecerat Eſcalquentius unus de conſulibus civitatis Toloſanæ, atque poſtea factum à Carolo V. Imperatore, unde fallitur Gregorius Leti, qui lib. 19. vitæ Caroli V. ante eum nemini hoc in mentem veniſſe ſcribit.

Avenionenſe contra Petrum Corbarienſem ſive *Nicolaum V.* antipapam.

2011 Ministerio de Cultura

A.C.1328. **Londinense* sub Simone Mepham, Cantuariensi Archiep. Capitula XI. quorum primo festum diei Parasceves, secundo festum B. Mariæ Conceptionis, à prædecessore Anselmo additum, celebrari præcipitur.

1329. **Compendiense* sub Gvilelmo de Tria, Remensi Archiep. Capp. VII

* Conventus *Parisiensis* Prælatorum & Baronum regni Franciæ, præsente Philippo Valesio Rege, de temporali ecclesiasticorum jurisdictione moderanda.

* *Marcianense II.* sub Gvilelmo Auscitano Archiepiscopo, super cæde Anesaucii Episcopi Adurensis.

1330. **Lamethense* (apud Lamhith) sub Simone Mepham, Cantuariensi Archiep. Capita X.

1332. **Maghfeldense* sub eodem Simone, Constitutiones tres, quarum prima de festis diebus per annum celebrandis.

Benedicti XI. (vulgo XII.) Papæ epistolæ sive definitiones 1] animas sufficienter purgatas clara DEI visione frui (Bzovius ad A. 1336. n. 9.) * 2] de moderandis procurationibus visitantium ecclesias. * 3] Capita XXXVIII super reformatione *Canonicorum regularium S. Augustini* A. 1339.

1335. * *Rotomagense*, sub Petro Archiepiscopo. Capita XIII. quorum duodecimo statuitur, ut rectores ecclesiarum sint favorabiles ordinibus Mendicantium.

†† *Salmanticense* sub Joanne Archiep. Compostellano. Canones XVII. Harduin. p. 1965.

1336. **Bituricense* sub Fulcrando Archiep. Capita XIV.

* *Apud Castrum Gonterii* sub Petro Archiep. Turonensi. Capita XII.

1337. **Avenionense*, à trium provinciarum Episcopis, capita LXX. in quibus capita quædam Avenionensis Concilii anni 1326. repetuntur. Capite 69. de Judæis pro medicina exhibenda non requirendis. Adde Concil. Vavrense A. 1368. can. 114.

1339. * *Toletanum* sub Ægidio Archiepiscopo. Capita V. quorum tertium est, ut ex qualibet cathedrali vel collegiata ecclesia saltem unus ex decem clericis assumatur, qui ad studia Theologiæ & Juris Canonici accedere compellatur.

1340. *Nicosiense* in regno Cypri, sub Helia Archiepiscopo. Confessio fidei. Statuta Concilii, capita VIII. Inter constitutiones

2011 Ministerio de Cultura

nes Nicoſienſes, apud Labbeum pag. 2432. & Harduin. pag. 1753.

CPolitanum, præſente Andronico Imp. pro *Gregorii Palamæ* erroribus contra Barlaamum & Acindymum. Interfuiſſe Iſidorum Patriarcham CPol. tradit Nilus in Synopſi. Confer, quæ de Palama ejusque oppugnatoribus dixi Volumine X. hujus Bibl. pag. 454. ſeq.

A.C. 1341. **Anglicanum*, provinciæ Cantuarienſis, contra procurantes ſibi beneficia antequam vacent.

Clementis VI. Papæ epiſtola ad omnes Archiepiſcopos eorumque ſuffraganeos, de *flagellantium* hæreticorum condemnatione, data Avenione A. 1349. De hac ſecta auctor vltæ Clementis VI. apud Baluzium in vitis Paparum Avenionenſium pag. 319. ſeq.

1342. * *Londinenſe* ſub Johanne Stretfort, Archiepiſc. Cantuarienſi. Capita XII.

* *Londinenſe II.* ſub eodem Johanne. Capita XVII.

1344. **Noviomenſe*, ſub Johanne Remenſi Archiepiſc. Capita XVII. quorum 7) ne joculatores ſive hiſtriones candelas cereas tanquam res ſacras deferant & proceſſionaliter deportent adorandas. 12) ne miracula, quæ de novo dicuntur evenire, ſolemnizentur in publico, ordinario inconſulto. 14) contra laicos, qui clericos ſe fingunt. Mandatum Officialis Remenſis. Ordinatio Archiepiſcopi.

1345. *CPolitanum* adverſus *Gregorium Palamam*, à Collectoribus Conciliorum omiſſum. Vide Jo. Boivin ad Nicephorum Gregoram p. 790.

1346. **Pariſienſe* ſub Gvilelmo Senonenſi. Capita XIII. ex tomo V. ſpicilegii Dacheriani. Capite ultimo confirmatur Johannis XXII. Papæ ſtatutum de dicendo ter *Ave Maria*, tempore ſeu hora ignitegii, & indulgentiæ conceduntur dicentibus tunc *Pater noſter* & *Ave Maria*, ſingulis diebus auctoritate Concilii triginta dies, & cujuslibet ſuffraganei, viginti dies in provincia Senonenſi.

1347. †† *CPolitanum*, in quo Johannes Caleca Patriarcha de gradu dejicitur, quod *Barlaami* dogmata tueretur, & tomus ſynodicus conficitur, in quo *Acyndinus* & ſequaces ipſius damnantur, *Gregorius*

2011 Ministerio de Cultura

rius Palamas recte ſentire declaratur. Acta Synodi refert Cantacuzenus lib. IV. cap. 23. Subſcriptiones Lambecius Bibl. Cæſareæ T. 6. pag. 28.

A.C. 1347. *Toletanum* ſive *Complutenſe*, ſub Ægidio Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarum Primate & regni Caſtellæ Cancellario. Canones IV.

1350. †† *CPolitanum* in Blachernarum palatio Alexandrino, pro adſtruendis erroribus *Gregorii Palamæ* Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, damnandisque Barlaamo & Acindyno. Edidit Græce & Latine Franciſcus Combefiſius in auctario noviſſimo Bibl. Patrum, Pariſ. 1672. fol. T. 2. p. 135--176. additis notis. Inde Harduinus, ſed ſine notis, non hoc tomo VII. ſed tomo XI. p. 283. Subſcriptiones Imperatorum Joannis Cantacuzeni & Joannis Palæologi, Calliſti Patriarchæ, & Epiſcoporum Metropolitanorum XXVI. & magni Chartophylacis & hypati Philoſophorum Emparis.

* *Patavinum* ſub Gvidone Cardinali, Papæ legato. Acta non exſtant.

Conſtitutiones Philippi *Nicoſienſis* in Cypro inſula, apud Labbeum pag. 2439. & Harduin. p. 1760. 1) de Franco, contrahente cum Græca. 2) ut nec Græcus Franco, nec Francus Græco miniſtrent ſacramenta. 3) de clericis manus injicientes in clericos. 4) ut in inſtrumentis manumiſſionum fiat mentio de ſigillo curiæ Eccleſiaſticæ.

1351. * *Biterrenſe*, ſub Petro Narbonenſi Epiſcopo. Hujus epiſtolæ ad Hugonem Biterrenſem & ad alios Epiſcopos. Epiſtola Concilii de ſuborta quæſtione ſuper prioritate ſedendi inter Epiſcopum Carcaſſonenſem & cæteros Narbonenſis ſedis ſuffraganeos. Canones VIII. repetiti fere ex Concilio Avenionenſi A. 1326. & A. 1337.

†† *CPolitanum* adverſus *Gregorium Palamam*, cujus ſynodi acta prolixe deſcribuntur à Nicephoro Gregora lib. XVIII. c. 5. & libris XIX. XX. & XXI.

* *Lambethenſe*, ſub Simone Cantuarienſi Archiepiſcopo, de clericis ſæculari judicio non ſubjiciendis.

Inno-

2011 Ministerio de Cultura

Innocentii VI. Papæ epiſtolæ 1) ad Cantuarienſem & Eboracenſem Archiepiſcopos, de celebrando feſto *S. Auguſtini* Confeſſoris in Anglia. 2) ad Prælatos Angliæ de celebrando feſto *S. Eduardi* Regis.

Conſtitutiones Eccleſiæ *Nicoſienſis* in Inſula *Cypro*, ſive *Synodicon Nicoſienſe* hoc loco pag. 1697. Harduinus exhibet, Labbeus (qui primus è MS. ediderat) p. 2376. In hoc 1] habentur Canones XXXII. de variis diſciplinæ Eccleſiaſticæ capitibus, quorum vigeſimum prohibet tibicines & cantatrices pro mortuis, Paganorum & Judæorum ritui conſonas. Canon XXVII. & XXVIII. fuit jam ſupra ad A. 1252. & 1253. 2] *Concilium Nicoſienſe* ſub Archiepiſcopo Raphaële, poſt cujus præfationem ſeqvuntur Conſtitutiones XXII. pro inſtruendis a) *Græcis*. 3] Conſtitutiones aliæ, quas memoravi ad A. 1251. 1248. 1254. 4] Concilium *Nimocienſe* ſub Gerardo Nicoſienſi Archiep. A. 1298. Canones XVII. 5] Conſtitutiones Petri Ruthenenſis Epiſcopi, Papæ legati, publicatæ in Nicoſienſi Synodo A. 1313. Canones XLII. 6] Conſtitutiones ab Joanne Archiepiſc. Nicoſienſi promulgatæ A. 1320. ſeqq. Capita XIX. & alia X. 7] Aliæ ad A. 1340. & 1350. ſupra memoratæ. Denique totum Synodicon hoc claudit Philippi Archiep. Nicoſ. conſtitutio, ut quilibet in ordine ſuo ſerviat, promulgata A. 1354.

A.C. 1355. *Toletanum* ſub Blaſio Archiepiſcopo Toletano. Capitula II.

1362. *Magfeldenſe* ſub Simone Cantuarienſi Archiep. Mandatum de *feſtis* celebrandis, cui ſimile fuit ad A. 1332.

Lambethenſe ſub eodem Simone, de ſalariis, à presbyteris annuatim percipiendis.

Urbani V. Papæ conſtitutio contra *pluralitatem beneficiorum*.

Concilia varia pro reformandis moribus, & præſertim tollenda beneficiorum pluralitate, variis locis celebrata.

1365. *Andegavenſe* ſub Simone Tornacenſi Archiep. Capitula XXXIV. quorum XVII. eſt contra clericos non reſidentes.

a) Confer Alexandri IV. Conſtitutionem Cypriam, de qua ad A. 1260.

2011 Ministerio de Cultura

A.C.1367. *Eboracense* sub Johanne Archiep. Eboracensi. Capita X. & capitis ultimi in alio Concilio Provinciali modificatio.

1368. *Vavrense*, à trium provinciarum Auxitanensis, Narbonensis & Tolosanensis Episcopis. Urbani V. Papæ & Petri Narbonensis epistolæ invitatoriæ ad Concilium, cum quorundam Episcoporum responsionibus. Constitutiones de fide Catholica & disciplina ecclesiastica, capitibus CXXXIII. Indulgentia à patribus Concilii concessa fidelibus, qui conferrent ad instaurationem Ecclesiæ Cathedralis Vavrensis. Urbani V. epistola ad Archiepiscopos trium Provinciarum.

Condemnatio errorum triginta, in *Lambethano* Concilio facta à Simone Cantuariensi Archiepisc.

Gregorii XI. Papæ 1] Constitutio, qua Patriarchæ, Primates & Archiepiscopi prohibentur, crucem ante se ferendam curare in præsentia Cardinalium. 2] Epistola ad Cantuar. & Eboracensem Archiepiscopos, de celebrando festo *S. Augustini* Confessoris sub duplici officio. 3] Epistola ad Archiep. Cantuariensem & Episcopum Londinensem data A. 1377. ut procedant contra *Joannem Wiclefum*, a) deque illius erroribus inquirant. 4] ad eosdem, ut citent Wiclefum ad comparendum coram Papa. 5] alia epistola, cui subjuncti XIX. Wiclefi errores, ad enervationem totius Ecclesiastici status, Papa judice, tendentes. 6] Mandatum ad Cancellarium Universitatis Oxon. ut inquirat de Wiclefi erroribus eumque citet.

1374.* *Narbonense*. Petri Archiepiscopi Narbon. epistola, qua indicit Concilium. Gregorii XI. bullæ tres, cum copia literæ clausæ, super Concilio Provinciali celebrando. Canones XXVIII. plerique repetiti ex Concilio Vavrensi anni 1368.

1375.* *Unieioviense* in Polonia, sub Jaroslao Gnesnensi Archiepiscopo, in quo præter reformationem disciplinæ Ecclesiasticæ statutum, ut bini grossi de uniuscujusque marcæ proventu sacerdotiorum in sumtus belli Turcici conferrentur.

A.C.1378.

a) Hæc contra Wiclefum acta rectius intelligentur, si quis conferat vitam ejus nuper in lucem editam Anglice Lond. 1720. 8. auctore Johanne Lewis, *history of the life and sufferings of John Wiclef.*

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 1378. † *Urbani VI.* epistolæ III. de fugiendo Clemente antipapa, &
* quarta de festo *S Annæ* in Anglia celebrando.

* *Glocestriense* sub Simone de Sudbury, Cantuariensi Archiepisc. Decretum synodale, ut qui curæ animarum deserviunt, stipendiis suis contenti vivant.

1382. * *Londinense* sub Gvilelmo de Courtenay Cantuariensi Archiep. contra *Wiclefium*, cujus conclusiones hæreticæ & determinationi Ecclesiæ repugnantes decem, & erroneæ quatuordecim recensentur. Nomina Episcoporum VIII. Magistrorum in Theologia XVII. baccalauriorum in Theologia VI. Doctorum Juris Canonici & Civilis XIV. qui Synodo interfuere. Potestas data à Richardo Rege Angliæ, ad arrestandum quoscunque prædicantes hæresin, seu sustinentes conclusiones damnatas.

1386. *Saltzburgense* sub Pilgrino Archiep. Capita XVII.

1388. *Palentinum* sub Petro de Luna anticardinale in Hispania (qui Clementi antipapæ tunc adhuc adhærebat). Rubricæ sive Capita VII. quorum tertio forma tonsuræ clericalis definitur.

Bonifacii IX. Papæ epistola pro Ecclesia Parisiensi. Aliæ quinque à collectoribus Conciliorum præteritæ exstant in tomo VI. spicilegii Dacheriani p. 49. 54. 57. 117. 118.

1391. * *Londinense* contra presbyteros stipendiarios. Gvilelmi de Courtenay Synodica ad Episcopum Londinensem.

* *Parisiense*, jussu Caroli VI. Francorum Regis, ad sedandum schisma, cum post Clementem antipapa esset *Petrus de Luna* sive *Benedictus XIII.* Ex Dacherii tomo sexto spicilegii.

1396. * *Londinense* sub Thoma de Arundelio, Cantuariensi Archiepisc. adversus articulos Wiclefi XVIII. excerptos ex ejus Trialogo.

1399. * *Cantuariense*, à Capitulo Cantuariensi, cum Archiepiscopus exularet, in quo questus est clerus, quod valde premeretur, tum à ministris Regiis, tum à Pontifice: & inter alia postulatum, ut dies *S. Georgio* Martyri festus per totam Angliam haberetur.

1400. 1402. 1404. * Concilia *Anglicana*, quorum primo decima cum

2011 Ministerio de Cultura

dimidiata Regi conceſſa, duobus poſterioribus itidem pecunia ob graves ſumtus in ſeditioſis bello reprimendis contributa eſt.

A. C. 1404. * *Pariſienſe*, de privilegiis exemtorum tempore ſchiſmatis, articuli concluſi VII.

1405. * *Pragenſe* ſub Sinkone Archiepiſcopo Pragenſi adverſus Schiſmaticos, qui contra Innocentium VII. cum *Petro de Luna* ſive *Benedicto XIII.* facerent. Vide Innocentii epiſtolam ad Sinkonem apud Raynaldum.

Gregorii XII. Papæ epiſtola ad Petrum de Luna antipapam, de unione. (Alias Gregorii hujus epiſtolas binas ad Imp. Sigiſmundum & Ludovicum Bavariæ Ducem, ex MS. Vindobonenſi edidit Rev. Hermannus von der Hardt tom. 2. Concilii Conſtantienſis p. 463. & 465. quas ſine cauſa falſi ſuſpectas pronunciat Harduinus.) Plures occurrunt in Actis Conciliorum Aquilejenſis & Piſani A. 1409. & Conſtantienſis A. 1415. ſeq. & apud Bzovium, Raynaldum, Waddingumque & Theodoricum de Niem.

Benedicti XIII. antipapæ ad Angelum Corarium ſive Gregorium XII. epiſtola, aliaque ad eundem inſerta literis ad Paulum Lucenſium Dynaſtem. Aliam ad Univerſitatem Pariſienſem edidit Dacherius T. 6. ſpicilegii. Aliæ obviæ in actis Concilii Conſtantienſis, & apud Bzovium & Raynaldum in annalibus, atque apud Theodoricum de Niem libris quatuor de ſchiſmate.

1408. * *Pariſienſe* pro tollendo ſchiſmate. Declaratio contra fautores Petri de Luna, ex tomo 6. ſpicilegii Dacheriani.

* *Oxonienſe* (al. *Londinenſe*) ſub Thoma Arundelio Archiep. Cantuar. Conſtitutionum Capita XIII. Commiſſio Epiſcopo Londinenſi ad publicandum conſtitutiones prædictas.

†† *Remenſe*, cujus ſummarium exhibet Cl. Marlot, Metropolis Remenſis T. 2. p. 688.

1409. *Aquilejenſe*, à Gregorio XII. pro tollendo ſchiſmate. Ejusdem Gregorii tres epiſtolæ. Sententia Concilii contra antipapas Robertum Gebennenſem, Petrum de Luna & Petrum è Candia.

Perpi-

2011 Ministerio de Cultura

Perpinianense sive *Aragonense*, à Benedicto XIII. antipapa. Acta Concilii ex Hieron. Surita, Theodorico de Niem & Odorico Raynaldo.

* *Francofurtensis* Conventus, præsente Rege Romanorum Roberto, de eadem schismatis causa celebratus.

†† *Ad calcem hujus voluminis Harduinus* p. 1985--1992. *ex Conciliis Hispan. Cardinalis de Aguirre edidit* Constitutiones Synodales Fratris Arnaldi de Peralta, Episcopi Valentini, *promulgatas ab A. 1261. ad 1273. quæ supra ad A. 1261. commemorari debuissent.*

EDIT. HARDUINI TOMUS VIII.

A. C. 1409. *Pisanum* generale contra Petrum de Luna & Angelum Corrario, de Papatu contendentes ad invicem, seu verius colludentes, ut in tenore sententiæ sessione XIV. iterum iterumque statuitur: & sessione XVII. electus Petrus de Candia sive *Alexander V.* Sessiones XXIII. * Additiones ad Acta hujus Concilii, ex tomo 6. spicilegii Dacheriani, a) qui illa multo ampliora ex Gementicensi MSto edidit, & ex Odorici Raynaldi annalibus. Interfuere Concilio præter Cardinales XXII. & ambassiatores Regum Rom. & Bohemiæ, Francorum, Anglicorum, & Regis Ludovici, Regumque Poloniæ & Cypri, plurimorumque Ducum ac Principum; Patriarchæ Alexandrinus, Antiochenus, Hierosol. & Gradensis; Archiepiscopi & Episcopi plures centenis, Ambassiatores Patriarchæ Aquilejensis, Archiepiscoporum plurium Episcoporumq; & Universitatum ac Communitatum: nec non legatus Magistri de Prussia; Abbatesque & Generales Ordinum & Priores eorumque Procuratores, Magistri & Doctores innumerabiles. Provocatio Cardinalium à Gregorio XII. ad Concilium Oecumenicum exstat apud Labbeum p. 2258. & apud Harduin. p. 140.

a) Præter ea quæ Actis Pisani Concilii, Paris. 1612. 4. & ab Edmundo Richerio libro secundo Historiæ Conciliorum editis Dacherius addidit, & quæ ex Raynaldo Conciliorum editores adjunxere, operæ pretium est conferre, quæ ex MStis Vindobonensibus, Lipsiensibus & Gvelpherbytanis vulgavit Pisani Concilii Acta Rev. Herm. van der Hardt T. 2. Concilii Constantiensis p. 62--159. nec non Petri Puteani opus præclarum Paris. 1652. 4. editum, cui titulus: *Histoire du schisme qui a été en l' Eglise depuis l' an 1378. jusques en l' an 1428.*

2011 Ministerio de Cultura

Alexandri V. diploma, quo Concilii Acta confirmat apud Labbeum p. 2303. & Harduin. p. 186.

A.C. 1412. 1413. adversus Wiclefum & *Hussitas.* Johannis XXIII. synodale adversus Hussitas, quod reperitur etiam in bulla Martini V. *In eminentis*, ad calcem Concilii Constantiensis.

1413. *Londinense*, sub Thoma Cantuariensi, contra Lolardos & sectatores Wiclefi. Sententia adversus Joannem Oldcastell militem Dominum de Cobham, præcipuum Lolardorum fautorem.

EDITIONIS LABBEI TOMUS XII.

1414. *Constantiense* generale, à die 16. Novembris A. 1414. usque ad Junium A. 1418. sessionibus XLV. prima A. 1414. secunda usque ad undevigesimam A. 1415. XX. usque ad XXVI. A. 1416. XXVII. usque ad XLII. A. 1417. & XLIII. XLIV. XLV. A. 1418. In hoc electus *Martinus V.* Papa & depositi Johannes XXIII. Gregorius XIII. & Benedictus XIII. ex quibus Gregorius ante Concilium finitum obiit, Johannes ex carcere profugus & Martino V. supplex ab eoque receptus in gratiam non diu post defunctus est Cardinalis, splendideque tumulatus : at Benedictus per septennium superstes schisma continuavit, post cujus mortem electus etiam fuit antipapa Clemens VIII. Præterea in Concilio damnata *Wiclefi* A. 1387. jam defuncti memoria dogmataque, carceri etiam injectus contra fidem datam Joannes Hussus, idemque & postea Hieronymus Pragensis vivus combustus est. Omitto alia in hoc Concilio agitata constitutaque, ut sessione XIII. *non obstantibus, quod CHristus sacram cœnam sub utraque specie instituerit, eundemque administrandi modum Ecclesia primitiva tenuerit, tamen consvetudinem Ecclesiæ, qua sub specie panis tantummodo à Laicis suscipitur, esse retinendam.* Interfuere huic Concilio, præter Principes eorumque legatos, Patriarchæ IV. Cardinales XXIX. Archiepiscopi XXXVIII. Episcopi CCXIII. Suffraganei LXXIII. Abbates CXVI. Generales quatuor Ordinum. Prælati quingenti, Magistri Theologiæ CCXVII. Doctores Juris Canonici & Civilis CCCLXI. ex Academiis XXXVII. Quæ sigillatim ordine gesta sunt in Concilio, rectissime petuntur

2011 Ministerio de Cultura

tuntur ex faſtis, quos Venerandus Hardtius Tomo quarto Concilii Conſtantienſis præmiſit & vir celeberrimus Jacobus Lenfant p. 709. ſeq. Gallice exhibuit. Apud eundem Hardtium tomo primo exſtat *Theodori Vrie* Auguſtiniani Hiſtoria Concilii, cui ipſe interfuit, Conſtantienſis, libris octo deſcripta ex editione Colonienſi per Jo. Kœlhof de Lubeck, A. 1484. fol. Hiſtoriam ſimilem ab Equite aurato *Joanne à Wallenrod* ſcriptam, negat Hardtius reperire ſe potuiſſe. *Ulrici de Reichenthal* Canonici Conſtantienſis, qui & ipſe adfuit Concilio, hiſtoria Germanice ſcripta, & in nominibus & inſignibus eorum, qui præſentes adfuerunt, diligens, prodiit Auguſtæ Vindelic. 1483. atque iterum 1534. & Francof. 1575. fol. *Eberhardi Dacherii* itidem Germanice, & meliore ordine quam à Reichenthalio (ut Hardtius præf. ad Tom. V. judicat) digeſta; necdum vidit lucem, quæ autem à *Johanne Stumpfio* vulgata eſt ſine anni nota & temporis, eam Tiguri A. 1541. excuſam Geſnerus annotavit. Vide Rev. Abbatis D. Jo. Fabricii Bibliothecam T. 2. p. 341. & de actis hujus Concilii collectis à *Guilelmo Didier*, Marſolierium in libro Eſſais de literature T. 2. pag. 223.

Actorum hujus Concilii Epitomen Baſileenſis Concilii juſſu A. 1442. adornatam, primus Latine edidit *Hieronymus de Croaria* JCtus Ingolſtad. hortatu Conradi Summerhart Theologi Tubingenſis & viri eruditi Jacobi Locheri, Haganoæ 1500. 4. non diu poſt recuſam cum confirmatione Carolinæ, & ipſa Carolina Pariſ. 1506. 12. Exſtant etiam editiones Hagenoenſis A. 1510. & Mediolanenſis A. 1511. hinc recuſa hæc Epitome in tomis Conciliorum, & in recentioribus quidem maxime Labbei cum aliis excerptis & acceſſionibus. Præcipua Labbei laus, qui ex *Felicis Contelorii* collectione plura addidit, & Harduini, qui collatis Codicibus plura emendatius exhibet, non pauca etiam ex laudati *Hardtii* ampliſſimis Actis adjunxit, de quibus neceſſarium duxi, notitiam hoc loco pleniorem adjungere ex Rev. Abbatis Jo. Andreæ Schmidii T. 2. Sagittarianæ introductionis ad Hiſt. Eccleſ. p. 985.

Omnes

2011 Ministerio de Cultura

Omnes, inquit, qui aliquam in hoc concilio illuſtrando operam poſuerunt, induſtria, eruditione, ingenio atque judicio ſuperavit vir ſumme venerabilis *Hermannus ab Hardt*, Profeſſor linguarum Orientalium in Helmſtadienſi Academia celeberrimus & Præpoſitus Mariæbergenſis. Is *magnum Oecumenicum Conſtantienſe Concilium de univerſali eccleſiæ reformatione, unione & fide, VI. tomis comprehenſum, auſpiciis glorioſæ memoriæ Brunſvicenſium Ducis* Rudolphi Auguſti, *ex ingenti antiquiſſimorum & fide digniſſimorum MStorum mole & profundis veteris illius ævi tenebris*, præcipue ex actorum Codice avthentico in ipſo Concilio Conſtantiæ exarato, quod ſuppeditavit laudatus Princeps, nec non ex Vindobonenſi Joannis Dorre, alioque Gothano, quartoque Lipſienſi, diligentiſſime eruit ac recenſuit. Prolegomena, ſingulis tomis, primo maxime præmiſſa, plenam dabunt lectori notitiam de MStis diverſis, & operis diſtributione.

Tomo I. continentur: 1] *Theodorici Vrie* hiſtoria Concilii Conſtantienſis, libris VIII. 2] *Nicolai Clemangii* vota pacis ac emendationis in Conſtantienſi concilio quæſitæ. 3] Ejusdem opuſculum de ruina eccleſiæ circa tempora concilii Conſtantienſis. 4] *Joh. Gerſonis* opus de Simonia abolenda Conſtantienſis concilii ope. 5] Ejusdem opus de modis uniendi ac reformandi eccleſiam in Concilio univerſali. 6] *Petri de Alliaco* opuſculum de difficultate reformationis in Concilio univerſali. 7] Ejusdem (rectius, ut ipſe Hardtius poſtea agnovit, *Theodorici de Niem)* monita de neceſſitate reformationis Eccleſiaſticæ in capite & in membris. 8] *Petri de Alliaco* canones reformationis eccleſiæ in Conſtantienſi concilio ſuſcipiendæ. 9] Anonymi, ut apparet *Franciſci de Zabarellis*, capita agendorum in Concilio generali Conſtantienſi de eccleſiæ reformatione. 10] Illuſtris Collegii Reformatorum Conſtantienſium de eccleſiaſticæ diſciplinæ reformatione ſtatuta, ſive geminum reformatorii Conſtantienſis protocollum. 12] Reformatorii Conſtantienſis Decreta de regiminis eccleſiaſtici emendatione. 13] Ejusdem Decretales de eccleſiaſtici ſtatus reformatione. 14] Gallicæ nationis declaratio de annatis non ſolvendis. 15] Anonymi epiſtola ad Sigiſmundum Imperatorem de emendandis eccleſiaſticorum moribus. 16] *Pilei* * Paræneſis ad Sigiſmundum Imperatorem de reformatione eccleſiæ in Conſtantienſi concilio proſequenda. 17] *Stephani de Praga* oratio de maturanda eccleſiæ emendatione. 18] *Mau-*

* Archiepiſcopi Genuenſis.

2011 Ministerio de Cultura

18] *Mauritii de Praga* consilium de ecclesiastico statu mature emendando. 19] Oratio *Petri de Bruxellis* de impendente in clerum calamitate ob corruptissimos ejus mores. 20] *Bernhardi Baptisati* invectiva in corruptum illo tempore clerum, in Constantiensi concilio emendandum. 21] *Theobaldi* conquestio de nimis diu dilata in Constantiensi concilio cleri reformatione. 22] *Jacobi*, Episcopi Laudensis, idea melioris summi Pontificis in Constantiensi concilio eligendi. 23] *Martini V.* Papæ regula cancellariæ. 24] Germanicæ nationis articuli de reformatione supremi regiminis ecclesiastici. 25] Martini V. Papæ reformatio Constantiensis in capite & curia Romana, nationibus in concilio oblata. 26] Germanicæ nationis & Martini V. Papæ concordata, quoad ecclesiastici regiminis emendationem facta. 27] Anglicanæ nationis & Martini V. concordata Constantiensia. 28] Monachorum Benedictinorum capitulum Constantiense de visitatione ac reformatione monachorum S. Benedicti. 29] *Richardi Ullerstoni* petitiones, quoad reformationem ecclesiæ militantis.

Tomo II. 1] *Henrici de Langenstein* de Hassia consilium pacis, de unione ac reformatione ecclesiæ in concilio universali quærenda. 2] Acta pleniora concilii *Pisani* Anno CIↃ CCCC IX. celebrati, quod proximum Constantiensis fuit initium atque fundamentum. 3] Anonymi calcaria, Sigismundo & Constantiensi concilio addita. 4] Anonymi obtestatio Constantiensis Concilii, ut tres dissidentes Pontifices removeat. 5] *Andreæ Lascharis* oratio de pace ac unione ecclesiæ per Sigismundum Imp. Constantiæ paranda. 6] Ejusdem oratio parænetica ad *Johannem XXIII.* Papam, de humilitate Papam decente, spontaneave Papatus abdicatione. 7] *Nic. de Dinckelspuhel* oratio ad *Sigismundum*, de autoritate Imperatoris res concilii gubernandi, &c. 8] Cardinalium aliorumque Magnorum consultationes, de *Johanne*, *Gregorio* & *Benedicto*, ad Papatus resignationem adigendis. 9] *Johannis XXIII.* diplomata, Principibus quibusdam Germanis ante fugam data, quibus illos sibi devinciret. 10] Ejusdem machinæ, ad concilium Constantiense dissolvendum compositæ. 11] Constantiensis concilii acris contentio pro integritate concilii servanda, contra Johannis fugitivi insidias. 12] *Benedicti Gentiani* publicus dolor ex fuga Johannis XXIII. è concilio. 13] Cardinalium aliorumque Prælatorum disputationes de Jure Cardinalium, &c. 14] *Theodorici à Niem* invectiva in diffugientem e Constantiensi concilio Johannem XXIII. 15] Ejusdem opus de vita ac fatis Constantiensibus Johannis Papæ XXIII. usque ad fu-

2011 Ministerio de Cultura

gam & carcerem ejus, &c. 16] *Gregorii XII.* epiſtolæ ad Sigiſmundum Imp. & Bavariæ Ducem, aliorumque ad Gregorium de ſchiſmate tollendo, ac pace eccleſiæ per Conſtantienſe Concilium paranda. 17] *Gerſonis* oratio propemptica, habita ante iter Sigiſmundi e Concilio in Hiſpaniam, de jure & praxi Conſtantienſis concilii in componendis rebus arduis, &c. 18] *Sigismundi* Cæſaris & legatorum Conſtantienſis concilii Acta Hiſpanica in negotio Benedicti ad ceſſionem perducendi. 19] *Jo. Gerſonis* demonſtratio, publice facta in concilio, Petrum de Luna ſive *Benedictum XIII.* eſſe hæreticum & Papali dignitate exuendum. 20] Cardinalium conſultationes, de novo Pontifice in Conſtantienſi concilio eligendo. 21] *Martini V.* recens in concilio electi Papæ, diplomata, de beneficio decimarum, quæ ex Cleri Germanici reditibus Cæſari pro infinitis laboribus tribuit. 22] *Johannis Abundi, Johannis de Waldow, Georgii comitis de Hohenloe*, commiſſariorum Martini V. & executorum, mandatum decimarum, Clero Germano promulgatum. 23] *Dominici de S. Geminiano* Apologia pro Clero Germano, ſive repudium decimarum, diplomatibus Martini V. oppoſitum.

Tomo III. De rebus Conſtantienſibus *Huſſi:* a) 1] *Jacobi*, Epiſcopi Laudenſis, oratio in ſupplicium Huſſi, coram Sigiſmundo & toto concilio dicta. 2] De rebus Conſtantienſibus *Joannis Parvi*, Galli. 3] De rebus *cruciferorum* de Pruſſia. 4] *Ladislai*, Regis Poloniæ, & *Witoldi*, Magni Ducis Lithuaniæ, de cruciferis querela. 5] Eorundem epiſtola ad Cæſarem Rupertum de cruciferorum invaſionibus. 6] *Pauli Voladimiri de Cracovia* demonſtratio, cruciferis oppoſita, infideles armis & bello non eſſe ad Chriſtianam fidem convertendos, nec eorum bona illo nomine occupanda. De rebus *Brigittæ*, Conſtantiæ tractatis: 7] *Gerſonis* diſſertatio de probatione ſpirituum, deque viſionibus ac revelationibus novis caute dijudicandis De rebus Conſtantienſibus recantantium aut proteſtantium in rebus fidei: 8] *Gerſonis* judicium, de proteſtatione & revocatione in negotio fidei, &c. De rebus *Hieronymi Pragenſis:* 9] *Jacobi*, Epiſcopi Laudenſis, oratio in ſupplicium Hieronymi Pragenſis. 10] *Poggii Florentini* epiſtola ad Leonardum Aretinum de admirabili animi præſentia in Hieronymo Pragenſi, coram judicio & in buſto. De rebus *Calendariographorum* Eccleſiaſticorum: 11] *Petri de Alliaco* exhortatio ad concilium ſuper correctione Calendarii propter ingentes ejus errores. De rebus *flagellatiorum* ſeu crucifratrum, inprimis Vincentii Ferrerii: 12] *Jo. Gerſonis* epiſtola

a) Conferenda Jo. Huſſi & Hieronymi Pragenſis opera poſt edit. A. 1558. recuſa Noribergæ 1715. fol.

2011 Ministerio de Cultura

ſtola ad Vincentium Ferrerium, qua eum a ſecta hac abſtrahere & ad concilium Conſtantienſe pellicere allaboravit. 13] Ejusdem molle conſilium, de convincenda flagellantium ſecta. 14] De rebus *Matthæi Grabon*, ordinis Prædicatorum ejusque errorum revocatio. 15] De rebus *Ciſtercienſium*: Anonymi monachi ordinis Ciſtercienſis propoſitio affirmativa, quod monachi Ciſtercienſes poſſint propria poſſidere bona. 16] Magni Monachorum Viſitatoris conſtitutio negativa, quod Monachi propria non debeant poſſidere bona. 17] De annuis penſionibus monachorum ac monialium aliisque ſubſidiis, quibus privatim fruantur, deciſio media. 18] De rebus *Jo. Wicleſi*, Angli: Theologorum Conſtantienſium brevis cenſura XLV. articulorum Wicleſi. 19] Eorundem diffuſa condemnatio XLV. articulorum Wicleſi. 20] De rebus *Jacobelli* ſive *Jacobi de Miſa*: Anonymi Theologi longa epiſtola ad Jacobum deMiſa, Bohemum, contra Communionem plebis ſub utraque. 21] *Andreæ Brodæ* diſputatio Academica contra Jacobum de Miſa, contra communicationem plebis ſub utraque ſpecie. 22] *Jacobelli* ſive *Jacobi de Miſa*, alias *de Strziebro*, vindiciæ contra Andream Brodam. Theologorum Conſtantienſium concluſiones contra Jacobum de Miſa & ejus doctrinam de communione plebis ſub utraque ſpecie. 23] *Jacobi de Miſa* Apologia pro communione plebis ſub utraque ſpecie. 24] Anonymi Theologi tractatus tres contra Jacobum de Miſa, & ſpeciatim contra ejus doctrinam de communione laicorum ſub utraque. 25] Univerſitatis Pragenſis confeſſio de communione ſub utraque. 26] *Gerſonis* Conſilium publicum, Theologis datum, cauſam Jacobi de Miſa & Bohemorum uberius diſcutiendi. 27] *Mauritii de Praga* tractatus contra Jacobum de Miſa, de Communione corporis & ſanguinis CHriſti. 28] Ejusdem tractatus duo contra librum Jacobi de Miſa, de communione calicis in Plebe Chriſtiana. 29] *Jacobi de Miſa* opus de vera exiſtentia corporis & ſanguinis CHriſti in S. Cœna.

Tomo IV. Corpus Actorum & Decretorum magni Conſtantienſis Concilii, ſeſſionibus generalibus XLV, congregationibus ferme millenis confectum. Seſſione I. actum de rebus in Concilio tractandis, nempe Reformatione, Unione & Fide. Seſſione II. de unione eccleſiæ, deque Johannis Papæ XXIII. ceſſione à Papatu. Seſſione III. usque ad XII. de fuga Johannis Papæ XXIII. e Concilio, de concilii confirmatione, de Hieronymi Pragenſis ſalvo conductu, de Wicleſi libris condemnatis, de Johanne Papa ob crimina citato, accuſato, de Papatu dejecto, & ad perpe-

2011 Ministerio de Cultura

tuos carceres condemnato. Sessione XIII. de interdicto calice sacro, per Jacobum de Misa nuper Bohemis tradito, aliisque, Hussi præsertim, rebus. Sessione XIV. de Gregorio XII. Papa, sponte Papatu abeunte. Sessione XV. de Hussi rogo & Johannis Parvi doctrina damnata. Sess. XVI. & XVII. de memorabili itinere Cæsaris Sigismundi in Hispaniam, ob Benedictum XIII. Papam sede movendum, & unionem ecclesiæ parandam. Sessione XVIII. usque ad XXI. de Hieronymi Pragensis busto, aliisque rebus variis. Sessione XXII. usque ad XXIV. de unione ecclesiarum Hispanicarum, cum reliquis in Concilio facta. Sess. XXVII. usque ad XXXVIII. de Benedicto XIII. Papa de Papali sede dejecto, aliisque rebus. Sess. XXXIX. & XL. de ecclesiastici status reformatione. Sessione XLI. usque ad XLV. de Martino V. Papa in Concilio electo, ac reformatione per eum conficienda.

Tomo V. 1) Res securitatis Constantiensis, quam Johannes Papa XXIII. ante adventum ad concilium pro se & sua curia a Constantiensi Magistratu per Cæsarem Sigismundum quæsivit & obtinuit. 2) Cæsaris *Sigismundi* epistola ad Constantienses. 3) Postulata Papæ *Johannis XXIII.* pro sua securitate. 4) Consensus, decreta & promissa, nec non juramenta Senatus Constantiensis pro securitate Papæ. 5) *Gebhardi Dacherii* historia Latina Magnatum Concilii Constantiensis. 6) Brevis descriptio hospitum in Constantiensi concilio, fatorum & annonæ. 7) De admirabili ordine ac distributione Constantiensis concilii, in consultando per V. nationes, Germanicam, Gallicam, Italicam, Anglicam & Hispanicam. 8) Gallicæ nationis protestatio contra Anglos, proprium jus suffragii & peculiaris nationis sibi in concilio vendicantes. 9) Anglicæ nationis vindicatio sui juris, quoad propriam in concilio nationem. 10) Propositio in concilio facta de commoda divisione orbis Christiani secundum quatuor terræ plagas. 11) De celebritate congregationum ac sessionum publicarum. 12) Apparatus & pompa in sessionibus Constantiensis concilii. 13) Solennes virorum illustrium orationes varii argumenti, in publica concilii panegyri recitatæ: 14) *Manfredi de la Cruce* oratio ad Sigismundum Cæsarem, qua Dux Mediolanensis se Cæsaris vasallum & subditum publice agnovit. 15) *Jacobi*, Episcopi Laudensis, oratio in exequiis Cardinalis Barensis, dicta, de honesta ecclesiasticorum vita. 16) *Antonii de Mercede* parentatio in exequiis Ferdinandi Aragoniæ Regis, Constantiæ in concilio habita. 17) *Alberti de Bon-Christianis* oratio coram Papa Martino V. de passione CHristi,

2011 Ministerio de Cultura

CHristi, & corrupto Ecclesiæ statu habita. 18) De comitiis Principum Constantiensibus sub concilio. 19) Diplomata *Johannis* Papæ de duabus scholis Brunsvicensibus. 20) Varia *Sigismundi* Privilegia, Brunsvicensibus in concilio Constantiæ impertita. 21) *Güntheri*, Comitis *de Schwartzburg*, sententia decisiva, Constantiæ promulgata, de Judæis, qui Goslaria Brunsvigam concesserant. 22) Constantiensis Concilii epistola ad Ernestum Austriæ Ducem, de fuga Friderici & Papæ Johannis e Concilio. 23) De Principum investituris, Constantiæ in concilio a Cæsare peractis, ludis equestribus, comœdiis, rosis aureis a Pontificibus Constantiæ in concilio consecratis, *Brigittæ* canonisatione, & similibus spectaculis. 24) Descripta splendidissima investitura *Friderici I.* Burggravii Nurembergensis, a Cæsare Sigismundo Constantiæ in publico foro solennissime creati *Electoris Brandenburgensis*.

Tomo VI. De autoritate Constantiensis Concilii, ex indicentium, Cæsaris & Pontificis, jure atque potestate. 1) Edictum universale *Sigismundi* Imp. quo omnes ad concilium citati, & securitas iisdem promissa. 2) Ejusdem epistola ad Gregorium XII. qua ille ad concilium vocatus. 3) Ejusdem epistola ad Carolum VI. Galliæ Regem, qua concilium denunciatum, & legati ejus ad illud invitati. 4) Bulla *Johannis XXIII.* Papæ, qua Constantiense concilium indixit, & omnes ad illud convocavit. 5) De autoritate Constantiensis concilii ex decretorum ejus virtute, pondere atque valore. 6) De fatis Sessionis IV. & V. 7) *Petri de Alliaco* tractatus de ecclesiastica potestate. De jure concilii & ecclesiæ. 8) *Gersonis* tractatus de potestate ecclesiastica, in Concilio scriptus & editus. 9) De variis concilii Constantiensis fatis. 10) *Andreæ*, Episcopi Magorensis Hispani, vastum opus, *Gubernaculum Conciliorum*, novem partibus constans, quarum *prima* agit, de jure concilii in emendationem ac reformationem status ecclesiastici; *secunda*, de officio concilii, quoad reformationem ecclesiastici regiminis; *tertia*, de necessitate frequentium conciliorum generalium, pro emendando ecclesiastico statu; *quarta*, de IV. Conciliis Apostolorum; *quinta*, de aliis Conciliis Orientalibus & Occidentalibus, comparatis cum recentiorum temporum conciliis, horumque potiori necessitate; *sexta*, de iis, qui habeant in conciliis præsidere & definire; *septima*, quis habeat convocare concilia; *octava*, qui teneantur venire ad concilia; *nona*, qui possint concilia dissolvere.

2011 Ministerio de Cultura

Hæc monumenta ſingula magnam partem antehac inedita in lucem produxit, integraque edidit bona fide & pluribus eruditis obſervationibus, notis & de auctoribus eorumque vita monitis auxit ornavitque laudatus *Hardtius* in Actis Concilii Conſtantienſis, de quibus, cum in lucem prodirent, certatim dixere eruditorum diaria, Journal de Berlin A. 1698. p. 378. Acta Eruditorum A. 1700. p. 241. Journal des Savans A. 1701. pag. 10. 18. 48. 56. 88. 94. nec non D. *Jo. Fabricius*, Helmſtadienſis Theologus, T. 2. Bibliothecæ ſuæ pag. 342. ſeq.

Ex Hardtii præcipue collectione (adhibitis etiam aliis monumentis, ut Jo. Gerſonis operibus, & Jo. Juvenalis de Urſinis & Engveranti Monſtreletii, & vita MS. Imp. Sigiſmundi per Eberhardum Windeck: & Bohuslao Balbino de rebus Bohemicis, & de rebus Polonicis Johanne Dlugoſſo, aliisque præclaram ſuam Hiſtoriam Conſtantienſis Concilii, lingva Gallica adornavit vir eruditus & celebris *Jacobus Lenfant*, Amſt. 1714. 4. de quo itidem conſuli diaria eruditorum poterunt, ut Journal Literaire T. 2. pag. 311. Journal des Savans A. 1714. menſe Auguſto p. 150. Acta Eruditorum Latina ejusdem anni p. 279. & Germanica T. 2. p. 886. Memoriæ denique Trevoltinæ A. 1714. menſe Decembri, p. 2039. quæ cum nonnulla in Lenfantio notaſſent, edidit ille Apologiam Amſt. 1716. 4. Ab eo tempore plura cum eo monumenta communicavit celeberrimus vir *Jacobus Chriſtophorus Iſelius*, Theologus Baſileenſis, unde pleniorem hujus concilii hiſtoriam editionemque novam moliri traditur in Bibliotheca Hiſtorico-Theologica Bremenſi T. 2. pag. 317. *Stephanus* quoque *Baluzius* pleniora Concilii hujus Acta in lucem edere voluit, cujus conatibus mortem viri præſtantiſſimi A. 1718. interceſſiſſe, eſt ſane dolendum. Eo ipſo anno prodiit Gallice *Nouvelle hiſtoire du Concile de Conſtance, par Mr.* Bourgeois du Chaſtenet, *Avocat au Parlement*, Pariſ. 1718. 4. de quo vide, ſi lubet, Diarium Hagenſe, Europe Savante A. 1718. Septembr. p. 3. ſeq. Acta Erud. illius anni p. 433. Journal des Savans p. 646. Francofurtenſem editionem Germanicam necdum vidi, de qua in Bibl. Germanica, Gailice edita Amſt. A. 1720. T. 2. p. 184. *Il paroit ici une traduction Allemande des Hiſtoires du Concile de Conſtance de Mrs.* Lenfant & Bourgeois de Chaſtenet, *accompagnée de pluſieurs remarques.* Servatur etiam Francofurti in Bibliotheca locupletiſſima Nobiliſſimi viri Zachariæ Conradi ab Uffenbach apographum Actorum Concilii Conſtantienſis collectorum à *Joanne Andrea* Monacho Ratisboneuſi, plurima Clariſſimo Hardtio haud viſa

2011 Ministerio de Cultura

visa complectens, 2. volum. in fol. de quibus vide Catalogum Bibl. Uffenbachianæ T. 2. p. 46...61. Nota etiam, quæ de Actis hujus Concilii apud Raynaidum, quæque apud Spondanum ex Bibl. Abbatiæ S. Victoris: apud Bzovium ex Cerretani collectione, & apud *Eman. Schelstratenum* a) ex Vaticanis Codicibus afferuntur, & quæ novissime Edmundus Martene ad Concilium hoc vulgavit in novo suo anecdotorũ thesauro, & quæ Jo. Cochleus in historia Hussitarum ab A. 1346. deducta ad A. 1527. & Mogunt. 1549. fol. edita. Zach. Theobaldus de bello Hussitico ab A. 1401. ad 1517. Germanice, editione tertia Norimberg. 1624. 4.

A.C. 1415. **Henrici Chichley* Cantuariensis Archiep. constitutio pro festo S. Georgii martyris duplici, & de festis SS. Davidis & Ceddæ Episcoporum 2. Martii, & S. Wenefredæ 3. Nov. 2] Ejusd. A. 1416. super approbatione & insinuationibus testamentorum. 3] contra hæreticos. 4] pro festo S. Joannis Beverlaci. 5] Ejusd. A. 1417. pro graduatis in Universitate Oxon. & Cantabrigiensi, ut in Ecclesiasticis promotionibus eorum habeatur ratio.

**Bituricense.* Prælatorum Ecclesiæ Gallicanæ epistola ad Carolum VI. Regem Galliæ, pro obtinenda libertate quadraginta solidorum pro qualibet cauda vini de novo impositorum, Ex Dacherii T. 4. spicileg. p. 314.

1419. † *Cantuariense*, de quo Labbeus p. 349.

1420. *Saltzburgense*, in causa fidei ac morum. *Eberhardi* Archiepisc. Constitutiones XXXIV. ex quibus trigesima secunda est contra

a) Edidit Schelstratenus duplicem disquisitionem de Actis Concilii Constantiensis & de sententia Sessionis IV. & V. ubi de auctoritate Concilii supra Papam agitur, Antw. 1683. 4. Rom. 686. 4. Contra Schelstratenum auctoritatem Concilii infra Papam deprimentem disputant Ludov. Maimburgius, Richerius, Natalis Alexander, Ludov. Ellies du Fin, aliique bene multi. Sane in MStis Concilii Codicibus Wolfenbüttelensi, & Abbatiæ S. Victoris, aliisque non inficiandis hæc leguntur verba: *Ipsa Synodus in Spiritu S. congregata legitime, generale Concilium faciens, Ecclesiam Catholicam militantem repræsentans, potestatem à CHristo immediate habet, cui quilibet cujuscunque status vel dignitatis, etiamsi Papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, & exstirpationem dicti schismatis.*

2011 Ministerio de Cultura

contra hæreticos Wiclefiſtas & Huſſitas. *Joannis* Præpoſiti & Archidiaconi Capita LIX. quorum ultimo prior Eberhardi contra Wiclefiſtas & Huſſitas confirmatur.

*Concilium Provinciale habitum in choro Eccleſiæ collegiatæ in *Caliſch*, *Gneſnenſis* in Polonia diœceſis. Proceſſus circa electionem Epiſcopi Strigonienſis. Canon de feſtis per annum celebrandis.

A. C. 1421. † *Pragenſe* Huſſitarum. Vide Bzovium ad hunc annum.

* *Henrici* Cantuarienſis ſecunda pro graduatorum promotione ordinatio. Ejusd. contra exceſſiva ſtipendia Capellanorum.

1422. * Capitulum Provinciale, pro reformatione *nigrorum Monachorum* Ord. S. Benedicti in Anglia.

1423. * *Henrici* Cantuar. Ordinatio pro decenti regimine & gubernatione tam advocatorum quam procuratorum, & cæterorum miniſtrorum curiæ Cantuarienſis.

Colonienſis Eccleſiæ ſtatuta, ſub Theoderico Archiepiſcopo. Capita XI.

† *Gneſnenſe* Lancitiæ, contra Huſſitas, *Trevirenſe* & *Moguntinum*, de quibus Labbeus p. 359.

Papienſe ſive *Ticinenſe*, quod ob peſtilentiam *Senas* translatum ibique celebratum eſt. Acta *Senenſis* Concilii, edita cum actis Concilii Piſani, Pariſ. 1612. in quibus decretum de approbatione Proceſſuum & continuatione in *Huſſitas*. Statuta ſuper materia reductionis *Græcorum* ad Eccleſiam Rom. Inſtrumentum relationis de ambaſiata ſive legatione ad Græcos ex parte Papæ Martini V. Concluſiones novem, & Palæologi Imp. Græcorum reſponſio ad Papam. Inſtrumentum electionis civitatis Baſileenſis, pro celebratione Concilii generalis. Martini V. epiſtola ad Archiepiſcopum Toletanum. Ejusdem decretum de celebrando concilio Baſileenſi.

1425. * *Hafnienſe* ſub Petro Luckio, Archiep. Lundenſi, pro ſecuritate & reformanda diſciplina Eccleſiaſtica.

1428. * Reſponſio congregationis Prælatorum & aliorum virorum Eccleſiaſticorum per Ducem Bedfordiæ, tunc Regentem Franciæ, *Pariſios* vocatorum, ſuper præbendo conſenſu levandi ſub-

2011 Ministerio de Cultura

subsidia, super clero sicuti super laicis; ex Dacherii Tom. 4. spicilegii p. 309. ubi mendose refertur ad A. 1406.

A. C. 1429. * *Parisiense* (aliis *Senonense*) apud Bernarditas Carolo VII. Francorum Rege, habitum à Joanne de Nantone, Senonensi Archiepiscopo. Statuta circa reformationem servitii Divini edita XLI.

† * *Rigense*, cujus meminit Crantzius XI. 16. Vandaliæ.

* *Dertusanum* (Tortosæ in Hispania) præside Petro de Fuxo Cardinali, Papæ legato. *Clementis* antipapæ bulla, qua cedit Papatu. Electio nova *Martini V.* per ejusdem antipapæ fautores. Actus reverentiæ & submissionis ab antipapa ejusque assecIis. Et actus absolutionis eorundem à Martino Papa. Alphonsi Regis Aragonum litteræ patentes octo. Acta Concilii & Constitutionum capita VIII. Interfuere Episcopi eorumque Vicarii XII. Pro Capitulis XIII. totidem Canonici & decretorum Doctores, Abbates XXIX. Magister Montesiæ, Magister Ordinis Mercedis & Prior Ecclesiæ B. Mariæ Mercedis in Barcinona.

1430. *Cantuariense*, sub Henrico Archiep. Ejus constitutio pro abolitione ponderis fraudulenti, vocati *auncell weight*.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XXX. ET XXXI.

1431. Compendiosa enarratio, quomodo *Bohemi* vocati productique sint ad *Basileense*m Synodum, & quid illic egerint, nec non petitiones Bohemorum; ex Ortuini Gratii fasciculo rerum expetendarum & fugiendarum, p. 157. & 160. In eodem fasciculo p. 1. & in Æneæ Sylvii operibus exstant libri duo hujus *Æneæ Sylvii* (postea Pii II. Papæ) de Concilio Basileensi.

Basileensis Concilii generalis decreta & acta sessionibus XLV. ab A. 1431. ad 1442. ubi sessione ultima *Lugdunum* designatur locus futuri Concilii post triennium. Decreta Concilii Basileensis primus edidit Sebastianus Brant, Basileæ 1499. 4. quæ deinde repetita à Jacobo Mœrlino in prima Conciliorum

2011 Ministerio de Cultura

collectione. Ampliora deinde acta publicavit Petrus Crabbe, ac post hunc alii: nec dubium Binii etiam, Regiæ, Labbei & Harduini editionibus plura addi posse, uti Labbeo pag. 1013. & Harduino p. 1655. addenda oratio Joannis Cistercienſis Abbatis, quam in Concilio hoc habitam vulgavit Jacobus Hommey in supplemento Patrum p. 660--682. Sed ampliora longe exspectamus à doctissimis viris Hermanno ab Hardt, & cum quo celeberrimus Joh. Christophorus Iselius, Theologus Basileenſis, inedita non pauca communicavit, Jacobo Lenfantio. Sigillum, diplomatibus hujus Concilii appenſum, dabunt acta Sanctorum T. I. Junii p. 973. & Matthias Zimmermannus in libro de montibus pietatis p. 602. In hoc Concilio, quod ſeptingentorum Epiſcoporum vocat Sguropulus p. 17. Hiſtoriæ Concil. Florentin. inprimis (ſeſſione III. & ſeq. & XXXIII.) poteſtas & auctoritas Concilii generalis ſuper Papam (confer decretum quinque concluſionum apud Harduin. p. 1305.) & quod invitum illud Concilium neque diſſolvi, neque transferri aut prorogari à Papa poſſit, contra *Eugenium IV.* decernitur. Definitur itidem, durante Concilio neque Papam, ſi ſedes vacaverit, alibi niſi in Concilio poſſe eligi, neque poſſe creare Cardinales aut creatos publicare; & (ſeſſione XI.) teneri Papam per ſe vel per legatos intereſſe Concilio. Idem Eugenius, licet tres bullas contra Concilium promulgatas (vide ſeſſionem XVI. & XXIX.) revocaſſet, depoſitus eſt A. 1439. eique ſurrogatus Amadeus Sabaudiæ Dux, inter Papas *Felicis V.* uſus nomine. Vide ſeſſionem XXIV. & XXXVII--XL. Quæ vero de unione *Græcorum* procuranda tractari cœperunt, ſeſſione XIX. & XXIV. XXV. ſucceſſu caruere. De illis conferendus Auguſtinus Patricius in ſumma Concilii Baſileenſis cap. 40--42. T. 13. Labbei pag. 1525. ſeq. & Harduin. T. IX. pag. 1115. S. Evchariſtiam *ſub una ſpecie* dandam Laicis, ad confirmandum Conſtantienſis Synodi decretum ſtatuitur ſeſſione XXX. uti ſeſſione XXXVI. definitur S. Mariam ſine peccato originali conceptam, celebrandumque ſexto Idus Decembris *feſtum Conceptionis*; & ſeſſione XLIII. *feſtum Viſitationis*, obeundum ſexto Non. Jul. Seſſione XXII. *Auguſtini de Roma*, Archiepiſcopi Nazareni, condemnantur libelli tres, 1] de ſacramento unitatis JEſu CHriſti

&

2011 Ministerio de Cultura

& Ecclesiæ, sive de CHristo integro; 2] de CHhristo capite & ejus inclyto Principatu; & 3] de charitate CHristi circa electos, & ejus infinito amore. Omitto alia varia in hoc Concilio vel statuta vel disputata. Bulla *Nicolai V.* super actorum in Concilio Basileensi approbatione, data est A. 1449. actisque subjicitur, una cum epistolis & responsionibus Synodalibus viginti, in quibus sexta ad Eugenium Papam, quod pro unione *Græcorum* non decet CPoli synodum celebrari, & 7] quod possit Concilium concedere indulgentias plenarias pro Græcorum unione. 10] contra Concilium *Ferrariense* ab Eugenio convocatum. Sequitur *appendix* in novem tributa partes, in *prima* articuli duodeviginti, quorum 8] continet avisamenta Conventus *Bituricensis* a) Prælatorum Galliæ anni 1431. sicut apud Harduin. p. 1949. & Labbeum p. 1429. ex Lud. Bailio traditur de Conventu *Bituricensi* altero A. 1438. pro recipienda *pragmatica* sanctione. b) Hinc parte *secunda*, epistolæ Concilii continentur à num. 19. ad 34. In his 31] *Carolina* pro personarum & bonorum Ecclesiasticorum securitate, sub latiore forma. Parte *tertia* à num. 35. ad 39. ambassiatorum Concilii epistolæ, in quibus promissiones factæ *Græcis* per ambasiatores Concilii, propositio ambassiatorum Concilii facta Græcis CPoli, cum articulis ambassiatorum Concilii: & articuli Imperatoris CPol. Pars *quarta* à num. 40. ad 47. habet Orationes in Synodo habitas, *quinta* à num. 48. ad 66. epistolas & bullas ab *Eugenio IV.* ad Concilium vel contra illud datas, *sexta* à num. 67. ad 83. epistolas *Sigismundi* Imp. qui Concilio sessione XIV. interfuit cum Imperiali paludamento, corona, sceptro, aureo pomo, nudoque ense, atque aliis Imperialibus insignibus; *septima* à num. 84. ad 103. epistolas variorum Principum ad Synodum, in quibus 84] Philippi Ducis Burgundiæ super *canonizatione Petri de Lutzenburgo.* 91. & 95] epistolæ binæ Imperatoris CPol. *Joannis Palæologi*, 100] *Constantini Palæologi* fratris,

a) De hoc conventu Bituricensi Augustinus Patricius in summa Concilii Basil. cap. 8. de altero cap. 112.

b) Abrogationem *Pragmaticæ*, à Ludovico XI. Francorum Rege factam diu post conventum hunc *Bituricensem*, subjungit Labbeus p. 1432. ex Gagvino & Papyrio Massono; Conventum item *Aurelianensem* A. 1479. pro renovanda Pragmatica, celebratum sub eodem Ludovico XI.

2011 Ministerio de Cultura

99] *Josephi* Patriarchæ CPol. Pars *octava* à num. 104. ad 122. habet epistolas diversorum de Synodo Basileensi, in quibus 111. 115. 117. & 118] sunt de victis Taboritis & rebus Taboriticis. 119] *Trapezuntini Imp.* (qui corrupto nomine *Morame Megatonenus* appellatur) ad Eugenium Papam. 120] Commissio *Imperatoris Græcorum* facta uni ambasiatorum Concilii. 121] Commissio *Patriarchæ CPol.* Pars denique *nona* appendicis & ultima habet Orationes quatuor in Concilio Basileensi habitas, editasque pridem in Henr. Canisii tomo tertio & quarto antiquarum Lectionum: 1) *Joannis de Ragusio*, Ord. Prædicator. de Communione sub utraque specie. 2) *Ægidii Carlerii*, Decani Cameracensis, de corrigendis peccatis publicis. 3) *Henrici Kalteisen* Ord. Prædicator. de libera prædicatione Verbi DEI; & 4) *Joannis de Polemar*, Archidiaconi Barcinonensis, de civili dominio clericorum.

Summam Concilii Basileensis, quam jussu Francisci Piccolominei Cardinalis A. 1480. scripsit Secretarius ejus *Augustinus Patricius*, Canonicus Senensis, exhibent Conciliorum collectores, una cum actis Concilii Basileensis, *Ordinem Præmonstratensem* spectantibus, aliisque compluribus infra ad calcem Concilii Florentini. Nicolai vero Tudeschii Catanensis, Abbatis *Monacensis* ac denique Archiepiscopi *Panormitani*, & à Felice V. promoti Cardinalis, defuncti A. 1445. liber pro Concilio Basileensi, de potestate Concilii & Papæ prodiit Lugduni in 8. c) sine temporis nota, sicut etiam tractatus super materia sacri Concilii factus in Basilea per *Gaufridum de Monte electo*. Panormitani tractatum, licet libris prohibitis adscriptum in Indice Romano, atque adeo in Operum ejus editione & in Conciliorum collectionibus omissum, Gallice vertit recudendumq; dedit Jo. Garbaisius, Doctor Sorbonicus, Paris. 1697. Decreta & Acta Concilii Basileensis, cum præfat. Zach. Ferreri Subasiensis, edita Paris. 1512. 8. non diversa sunt ab iis, quæ supra jam notavi, excusa A. 1499. 4. cum præfatione Sebastiani Brandt.

EDI-

c) Hæc editio exstat Paris. in Bibl. Telleriana. De hoc Panormitani scripto vide Augustinum Patricium cap. 120.

2011 Ministerio de Cultura

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XXXII. LABBEI XIII. ET HARDUINI IX.

A.C. 1438. *Ferrarienſe* 6. Octobr. Ferrariæ ab Eugenio IV. cœptum, & proximo Anno 1439. poſt ſeſſionem XVI. translatum Florentiam, ibique continuatum, unde *Florentinum* celebriore etiam nomine ſolet appellari. Duas res hac Synodo maxime ſibi propoſuit Eugenius, unam ut Concilium Concilio Baſileenſi adhuc congregato opponeret, quod auctoritati Papæ derogare videbatur: alteram, ut *Græcos* ſpe ſubſidii facta in obſequium pertraheret. a) Præſens adfuit Imperator ipſe Græcorum *Joannes Palæologus* (qui ad Baſileenſe Concilium aliis miſſis navibus invitatus, ad Eugenium tamen Papam iter prætulit) cum *Demetrio* Deſpota, & *Joſepho* Patriarcha CPol. aliisque Epiſcopis & viris Eccleſiaſticis pluribus, qui à Syropulo p. 59. nominantur. Epiſcopos Orientis & Occidentis centum & quadraginta unum interfuiſſe, notat poſt Binium Lambecius VIII. p. 503. ubi Græcum MStum Codicem Actorum hujus Synodi commemorat, congruentem cum iis, quæ in Conciliorum tomis Romanis, Binianis A. 1618. & 1639, & Regiis, Labbeanis ac Harduinianis exſtant, cum Latina verſione *Jo. Matthæi Caryophili.* Auctor, ut Allatio perſvaſum, *Theodorus Xanthopulus*, magnus ſcevophylax. Acta, Gregorii XIII. juſſu Græce primum edita Romæ 1577. fol. Latine vertit ſed minus integre minusque emendate b) *Barthol. Abramus* Cretenſis Græcus, Præſul Arienſis, cujus verſio prodiit A. 1521. cum concilio Lateranenſi, geritque titulum octavi Concilii generalis, & recuſa in Conciliis Petri Crabbe utraque editione, nec non in Conciliis Surii, Nicolini Veneta & prima editione Binii legitur. Cum meliore deinde verſione *Caryophili*, additis aliis, quæ mox memorabo monumentis, prodiit ſeparatim Romæ duobus Volum. 1629. 4. & in Romanis ac recentioribus Conciliorum collectionibus. In-

a) Confer Ducam Hiſt. Byz. cap. 31. p. 118. ſeq.

b) Multis mendis ſcatere notavit Arcudius p. 180, Concordiæ de VII. Sacramentis.

2011 Ministerio de Cultura

primis ἡ προτροπὴ sive exhortatio Patriarchæ & Papæ decretum τὸ δέκρετον præmittitur, & disceptatio *de igne purgatorio.* Sessione I. *Bessarionis* προσφώνημα sive Oratio, quæ incipit: Τ μεγάλων πραγμάτων. Sessionibus deinde pluribus de additione in symbolo vocis *Filioque* potissimum disputant pro Græcis Marcus Ephesius, Bessario, Isidorus Russiæ, præter Ipsum Imperatorem CPol.: pro Latinis Andreas Rhodius, Julianus Cardinalis, Magister Joannes Episcopus.

Sessione quinta veterum septem Synodorum confessiones fidei afferuntur, sexta ad locum Cyrilli Alex. ex epistola ad Joannem Antiochenum respondetur. Sessione XVI. Decretum Papæ de Synodo Florentiam transferenda. Sessione XVII. & cæteris, quæ habitæ sunt Florentiæ usque ad postremam XXV, 24. Martii A. 1439. nihil fere nisi acris & subtilis de processione Spiritus S. disputatio occurrit.

Succedunt inde *Bessarionis* Oratio dogmatica, pro unione & componenda controversia de processione Spiritus S. Incipit: Τὴν μὲν Τ ἐκκλησιῶν; cum versione Latina paullo liberiore ipsius Bessarionis. Confer Allatium III. 3. de consensu pag. 931.

Ejusdem declaratio aliquorum, quæ in superiore oratione continentur, quæ Græcis notissima, Latinis ignotiora sunt. Latine.

Sententia Imperatoris, & Patriarchæ jam morituri, una cum aliis Episcopis unionem approbans.

Definitio Synodi, quæ incipit: ἐνφρανέθωσαν οἱ οὐρανοὶ Ϲ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. Cum subscriptionibus Papæ & octo Cardinalium, Imperatorisque CPol. & Episcoporum Orientis XVIII. Occidentis LVIII. Generalium Ord. Camaldulensis, Minorũ, Augustinensium & Vallis umbrosæ, & Abbatum XLII. & Ecclesiasticorum Græcorum, atque hegumenorum XI. additurque plures ante subscriptionem discessisse, Patriarcha vero Josephus jam obierat. Mentio hujus definitionis apud Blondum decad. 3. lib. 10. p. 550.

De *Armeniorum* legatis cum Romana Ecclesia unionem desiderantibus, de quibus confer Augustini Patricii summam sive historiam

2011 Ministerio de Cultura

riam Conciliorum Basil. & Florentin. c. 102. qui c. 129. etiam meminit de legato Zare Jacob Regis *Æthiopiæ*, quem *presbyterum Joannem* vocant, Florentiam ad Eugenium Papam de unione missо.

Decretum *Eugenii* Papæ de fidei formula tradita *Armeniis*, quod incipit: c) *Exsultate DEO adjutori nostro.* Archiep. Hierosolymitani epistola ad Papam de eadem Armeniorum unione. Incipit: *Brevia duo sanctitatis vestræ.*

Georgii Scholarii Orationes IV. Græce & Latine, cum versione Jo. Matthæi Caryophili & præfatione ejusdem, qua duos fingit Scholarios, quod ab Eusebio Renaudoto abunde confutatum est, ut dixi Volum. X. pag. 760. & 344. seq. Oratio 1] adhortatio ad Synodum de pace, deque ferendo Græcis auxilio, incip. ἡ μὲν κοινὴ τῶν σοφῶν. 2] de unione dogmatica facienda non οἰκονομικῇ d) sive utcunque accommodata ad præsentem rerum faciem; incip. Παρακαλεῖν μὲν δὴ τὴν εἰρήνην ὑμᾶς. 3] de tollendis pacis impedimentis; incipit: πρῶτον μὲν ὦ πατέρες σεβάσμιοι. 4] de remediis pacis ineundæ; incip. ἃ μὲν δίνυν νενόμικα.

Josephi, Methonensis Episcopi, responsio ad libellum *Marci Eugenici*, metropolitæ Ephesini, Synodum Florentinam rejicientis. Incip. ὁ ἀιδέσιμος ἔτος ἀνὴρ. Verba Marci ipsa responsionibus Josephi præmittuntur.

Gregorii hieromonachi, magni Protosyncelli & πνευματικοῦ, sive a Confessionibus, qui postea creatus est Patriarcha, responsio ad ejusdem Marci Ephesii epistolam, cujus verba inseruntur: & Gregorii responsio subjicitur. Incip. Τὸ μὲν πρόσφορον καὶ ἀιδέσιμος ἐφεσίου. Confer, quæ de Marco Ephesio ejusque scriptis dixi Volum. X. p. 529. seq.

Acta Concilii Florentini Latine collecta, disposita & notis illustrata ab *Horatio Justiniano* Bibl. Vaticanæ custode primario, ex editione Rom. 1638. fol. Hæc pleraque ex suis schedis delibata atque

c) Oecumenicæ Synodi hoc decretum esse negat Natalis Alexander, Sec. XV. & XVI. diss. X. artic. 3.

d) Male οἰκουμενικῇ in prioribus ante Harduin. editt. Vide Lambec. VIII. p. 505.

2011, Ministerio de Cultura

atque se non nominato publicata, queritur Leo Allatius pag. 71. seq. contra Creyghtonum, ubi pleniora se editurum etiam promisit, quod tamen non est ab ipso factum. In parte secunda horum actorum habentur Collationes XXII. inter Latinos & Græcos ab *Andrea de sancta Cruce*, Patricio Romano & Consistorii advocato, expositæ per dialogum cum Ludovico Pontano. Omissæ autem sunt à Conciliorum collectoribus, quæ in editione Horatii Justiniani Romana p. 70. 322. & 382. obviæ sunt sex icones æri incisæ, quas inde repetiit Lambecius lib. VIII. p. 504. quibus profectio adventus & discessus Imp. CPolitani, & accessus supplex ad Papam, & ingressus legatorum Æthiopicorũ A. 1441. in urbem Romam, & traditio à Papa formulæ fidei, exhibentur. Post Collationes illas XXII. habentur *Joannis Provincialis* disputationes de primatu & potestate Papæ, & *Joannis de Turrecremata* de azymo & fermentato ac de transsubstantiatione. Decretum unionis cum subscriptionibus & *Philothei* Patriarchæ Alexandrini epistola ad Eugenium Papam. In parte tertia actorum habentur, quæ post Græcorum discessum gesta sunt: 1] Eugenii Papæ epistola ad omnes fideles, & 2] altera, quæ incipit: *Moyses vir DEI*, condemnata in Concilio Basileensi, sessione XXXVIII. 3] De *Armeniorum* legatione ad Papam. 4] Epistola Joannis Patriarchæ *Jacobinorum* ad Papam, Papæque decretum pro Jacobinis. 5] Super *Æthiopibus* Hierosolymis constitutis, & magni Æthiopum Regis Constantini sive Presbyteri Johannis oratoribus. 6] Epistola Eugenii Papæ ad Episcopos, in qua mentio impensæ factæ in Græcorum, Armeniorum, Jacobitarum & Æthiopum: tum *Maronitarum* & *Bosnensium* reductione ad sincerum fidei Catholicæ cultum. 7] Epistola ejusdem ad Joannem Palæologum Imp. & alia ad Episcopos Orientis. 8] Decretum ejusdem ad *Syros* de dogmate fidei, in Concilio Lateranensi A. 1444. cum constitutione pro Chaldæis & Maronitis A. 845.

Bessarionis Cardinalis ad *Alexium Lascarim Philanthropinum* Antidotus sive liber de successu Synodi Florentinæ & de processione Spiritus S. pro unione svadenda. Latina Bessarionis ipsius

2011 Ministerio de Cultura

ipsius versio incip. *Tu quidem non humanis solum rebus.* Græce & Latine hunc librum sive epistolam cum duplici versione auctoris altera, altera sua vulgavit Petrus Arcudius in Opusculis aureis Rom. 1630. & 1671. 4. ut dixi Vol. X. p. 402. ubi de aliis Cardinalis hujus scriptis, cujus librum contra Græcos hoc districho perstrinxit Janus Lascaris p. 128. epigrammatum:

Insertus Grajis, in Grajos spicula torquet
Bessus: proditio hæc ambitionis opus.

**Appendix nova* Conciliorum Basileensis, Florentini, &c. in qua 1] *Augustini Patricii,* Canonici Senensis, summa sive historia Conciliorum *Basileensis, Ferrariensis* & *Florentini*, justu Piccolominei Cardinalis, cujus secretarium agebat scripta A. C. 1480. & in CXL. capita tributa. Labbe pag. 1488--1616. & Harduin. pag. 1081--1198. 2] Acta Concilii *Basileensis* ad *Præmonstratensem* Ordinem spectantia. 3] Oratio *Gregorii Corrarii* Veneti, Rom. Eccles. Protonotarii, oratio ad Sigismundum Imp. pro Concilio Basileensi. 4] Index plurium Orationum habitarum in eodem Concilio, & aliorum monumentorum ad idem Concilium spectantium, quæ in Bibliotheca Philiberti de la Mare & in aliis Parisiensibus Bibliothecis exstant. 5] Articuli IV. in Concilio Gallicano *Bituricensi* A. 1438. præsense Rege Franciæ habito, oblati super petitionibus Papæ pro pace & unione Ecclesiæ, quorum postremus est, ut tollatur monstrum in Ecclesia Catholica, si duo in simul generalia Concilia reputentur, rogatur igitur Rex ut ambaxiatores suos subditosque revocet de Basilea. 6] *Lucæ Holstenii* nota, quare Concilium Basileense inter Concilia generalia locum habere non debeat. 7] Epistola Basileensis Concilii ad Cluniacenses Monachos, de transmissione & communicatione librorum quorundam. 8] *Joannis à Turrecremata* Dominicani, tunc sacri palatii Magistri, postea Cardinalis, Apologia pro Eugenio IV. sive de summi Pontificis & generalis Concilii potestate ad Basileensium Oratorem in Florentina Synodo responsio, viva voce edita, quæ separatim prodiit Venet. 1563. 4. opera Camilli Campegii, Theologi Papiensis.

2011 Ministerio de Cultura

Hactenus recenſui ea, quæ in noviſſimis collectionibus Conciliorum de Synodo Florentina reperiuntur, in his enim fruſtra quæras acta ejusdem Synodi, Græce ſcripta à *Sylveſtro Syropulo* ſive *Sguropulo*, uno ex ſex σταυροφόροις ſive præcipuas dignitates in Eccleſia magna CPolitana gerentibus a) & magno Eccleſiarcha b), qui Synodo ipſe, Imperatoris juſſu, interfuit, variasque Latinorum artes fraudesque, & unionem per vim ac dolum obtruſam prolixe exponit, in quo conſentientes habuit habetque Græcorum plurimos, ut luculenter docet Nectarius Patriarcha Hieroſol. velut in Caiphaicum hoc Synedrium invectus in confutatione Imperii Papæ adverſus theſes Petri Franciſcani, ſectione VIII. p. 263. ſeq. Non mirum igitur Syropuli narrationem neutiquam placuiſſe Conciliorum collectoribus, ut diſerte etiam teſtatus eſt Labbeus, qui in admonitione p. 1280. (apud Harduin. p. 1079.) & Syropulum & editorem ejus Creightonum tanquam ſchiſmaticum atque hæreticum utrumque abominatur. Nempe *Robertus Creyghton*, D. & S. Burianæ Decanus, nactus ab Iſaaco Voſſio apographum Codicis Regii, quod per Sarravium in Voſſii manus pervenerat, Syropuli narrationem, cui initio nonnulla deſunt, cum verſione & notis ac prolixa præfatione in lucem dedit Hagæ Comitum 1660. fol. quæ præfatio & notæ cum minus etiam quam ipſa Syropuli hiſtoria poſſet probari Romanenſibus, *Leo Allatius* c) Exercitationes adverſus Creyghtonum edidit Rom. 1674. 4. in quibus varios ſane ejus lapſus notavit vere & erudite, multa etiam non protrita docuit, ad rei vero

a) Sguropulus pag. 25. συναθροίζει ἡμᾶς τὺς σταυροφόρους. Eosdem pag. 59. τὺς ἄρχοντας τ ἐκκλησίας videtur appellare. Inferiores tamen illi σταυροφόροι, dignitate, ἡγουμένοις cœnobiorum. Vide Cangium in σταυροφόρος.

b) Sguropulus pag. 59. ἐκ τ ἀρχόντων τ ἐκκλησίας ὁ μέγας σακελλάριος, ὁ μέγας σκευοφύλαξ, ὁ μέγας χαρτοφύλαξ, ὁ μέγας ἐκκλησιάρχης ὁ καὶ τ παρόντων συγγραφέυς. Confer Allatium contra Creyghtonum p. 23. & 26. ſeq.

c) Giornale de' letterati in Roma A. 1674. p. 69. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

vero ſummam ſive ad fidem narrationi Syropuli detrahendam parum utique videtur, ſive in his exercitationibus, ſive in libro tertio de conſenſu utriusque Eccleſiæ, ubi longa itidem de Concilio Florentino ipſi diſputatio eſt, momenti attuliſſe. Conſentientem Syropulo hiſtoriam Synodi hujus MStam auctore *Gennadio Scholario* ſervat Bibliotheca Cæſarea, teſte Lambecio VIII. pag. 509. Quæ incipit: μετὰ δὲ τὸ σάββατον τ᾽ τυροφάγε. Deſinit autem his verbis: ἐξ ὧν πέπεισμαι ὡς ἂν συγχωρήσει ὁ Θεὸς συςῆναι τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ καλῶς γεγονυῖαν ἕνωσιν, &c. *Sum igitur perſvaſus, quod nunquam concedet DEUS, conſtare hanc, quæ male Florentiæ eſt inita, unionem.* Fallitur igitur Robertus Huntingtonus, qui in epiſtola d) ad Joannem Laſcarim, Archiepiſcopum montis Sinai, hiſtoriam Synodi Florentinæ à Caryophilo verſam, ad Georgium Scholarium tanquam auctorem refert. Idem Allatius p. 18. memorat Apologiam ſive anaphoram Præſulum & aliorum in Synodo Florentina MStam, Mediolani in Bibl. Ambroſiana Cod. 229. & Acta hujus Concilii ſcripta à *Gvaltero Hunte* Anglo, & Anglorum nomine miſſo ad Synodum, quæ tamen vidiſſe ſe negat pag. 13. Edidit quoque Græce & Latine *Joannis Pluſiadeni* diſceptationem pro Concilio Florentino Tom. 1. Græciæ Orthodoxæ pag. 583--654. de quo ſcripto, quemadmodum & de *Gennadii* apologeticis pro unione lucubrationibus, & quæ pro quinque capitibus Synodi Florentinæ compoſuit, dixi Volum. X. pag. 424. & 368. *Joſephi* Methonenſis pro iisdem quinque capitibus Apologia, quam memorat ipſe in ſcripto adverſus Marcum Epheſium cum Actis Synodi edito, nondum lucem vidit. Cæterum A. 1443. Patriarchæ Alexandrinus, Antiochenus & Hieroſolymitanus, qui per vicarios ſuos Concilio Florentino ſubſcripſerunt, celebrarunt Synodum *Hieroſolymis*, in quo anathema dixerunt Florentino Concilio, atque excommunicarunt Metrophanem Cyzicenum, Patriarcham CPol. tanquam fautorem hæreſeos Latinorum. Confer Joh. Aymoni notas ad epiſtolam XI.

d) Huntiugton, Epiſt. p. 13. edit. Lond. 1704. 8.

2011 Ministerio de Cultura

Cyrilli Lucaris, (monumens authentiques de la Religion des Grecs p. 123.) & quæ de Synodo CPolitana infra ad A. 1450.

A.C. 1439. *Henrici Chichley *Cantuarienſis* Archiepiſc. Conſtitutio de ſummario proceſſu in judiciis permittendo.

1440. *Friſingenſe* Concilium, ſub Nicodemo de Scala Archiepiſc. Friſingenſi, Conſtitutiones Eccleſiaſticæ XXVI. quarum quinta probatur Concilii Baſileenſis ſtatutum, ſeſſione XX. factum contra clericos concubinarios. Vigeſima ſtatutum Concilii Conſtantienſis contra Simoniacos. Vigeſima quinta confirmatur inter alia, quod in *Moguntinenſi* diæta (poſt conventum duplicem *Norimbergenſem* a] celebrata) A. 1439. 1441. concorditer acceptata ſunt decreta *Baſileenſis* Concilii, cum certis modificationibus Germanicæ nationi accommodis.

1445. **Rotomagenſe*, ſub Radulpho Rouſſelio Archiepiſcopo, Capitula XL. ex opuſculo inſtitutorum Synodalium diœceſis Rotomagenſis. In his Capitulum ſeptimum *damnat modos illos, qui videntur introducti gratia quæſtus, denominando imagines, utpote* Noſtre Dame de Recouvrance, Noſtre Dame de Pitié, de Conſolation & de Grace, &c. *Nam talia ſunt occaſio ſuperſtitionis in multis, quaſi ſit plus in una imagine quam in alia.*

1446. **Eugenii IV.* Papæ litteræ ad Henricum VI. Anglorum Regem miſſæ cum roſa aurea, pro decimis erogandis & præſidiis armatorum adverſus Turcos.

*Reformationes cleri diœceſis *Leodienſis*, per Joannem Epiſcopum Leodienſem.

EDIT. REGIÆ TOMUS XXXIV.

1448. **Nicolai V.* Papæ epiſtolæ, à Dacherio T. 4. ſpicilegii editæ, 1. & 4] ad Carolum VII. Regem Franciæ, 2. & 3] ad omnes fideles, quarum poſtrema Pontifex omnia irrita eſſe ſtatuit, quæ ſchiſmatis tempore contra *Baſileenſe* Concilium, *Lauſanam* A. 1442. à Felice V. translatum, acta ac ſtatuta ſunt à Papa Eugenio IV. licet cum approbatione Ferrarienſis & Florentini, aut alterius Concilii generalis. Confer bullam ejusdem Nicolai pro approbatione Concilii Baſil. actis ejus ſubjectam.

*Advi-

a] De his Labbeus p. 1561. & de Moguntinenſibus p. 1565. 1590.

2011 Ministerio de Cultura

* *Adviſamenta* ad dirimendum ſchiſma. *Propoſitiones* pro pace Eccleſiæ ad cogendum Concilium generale.

* *Epiſtolæ* Oratorum Regis Franciæ & Oratorum Delphini Viennenſis, in cauſa Nicolai V. & Amadei ſive Felicis V. A. 1449.

* *Decreta* duo Synodi *Lauſanenſis*, 1] quo cenſuræ occaſione ſchiſmatis inflictæ abrogantur. 2] rata habentur acta ab Eugenio IV. & Nicolao V.

* *Nicolai V.* epiſtola ad Carolum VII. Regem Franciæ, cui gratias agit pro opera in exſtirpando ſchiſmate præſtita.

* *Amadei* Ducis Sabaudiæ ſive *Felicis V.* epiſtolæ tres, quibus Papatui renunciat, revocat cenſuras, cætera acta rata eſſe cupit.

* *Nicolai V.* epiſtola ad omnes fideles, de pace ad quam obtinendam Feiix V. juri ſuo, quod in Papatu aſſerebat ſe habere, ceſſerit.

Ej. *Nicolai* epiſtola ad *Conſtantinum* Palæologum Imp. exſtat Græce cum Theodori Gazæ verſione in opuſculis aureis Petri Arcudii, Rom. 1630. & 1671. 4. Et *Georgii Trapezuntii* Cretenſis epiſtola ad Joannem Palæologum, Conſtantini fratrem & in Imperio deceſſorem, qua eum A. 1437. hortatur, ut omiſſis Baſileenſibus ad Eugenium IV. Ferrariam tendat, Græce cum Jac. Pontani S. J. verſione ad calcem Phranzæ, Ingolſtad. 1604. 4.

A. C. 1448. *Andegavenſe*, ſub Joanne Archiepiſcopo Turonenſi, pro reformandis Eccleſiæ moribus, ſumma ad Poſſevinum miſſa à Franciſco Fevardentio, & T. 2. apparatus p. 515. edita. *Statuta ipſa Capitulis XVII.

1449. *Lugdunenſe*, pro tollendo ſchiſmate inter Nicolaum V. & Felicem, qui à Friderico III. Imp. & Carolo VII. Galliæ Rege & hoc Concilio monitus Papatu ceſſit, unde decantatus verſus: *Lux fulſit mundo, ceſſit Felix Nicolao.*

circa A. 1450. * *CPolitanum* in Eccleſia S. Sophiæ, contra unionem cum Latinis, in quo Gregorius CPolitanus deponitur, Athanaſiusque ſurrogatur, præſentibus Patriarchis Alexandrino, Antiocheno & Hieroſolymitano. Acta Græce & Lat. exhibent Labbeus & Harduinus ex Allatii addendis ad caput quartum libri tertii de conſenſu p. 1380. ſeq. Græce & Latine.

A. C. 1452. * Statuta *Nicolai de Cuſa*, Cardinalis & legati de latere per Alemanniam, in Concilio *Colonienſi* recepta à Theodorico Archi-

2011 Ministerio de Cultura

epiſcopo Colon. Statuta *Conradi* & *Sifridi* Archiepiſcoporum confirmata.

A. C. 1454. * *Thomæ* Bourchier *Cantuarienſis*, littera pro proceſſionibus generalibus per unum annum faciendis pro Regis & Regni proſperitate.

1455. * *Calliſti III.* Papæ epiſtolæ tres ad Carolum VII. ex tomo quarto ſpicilegii Dacheriani. In illarum prima ait ſe intendere omnes vires & conatus ſuos adhibere, ut Turci non ſolum à Civitate CPolitana, ſed à finibus Europæ penitus expellantur.

* Thomæ *Cantuarienſis* monitio ne matrimonia contrahantur aut teſtamenta condantur, niſi coram duobus aut tribus teſtibus.

1456. * *Sveſſionenſe*, ſub Joanne Archiep. Remenſi, pro inſtauranda diſciplina Eccleſiaſtica.

1457. * *Avenionenſe*, ſub Petro de Fuxo Albanenſi Epiſcopo, ubi inter alia confirmatur ſtatutum Baſileenſis Concilii de immaculata *conceptione* B. Virginis.

1459. * *Mantuanus* Conventus à *Pio II.* Papa ad bellum ſacrum in Turcos ſuſcipiendum habitus. Pii II. epiſtolæ duæ & Oratio in conventu habita, quæ inter epiſtolas ejus 397. legitur. *Nicolai Petit* narratio eorum, quæ in conventu Mantuano geſta ſunt ad Juvenalem Urſinum, Franciæ Cancellarium, ex Gallico Latine. Alia Pii II. Oratio in fine mutila, qua reſpondet orationi Gvilelmi Pariſienſis Epiſcopi, Oratoris Regis Franciæ. Gvilelmi illa & aliæ tres, quarum Pius meminit, Orationes non exſtant. Pii II. reſponſio ad orationem Oratorum Gallicorum, cum Reſponſione legatorum Caroli VII. Francorum Regis, orationeque eorundem alia ex tomo VIII. & IX. ſpicilegii Dacheriani. Pii II. bulla, qua provocatio à Papa ad Concilium damnatur & inhibetur. Ejusdem edicta duo de bello ſacro in Turcos, & de parte trigeſima proventuum in bellum Turcicum a ſingulis per Italiam laicis eroganda. Literæ ad Fridericum Imp. quibus eum Chriſtiani exercitus adverſus Turcos ducem A. 1460. conſtituit, exſtant apud Odericum Raynaldum.

* *Pii II.* Papæ epiſtolæ duæ, ex tomo VII. ſpicilegii Dacheriani. Priore rogat Carolum VII. Gallorum Regem, ne Gvillermum de

2011 Ministerio de Cultura

de Torreta prohibet *societatem* sub vocabulo *JEsu* ad infidelium oppugnationem noviter institutam ingredi. Altera est ad Atrebatensem Episcopum, Papæ legatum.

* Ejusdem Papæ *bulla retractationum* eorum, quæ pridem pro Concilio Basileensi & contra Eugenium IV. scripserat. Eadem præfigitur Æneæ Sylvii sive Pii hujus II. operibus, quæ junctim excusa sunt Basil. 1571. fol. ex officina Henrici Petri, quam editionem ut emendatiorem commendat Launojus in epistolis p. 356. & alibi. Epistolæ Pii II. CCCCXXXII. sæpius excusæ sunt, ut Nor. 1481. Mediol. 1496. Lugd. 1518. &c. Historia Friderici III. Imp. cum Jo. Henr. Bœcleri notis, a) Arg. 1685. fol. & inter scripta ejus Geographica & Historica, curante Clariss. Corbero b) edita Helmst. 1707. 4. De Historiæ Austriacæ opere MS. imperfecto vide Lambecium lib. 2. p. 972.

A. C. 1460. **Senonense*, vide infra ad A. 1485.

1463. **Edwardi IV.* Angliæ Regis charta pro libertatibus Clericorum.

* *Thomæ Cantuariensis* Archiep. constitutiones in Synodo *Londinensi* promulgatæ, ne clerici per laicos arrestentur, & de vestibus sive vestituris clericorum.

1466. * *Eboracensis* Synodus, sub Georgio Nevill, Archiepiscopo Eborum, de fide, moribus ac disciplina Ecclesiastica.

1467. * *Pauli II.* Papæ constitutio, de rebus ecclesiæ non alienandis. Epistola ad Archiepiscopum Lugdunensem, de bulla excommunicationis in die Cœnæ Domini contra hæreticos & speciatim *Georgium de Pogiebart* Hussitarum defensorem.

1470. **Coloniensis* curiæ statuta, à Roberto Archiepiscopo promulgata, quibus decreta A. 1452. Theodorici Colon. confirmantur, & plura circa ordinem in judiciis observandum constituuntur.

A. C.

a) Acta Erud. T. 2. supplem. pag. 73. W. E. Tentzelii Monathliche Unterredungen A. 1694. p. 100.

b) Journal des Sav. 1708. Octobr. p. 34. ubi etiam haud contemnenda de aliis Pii II scriptis notitia. Inedita quædam refert Lud. Jacobus à S. Carolo in Bibl. Pontificia pag. 187. 189. Vide etiam Jo. Antonium Campanum Epistolarum libro primo, epistola prima, quæ est de Pii II. & scriptorum ejus laudibus.

2011 Ministerio de Cultura

A.C.1471. *Sixti IV.* Papæ 1) decreta duo de *festo Conceptionis immaculatæ* B. Virginis, * 2) bulla pro libertate clericorum rerumque ipsorum, † 3) damnatio propositionum à *Petro de Osma* & aliis proditarum, præsertim de peccatorum confessione, & aliis Rom. Ecclesiæ sacramentis.

*† De primis Archiepiscopis *Scotiæ* S. Andreano & Glascoviensi institutis à Sixto Papa. Labbe pag. 1445.

1473. *Arandense* Concilium in oppido Hispaniæ de Aranda, sub Alphonso Carvillo Archiepiscopo *Toletano*. Capita XXIX.

*† *Madritense*, de quo Agvirre T. 3. Concil. Hisp. p. 671.

1485. **Innocentii VIII.* Papæ litteræ ad Henricum VII. Angliæ Regem pro libertate clericorum.

Senonense, sub Tristando de Salazar Archiepiscopo, in quo Constitutiones Concilii Senonensis A. 1460. sub Ludovico de Meliduno, Archiep. Senonensi, sancitæ confirmantur. Articulus I. de modo celebrandi servitium, capita V. Articulus II. circa reformationem morum, capita X. Articulus III. circa reformationem religiosorum, capita IV. Articulus IV. de statu Laicorum & generaliter omnium fidelium, capita VII.

1486. **Lambethense*, sub Thoma Cantuariensi Archiepisc. contra errores *Reginaldi Peacocki* Episcopi Cicestriensis.

* *Londonense*, sub Joanne Morton, Cantuariensi Archiep. ubi decretum de exequiis & missis post obitum confratris cujusque Episcopi per alios Episcopos provinciæ celebrandis.

1501. †† *Alexandri VI.* Papæ constitutio de baptismo *Ruthenorum* non iterando. Ediderat Odericus Raynaldus ex Sigismundo de Herberstein.

*Supplicatio A. 1494. facta Domino Papæ, ut ossa *Henrici VI.* Angliæ Regis transferantur ad cœnobium Westmonasterienſe.

* Ordo *Canonisationis Sanctorum*. Bulla super canonisatione *Anselmi*, Archiep. Cantuariensis.

1508. **Wilhelmi Warham* Archiepiscopi Cantuariensis statuta IX.

1510. * *Julii II.* Papæ epistola ad Wilhelmum Archiep. Cantuar. de rosa aurea benedicta ad Henricum VIII, Angliæ Regem missa.

Two-

2011 Ministerio de Cultura

Turonenſe Concilium contra Julium Papam, eum nec poſſe nec debere bellum inferre Principibus temporalibus in terris, quæ non ſunt de patrimonio vel Dominio Eccleſiæ. * Additio de hoc Concilio ex Ludovico Bailio.

A. C. 1511. *Piſanum* eidem Julio Papæ oppoſitum, qui contra juratam fidem Concilium univerſale convocare differebat.

EDITIONIS LABBEI TOMUS XIV.

1512, à 10. Maj. ad 1517. 16. Mart. *Lateranenſe* generale, Seſſiones IV. ſub *Julio II.* Papa, & cum ille durante ſeſſione V. A. 1513. defunctus eſſet, cæteræ ad XII. ſub *Leone X.* Acta ex edit. prima Romana anni 1520. cum præmiſſa Leonis X. bulla de avthentica hac actorum editione, & ſummario Concilii. Seſſione ſecunda damnatur Concilium *Piſanum.* Seſſione quarta diſceptatur de *pragmatica ſanctione*, quæ litteris Regis Ludovici XII. abrogatur, addito Julii Papæ contra eam monitorio, & in ſeſſione X. bulla contra profitentes pragmaticam ſanctionem. Seſſione XI. *Concordata* cum Rege Francorum & bulla de ſanctionis pragmaticæ abrogatione. Seſſione V. bulla contra Simoniacam pravitatem in *electione Pontificis* non committendam. Seſſione nona exſtat *bulla reformationis curiæ* Roman. Seſſione X. pro montibus pietatis, pro libertate eccleſiaſtica & dignitate Epiſcopali, & ſuper impreſſione librorum. Seſſione XI. bulla de modo prædicandi, & alia de privilegiis religioſorum. Seſſione XII. denique epiſtola Maximiliani Imp. ad Leonem X. qua omnem opem adverſus Turcos promittit. Et Papæ bulla contra invadentes domos Cardinalium, atque bulla impoſitionis decimarum abſolutionisque Concilii. Præter Matthæum Gurcenſem Epiſc. legatum Maximiliani Imp. interfuere Cardinales XV. Patriarchæ & aſſiſtentes Papæ XIII. Oratores Patriarchæ Maronitarum, Archiepiſcopi X. Epiſcopi LVI. Abbates II. Magiſtri generales Ordinum IV. Senatus urbis, Oratores Hiſpaniæ Regis & Reginæ, Regis Francorum, Portugalliæ, Poloniæ, Ducis Sabaudiæ, Ducum Mazoviæ, Marchionis Brandenburgenſis, Ducis Mediolani, Marchionis Mantuæ,

2011 Ministerio de Cultura

tuæ, Montisferrati, Dominii Venetorum, & Florentinorum, & Lucensium, Domini temporales VII.

Orationes in hac Synodo habitæ: 1] *Ægidii* Viterbiensis (cujus eloquentiam Bembus effert laudibus in cœlum) edit. Harduin. p. 1576. 2] *Bernardi Zane*, Archiep. Spalatensis, pag. 1602. 3] *Thomæ de Vio, Cajetani*, Generalis Ord. Prædicator. p. 1618. 4] *Alexii*, Episcopi Melfitani, p. 1631. 5] *Christophori Marcelli*, p. 1647. 6] *Joannis Mariæ de Monte*, Archiep. Sipontini, p. 1664. 7] *Simonis Begnii*, Episcopi Modrusiensis, p. 1683. 8] *Balthasaris del Rio*, scholastici Myndonensis, pag. 1702. 9] *Joannis Baptistæ Garghæ* Senensis, equitis Hierosol. p. 1728. 10] *Antonii Puccii*, p. 1759. 11] *Stephani*, Archiepisc. Patracensis & Episcopi Torcellini. 12] *Maximi Corvini*, Episcopi Æsconiensis, p. 1852.

In mandato Regis Aragoniæ Ferdinandi p. 1610. triplex scopus hujus Concilii celebratur, Ecclesiæ unitas, extinctio schismatum hæresiumque, speciatim Bohemorum, vide p. 1722. & expeditio suscipienda contra Turcos.

* Litteræ *Maronitarum*, & *Petri* Maronitarum Patriarchæ, ex monasterio Cannubim datæ A. 1515. ad Leonem X. & ex Bibl. Latini Latinii primum à Labbeo editæ.

* Textus integer *Concordatorum* inter Leonem X. & Franciscum I. Francorum Regem, tituli XLVIII. A. 1518.

A. C. 1514. vel 1522. † *Rotomagense*, sub Georgio de Ambasia, Archiepisc. Acta nulla referuntur.

1518. Constitutiones provinciales à Gvilelmo Rockeby, Archiepisc. *Dublinensi*, in Concilio sancitæ. Capita X.

1519. *Leonis X.* Papæ declaratio *jejunii vigiliæ S. Johannis Baptistæ* contingentis in die *Corporis CHristi*.

1520. Ejusdem *Leonis* bulla contra errores *Martini Lutheri* & sequacium. Damnantur Capita XXXV. Ad hanc bullam respondit B. D. Lutherus, & ab ea ad Concilium Christianum liberum provocavit. Vide ejus opera Jen. German. Tom. 1. p. 345. & 351. & Latin. T. 2. p. 286. b. & Witeberg. T. 7. p. 49. & 58. & Altenburg. T. 1. p. 531. & 537.

A. C.

2011 Ministerio de Cultura

A.C. 1522. *Hadriani VI.* Papæ breve ad Fridericum Saxoniæ Ducem adversus Lutherum. Alia tria ejusdem Papæ brevia ad Fridericum, ad Electores, & ad Senatum Bamberg. exstant Tom. 2. Opp. Lutheri Altenburg. p. 221. 237. 243.

1523. Aliud ad Inquisitorem Comensem, quo datur facultas Inquisitoribus hæreticæ pravitatis procedendi contra incantatores, sortilegos, diabolo obedientiam præstantes, fidem abnegantes.

1524. Constitutio *Ratisbonensis* ad removendos abusus & cleri vitam reformandam: à Laurentio Cardinali Campegio, legato Papæ, quæ prodiit ante statuta synodalia Valentini, Episcopi Hildesimensis, sub titulo: *Reformatio cleri Germaniæ ad correctionem vitæ & morum & removendos abusus.* Capita XXXV.

1527. Wilhelmi Warham, Archiep. *Cantuariensis*, ordinationes super confirmatione statuti de numero Procuratorum Curiæ Cantuariensis.

1528. * *Bituricense*, sub Francisco Turnonio Archiepiscopo, adversus dogma Lutheri ejusque sequacium ad reformationem morum & ecclesiasticæ jurisdictionis, nec non de quatuor decimarum solutione pro redemtione filiorum Regis pro patre obsidum. Capita XXIII. & alia IX.

Senonense sive *Parisiense* potius, sub Antonio à Prato, Senonensi Archiep. contra Lutheranos & pro reformatione Ecclesiæ, ex editione Petri Crabbe. Generale decretum contra hæreseon detestationem. Decreta fidei, capitibus XVI. Annotationes errorum repullulantium XXXIX. Ad Principes Christianos pro hæreticis exstirpandis exhortatio. Decreta ad mores pertinentia, Capitibus XL.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XXXV.

1533. *Clementis VII.* Papæ epistola ad Franciscum I. Regem Francorum de indictione Concilii generalis, cum Regis responsione, qua illam gratissimam sibi esse significat.

1536. *Colonienſe*, sub Hermanno Archiepiscopo. Partes XIV. tituli CCXCVIII. pro Ecclesiæ in moribus ac disciplina reformatione. Hic est ille *Hermannus Colonienſis*, qui B. Luthero prius

2011 Ministerio de Cultura

ſtus, deinceps interjecto tempore non modo hanc reformandæ diœceſis ſuæ formulam, Jo. Groppero uſus adminiſtro iniit, ſed & longe magis deinceps Lutheri rationes probavit, adſcitoque ad ſe Martino Bucero & Philippo Melanchthone promulgavit *deliberationem de reformatione Archiepiſcopatus ſui usque ad generale Concilium*, Bonnæ 1545. fol. Cumque adverſus illam prodiiſſet *judicium Capituli Colonienſis* de doctrina & vocatione Buceri ad Bonnam, nec non *antididagma*, a) Bucerus his oppoſuit *conſtantem defenſionem* ex S. Scriptura & vera Catholica doctrina atque obſervatione univerſalis Eccleſiæ, *Deliberationis de Chriſtiana Reformatione*, quæ diu poſt demum in lucem data eſt Genev. 1613. 4. Hermannus A. 1546. Epiſcopatu & Electoratu cedere, quam veritati agnitæ renunciare maluit, & in Comitatu Wiedenſi A. 1552. annos natus octoginta diem obiit ſupremum.

A.C. 1538. *De conſilio electorum Cardinalium & aliorum prælatorum* de emendanda Eccleſia, *quod hoc loco exhibet Petrus Crabbe, poſteriores autem Conciliorum editores omiſerunt, quemadmodum & de aliis ejusmodi apud ſolum Crabbium obviis dixi ſupra p. 114.*

1548. *Auguſtanum* Concilium, ſub Ottone Cardinali, Epiſcopo Auguſtano, ad reformationem cleri. Statuta XXXII. in quorum undevigeſimo enumerantur caſus, in quibus ſacramentum Evchariſtiæ vel negari gravatis ejusmodi crimine vel differri poterit. *Martini de Olave*, Theologi Hiſpani, Oratio habita in Synodo.

Treverenſe ſub Joanne Archiepiſcopo, pro reformanda diſciplina fidei & morum. Oratio habita à Doctore *Pelargo*. Edicta X. Mandatum contra concubinarios & libertatis Eccleſiaſticæ violatores.

1549. *Colonienſe* ſub Adolpho, qui in Hermanni locum Archiepiſcopus ſurrogatus fuerat, pro reformanda Eccleſia. Edictum *Caroli V.* Imp. *Adolphi*, Archiep. & Electoris, in Concilio probata decreta de ſex remediis Eccleſiæ reformandæ: 1] inſtauratione

a) Eodem Groppero, ut traditur auctore. Vide Sleidanum lib. XV. p. 395.

2011 Ministerio de Cultura

tione ſtudiorum, maxime ſacrorum, ſtatuta X. 2] examine ordinandorum, ad miniſteria & prælaturas inſtituendorum, ſtatuta X. 3] officiorum ſeu munerum ſuſceptorum ſedula perfunctione, ſtatuta XII. 4] viſitatione archiepiſcopali, epiſcopali, archidiaconali & eorum quibus hoc incumbit, ſtatuta VII. 5] Synodorum frequenti celebratione, ſtatuta III. 6] Jurisdictionis Eccleſiaſticæ jam propemodum collapſæ & abuſu depravatæ, reſtitutione. Statuta XXXVIII.

Moguntinum ſub Sebaſtiano Archiepiſcopo, in cauſa fidei, ſtatuta XLVII. & in cauſa morum, ſtatuta CIV.

Treverenſe II. ſub Joanne Archiepiſcopo, in cauſa fidei & morum conſtitutiones XX.

A. C. †† 1586. Decreta Synodi Provincialis *Cameracenſis* in oppido Montis Hannoniæ, ſub Joanne Franciſco Bonhomio, Epiſcopo & Comite Vercellenſi Nuncioque Apoſtolico, & Ludovico de Berlaymont, Archiepiſcopo ac Duce Cameracenſi, tituli ſive ſectiones XXIV. plura ſinguli capita de fide vel de moribus complectentes, ex editione Gandavenſi A. 1629. Regis Hiſpaniæ Philippi II. edictum de exequendis Synodi Cameracenſis decretis, promulgatum Gallice Bruxellis A. 1587. *Placcart de Sa Majeſté*, &c.

EDIT. HARDUINI TOMUS X.

Tridentinum Concilium generale, quod *Paulus III.* quum primo in urbem *Mantuam*, deinde *Vincentiam* indixiſſet, id primo ſuſpendit: poſtea *Tridentum* transtulit, ubi cœpit Id. Decembr. A. 1545. & per Seſſiones XXV. continuatum eſt usque ad quartum Decembr. A. 1561. Seſſione octava decretum de Concilio *Bononiam* a) transferendo factum. At Seſſio XI. iterum Tridenti cum cæteris inſecutis celebrata, & ad XVI. quidem ſub *Julio III.* ab A. 1551. & reliquæ ſub *Pio IV.* ad A. 1563. Interfuere Epiſcopi ſane plurimi, ſed ita ut Italicorum & *παποπνεύσων* numerus longe vinceret, quemadmodum prælati adfuere Itali CLXXXVII. Galli tantum XXVI. Hiſpani XXXI. Germani II. Anglus I. Hiberni III. Luſitani III.

a) Proteſtatio Caroli V. T. 1. ſpicileg. Eccleſ. Lunigiani p. 475.

2011 Ministerio de Cultura

Ioni II. Hungari II. Flandri II. Moravus I. Croatus I. Illyrici III. Græci VI. unde apparet veriſſimam eſſe querelam Claudii Eſpencæi in c. 1. ad Tit. p. 473. Opp. *Factum eſt poſterioribus ſæculis, quod merito in Concilio Baſileenſi Ludovicus Arelatenſis querebatur, ut in Concilio id demum fiat, & neceſſario fiat, quod nationi placeat Italicæ, ut quæ ſola Epiſcoporum, qui & ipſi ſoli vocem illam deciſivam habent, numero nationes alias æquet aut ſuperet, ſicut ſcripſit lib. 1. de geſtis ejus Concilii Æneas Sylvius nondum Pius. Hæc eſt illa Helena, quæ nuper Tridenti obtinuit.* Factum eſſet alioqui, ut ſi Hiſpanorum & Gallorum Epiſcoporum res acta fuiſſet judicio, Conſtantienſis ſaltem & Baſileenſis Conciliorum probata fuiſſent decreta, parum grata Romanis: ut ex inedita Bartholomæi de Martyribus hiſtoria Concilii Tridentini notavit Rich. Simon Epiſt. ſelect. pag 195. Nedum ut Proteſtantes, quos data licet ſalvi conductus fide, Huſſi exemplum merito abſterrebat, æquis auribus auditi, vel pauciſſimi illi ex aliis, qui præſentes vocem liberam emittere auſi ſunt, non oppreſſi aut velut ſuſpecti de hæreſi procul eſſe juſſi fuerint.

Editiones Concilii Tridentini.

Canones & decreta, juſſu Pii IV. excuſa, Rom. apud Paulum Manutium 1564. fol. & recuſa Lovanii, Antwerp. Leodii, &c. in 4. atque in Tomo IV. Conciliorum Laur. Surii, Colon. 1567. atque inde in Nicolai Veneta, Tomo quinto, A. 1585. nec non in Binianis omnibus, cæterisque inſecutis.

Concilium Tridentinum, hoc eſt *Canones & decreta, literæ & mandata, orationes* habitæ, *ſententiæ & diſputationes* nonnullæ, Lovan. 1567. fol. Ex hac editione quamplurima prioribus præterita Labbeus & pauca Harduinus ſuis Conciliorũ collectionibus addidere. Prodierant Orationes a) variorum ad Concilium Trid. habitæ, ſeparatim Romæ, Brixiæ, Ripæ, Venetiis, Patavii in 4. A. 1562. & 1563. Habeo etiam Coloniæ 1565. 8. cum privilegio Imp. editas ex Actis Concilii Trid. Chri-

a) Illas Orationes, antequam in Concilio haberentur, Cenſuræ prius ſubjectas fuiſſe, libro V. teſtatur Sarpius, & exhibitas Cenſori à Concilio conſtituto.

2011 Ministerio de Cultura

Christianorum Principum litteras & mandata, legatorumque abiis missorum Orationes, una cum Synodi responsionibus A. 1562. & 1563. Pio IV. Pontifice Max. & Ferdinandi I. Imp. cum præfat. Arnoldi Birckmanni. Sed & Philippus Labbeus Paris. 1667. fol. separatim edidit Canones & decreta hujus Concilii, additis Principum litteris & mandatis, legatorum & Oratorum Concionibus & Orationibus, Theologorum sententiis & disputationibus, aliisque opusculis ad idem Concilium spectantibus.

Instructions, lettres & autres actes, concernant le Concile de Trente pris sur les Originaux, Paris 1654. 4. Hæc collectio ex fratrum *Puteanorum* Petri & Jacobi (filiorum Claudii Puteani) Bibliotheca longe locupletior & quarta est editio. Prima, quæ *Jacobo Gillorio* Senatori Paris. debetur, prodierat Paris. 1607. 8. *Missives du Concile de Trente.*

Nomina, cognomina, patria, dignitates & promotiones Illustriss. & Reverendiss. Patrum, qui convenerunt ad Concilium Tridentinum. Ripæ ad instantiam Petri Antonii Alciatis A. 1562. Catalogus hic integrior & emendatior subjicitur editioni Concilii Colonensi per Philipp. Chiffletium 1644. 12. & apud Labbeum pag. 921. atque Harduin. p. 418.

Catalogus Patrum in Synodo Tridentina præsentium A. 1563. Brixiæ apud Damianum Turbinum, ad instanriam Joh. Baptistæ Bozolæ. A. 1563.

Preces pro Concilio, ut quales per diœcesin Augustanam frequentatæ exstant, excusæ Dilingæ 1572.

Catechismus ex decreto Concilii Trid. ad Parochos, Pii V. jussu editus, Rom. 1566. fol. De auctoribus vide Vignolium Marvillium T. 2. Misc. p. 336. seq. B. Placcii Anonymos pag. 91. & Andream Fabricium Leodium in præf. ad Catechismum hunc cum notis vulgatum. Thomam item Mariam Minorellam in vita Pii V. p. 45. ubi etiam de variis Catechismi hujus Romani versionibus.

Professio fidei Tridentinæ exstat in bulla Pii IV. super forma juramenti professionis fidei, data A. 1564. quæ incipit: *Injunctum nobis Apostolicæ servitutis officium.*

Index librorum prohibitorum Tridentinus editus demum A. 1595. & postea aliis indicibus adjectus non semel, licet indices ab eo tempore editi,

2011 Ministerio de Cultura

editi, quandoque permittunt, quæ Tridentinus prohibuerat, ut notavit Rich. Simon in epistolis selectis Gallice editis p. 208.

Acta singularum sessionum separatim edita Mediolani, Paris. &c. Acta A. 1562. 1563. prodiere Patavii 4.

Canones & decreta Concilii Trid. in ordinem digesta à *Nic. Psalmæo*, Episcopo Virdunensi. Virduni 1564. 4. Similiter *Antonius Philotheus de Homodeis* Siculus digessit in sex libros, *Petrus Vincentius Marzilla* in tres de rebus, personis & actionibus.

Canones & decreta Concilii ex *Jo. Baptistæ Bozolæ* editione. Colon. 1564. 8.

Ex editione *Philippi Chiffletii* Abbatis Balernensis, Colon. 1644. 12. editio nitida & multis aliis præferenda.

Notæ in Concilium Trident. Congregatio Cardinalium, Concilii Interpretum. Auctoritas in Gallia.

Quanquam Pontifex Pius IV. in bulla Confirmationis Concilii hanc edixit legem, *Commentarios, annotationes & cætera id genus in Concilii Tridentini decreta, clerici, laici, neve scribunto, neve edunto:* tamen non desunt, qui id facere sunt aggressi. Exstant enim decreta illa cum annotationibus ad marginem D. *Joannis Sothealli*, Theologi, & *Horatii Lutii* JCti, quibus loca S. Scripturæ, Conciliorum, Juris Pontificii & veterum Ecclesiæ Patrum loca citantur, Lugd. 1618. 1657. 8. subjuncto librorum prohibitorum Indice, sicut etiam in edit. Venet. 1575. 8. aliisque.

Cum Bellarmini declarationibus Cardinalium Concilii interpretum, ex recognitione *Johannis Gallemart*, cum citationibus *Joannis Sothealli*, nec non remissionibus *Augustini Barbosæ*. a) Colon. 1620. Lugd. 1650. 8. Et adjunctis novis additionibus JCti Cæsaraugustani *Balthasaris Andreæ*, & variis Rotæ Romanæ decisionibus, ex museo *Prosperi Farinacii*. Colon. 1664. 8.

a) Ejusdem Barbosæ collectanea ex doctoribus materias in Concilio Trid. occurrentes tractantibus prodierunt Lugd. 1657. fol.

2011 Ministerio de Cultura

A Pio IV. & Sixto V. *congregatio Cardinalium* Romæ inſtituta ad explicanda dubia in verbis Concilii Trid. occurrentia. Vide Laërtium Cherubinum T. 2. bullarii magni pag. 84. & 611. Hunoldum Plettenbergium S. J. in notitia congregationum & tribunalium curiæ Rom. c. 18. p. 679. ſeq. Jo. Baptiſtam de Luca, Cardinalem in relatione curiæ Rom. diſcurſ. XV. pag. 97. ſeq.

Ejusdem *Jo. Baptiſtæ* Cardinalis *de Luca* annotationes practicæ ad Concilium Tridentinum, in rebus ſpectantibus reformationem & forenſia. Colon. 1684. 4. Omitto Didaci Covarruviæ & aliorum inedi-tas annotationes.

Notes ſur le Concile de Trente, b) touchant les points les plus importans de la diſcipline Eccleſiaſtique & le pouvoir des Eveques, les deciſions des ſaints Peres, des Conciles & des Papes, & les reſolutions des plus habiles avocats ſur ces matieres, avec une diſſertation ſur la reception & l'autorité de ce Concile en France. Auctores, quatuor Conſiliarii Status, *Commartinus*, *Bignonius*, *Pelletierius*, & *Beſonſeus*, quorum cogitata in commentarios digeſſit *Stephanus Raſſicodus*, cauſarum in foro Pariſienſi Patronus, qui ipſo inſcio prodierunt A. 1706. 8. Bruxellis primum, ac deinde ſæpius. Vide diarium eruditorum Pariſienſe (Journal des Savans) A. 1718. Auguſto p. 228. Diſſertatio illa de auctoritate Concilii Tridentini in Gallia, lectu digna eſt inprimis, & de decretis libertati atque uſibus regni adverſis disquirit.

Advertiſſement ſur le fait du Concile de Trente, à Lyon 1564. 8.

Conſeil ſur le fait du Concile de Trente, par *Charles du Moulin*, à Lyon 1564. 8. & Latine ibid. & Pictavis 1565. 8. idem etiam Bibliothecæ ſuæ Pontificiæ inſeri curavit B. D. Jo. Adamus Scherzerus. Lipſiæ 1677. 4. Recuſum etiam Latine ac Gallice Tomo V. operum Caroli Molinæi, Pariſ. fol.

Réponſe au Conſeil donné par Charles du Moulin ſur la diſſvaſion de la publication du Concile de Trente en France, par *Pierre Gregoire* Juriſconſulte de Toloufe. à Lyon, 1584. 16.

Extrait des regiſtres d'Etat du 23 Dec. 1576. ſur la reception du Concile de Trente au Royaume de France. Paris 1594. 1614. 8. Vide plura

b) Acta Erud. 1708. p. 134. Unſchuldige Nachrichten 1707. p. 497. 588.

2011 Ministerio de Cultura

plura ſcripta huc ſpectantia in Bibliotheca Gallica Jacobi le Long p. 131. ubi etiam de conſultationibus *Loiſelli*, *Lud. Coquillii*, *Perronii*, *Soulaſii*, & aliorum.

Loca Concilii Trid. libertatibus uſibusque Eccleſiæ Gallicanæ contraria annotavit *Johannes le Maitre*, in ſcripto, cui titulus: Extrait des regiſtres de l'aſſemblée tenuë à Paris ſous le nom d'Etats en 1593. ſur la reception du Concile de Trente. Paris 1593. 8.

Conventus cleri Gallicani congregati A. 1615. pro receptione Concilii Trid. in Ludovici Odeſpun Conciliis noviſſimis Galliæ, Pariſ. 1646, fol. p. 625. Nimirum recipit illud ſalvis Eccleſiæ ſuæ libertatibus, Vide Natalem Alex. T. VIII. Hiſt. Eccleſ. p. 667. edit. in fol.

D. *Hectoris Godfridi Maſii* diſſ. Hiſtorico-Theologica de contemtu Concilii Tridentini in Gallia, Hafniæ 1696. atque inter diſſertationes laudati Maſii, junctim nuper excuſas Hamb. 1719. 4. p. 558. ſeq.

Conſtantini Wolfii Gedanenſis, Gallia Concilio Tridentino repugnans, diſſertationes 2. Witeb. 1687. 4. Bælii Lexicon in *Saintcyran*, &c.

Illuſtris Leibnitius in litteris ad W. E. Tentzelium, a) cum laudaſſet *Pirotti*, Syndici Sorbonici, diſſertationem pro Concilii Tridentini receptione in Gallia, ei opponit, quod cum Henricus IV. Galliæ Rex profeſſionem fidei à Pio IV. promulgatam coram prælatis regni aſſenſu ſuo & profeſſione publica probaturus eſſet, mentio Concilii Trident. quæ in illa bis exſtat, utroque in loco de induſtria fuerit omiſſa. Vide etiam Petrum de Marca lib. VII. cap. 28. §. 3. D. Jo. Frid. Mayeri reiſenden Lutheraner p. 79. ſeq. Neu-Jahrs-Geſchenck an Pat. Schönemann p. 35. ſeq. &c.

Verſiones.

Canones & Acta Concilii Trid. *Græce* verſa, juſſu Gregorii XV. editaque Romæ 1623. 4. typis Franciſci Zannetti.

Arabice, interprete Jo. Baptiſta Romano Eliano, ex Judæo S. J. in uſum Maronitarum. Hujus verſionis, dubito an editæ mentionem facit Rich. Simon Bibl. ſelect. T. 1. p. 149. ex Franciſci Sacchini hiſtoria Jeſuitica.

Ger-

a) Monatliche Unterredungen A. 1692. p. 1011.

2011 Ministerio de Cultura

Germanice, Colon. 1565. 4. Alle Handlungen und Seſſionen, &c. & 1570. 4. quæ auctior eſt editio.

Gallice, Gentiano Herveto interprete, in qua verſione mentio exceptionis trium Epiſcoporum, qui nolunt confirmationem Concilii requiri à Papa. Remis 1564. 8. Rotomagi 1556. 12. & 1583. Pariſ. 1584. Eſſais de literature T. 1. p. 17.

Scripta varia ad mentem Concilii Trid. inquirendam.

Quæſtio Theologica, Hiſtorica & Juris Pontificii, de mente Concilii Tridentini circa gratiam efficacem & ſcientiam mediam, A. 1647. juxta exemplar impreſſum A. 1607.

Dionyſii Petavii S. J. de Tridentini Concilii interpretatione & S. Auguſtini doctrina liber unus contra Abbatis ad Epiſcopum epiſtolam, T. 3. dogm. Theol. edit. Amſt. 1700. p. 336.

Jo. Launoji de mente Concilii Trid. circa contritionem & attritionem in ſacramento pœnitentiæ. Pariſ. 1653. 8.

Petri Lamberti le Drou contra *Auguſtinum Michaëlem*, Auguſtinianum de eodem argumento. Lovan. 1716. 8.

Jo. Launoji de mente Concilii Trid. circa ſatisfactionem pœnitentiæ diſſertatio. Pariſ. 1644. & ex ſecunda auctiore editione 1664. 8.

Tantum ſectariorum novitates condemnare, controverſias vero inter Theologos Romanæ Eccleſiæ definire noluiſſe hoc Concilium, notat idem Launojus p. 53. ſeq. de unctione infirmorum.

Hiſtoriæ Concilii Scriptores.

Petri Svavis Polani ſive *Pauli Sarpii* a) Veneti, M. Antonio de Dominis, b) qui in Angliam ſecum eam attulerat, ut creditur curante *Italice* libris VIII. Lond. 1619. fol. & ex ſecunda editione ab auctore emendata, Genev. 1629. 4.

a) Hunc auctorem eſſe, licet dubitare velit videri, ſatis perſpicue probat Fulgentius Brixienſis Servita in vita Sarpii, edita Italice A. 1659. 12. pag. 86. 87.

b) Melanges de Vigneul Marville T. 1. p. 285. D. Jo. Andreas Schmidius T. 2. Introduct. Sagittarianæ p. 1435.

2011 Ministerio de Cultura

Latine vertit non ſatis feliciter c) *Adamus Newtonus*, ſed poſteriorum maxime librorum meliorem verſionem adornavit *Guilelmus Bedellus* Sarpii amicus, cæterorum M. Antonius de Dominis, Auguſtæ Trinobantum ſive Lond. 1620. fol. & Francof. 1621. 4. Genev. 1622. 4. Lugd. Bat. 1622. 4. Gorinchemi 1658. 4. Amſt. 1694. 4. & Lipſ. 1699. 4. cui editioni Canones Tridentini, atque vita Sarpii acceſſere.

Clariſſimo viro *Burch. Gotthelf Struvio* animus fuit Sarpii hiſtoriam Italice & Latine ex melioribus editionibus expreſſam junctim edere, inſertis ubique monumentis & orationibus veritatem ejus confirmantibus, ſubjuncta auctoris diſſ. de origine forma & uſu officii Inquiſitionis in Civitate & ditione Veneta Italice, ex editione A. 1639. cum Latina verſione. Vide ejus Bibl. antiquam A. 1706. p. 221. ubi ſpem facit vulgandorum ſupplementorum Tridentinorum & Sarpianorũ, at quorum ibi indicem exhibet, fere omnia habet Labbeus.

Gallice, *Joannes Diodati* Genev. 1621. 4. Trecis 1655. fol. de cujus verſionis bona fide David Ancillonius T. 2. Melange Critique p. 237.

Noviſſime additis etiam lectu digna præfatione d) atque animadverſionibus *Mr. de la Mothe Joſſeval*, ſive qui ſub hoc anagrammate latet *Amelotus de la Houſſaye*, Amſt. 1683. 1693. 4. Acta Erud. 1684. p. 60.

Hanc verſionem ex Latina Newtoni factam non paucorum errorum arguit Rich. Simon lib. 2. epiſt. ſelect. 31. p. 189. ſeq.

Germanice, Francof. 1621. 4.

Anglice, à Nathanaële Brent. Lond. 1629. fol.

Abregé de l' Hiſtoire du Concile de Trente, avec un diſcours contenant les reflexions hiſtoriques, par *Pierre Jurieu*. Genev. 1682. Amſt. 1683. 12. Acta Erud. A. 1683. p. 397.

Initio libri XXXII. & XXXV. hiſtoriarum *Jac. Auguſti Thuani* habetur hiſtoria Concilii Tridentini in editione Aurelianenſi, quam fruſtra quæras in editt. Francof. & Pariſ.

Eandem anatomæ A. 1672. 8. & tumulo Concilii Tridentini A. 1690. 4. ſubjecit *Joh. Henricus Heideggerus*, ex MS. Tigurino ad Thuani avtographum expreſſo, & locupletiore quam Aurelianenſis editio exhibet. Attingit etiam Concilii hiſtoriam *Jo. Sleidanus* libro XVI. ſeq. *Edm. Risherius* lib. 4. part. 2. &c.

Dia-

c) Vide, quæ ex vita Gvil. Bedelli Anglice edita Acta Erud. 1686. p. 243.

d) Illam Latine verſam ſeparatim vulgavit B. D. Jo. Georgius Layrizius, Superint. Vinarienſis, ſub titulo *Petrus Svavis defenſus*. Curiæ Variſcorum 1686. 4.

2011 Ministerio de Cultura

Diarium Concilii Tridentini, auctore *Bartholomæo de Martyribus* Archiepiscopo Bragensi in Portugallia, MS. quod incipit: *Concilium apertum est 18. Januar. A. 1562.* Hoc opus laudatur à Marsolierio in libro Essais de literature T. 1. p. 53.

Historia Concilii Tridentini Italice scripta à *Marco Antonio Milledoni*, Secretario Concilii, MS. apud Canonicum Strozzam, Florentiæ teste Jo. Mabillonio T. 1. musei Italici p. 194.

Lettres & memoires de *Francisco de Vargas*, de *Pierre de Malvenda*, & de quelques Eveques d'Espagne, touchant le Concile de Trente, traduites de l'Espagnol avec des remarques par Mr. *Michel le Vassor*. Amst. 1699. 8. Eædem epistolæ cum Vassoris notis & Jonæ Conradi Schrammii præfatione Latine prodierunt Brunswigæ 1704. 4. & sine illis Anglice, Mich. Geddesio editore, una cum ejus isagogica dissertatione, qua ostenditur, quomodo Conciliorum libertatem oppressum iverint Pontifices Romani, Lond. 1697. 8. sub titulo: *The Concil of Trent no free assembly.* Epistolas illas ex Hispanico Anglice vertit William Trumbullus eques, cui Vassor Gallicam suam versionem dedicavit & cujus avus, legatus Jacobi I. Angliæ Regis, epistolas illas Bruxellis sibi comparaverat.

Axiomata Politica Papæ Pauli III. ex epistolis XXXVII. *Hudardi de Mendoza*, Imp. Caroli V. ad Concilium Trident. legati, Hispanice & Gallice editis à Jo. Aymonio, cum liberioribus observationibus Gvedeuvillii. Hagæ 1716. 12. Acta Erud. T. 6. supplementi p. 514.

Petri Gonzalez de Mendoza, Salmantini Episcopi, de rebus Concilii toto ultimæ, qua ei interfuit, sub Pio IV. celebrationis tempore curiosum commentarium Hispanica lingua MStum memorat Nic. Antonius T. 2. Bibl. Hispan. p. 157. testatus sententiam in illo auctoris de rebus quæ in Concilio tractabantur neutiquam præteritam fuisse.

Diario del Concilio di Trento, ove si descrive quanto in esso occorse, descritto in IV. libri fatto dal *Secretario della Rep. Veneta.* Hujus diarii in lucem edendi spem fecit V. C. Jonas Conradus Schrammius.

Lettres anecdotes & memoires Historiques du Nonce *Visconti*, Cardinal & Ministre secret de Pie IV. au Concile de Trente. Gallice & Italice, editore Joanne Aymone, Amst. 1719. 8. 2 Volum. Acta Erud. Latina A. 1719. p. 458. & Germanica parte LXIII. pag. 176. Europe savante 1719. Jun. p. 163.

2011 Ministerio de Cultura

Critique du Concile de Trente de Fra Paolo & des lettres de Vargas, Paris 1719. 4. De hoc libro Anonymi ſcriptoris conſulendum Diarium Hagenſe, Europe ſavante A. 1719. Auguſt. p. 210. ſeq.

Hiſtoire du Concile de Trente, par Mr. *Lud. Ellies du Pin.* Amſt. 1721. 8. Excerpta hæc hiſtoria ex tomo decimo quarto Bibliothecæ Eccleſiaſticæ Dupinianæ.

Natalis Alexander Sec. XV. & XVI. tomo VIII. hiſt. Eccleſ. edit. in fol. diſſertatione duodecima, qua hiſtoria Concilii Trid. exponitur, P. Svavis Polani, Caroli Molinæi & Innocentii Gentileti objectionibus reſpondetur. His adde, quæ in Annalibus *Spondanus, Bzovius, Raynaldus: Stanislaus Hoſius* in epiſtolis T. 2. Opp. *Surius* &c.

Sfortiæ Pallavicini S. J. & Cardinalis, Hiſtoria Concilii Trid. Italice libris XXIV. cum ſyllabo 110. errorum, velut à Sarpio commiſſorum, Rom. 1656. 1657. fol. 2 Volum. & ibid. 1665. 4. a) tribus Vol. & Mediolan. 1718. 4. ad Romanam, ſed additionibus ſuo loco inſertis.

Latine, per *Jo. Baptiſtam Giattinum* Jeſuitam, Antwerp. 1670. 4. tribus Volum. & Colon. 1717. fol. Abgeſonderte Bibliothec T. 1. pag. 98. ſeq. 115. Plenam illam verſionem eſſe erroribus, notavit Rich. Simon T. 3. Biblioth. Criticæ p. 56. ſeq.

Gallice, MS. par Mr. *l' Abbé Godon.*

Eadem hiſtoria in compendium miſſa, reſciſſis controverſiis, ſeparata dalla parte contentioſa, e ridotta in più breve forma, da *Giam Pietro Cataloni.* Rom. 1666. fol.

Terentium Alciatum S. J. acta Concilii Tridentini paraſſe auctoritate Urbani VIII. Pontificis adverſus hoſtes veritatis, legas in Bibliotheca Jeſuitica, & in Proſperi Mandoſii Bibl. Romana p. 179. Opus ipſum editum non memini, uti nec alterius Jeſuitæ *Tarquinii Gallutii.*

Joannis Stozzii S. J. ſuccincta relatio hiſtorica de geſtis in Concilio Tridentino, ex Pallavicino maxime. Dilingæ 1695. 4.

Philippi Quorlii hiſtoria Concilii Tridentini. Panormi 1661. 4.

Commentarii d' *Anton. Franceſco Cirni*, ne' quali ſi deſcrive la celebratione del Concilio Tridentino. Rom. 1567. 4.

Mutii

a) Journal des Sav. 1665. pag. 116. ſeq. ubi non obſcure Sarpii hiſtoria illi præfertur & de Pallavicini dubitatur fide.

2011 Ministerio de Cultura

Mutii Pauſæ ragionamento dell' hiſtorie de Concilio generaliſſimo Tridentino. Rom. 1590. 4. inter ejus diſſertationes de Bibliotheca Vaticana.

Scipionis Henrici, Meſſanenſis Theologi, Cenſura Theologica & Hiſtorica adverſus Petri Svavis Polani de Concilio Tridentino hiſtoriam, ſive ut iniquo convitio appellat pſeudo-hiſtoriam. Meſſanæ 1651. & Dilingæ 1654. 8.

Cæſarii Aquilini, non Scipionis Henrici, a) ſed Dominicani cujusdam, judicium de tribus hiſtoricis Concilii Tridentini, Sarpio, Scipione Henrico & Pallavicino, oſtendens Henricum & Pallavicinum Sarpio inſultantes, ſibi ipſis invicem adverſari. Amſt. 1662. 8. Vide Clariſſ. Struvii Biblioth. antiquam A. 1706. p. 465. ſeq.

Jo. Jacobi Hottingeri Sfortia Pallavicinus infelix Concilii Trid. vindex, ſive exercitatio hiſtorica qua præmiſſis quibusdam de Concilii Trid. hiſtoria generalibus, Cardinalis *Pallavicini* adverſus Sarpium præjudicia, accuſationes, exceptiones, &c. excutiuntur, & hiſtoria ei à Pallavicino oppoſita, multis modis mendoſa, ſuſpecta, falſa & cauſæ adverſus illum ſuſceptæ detrimentoſa eſſe oſtenditur. Tigur. 1692. 4. Graviter perſtringitur etiam Pallavicini nimium ſtudium Pontificis poteſtatem in immenſum evehendi à *Richardo*, Romanarum partium ſcriptore pag. 149. & 210. examinis præjudiciorum Juriei adverſus Eccleſiam Romanam, & ab Hedovillio, Journal des Savans 1665. pag. 228. ſeq. & ab auctore libri, cui titulus: *il Sindicato di Alexandro VII.* & alterius, qui inſcribitur: *l' Evangile nouveau de Cardinal Pallavicin.* Paris 1676. 12. Nec non ab Comite *Julio Clemente* b) Scoto, auctore notarum LXIV. moralium, cenſoriarum & hiſtoricarum ad hiſtoriam Pallavicini, quæ à Stanislao Felice ſunt editæ Coloniæ, ut habet titulus, vel potius in Italia 1664. 4. Confer etiam quæ ex *Philippo Evoslio* B. D. *Jo. Conradus Dannhauerus* in *συγκρίσει* Concilii Nicæni primi c) atque Tridentini, Argentorat. 1666. § 76. *Henrici*

a) David Ancillon Melange Critique T. 2. p. 162. ſeq. Unſchuldige Nachrichten A. 1712. p. 52. ſeq. B. Vinc. Placcii Pſeudonymi p. 70.

b) Melange Critique de Mr. David Ancillon T. 2. p. 164.

c) Similiter Concilium Nicænum cum Tridentino confert *Matthias Bergius* in carmine heroico, quod examini Concilii Trid. Chemnitiano præmittitur. Hieroſolymitanum primum Apoſtolicum, idem D. *Dannhauerus* A. 1649. reſpondente *Jacobo Mullero* Lubecenſi, ut Jo. Chriſt. Rumetſchii ſimilem lucubrationem præteream.

2011 Ministerio de Cultura

Henrici Vagedes de translatione Concilii Trid. contra Pallavicinum, pro Sarpio dissertatio, quæ tertia est in ejus Operibus Academicis junctim excusis Rintelii 1703. 4. Sed adscribam de Pallavicino Herm. Conringii judicium, ex epistola a) ad Boineburgium: *Primum deprehendi sane* summam diligentiam (Pallavicini) *in excutiendis omnibus illis, quæ vel speciem falsi habent, in universa illa Tridentina historia P. Pauli Veneti, sive Petri Svavis Polani. Deprehendi deinde numeratos quidem* errores *plusquam trecentos; plerosque autem commissos in rebus minutis & levis momenti: reliqua omnia, & quidem quotquot sunt ponderis paulo majoris, qualia profecto Historia illa Pauli habet plurima, ne quidem tacta esse vel summo, ut ita loquar, digito. Deprehendi tertio, opponi frequenter Historiæ illi Tridentinæ* testimonia *perquam suspectæ fidei, ac proinde haud idonea, quibus falsi convincatur P. Paulus. Videor & quarto mihi deprehendisse jam nonnulla narrata Pallavicino,* quæ hactenus latuerant & Paulum, & vulgo Protestantes, jam prodita in lucem, fortassis autem *Protestantium magis bono, quam partis pontificiæ. Deprehendi denique universo in opere* summe addictum Rom. Curiæ animum, *& ab omni moaeratione aque æquitate alienum, uno verbo, totum Jesuiticum; qualis num aptus sit scribendæ historiæ sacrorum certaminum nostri ævi, nemo prudens non facile judicaverit. Itaque, quantum arbitror, hoc quidem opere & de Romana Curia præclare est meritus Pallavicinus, & Protestantium rebus, famæque P. Pauli simul bene consuluit, adeoque meruit, ut ab utraque parte ipsi agantur gratiæ.* Hæc Conringius.

*Orationes habitæ in Concilio Trid.

Patriarchæ Orientalium Assyriorum, *Abd Isu*, de Trid. Concilio approbatio & professio. Labbe pag. 1247. Hard. p. 305. Et litteræ M. Antonii Cardinalis Amulii ad legatos Concilii. Ripæ 1562. Labbe p. 1245. Hard. ibid.

Oratio *Adeodati* Senensis, Augustiniani. Labbe p. 1524.

Ambrosii Catharini Politi, Senensis Ord. Præd. Oratio. Labbe pag. 1006.

Concio

a) D. Jo. Fabricius Theologus Helmst. T. 2. Bibl. suæ p. 354.

2011 Ministerio de Cultura

Concio à *Didaco de Pauya d' Andrade*, Lusitano. Venet. 1562. Labbe pag. 1304.

Antonii Monchiaceni Democharis, Doctoris Sorbonici. Labbe p. 1580.

Leonardi Aretini, Eremitæ Augustin. Oratio de Christiana Professione. Labbe p. 1073.

Bartholomæi Baphii Lucianensis, Ord. S. Francisci. Labbe p. 1462.

Oratio *Maximiani Beniani* Cremensis, Ord. S. Francisci, edita Ripæ 1562. ad instantiam Petri Antonii Alciatis. Labbe p. 1221.

Everhardi Billici Carmelitæ, Oratio. Labbe p. 1088.

Brachii Martelli, Fesularum Episcopi, sententia de regularibus, & de residentia Episcoporum A. 1546. Labbe pag. 1636. 1642. Harduin. p. 380. 385.

Galeatii Brugoræ, Patricii Mediolanensis & Regii fisci Patroni, Oratio habita nomine Marchionis Piscari, Regis Catholici Oratoris, edita Ripæ 1562. Labbe p. 1148.

Jo. Baptistæ Burgos de quatuor remediis exstirpandarum hæresium. Labbe p. 1470.

Seraphini Caballi, Brixiensis Dominicani, de CHristo judice lætis animis exspectando, edita Brixiæ 1562. ad instantiam Jo. Baptistæ Bozolæ. Labbe pag. 1454.

Jo. Bapt. Campegii Oratio de tuenda religione. Venet. 1561. 4. Labbe p. 1851.

Camilli Campegii, Papiensis Ord. Præd. Inquisitoris Ferrariensis, Oratio de mundi fallaciis atque ruina ad Patres Concilii Dom. I. Adventus, edita Venet. 1562. Labbe p. 1217.

Gasp. Cardilli Villalpandei, Hispani, Oratio in Concilio A. 1563. habita. Labbe p. 1492. de Primatu Petri pag. 1391. & quod Laicis non permittendus calix, id. p. 1279. & Harduin. pag. 309. Apologia indictionis Concilii contra Jo. Fabricium Montanum. Labb. p. 1876.

Caroli, Cardinalis è Lotharingia, legati Gallorum Regis. Labbe p. 1182. Hard. p. 271.

Barthol. Carranzæ de Miranda Ord. Præd. Concio. Labbe p. 1832.

Alphonsi Contreras Ord. Minor. Hispani, Oratio ad Ecclesiæ reformationem persvadendam. Labbe p. 1571.

2011 Ministerio de Cultura

Cornelii Episcopi Bitontini. Labb. p. 990.

Petri Danesii Regis Galliæ Oratoris. Labbe p. 1017. Hard. p. 216.

R. P. Diamantii (al. *Adamantii*) Ord. Eremitarum, Oratoris VII. Cantonum Helvet. Catholicorum, edita Ripæ 1562. Labbe p. 1193.

Georgii Drascovitii pro Ferdinando Imp. & Hungariæ Rege, Venet. 1562. 4. Ripæ 1562. Labbe p. 1137. Harduin. p. 226.

Andreæ Dudithii Orationes duæ. Brixiæ 1562. a) & *D. Quirino Reutero* editore Orationes tres, & demonstratio contra votum cœlibatus clericorum, cum excusatione ejus ad Maximilianum II. de Episcopatu & honoribus abdicatis A. 1566. Additæ Epistolæ *Maximiliani II. Ferdinandi I. Caroli* Archiducis Austriæ, & *Alberti* Bavariæ Ducis, quibus communionem sub utraque specie, Conjugium Sacerdotum & Ecclesiæ reformationem à Pio IV. postulant. Oratio habita ab oratore Ducis Bavariæ. Excerptum ex oratione *Card. Lotharingi* Caroli Quisii. Oratorum Galliæ monitio. Postulata XXXIV. Regis Galliæ cum Cæsareorum Oratorum mandatis consentientia. Protestario oratorum *Caroli IX* Gallorum Regis contra Pium IV. *Pauli III.* epistola objurgatoria ad Carolum V. cum animadversionibus, & epistolæ duæ ad Helveticos. Epistola *Joannis Sleidani* ad Rog. Aschamum Tridento A. 1552. scripta. Protestantium Imperii statuum rationes, cur Synodus illa quam Paulus III. Mantuæ celebrandam indicit, neque æqua videri possit, neque utilis ecclesiæ A. 1537. Brevis expositio causarum, ob quas Electores, Principes & Ordines Imperii Aug. Confess. Concilium Tridentinum haud agnoscant, ejusque definitionibus stare recusent. Edidit hæc junctim *Reuterus* Professor Heidelbergensis, Offenbaci 1610. 4. subjunctis Jacobi I. Angliæ Regis Confessione fidei, Eduardi VI. edicto de reformatione Relig. & Anglorũ epistolis ad Germanos de primordiis suæ reformationis & imaginum ad fraudem compositarum dejectione. Thomæ Cranmeri Archiep. Cantuar. & Martyris epistola super controversia de Cœna Domini.

Eugenii Pisaurensis, Eremitæ Augustiniani, Oratio Tridenti A. 1561. habita & edita Brixiæ 1563. Labbe p. 1226.

Gui-

a) Ex his illa, quæ incipit: *Si quanta est.* Labbe p. 1324. Altera: *Tria fuerunt tempora.* id. p. 1298. & Harduin. p. 318.

2011 Ministerio de Cultura

Gvidonis Fabri, Oratoris Caroli IX. Galliarum Regis. Prodiit ſeparatim Pariſ. 1562. 8. Brixiæ 1562. habet & Labbe p. 1174.

1699. †† *Innocentii XII.* Papæ damnatio & prohibitio 23. prohibitionum, cum libro A. 1697. edito ab Archiep. Cameracenſi Fenelonio, *Explication des Maximes des Saints ſur la vie interieure.* Declaration du Roy, qui ordonne l'execution de cette Conſtitution A. 1699. Mandement de l' Archeveſque Duc de Cambray portant une entiere ſubmiſſion à cette condemnation. Harduin. p. 1682.

1703. †† *Clementis XI.* Papæ 1] damnatio libelli a) cui titulus: *Lettre de M. . . Chanoine de B. . . à Mr. D. T. D. A. &c.* Cas de conſcience, *propoſé par un Confeſſeur de Province, touchant un*

a) Hoc ſcriptum datum 20. Jul. 1701. cum quadraginta Doctorum Sorbonicorum ſubſcriptionibus Janſenio faventibus exſtat in Ephemeridibus Eruditorum (Journal des Savans) A. 1702. recuſis Leodii in 12. T. 2. p. 281.

2011 Ministerio de Cultura

Eccleſiaſtique qui eſt ſous ſa conduite &c. 2] Epiſtola ejusd. ad Regem Galliæ Ludovicum XIV. 3] ad Cardinalem de Noailles, Archiepiſc. Pariſienſem, pro ejusdem libelli damnatione. 4] Confirmatio & innovatio Conſtitutionum Innocentii X. & Alexandri VII. contra Janſenii quinque propoſitiones. Incip. *Vineam Domini Sabaoth.*

A.C. 1713. †† *Clementis XI.* Papæ conſtitutio, quæ incipit *Unigenitus*, qua damnantur centum & una propoſitiones excerptæ ex *Paſchaſii Queſnelli* notis in N. T. *Abregé de la Morale de l' Evangile des Actes des Apoſtres, des Epiſtres Canoniques & de l' Apocalypſe, ou penſeés Chreſtiennes ſur le texte de ces livres ſacrez.* à Paris 1693. 1694. vel ſub titulo: *Le Nouveau Teſtament en François, avec des reflexions moralēs ſur chaque verſet.* à Paris 1699.)

†† Extrait du procez verbal de l'aſſemblée des Cardinaux, Archeveſques & Eveſques, tenuë à Paris en l'année 1713. & 1714. au ſujet de la Conſtitution *Unigenitus.* Monſeigneur le Cardinal de Noailles Preſident.

†† Epiſtola ſcripta ad Pontificem cum ſubſcriptionibus Archiepiſcoporum Galliæ VIII. & Epiſcoporum XXXIV. Pariſiis Nonis Febr. A. 1714. congregatorum pro Conſtitutione recipienda. Lettre de l'Aſſemblée aux Archeveſques & Eveſques du Royaume. Lettres patentes du Roy données à Verſailles, 4. Fevr. 1714. Lettre de Mrs. les agens generaux du Clergé de France à Meſſeigneurs les Prelats du Royaume en leur addreſſant le recueil des actes. 10. Mars 1714. Clementis XI. breve ad Cardinales, Archiepiſcopos & Epiſcopos Pariſiis congregatos, datum Rom. 17. Mart. Lettre des agens generaux aux Prelats du Royaume 10. Avril. 1714. en leur addreſſant le bref du Pape. Plura vide in actis publicis Conſtitutionis unigenitus, quæ Vir eruditiſſimus Chriſtoph. Matthæus Pfaffius ſuperiore anno 1721. edidit Tubingæ in 4.

†† Decretum S. Facultatis Pariſ. ſuper Conſtitutione *Unigenitus*, factum die Jovis prima menſis Martii 1714. Declaratio S. Facultatis Theologicæ Duacenſis 3. Auguſt. 1714. cum ſubſcriptionibus Doctorum VI. Licentiatorum S. Theologiæ VIII. & Profeſſorum XVI.

Ad

2011 Ministerio de Cultura

Ad calcem Voluminis denique Harduinus exhibet duo *Gerundenſia* Concilia A. 1068. & 1078. quæ Labbeus & Regia editio non habent, & Sirmondi notas in varia Concilia ſuis locis omiſſas, quas Labbeus ediderat, nec non notitiam brevem Conciliorum quorundrm Gallicorum, quorum acta nulla exſtant, ex eodem Labbeo, quæ ſunt: *Andegavenſe* A. 530. *Andelanenſe* A. 587.. *Aquisgranenſe* A. 802. *Arelatenſia* A. 463. & 1246. *Aremoricum* A. 555. *Bituricenſia* A. 454. 769. 842. & 843. *Durienſe* A. 779. *Incerti loci In Gallia* A. 515. 588. & poſt A. 800. & circa A. 868. *Liptinenſe* A. 756. *Lugdunenſe* A. 814. *Metenſe* A. 835. *Narbonenſe* A. 257. *In palatio Theodorici Francorum Regis* A. 688. *Remenſe* A. 496. *In villa ad Sabolonarias* A. 862. *Sveſſionenſe* A. 861. *Toloſana* A. 507. & 1124. *Turonenſia* A. 800. 849. quod potius *Pariſienſe* eſt. *Valentianenſe* A. 771. *Vaſenſe* A. 350. *Veneticum* A. 848. *Veſontionenſe* A. 444. & *Volvicenſe* A. 761.

EDITIONIS REGIÆ TOMUS XXXVII.

LABBEI XVI.

In editione *Regia* quatuor exſtant indices, *primus* Conciliorum, *ſecundus* Pontificum, *tertius* rerum decretarum in Conciliis, *quartus* miſcellaneorum.

Labbeus & *Coſſartius* ſuum Conciliorum apparatum longe pluribus & melioribus Indicibus inſtruxere, & præterea præmiſerunt *præfationes* ſuperioribus Conciliorum editionibus præfixas à Jacobo Merlino, Petro Crabbe, Franciſco Joverio, Laur. Surio, & à Curatore collectionis Venetæ, Severinoque Binio, & ab Anonymo Regiæ collectionis editore, nec non curatore editionis Romanæ a) Conciliorum generalium, & Jac. Sirmondo ad Galliæ & Garſiæ Loaiſa ad Hiſpaniæ Concilia. Deinde poſt Labbei *Synopſin* Hiſtoricam Chronologico digeſtam ordine, ſuccedunt Gvilelmi Sanſon, Nicolai F. tres *tabulæ Geographicæ*, quarum una omnes orbis veteris partes & provincias, in quibus habita ſunt Concilia, continet: altera Italiam, Galliam & Angliam: tertia ſiſtit Patriarchatus veteris eccleſiæ.

Inde

a) Sirmondo, in cujus operibus legitur T. 4. p. 605.

2011 Ministerio de Cultura

Inde ſequitur Phil. Labbei *breviarium Geographiæ Epiſcopalis*, Epiſcopatuum 1] in Italia vicinisq; inſulis, 2] in Sicilia & Sardinia, 3] in Gallia, 4] Hiſpania, 5] inſulis Britannicis, 6] Germania cisrhenana & transrhenana, 7] Daniæ & Sveciæ, 8] Poloniæ vicinarumque provinciarum. 9] in Hungaria. 8] Dalmatia vicinisque provinciis atque inſulis maris mediterranei. 11] Græcia, Aſia, Ægypto & Africa. 12] utraque India. Subjungitur appendicis loco notitia Metropolitanorum veteris Eccleſiæ cum ſubjectis Epiſcopis usque ad ſeptimum vel octavum vel undecimum circiter ſæculum. Indices denique ſeqvuntur ſeptem; 1] Conciliorum Alphabeticus, adſcripto ubique nomine Pontificis Romani, cujus tempore ſingula ſunt celebrata. 2] Index Conciliorum per gentes orbis terrarum præcipuas, in quibus ſunt habita. 3] Pontificum Romanorum Chronologicus. 4] Alphabeticus. 5] Imperatorum Rom. ordine Chronologico. 6] Epiſcoporum & aliorum, qui Conciliis interfuere. 7] eorum, quæ quindecim tomis Conciliorum maxime notanda continentur.

Ab *Harduino* omiſſæ ſunt præfationes, nec ſynopſis repetita, omiſſæ etiam tabulæ Geographicæ cum breviario Geographiæ Epiſcopali & indice Conciliorum per gentes Orbis digeſto. Repræſentantur autem ab eo indices ſex 1] Pontificum, quorum Epiſtolas Decretales & Conſtitutiones cum Conciliis exhibuit. Plerasque enim eorundem Pontificum epiſtolas & quæcunque de vitis ſingulorum Pontificum Binius & Labbeus in ſuis collectionibus tradiderant, Harduinus reſecuit omnia. 2] Index Conciliorum Alphabeticus, ſed omiſſa Pontificum mentione. 3] Epiſcoporum & aliorum, qui Conciliis interfuerunt & ſubſcripſerunt. 4] Index utiliſſimus Geographicus, quo per ordinem Alphabeticum nomina exhibentur ac ſitus Epiſcopatuum, qui in Conciliis appellantur, cum nominibus Epiſcoporum, qui ſingulos eos Epiſcopatus in iisdem Conciliis geſſiſſe perhibentur. 5] Rerum & verborum memorabilium. 6] locorum ſacræ Scripturæ, quæ ſunt excerpta ex editione vulgata, & quæ ab eadem diſcrepant.

Quoniam

2011 Ministerio de Cultura

Quoniam vero non modo ad Conciliorum, quam hactenus tradidi notitiam, sed ad varios etiam alios studiosorum usus, eorum præcipue, qui Historiæ & antiquitati Ecclesiasticæ operantur, requiritur temporis, quo Pontifices Romani singuli fuerunt notatio, eam quam potui reperire accuratiorem duplici ordine hoc loco subnectere institui, alphabetico altero, altero Chronologico: ut quod in CPolitanis, a) Alexandrinis, b) & Hierosolymitanis c) alibi feci, & in Antiochenis d) proximo volumine facere gestio, idem ne in Romanis præsulibus desiderari à me possit.

CATALOGI PONTIFICUM ROM.

1) Alphabeticus, maximam partem ad ductum Danielis Papebrochii, S.J. in propylæo ad Acta Sanctorum Maji.

A. *notat Antipapam.* *Numerus primus ordinem inter Pontifices.* a. *significat abdicatum vel se abdicantem.*

79	Adeodatus	ab Anno	672. Mart. 14.	ad	677. Maji 18.
97	Adrianus I. e)		772. Febr. 9.		795. Dec. 25.
108	—— II.		867. Dec. 14.		872. Nov. 25.
111	—— III.		884. Mart. 1.		885. Jul. 8.
171	—— IV.		1154. Dec. 4.		1159. Sept. 1.
188	—— V.		1276. Jul. 16.		1276. Aug. 18.
222	—— VI.		1522. Febr. 16.		1523. Sept. 14.
59	Agapetus I.		535. April. 29.		536. April. 17.
132	—— II.		946. Junii 2.		956. Januar. 11.
81	Agatho		679. Maji 29.		681. Dec. 2.

7 Ale-

a) Volum. VI. p. 707. seq. & 757.
b) Volum. VIII. p. 594. 598.
c) Volum. X. p. 503. 506.
d) Optem interim in dias luminis auras prodire Clarissimi & in antiquitate Ecclesiastica versatissimi Viri *Michaelis le Quien* opus, quod jam diu parat de patriarchatibus Orientis, nec non tomum quartum Bibliothecæ Orientalis Clariss. Josephi Simonii Assemani, in quo dabit seriem Patriarcharum Syrorum.
e) Præter hunc Adrianum sedi Romanæ ultra viginti annos præfuere Alexander III. Clemens XI. Leo I. & III. Sylvester I. & Urbanus VIII.

2011 Ministerio de Cultura

7	Alexander I.	ab Anno 108. Nov. 5.	ad 117. Maji 3.
158	—— II.	1061. Sept. 30. a)	1073. April. 20.
172	= = III.	1159. Sept. 7.	1181. Aug. 25.
183	—— IV.	1254. Dec. 25.	1261. Maji 25.
208	—— V.	1409. Jun. 26.	1410. Maji 3.
218	—— VI.	1492. Aug. 11.	1503. Aug. 18.
241	—— VII.	1655. April. 7.	1667. Maji 20.
245	—— VIII.	1689. Octobr. 6.	1691. Jan. 31.
5	Anacletus	84. Maji 9.	92. Jul. 13.
A.	Anacletus	1130. Febr. 17.	1138. Febr. 7.
41	Anastasius I.	398. Dec. 5.	401. Dec. 14.
52	—— II.	496. Sept. 15.	498. Sept. 8.
123	—— III.	912. Oct. 4.	914. Nov. 25.
170	—— IV.	1153. Jul. 9.	1154. Dec. 2.
11	Anicetus	150. Jan. 19.	154. April. 17.
al. 12.	idem	153. Jul. 16.	162. April. 17.
20	Anteros	235. Nov. 22.	236. Jan. 3.
64	Benedictus I.	575. Jun. 16.	579. Aug. 12.
83	—— II.	685. Maji 14.	686. Mart. 25.
106	—— III.	855. Sept. 1.	858. Mart. 10.
119	—— IV.	900. Mart. 2.	904. Sept. 16.
135	—— V.	964. Maji 19.	964. Jun.
137	—— VI.	972. Sept. 22.	974. Maji 14.
139	—— VII.	975. April. 25.	984. Jul. 10.
148	—— VIII.	1012. Jul. 20.	1024. Jul. 10.
150	—— IX.	1033. Dec. 9.	1048. Jul. 17.
A.	—— X.	1058. April. 5.	1059. Jan. 24.
196	—— XI.	1303. Oct. 22.	1304. Jul. 6.
199	—— XII.	1334. Dec. 20.	1342. April. 25.
A.	Benedictus XIII.	1394. Sept. 28.	1423. Maji 23.
44	Bonifacius I.	418. Dec. 29.	423. Sept. 4.
57	—— II.	530. Sept. 29.	532. Oct. 24.
68	—— III.	607. Jan. 29.	607. Oct. 20.

69 Boni-

a) Petrus Damiani Opusculo IV. *Constat tres plus minus menses interim decurrisse, ex quo sanctæ memoriæ Papa Nicolaus occubuit, usque ad Calendas Octobris cum iste* (Alexander) *successit.*

2011 Ministerio de Cultura

69	Bonifacius	IV.	ab Anno 608. Aug. 25.	ad 615. Maji 8.
71	——	V.	620. April. 27.	626. Mart. 11.
114	——	VI.	896. April. 11.	896. April. 25.
141	——	VII.	985. Jan. - -	985. Dec. - -
195	——	VIII.	1294. Dec. 24.	1303. Oct. 11.
205	——	IX.	1389. Nov. 2.	1404. Oct. 1.
45	Cælestinus	I.	423. Sept. 16.	431. August. 1.
167	——	II.	1143. Sept. 26.	1144. Mart. 9.
177	——	III.	1191. Apr. 12.	1198. Jan. 8.
181	——	IV.	1241. Oct. 27.	1241. Nov. 22.
194	——	V.	1294. Jul. 5.	se pontificatu abdicavit 1294. Dec. 12.
29	Cajus		283. Dec. 16.	296. Apr. 22.
17	Calixtus	I.	221. Dec. 26.	226. Sept. 28.
164	——	II.	1109. Febr. 14.	1124. Dec. 12.
A.	Callixtus		1167. Aug. - -	1179. Aug 29.
213	——	III.	1455. April. 8.	1458. Aug. 6.
121	Christophorus		904. Nov. 25.	905. Jun. - -
3	Clemens	I.	67. Oct. 11.	76. Dec. 22.
al. 4.	idem		73. Dec. 5.	87. Nov. 16.
152	——	II.	1046. Dec. 25.	1047. Octobr. 9.
A.	Clemens		1080. Jul. 25.	1101. - - - - -
176	——	III.	1187. Dec. 19.	1191. April. 5.
185	——	IV.	1265. Febr. 6.	1268. Nov. 19.
197	——	V.	1305. Jun. 5.	1314. April. 20.
200	——	VI.	1342. Maji 7.	1352. Dec. 6.
A.	Clemens		1378. Sept. 20.	1394. Sept. 16.
A.	Clemens		1424. Maji 14.	1449. Jul. 23.
223	——	VII.	1525. Nov. 19.	1534. Sept. 25.
235	——	VIII.	1592. Jan. 30.	1605. Mart. 3.
242	——	IX.	1667. Jun. 20.	1669. Dec. 9.
243	——	X.	1670. April. 29.	1676. Jul. 22.
247	——	XI.	1700. Nov. 23.	1721. Mart. 19.
3	Cletus		67. Sept. 27.	73. Dec. 3.
al. 4.	idem		77. Febr. 16.	84. April. 26.

2011 Ministerio de Cultura

Id.	Anacletus ab Anno	86. Nov. 16. ad	96. Sept. 26.
85	Conon Syrus	686. Octobr. 20.	687. Oct. 13.
90	Conſtantinus	708. Mart. 4.	715. Mart. 18.
A.	Conſtantinus	767. Jun. 28.	768. Jul. 29.
22	Cornelius	251. April. 27.	252. Auguſt. 5.

Cyriacus Pontiani ſucceſſor fabuloſus.

39	Damaſus I.	366. Oct. 1.	384. Dec. 10.
153	—— II.	1048. Jul. 17.	1048, Auguſt. 8.
70	Deusdedit	616. Jan. 4.	619 Jan. 26.
79	Deus dedit II. vide Adeodatus.		
26	Dionyſius	259. Jul. 24.	269. Dec. 26.
80	Donus I.	677. Oct. 4.	679. Mart. 13.
138	—— II.	974. April. 26.	975. Octobr.
11	Elevtherius	171. Jun. 3.	185. Sept. 6.
6	Evariſtus	95. Jul. 26.	108. Oct. 26.
77	Eugenius I.	654. Sept. 7.	657. Maji 31.
101	—— II.	824. Jun. 5.	827. Auguſt. 27.
169	—— III.	1145. Febr. 14.	1153. Jul. 8.
211	—— IV.	1431. Mart. 6.	1447. Febr. 18.
32	Euſebius	310. April. 16.	310. Sept. 26.
28	Eutychianus	275. Jan. 6.	283. Dec. 8.
21	Fabianus	236. Dec. 11.	250. Jan. 2.
27	Felix I.	270. Jan. 1.	274. Dec. 24.
38	—— II.	355. - - -	358. Jul. 29.
50	—— III.	483. Febr. 13.	492. Jan. 30.
56	—— IV.	526. Jul. 12.	530. Sept. 25.

A. Felix fabuloſus, in locum ut ajunt Liberii. Vide Tillemont. T. VI. memor. Eccleſ. p. 768. 778. ſq.

A.	Felix	1436. Dec. 17.	1447. April. 7.
113	Formoſus	891. Sept. 19.	896. April. 4.
51	Gelaſius I.	492. Febr. 2.	496. Sept. 8.
167	—— II.	1118. Jan. 31.	1119. Jan. 29.
66	Gregorius I.	590. Sept. 3.	604. Mart. 12.
91	—— II.	715. Apr. 28.	731. Jan. 17.
92	—— III.	731. Febr. 22.	741. Nov. 10.
103	—— IV.	828. Jan. 5.	844. Jan. 11.

143 Gre-

2011 Ministerio de Cultura

143	Gregorius V.	996. Maji 17. ad	999. Febr. 18.
151	—— VI.	1045. April. 28.	1046. Dec. 17.
A.	Gregorius	1118. Mart. 15.	1121. April. 27.
159	—— VII.	1073. Jun' 30.	1085. Maji 25.
175	—— VIII.	1187. Oct. 21.	1187. Dec. 17.
180	—— IX.	1227. Mart. 9.	1241. Auguſt. 21.
186	—— X.	1271. Oct. 27.	1276. Jan. 10.
203	—— XI.	1370. Dec. 30.	1378. Mart. 27.
207	—— XII.	1406. Nov. 30.	1415. Jul. 4.
230	—— XIII.	1572. Maji 13.	1584. April. 10.
233	—— XIV.	1590. Dec. 5.	1591. Oct. 15.
238	—— XV.	1621. Febr. 9.	1623. Jul. 7.
Hadrianus. Vide Adrianus.			
48	Hilarus	461. Nov. 12.	467. Febr. 21.
72	Honorius I.	626. Sept. 28.	638. Sept. 13.
A.	Honorius	1061. Oct. 28.	1065. - - -
165	—— II.	1124. Dec. 16.	1130. Febr. 14.
179	—— III.	1216. Jul. 18.	1227. Mart. 18.
192	—— IV.	1285. April. 2.	1287. April. 3.
54	Hormisdas	514. Jul. 20.	523. Auguſt. 4.
10	Hyginus	138. Jan. 13.	150. Jan. 11.
42	Innocentius I.	402. Jan. 1.	416. Dec. 21.
166	—— II.	1130. Febr. 17.	1145. Sept. 24.
A.	Innocentius	1178. Auguſt.	1178. Sept.
178	—— III.	1198. Jan. 8.	1216. Jul. 16.
182	—— IV.	1243. Jun' 24.	1254. Dec. 7.
187	—— V.	1276. Jan. 21.	1276. Jul. 22.
201	—— VI.	1352. Dec. 18.	1362. Sept. 12.
206	—— VII.	1404. Oct. 17.	1406. Nov. 6.
217	—— VIII.	1484. Aug. 29.	1492. Jul. 25.
234	—— IX.	1591. Oct. 30.	1591. Dec. 30.
240	—— X.	1644. Sept. 15.	1655. Jan. 7.
244	—— XI.	1676. Sept. 21.	1689. Auguſt. 12.
246	—— XII.	1691. Jul. 12.	1700. Sept. 27.
248	—— XIII.	1721. Maji 8.	
55	Johannes I.	523. Sept. 3.	526. Maji 18.

2011 Ministerio de Cultura

58	Johannes II.	ab Anno	532. Dec. 19 ad	535. Aril. 21.
63	—— III.		561. Aug. 21.	574. Auguſt. 12.
74	—— IV.		640. Dec. 3.	642. Sept. 20.
84	—— V.		686. Jun. 10.	687. Jun. 20.
87	—— VI.		702. Oct. 7.	704. Dec. 21.
88	—— VII.		705. Febr. 8.	707. Sept. 24.
109	—— VIII.		872. Dec. 14.	882. Dec. 15.
118	—— IX.		898. Febr. 5	900. Febr. 19.
125	—— X.		915. Junii 18	929. Jun. 20.
128	—— XI.		932. April. 1	935. Febr. 16.
133	—— XII.		956. Jan. 13	964. Maji 14.
136	—— XIII.		965. Octobr. 1	972 Sept. 6.
140	—— XIV.		984. Octobr. 19	985. Jun. - -
Joannes * F. Roberti			985. Dec. - -	986. Apr. - -
142.	Joh. XV. al. XVI.		986. April. 25	996. April. 30.
A.	-- XVI. -- XVII.		997. Maji - -	998. Mart. - -
145	-- XVII. -- XVIII.		1003. Jun. 6	1003. Oct. 31.
146	-- XVIII. -- XIX.		1004. Mart. 19	1009. Jul. 18.
149	-- XIX. -- XX.		1024. Jul. 19	1033. Nov. 8.
189	Johannes XXI.		1276. Sept. 16	1277. Maji 16.
198	—— XXII.		1316. Auguſt. 7	1334. Dec. 4.
203	—— XXIII.		1410. Maji 17	1415. Maji 31.
36	Julius I.		337. Febr. 6	352. April. 12.
220	—— II.		1503. Octob. 31	1513. Febr. 12.
225	—— III.		1550. Febr. 8	1555. Mart. 23.
124	Lando		914. Dec. 4	915. Jun. 14.
Laurentius, anti Papa **			498	509.
47	Leo I.		440. Sept. 8	461. Oct. 30.
82	—— II.		682. Octobr. 19	684. Maji 23.
98	—— III.		795. Dec. 27	816. Jun. 11.
105	—— IV.		847. Apr. 12	855. Jul. 17.
120	—— V.		904. Sept. 23	904. Nov. 18.
126	—— VI.		929. Jul. 5	930. Febr. 9.
129	—— VII.		935. Nov. 15.	939. Maji 24.

134 Leo

* Electus, ſed conſecratione Epiſcopali non inauguratus.

** Vide Theophanem p. 123. Theodorum Lectorem lib. 2. Hiſt. p 560.

2011 Ministerio de Cultura

134	Leo VIII.	ab Anno	963. Dec. 6 ad	964. Febr. - -
154	—— IX.		1049. Febr. 12	1054. April. 19.
221	—— X.		1513. Mart 11	1521. Dec. 1.
236	—— XI.		1605. April. 2	1605. April. 27.
37	Liberius		352. Maji 24	366. Sept. 23
2	Linus		65. Jul. 7	67. Sept. 23
23	Lucius I.		252. Oct. 10	255. Mart. 4
168	—— II.		1144. Mart. 10	1145. Febr. 18
173	—— III.		1181. Auguſt. 29	1185. Nov. 25
30	Marcellinus		296. Jun. 30	304. Octob. 24
31	Marcellus I.		308. Maji 18	310. Jan. 18
256	—— II.		1555. April. 9	1555. April. 30
35	Marcus		336. Jan. 18	336. Octob. 7
110	Marinus I. vide Martinus II.			
131	Marinus II. vide Martinus III.			
76	Martinus I.		649. Jun. 14	654. Auguſt. 6
110	—— II.		882. Dec. 23	884. Febr. 23
131	—— III.		942. Nov. 13	946. Maji 26
191	—— IV.		1281. Febr. 22	1285. Mart. 28
410	—— V.		1417. Nov. 11	1431. Febr. 20
33	Melchiades		310. Octob. 8.	314. Jan. 10
107	Nicolaus I.		858. Mart. 25	867. Nov. 12
152	—— II.		1059. Jan. 31	1061. Jun. 24
190	—— III.		1277. Nov. 25	1280. Auguſt. 23
193	—— IV.		1288. Febr. 22	1292. April. 14
A.	Nicolaus		1328. Maji	1330. Auguſt. 25
212	—— V.		1447. Mart. 6	1455. Mart. 25

Octavianus, anti Papa adverſus Alexandrum III. *Cinnamus Libr. II. Hiſt. p.* 248. *infra Victor A.* 1159.

100	Paſchalis I.		817. Jan. 25	824. Maji 11
162	—— II.		1099. Aug. 14	1118. Jan. 18
A.	Paſchalis		1164. April. - -	1167. Aug. - -
95	Paulus I.		757. Maji 22	767. Jnn. 21
215	—— II.		1464. Aug. 31	1471. Jul. 26
224	—— III.		1534. Oct. 13	1548. Nov. 10
229	—— IV.		1555. Maji 23	1559. Aug. 18

2011 Ministerio de Cultura

237	Paulus V.	ab Anno	1605. Maji 16	ad 1021. Jan. 28
62	Pelagius I.		556. April. 13	561. Mart. 2
65	—— II.		579. Nov. 26	590. Febr. 4
1	Petrus		50. Jan. 18	65. Jun. 29
11	Pius I.		150. Jan. 19	153. Jul. 11
al. 12.	idem		154. Maji 6	161. Jul. 11
214	—— II.		1458. Auguſt. 19	1464. Auguſt. 14
219	—— III.		1503. Sept. 22	1503. Oct. 18
228	—— IV.		1559. Dec. 26	1565. Dec. 28
229	—— V.		1566. Jan. 7	1572. Maji 1
19	Pontianus		231. Jun. 26	235. Sept. 28
116	Romanus		897. Sept. 11	898. Jan. 2
67	Sabinianus		604. Auguſt. 30	606. Febr. 7
86	Sergius I.		688. Nov. 22	702. Auguſt. 14
104	—— II.		844. Jan. 27	847. Jan. 27
122	—— III.		905. Jun. 9	912. Dec. 6
147	—— IV.		1009. Octob. 2	1013. Jul. 13
73	Severinus		640. Maji 1	640. Jul. 4
60	Silverius		536. Jun. 6	537. Nov. 16
34	Silveſter I.		314. Jan. 31	335. Dec. 31
144	—— II.		999. April. 2	1003. Maji 12
A.	Silveſter		1044. Dec. 30	1045. Mart. 8
49	Simplicius		467. Mart. 5	483. Febr. 10
40	Siricius		385. Jan. 5	398. Nov. 26
89	Siſinnius		707. Dec. 25	708. Jan. 13
8	Sixtus I.		117. Maji 31	127. April. 3
25	—— II.		257. Auguſt. 23	258. Auguſt. 6
46	—— III.		432. Auguſt. 7	440. Jul. 24
216	—— IV.		1471. Auguſt. 9	1484. Auguſt. 12
231	—— V.		1585. April. 24	1590. Auguſt. 27
13	Soter		162. April. 26	172. April. 22
24	Stephanus I		255. April. 15	257. Auguſt. 2
Electus	Stephanus		752. Mart. 6	752. Mart. 10
94	—— II.		752. Mart. 19	757. April. 16
96	—— III.		768. Aug. - -	772. Febr. 3
99	—— IV.		816. Jun. 22	817. Jan. 22

2011 Ministerio de Cultura

112	Stephanus V.	ab Anno	885. Jul. 25	ad 891. Aug. 7
115	—— VI.		896. Maji 2	897. Aug. - -
127	—— VII.		929. Febr. 1	931. Mart. 12
130	—— VIII.		939. Jun. 9	942. Octobr. 23
156	—— IX.		1057. Auguſt. 3	1058. Mart. 29
53	Symmachus		498. Sept. 13	514. Julii 16
9	Telesphorus		127. Jun. 2	138. Jan. 5
75	Theodorus I.		642. Nov. 3	649. April. 20
117	—— II.		898. Febr. 12	898. Mart. 3
102	Valentinus		827. Sept. 1	827. Octobr. 10
Electus	Vicedominus		1276. Sept. 5	1276. Sept. 6
15	Victor I.		186. Sept. 11	196. April. 20
155	—— II.		1055. April. 13	1057. Jul. 28
160	—— III.		1087. Maji 1	1087. Sept. 15
A.	Victor		1138. Mart. 16	1138. Maji 19
A.	Victor		1159. Octobr. 4	1164. - - -
61	Vigilius		537. Nov. 22	557. Maji 17
78	Vitalianus		657. Jul. 30	671. Dec. 31
18	Urbanus I.		222. Octobr. 20	231. Maji 24
161	—— II.		1088. Mart. 12	1099. Jul. 29
174	—— III.		1185. Nov. 26	1187. Octobr. 20
184	—— IV.		1261. Auguſt. 29	1264. Octobr. 2
202	—— V.		1362. Octobr. 31	1370. Dec. 19
204	—— VI.		1378. April. 8	1389. Octobr. 15
232	—— VII.		1590. Sept. 25	1590. Sept. 27
239	—— VIII.		1623. Auguſt. 6	1644. Jul. 29
A.	Urſinus poſt Damaſum electum.			
93	Zacharias		741. Nov. 19	752. Mart. 3
16	Zephyrinus		198. Jun. 11	217. Dec. 20
43	Zoſimus		417. Jan. 6	418. Dec. 17

CATA-

2011 Ministerio de Cultura

CATALOGUS II.
PONTIFICUM ROMANORUM, Ordine Chronologico.

Tam multi sunt, qui successionem Episcoporum Romanorum tradiderunt, ut horum numerus, ipsorum facile numerum vincat Pontificum. Si quis autem certius aliquid & accuratius desideret, mira auctorum inter se pugnantium dissidia difficultates objiciunt, & tenebras in primis præcipue duobus sæculis, nec minus in nono ac decimo vix superabiles. Ac de primis illis præcipue mirabitur, qui Cotelerium ad Constitutiones Apostolicas lib. VII. c. 46. viros doctos ad Tertullianum & ad Irenæi III. 3. & Optati II. 3. Petavium ad Epiph. XXVII. 6. Tillemontium T. 2. memor. & Caveum in Clementis Romani vita, Blondellum Pseudo-Isidori p. 41. & præf. de Episcopis p. 25. seq. & in libro ipso pag. 9. Pontacum ad Eusebii Chron. p. 584. seq. Turrianum pro epistolis Pontificum lib. 2. c. 10. pag. 201. seq. Jo. Pearsonium in operibus postumis, & H. Dodwelli ad Pearsonium de Pontificum successione observationes consuluerit atque inter se comparaverit. Jam si quis cum his & inter se contendat Catalogos Pontificum, quos exhibent Eusebius in Hist. Eccles. & in Chronico, S. Augustin. epistola 165. (novæ edit. 53.) ad Generosum, Fortunatumque & Alypium, tum Chronicorum scriptores, Prosper, Victor, Marcellinus Comes, aliique & Nicephorus CPol. in Chronographia, & in Hist. Eccles. Anastasius Bibliothecarius, vel Ordericus Vitalis: a) vel si conferat Vetus Pontificale, Vitasque Pontificum à Damaso primum, deinde ab Anastasio Bibliothecario digestas & ex Holstenii emendatione editas illustratasque ab Emanuele Schelstrateno T. 1. Antiquitatis Ecclesiasticæ illustratæ Rom. 1692. fol. Vitasque Pontificum scriptas à Luitprando Ticinensi, & Catalogos veteres editos à Jo. Cuspiniano in fastis & Ægidio Bucherio in commentario ad Victorii Canonem Paschalem p. 269. Catalogos præterea decem ab Antonio Pagi præmissos tomo primo Criticæ Baronianæ, Catalogum Honorii Augustodunensis T. xx. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 1026. Catalogos binos cum variis observationibus à Dan. Papebrochio præmissos tomo primo Act. Sanctorum Aprilis, & Catalogos alios quatuor editos in Conatu Chronico Historico, quem inseruit pro-

a) Lib. 2. Hist. Eccles. p. 436. in scriptoribus Normannicis Andreæ du Chesne.

2011 Ministerio de Cultura

propylæo Actorum Maji, Amalricumque Augerium de Biterris, qui ſub Urbano V. Chronicon Pontificale compoſuit, ex quo excerpta dedit illuſtris Leibnitius T. 1. ſcriptor. Brunſvic. p. 576. 578. & Anonymi Zwethlenſis, Ord. Ciſterc. hiſtoriam Romanorum Pontificum usque ad Cæleſtium III. A. 1191. (obvium in theſauro anecdotorum Bernhardi Pez T. 1. parte 3. p. 329.) Ex his omnibus ordinem & chronologiam in omni temporum Chriſtianorum hiſtoria utiliſſimam ad liquidum perducere nemini integrum, niſi alia varii generis monumenta pariter conſuluerit, quod ipſum licet recenti ætate plures fecerint viri docti, multa tamen & ipſi in quibus nec ſatis inter ſe convenirent, & quæ ſatis explorata ipſi non auderent profiteri, reliquerunt. Poſt Baptiſtam Platinam ejusque continuatores b) aliosque de vitis Pontificum ſcriptores, quos Lud. Jacobus à S. Carolo Bibliothecæ Pontificiæ (Lugd. 1643. 4. editæ) libro ſecundo, & Caſp. Sagittarius introduct. in Hiſt. Eccleſ. T. 1. p. 650. ſeq. commemorant, ſingulare in hoc argumento ſtudium fuit Baronii in Annalibus, atque ejus exemplo Spondani, Raynaldi, Bzovii, ex quibus Binius & Regia Conciliorum Collectio, & Labbeus etiam ſed qui accuratius non pauca in ſua Conciliorum editione & in Chronologia hiſt. Pariſ. 1670. fol. vulgata tradidit: tum Andreæ du Cheſne in hiſtoria Pontificum ad Paulum V. quæ Gallice prodiit Pariſ. 1605. fol. Danielis Papebrochii in Conatu Chronico Hiſtorico, quem jam memoravi, & noviſſime Antonii Pagi in Critica Baroniana: ejusque propinqui Franciſci Pagi, cujus vitæ Pontificum jam ad A. 1304. deductæ viderunt lucem Antwerpiæ 1708. 4. Mihi jam ſufficit Catalogum exhibuiſſe, quem pleniorem & accuratiorem reperi Pontificum, ſchiſmatumque in tomo tertio Chronologiæ reformatæ *Jo. Baptiſtæ Riccioli* S. J. à me ſuppletum tamen hinc inde interpolatumque, nominibus etiam, quibus ante ſuſceptam dignitatem Pontifices ſinguli uſi ſunt, locupletatum.

1 S. *Petrus* Apoſtolus, quem licet Romæ fuiſſe per aliquod tempus atq; ibi ſubiiſſe martyrium, veterum teſtimonia dubitare nos non ſinunt, tamen Romæ fuiſſe Epiſcopum τοπικὸν, aut ſediſſe ibi per 25. annos, primatumque & jurisdictionem exercuiſſe ſuper cæteros Apoſtolos, totamque Eccleſiam, & Primatum hunc in Epiſcopos derivaſſe Romanos, adeo eſt incertum & incredibile, quam audacter & ἀπῳὶξ à partium Romanarum aſſeclis defenditur. Vide quæſo, ne innumeros alios re-

b) De his Clariſſ. Jo. Hubnerus noſter Bibliothecæ Hiſtoricæ centuria quarta p. 14. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

feram, quæ viri docti ad Lactantium de mortibus perſecutorum capite 2. & Jo. Rainoldum in Colloquio cum Johanne Hardto p. 404. 419. ſeq.

S. *Linus* Volaterranus, ex Thuſcia Papa & Martyr, ab A. 67. Jun. 30. ad 78. Sept. 23.

S. *Cletus*, a) Romanus Papa & Martyr, ab A. 78. Sept. 24. ad 91. April. 26.

S. *Clemens*, Romanus Papa & Martyr, ab A. 91. Maji 16. ad 100. Nov. 25.

S. *Anacletus*, Athenienſis Papa & Martyr, ab A. 101. April. 3. ad 110. Jul. 13.

S. *Evariſtus* Græcus, ex Judæo patre, Papa & Martyr, ab A. 110. Jul. 26. ad 119. Octobr. 26.

S. *Alexander*, Romanus, Papa & Martyr, ab A. 119. Nov. 13. ad 130. Maji 3.

S. *Sixtus*, Romanus Papa & Martyr, ab A. 130. Maji 28. ad 140. April. 6.

S. *Teleſphorus*, Thurienſis ex Calabria ſeu magna Græcia, Papa & Martyr, ab A. 140. April. 8. ad 152. Jan. 5.

S. *Hyginus*, Athenienſis Philoſophus, Papa & Martyr, ab A. 152. Jan. 12. ad 156. Januar. 11.

S. *Pius* Aquilejenſis, Papa & Martyr, ab A. 156. Jan. 15. ad 165. Jul. 11.

S. *Anicetus*, Amiſenus ex Syria, Papa & Martyr, ab A. 165. Jul. 25. ad 173. April. 17.

S. *Soter*, Fundanus ex Campania, Papa & martyr, ab A. 173. Maji 4. ad 177. April. 22.

S. *Eleutherus*, Nicopolitanus ex Græcia, Papa & martyr, ab A. 177. Maji 3. ad 192. Maji 26.

S. *Victor* Africanus, Papa & martyr, ab A. 192. Jun. 1. ad 201. Jul. 28.

S. *Zephyrinus*, Romanus, Papa & martyr, ab 201. Aug. 8. ad 219. Aug. 27.

S. *Calliſtus* Romanus, licet natus rure prope Ravennam, Papa & martyr, ab 219. Sept. 2. ad 224. Octob. 14.

S. *Urbanus*, Romanus, Papa & martyr, ab 224. Oct. 20. ad 231. Maji 25.

S. *Pontianus* Romanus, Papa & martyr, ab 231. Jun. 24. ad 235. Nov. 19.

S. *Antherus* ſive *Anteros*, Petilienſis ex magna Græcia, Papa & martyr, ab 235. Dec. 3. ad 236. Januar. 3.

S. *Fabianus*, Romanus, Papa & martyr, 1. ſchiſma, & *Novatianus* pſeudopapa contra Fabianum, ab 236. Jan. 16. ad 251. Jan. 20.

S. Cor-

a) Alii Cletum Clementi poſtponunt.

2011 Ministerio de Cultura

S. *Cornelius* Romanus, Papa & Martyr, ab 252. April. ad 253. Sept. 16.

S. *Lucius* Romanus Papa, & Martyr, ab 253. Octob. 21. ad 355. Mart. 4.

S. *Stephanus* Romanus, Papa & Martyr, ab 255. April. 9. ad 258. Auguſt. 2.

S. *Sixtus* II. Athenienſis, Papa & Martyr, ab 258. Aug. 24. ad 260. Auguſt. 6.

S. *Dionyſius* Græcus Monachus, ab 260. Sept. 12. ad 271. Dec. 26.

S. *Felix* Romanus, Papa & Martyr, ab 271. Dec. 31. ad 274. Maji 30.

S. *Eutychianus* Lunenſis ex Thuſcia, Papa & martyr, ab 274. Jun. 4. ad 284. Dec. 8.

S. *Cajus* Salonenſis ex Dalmatia, Papa & martyr, ab 284. Dec. 17. ad 296. April. 22.

S. *Marcellinus* Romanus, Papa & martyr, ab 296. Maji 3. ad 304. April. 26.

S. *Marcellus* Romanus, Papa & martyr, ab 304. Nov. 21. ad 309. Jan. 16.

S. *Euſebius* Græci Medici filius, ab 309. Febr. 5. ad 311. Sept. 26.

S. *Melchiades* Africanus, Papa & martyr, ab 311. Octobr. 3. ad 313. Dec. 10.

S. *Sylveſter* Romanus ſub Conſtantino Imper. ab 314. Febr. 1. ad 335. Dec. 31

S. *Marcus* Romanus Diac. Card. ab 336. Jan. 16. ad 336. Octob. 7.

S. *Julius* Romanus Diac. Card. ab 336. Octob. 27. ad 352. April. 12.

Liberius Romanus, ab 352. Maji 8. ad 367. Sept. 9. quo vivente S. *Felix* Martyr, ſedit annos 10. menſ. 3. d. 11. tanquam Chorepiſcopus, ſeu Vicarius Pontificis, quandiu Liberius pulſus ab Arianis manſit in exilio Schiſm. 2.

S. *Damaſus* Luſitanus, ab 367. Sept. 15. ad 384. Dec. 11. contra quem 3. Schiſmate intruſus fuit *Urciſinus*, & poſt annum pulſus.

S. *Siricius* Romanus, Presb. Card. ab 385. Jan. 12. ad 398. Febr. 22.

Anaſtaſius Romanus, Presb. Cardin. ab 398. Mart. 14. ad 402. Apr. 27

S. *Innocentius* Albanus ex Latio, ab 402. Maji 18. ad 417. Jul. 28.

Zoſimus ex Magna Græcia Presb. Card. ab 417. Aug. 19. ab 418. Dec. 16.

2011 Ministerio de Cultura

S. *Bonifacius* Romanus, contra quem 4. Schiſmate intruſus *Eulalius*, poſtea expulſus abdicavit, ab 418. Dec. 28. ad 423. Octob. 25.

45 S. *Cæleſtinus* Romanus, ab 423. Nov. 3. ad 432. April. 6.

Sixtus III. Romauus, ab 432. April. 27. ad 440. Mart. 28.

S. *Leo* Magnus Thuſcus Diac. Card. ab 440. Maji 10. ad 461. April. 11.

S. *Hilarius* Calaritanus ex Sardinia, ab 461. Nov. 12. ad 467. Sept. 10.

S. *Simplicius* Tiburtinus, ab 467. Sept. 20. ad 483. Mart. 2.

50 S. *Felix* II. Romanus Presb. Card. (dictus III. reſpectu Felicis Martyris, de quo ſub Liberio,) ab 483. Mart. 8. ad 492. Febr. 25.

Gelaſius Romanus patre Africano, ab 492. Mart. 2. ad 496. Nov. 21.

Anaſtaſius II. Romanus, ab 496. Nov. 28. ad 498. Nov. 16.

S. *Coel. Symmachus* Simmagenſis ex Sardinia, ab 498. Nov. 22. ad 514. Jul. 19. contra quem intruſus in Schiſmate 5. *Laurentius*, pulſus eſt.

S. *Hormisda* Fruſinas ex Campania, ab 514. Jul. 26. ad 523. Aug. 6.

55 S. *Joannes* Etruſcus Presb. Cardin. Papa, & Martyr. ab 523. Aug. 13. ad 526. Maji 27.

Felix III. dictus IV. Beneventanus Presb. Card. ab 526. Jul. 24. ad 530 Octob. 12.

Bonifacius II. Romanus Presb. Cardin. ab 530. Octob. 15. ad 531. Octobr. 17. contra quem Schiſm. 6. intruſus *Dioſcorus*, poſt dies 28. pulſus eſt.

Joannes II. Romanus cognom. Mercurius, Presb. Card. ab 531. Dec. ad 535. Febr.

Agapitus Romanus Presb. Card. ab 535. Mart. ad 536. Mart. 10.

60 S. *Silverius* Fruſinas Papa, & Martyr. ab 536. Majo ad 540. Jun. 20. *Vigilius* in Schiſmate 7. intruſus abdicavit poſt mortem Silverii.

Vigilius Romanus legitimè electus, ab 540. Jun. 27. ad 555. Jan. 7

Pelagius Romanus Archidiaconus Cardin. ab 555. April. 12. ad 560. Mart. 2.

Joannes III. Romanus cognom. Caſtellinus, ab 560. Jul. 26. ad 572. Jul. 13.

Benedictus Romanus cognom. Bonoſſus, ab 573. Maji 16. ad 577. Jul. 31.

65 *Pelagius II.* Romanus, civis oriundus à Gothis, ab 577. Nov. 11. ad 590. Febr. 8.

S. *Gre-*

2011 Ministerio de Cultura

S. Gregorius Magnus, Romanus, Archid. Card. ab 590. Sept. 3. ad 604. Mart. 12.

Sabinianus Volaterranus, Diac. Card. ab 604. Sept. 1. ad 605. Febr. 19.

Bonifacius III. Romanus, Diac. Card. ab 606. Febr. 15. ad 606. Nov. 12.

S. Bonifacius IV. ex Valeria Civitate Marsorum, ab 607. Sept. 18. ad 614 Maji 25.

70 S. *Deusdedit*, seu Deodatus Romanus, ab 614. Nov. 13. ad 617. Nov. 8.

Bonifacius V. Neapolitanus, ab 617. Dec. 14, ad 625. Octob. 25

Honorius Campanus, ab 626. Maji 13. ad 638. Octob. 12.

Severinus Romanus, ab 639. Mart. 29. ad 639. August. 2.

Joannes IV. Dalmata, ab 639. Dec. 31. ad 641. Octob. 12

75 *Theodorus* Græcus ex patre Hierosolymitan. ab 641. Nov. 25. ad 649. Maji 14

S. Martinus Tudertinus, Papa & Martyr. ab 649. Jul. 1. ad 654. Novembr. 12

S. Eugenius Romanus Martino exuli subrogatus anno 652. d. 9. August. ut Vicarius, postea evasit Pontifex defuncto Martino, ab 654. Nov. 13. ad 655. Jun. 2

Vitalianus ex Signa Civitate Volscorum, ab 655. August. 31. ad 669. Jan. 27

Adeodatus Romanus, Monachus *S.* Benedicti, ab 669. April. 9. ad 676 Jun. 26

80 *Domnus*, seu *Domnio* Romanus, aliis *Donus*, ab 676. Nov. 1. ad 678. Aug. 11

S. *Agatho* Siculus, monachus *S.* Benedicti, ab 678. Octobr. 26. ad 682. Jan. 10

S. Leo II. Siculus, ab 682. Aug. 15. ad 684. Jun. 28

S. Benedictus II. Romanus, presb. Cardin. ab 684. Aug. 20. ad 685. Maji 7

Joannes V. Syrus, ex prov. Antioch. Arch. ab 685. Jul. 22. ad 686. August. 2

85 *Conon* Syrus presb. Card. ab 686. Oct. 20. ad 687. Oct. 13 post ejectos in 8. Schismate intrtusos *Theodorum* & *Petrum.*

S. Sergius I. Antiochenus ex Syria, ab 687. Dec. 26, ad 701. Sept. 9 postquam in Schismate 9. *Theodorus*, & *Paschalis* sedem occupassent,

Joannes VI. Græcus, ab 701. Oct. 29. ad 705. Jan. 10

2011 Ministerio de Cultura

Joannes VII. Rossanensis ex Magna Græcia, ab A. 705. Mart. 1. ad 707. Octob. 18

Sisinius Syrus, podagricus, ab 708. Jan. 18. ad 708. Febr. 7

90 *Constantinus* Syrus, ab 708. Mart. 7. ad 724. Apr. 19

S. Gregorius II. Romanus, Monachus S. Benedicti, ab 714. Maji 22. ad 731. Febr. 11

Gregorius III. Syrus Presb. Card. ab 731. Febr. 16. ad 741. Nov. 28

S. Zacharias ex Magna Græcia, Monach. S. Benedicti, ab 471. Dec. 5. ad 752. Mart. 15

Stephanus II. Romanus Presb. Card. electus sed antequam ordinaretur defunctus (unde pluribus omittitur,) ab 752. Mart. 27. ad 752. Mart. 31.

Stephanus III. aliis *II.* Romanus Diac. Cardin. ab 752. Mart. 31, ad 757. April. 26

95 *Paulus* Romanus Presb. Card. ab 757. Maji 28. ad 767. Jun. 29. contra quem in Schismate 10. intrusus *Theophylactus* paucos dies sedit. Schismate 11. intrusi sunt *Constantinus* frater Totonis Ducis Nepesinæ civitatis per 13. mens. & post eum *Philippus* Presbyter. per dies paucos.

Stephanus III. aliis *IV.* Siculus Monachus S. Benedicti, ab 768. Aug. 5. ad 772. Febr. 1

Hadrianus Romanus, Diaconus Cardin. ab 772. Febr. 9. ad 795. Dec. 26.

Leo III. Romanus, Monachus S. Bened. Presb. Cardin. ab 795. Dec. 26. ad 816. Jun. 12

Stephanus IV. aliis *V.* Romanus, Diac. Card. ab 816. Jun. 22. ad 817. Jan. 25.

100 *Paschalis* Romanus, Monach. S. Benedict. ab 817. Jan. 28. ad 824. Maji 14

Eugenius II. Romanus Presb. Card. ab 824. Mart. 19. ad 827. Aug. 11. In Schismate 12. intrusus *Zizinus* brevi pulsus.

Valentinus Romanus Archidiacon. Cardin. ab 827. August. 11. ad 827. Sept. 21

Gregorius IV. Romanus, Monach. S. Benedicti, ab 827. Sept. 24. ad 843 Jan. 25

Sergius II. Romanus, Archipresb. Card. Hic antea dictus ut ajunt *bucca de*

2011 Ministerio de Cultura

de porco sive *os porci:* sed id ab Ornufrio & aliis negatur. Vide Philippi Bonanni numismata Pontificum T. I. p. 259. & verius est de *Sergio* IV. ut ex Ditmaro & Catalogis veteribus notat Franciscus Pagi T. 2. vit. Pontificum p. 288. Porro aliis etiam Episcopis cum ordinarentur, nomen mutari solitum notavit Edmundus Martene lib. I. de antiquæ Ecclesiæ ritibus parte 2. p. 335. seq. Vide interpretes ad Joh. I. 43. Fuit Sergius II. ab 844. Febr. 10. ad 847. April. 12

105 *S. Leo IV.* Romanus, Monachus Benedictinus, ab 847. April. 12. ad 855 Jul. 17

Joannes VIII. Anglicus hoc loco ponitur à multis, sexum ut ajunt mentita fœmina. Vide si placet Volum. X. hujus Bibl. p. 433.

Benedictus III. Romanus, Presb. Cardin. ab 855. Jul. 17. ad 858. Febr. 16. in Schismate 13. *Anastasius* Antipapa abdicavit.

Nicolaus Magnus, Romanus, Diac. Card. ab 858. Apr. 24. ad 867. Nov. 13.

Hadrianus II. Romanus, Presb. Card. ab 867. Dec. 14. ad 872. Nov. 1

Joannes VIII. (al. IX.) Romanus, Diac. Cardin. ab 872. Dec. 14. ad 882. Dec. 15

110 *Martinus II.* sive *Marinus I.* Galesinus ex Tuscia, Diac. Cardin. ab 882. Dec. 18. ad 884. Jan. 18

Hadrianus III. Romanus, antea Agapitus dictus, ab 884. Jan. 20. ad 885. Maji 9

Stephanus V. aliis *VI.* Romanus, Presb. Cardin. ab 885. Maji 27. ad 891. Jun. 5

Formosus Portuensis Civis & Episcopus ab 891. Jun. 13. ad 896. Dec. 23 in Schismate 14. *Sergius* III. Antipapa, vivente Formoso.

Bonifacius VI. Etruscus, mortuo Formoso toleratus per 25. dies, A. 897

115 *Stephanus VI.* aliis *VII.* antea dictus Nicolaus Anagninus, Rom. Ecclesiæ scriniarius, prius invasor, postea acceptatus, ab A. 997. ad 900. quo necato intrusus est in Schismate 15. *Romanus* Gallesianus, Constantini F. qui sedem occupavit menses 4. & d. 20.

Theodorus II. Romanus, Photii F. A. 901.

Joannes IX. (al. X.) Tiburtinus, Monachus S. Benedict. ab 901. ad 905.

Benedictus IV. Romanus, ab 905. ad 907.

120 *Leo*

2011 Ministerio de Cultura

120 *Leo V.* Ardeatinus Monachus S. Benedicti, A. 907. contra quem in Schiſmate 16. ſedit *Chriſtophorus* Romanus, presb. m. 7.

Sergius III. Romanus, inuaſor ſed toleratus, ab 908. ad 910.

Anaſtaſius III. Romanus, ab 910. ad 912.

Lando, ſeu *Landus* Sabinus, A. 912.

125 *Joannes X.* (al. XI.) Romanus, ab 912. ad 928.

Leo VI. Romanus, Joanni in carcerem dato ſubrogatus, & ipſe poſtea carceri incluſus, fuit ab 928. ad 929.

Stephanus VII. aliis *VIII.* Romanus, ab 929. ad 931.

Joannes XI. (al. XII.) Com. Tuſculanus intruſus, ſed toleratus, ab 931 ad 936.

130 *Leo VII.* Romanus, ab 936. ad 939.

Stephanus VIII. (al. IX.) Germanus, ab 940. ad 943.

Marinus II. ſive *Martinus III.* Romanus, ab 943. ad 946.

Agapitus II. Romanus, ab 946. ad 955.

Joannes XII. (al. XIII.) antea dictus Octavianus: intruſus, ſed toleratus, ab 955. ad 964. contra eum electus antipapa *Leo* VIII. Anno 963.

135 *Benedictus V.* quem Hermannus Contractus & alii omittunt, depoſitum ab Ottone Magno: fuit ab 964. Maji 14. ad 965. Jul. 4

Joannes XIII. (al. XIV.) Romanus, Narnienſis Epiſcop. ab 965. Jul. ad 972. Sept. 6

Donus Romanus, ſeu Domnus, II. ab 972. Sept. 20. ad 972. Dec. 19. Alii non hoc loco ſed poſt Benedictum VI. demum collocant Donum. Vide Franciſcum Pagi, T. 2. vit. Pontificum p. 244. ſeq.

Benedictus VI. (al. V.) Romanus, ab 972. Dec. 20. ad 974. ſtrangulatus in carcere à *Bonifacio* VII. Card. ſedis inuaſore, qui antea dictus Franco, Ferrutii ſive Verrucii F.

Benedictus VII. (al. VI.) Romanus, ab 975. Jan. 1. ad 984. Dec. 19

140 *Joannes XIV.* (al. XV.) antea Petrus dictus, Epiſcopus Papienſis à *Bonifacio* iterum inuaſore poſt 8. menſes in carcerem datus, fame & ærumnis interiit die 20. Auguſt. Hinc poſt 4. menſes extincto repentina morte *Bonifacio*, & à ſuis ipſis lanceis perfoſſo, nudo que per

2011 Ministerio de Cultura

per pedes tracto electus est Joannes XV. Prior antea Joannes fuit ab 984. ad 985. Aug. 20.

Joannem Roberti F. hoc loco memorat Chronicon Malleacense, tres Papas eodem anno 985. obiisse narrans, Joannem XIV. Joannem Roberti & Bonifacium VII.

Joannes XV. Romanus, al. XVI. Leonis presbyteri F. ab 985. Dec. 25. ad 996. Maji 7

Gregorius V. Bruno antea dictus, Saxo, contra quem in Schismate 17. sedit *Johannes Placentinus* ab Othone Imperatore cum ignominia pulsus, qui se vocavit Joannem XVI. Gregorius fuit ab 996. Jun. 12. ad 999. Febr. 18

Silvester II. Gerbertus Aquitanus, Monachus Floriacensis, ab 999. Febr. 19. ad 1003. *M*aji 12

145 *Joannes XVI.* (al. XVII.) Romanus, cognom. Siccus, ab 1003. Maji ad 1003. Nov. 5

Joannes XVII. al. XVIII. vel XIX. Romanus cognom. Fasanus, ab 1003 Nov. 20. ad 1009. Jul. 18

Sergius IV. antea Petrus, Romanus, Monachus Benedict. Episc. Albanensis, ab 1009. Aug. 31. ad 1013. Maji 13

Benedictus VIII. (al. VII.) Joannes Portuensis Episcopus, Gregorii Comitis Tusculani F. ab 1013. Maji 22. ad 1024. Febr. 27. contra quem in Schismate 18. sedit paucis dieb. *Leo* antea dictus Gregorius.

Joannes XVIII. al. XIX. vel XX. frater Benedicti VIII. priùs inuasor, deinde abdicans, confirmatus est, ab 1024. Febr. 28. ad 1032. Novembr. 8

150 *Benedictus* IX. (al. VIII.) Theophylactus Alberici Comitis Tusculani F. ab 1032. Novembr. 10 ad 1044. puer decennis intrusus, sed toleratus, postea in Schismate 19. pulsus, iterumque sedem recuperans pulso Antipapa *Sylvestro* III. qui antea *Joannes*, Episcopus Sabinensis.

Gregorius VI. Joannes Gratianus Ravennas Archipresbyter Cardin. qui suasu Henrici Imper. abdicavit cum fuisset ab 1044. ad 1046.

Clemens II. Suidgerus Saxo, Episcop. Bambergæ, ab 1046. Dec. 25. ad 1047. Octobr. 9

Damasus II. Boppo Bavarus, Episcop. Brixinensis, coronatus 16. Kal. August. fuit ab 1048. Jul. 17. ad 1048. Sept. 9

2011 Ministerio de Cultura

S. *Leo* IX. Bruno Lotharinghus, Epiſc. Tullenſis Benedict. ab 1049. Febr. 12. ad 1054. Apr. 19

155 *Victor* II. Gebehardus Germanus, Epiſc. Aicſtetenſis, ab 1055. Apr. 13 ad 1057. Jul. 28

Stephanus X. Junianus Fridericus, Gozelonis Ducis Lothringiæ F. Tuſcus, Abbas Caſſin. Presb Cardin. ab 1057. Aug. 2. ad 1058. Mart. 29. Hoc defuncto inuaſit ſedem *Jomincius*, Velitrenſis Epiſc. natione Romanus, dictus *Benedictus* X.

Nicolaus II. Gerardus, Epiſcopus Florentin. antea tamen electus fuerat, ſed notatur dies inaugurationis, ab 1059. Jan. 3. ad 1061. Jun. 7.

Alexander II. Anselmus de Badagio Mediolanenſis, Epiſc. Lucenſis contra hunc in Schiſmate 20. die 28. Octob. intruſus fuit *Cadolus* ſive *Cadolaus* Parmenſis Epiſc. qui ſe *Honorium* dixit, & poſt 3. annos in Concilio Mantuano depulſus eſt. Alexander fuit ab 1061. Oct. 1. ad 1073. April. 22

S. *Gregorius* VII. Hildebrandus Soanenſis ex Tuſcia Monach. Cluniac. Archid. Card. ab 1073. April. 22. ad 1085. Maji 24. contra hunc Anno 1084. inſurrexit *Guibertus* Parmenſis, Archiep. Ravennas qui ſe *Clementem* III. dixit in Schiſmate 21. quod duravit per annos 40. ſub diverſis Pontificib.

160 *Victor* III. Beneventanus, antea Deſiderius Abbas Caſſinenſ. Presbyt. Card. ab 1086. Maji 9. ad 1087. Sept. 16

Urbanus II. Otto Gallus Monac. Cluniac. Epiſc. Oſtienſis, Card. ab 1088 Mart. 12. ad 1099. Jul. 29

Paſchalis II. Rainerius ſeu Ragingerius Bledanus ex Tuſcia, Abbas Benedictin. Card. Presbyter, ab 1099. Auguſt. 12. ad 1118. Jan. 18. ſub quo antipapa *Albertus* edodem ſtatim die captus & *Theodoricus* Antipapa alter poſt diem centeſimum quintum in monaſterium detruſus eſt.

Gelaſius II. antea dictus Johannes Cajetanus Monach. Caſſin. Diac. Card. ab 1118. Jan. 21. ad 1119. Jan. 29. ſub quo *Gregorius* Antipapa antea dictus Mauritius Burdinus.

Gelaſius II. Guido Burgundus Archid. Viennæ Gallicæ, ab 1119. Febr. 1. ad 1124. Dec. 19.

165 *Honorius* II. Lambertus Bononienſis, Epiſc. Oſtienſ. ab 1124. Dec. 28. ad

2011 Ministerio de Cultura

ad 1130. Febr. 14. contra hunc Theobaldus Buccapeccus Cardin. Presb. *Cæleſtinus* Antipapa ſtatim abdicavit.

Innocentius II. Gregorius Romanus, Monach. Benedict. & Diac. Cardin. ab 1130. Febr. 14. ad 1143. Sept. 24. contra quem intrulus *Petrus Leo* dictus *Anacletus* II. obiit 7. Januarii anni 1138. pro quo Cardinales quidam ſubſtituerunt Gregorium Cardinalem S. Apoſtolorum, dictum *Victorem*, qui deinde abdicavit in Schiſmate 22.

Cæleſtinus II. Magiſter Guido de Caſtellis, Tifernas Presb. Card. ab 1143. Sept. 25. ad 1144. Mart. 8.

Lucius II. Gerardus Caccianimicus Bononienſis Canon. Reg. Presbyt. Card. ab 1144. Mart. 9. ad 1145. Febr. 25

Eugenius III. Petrus Bernardus Piſanus Abbas Ciſterc. ab 1145. Febr. 25. ad 1153. Jul. 8

170 *Anaſtaſius* IV. Conradus de Subura Romanus, Abbas S. Benedict. Epiſc. Sabin. & Cardin. ab 1153. Jul. 9. ad 1154. Dec. 2

Hadrianus IV. Nicolaus de Brekſpere ſeu de Brekſpear Canonicus Regularis Anglus, & Epiſc. Albanen. & Cardin. ab 1154. Dec. 3. ad 1159. Sept. 1

Alexander III. Rolandus Rainutii F. Bandinellus, Soanenſis Tuſcus Presb. Cardin. ab 1159. Sept. 5. ad 1181. Auguſt. 28. Adverſus eum antipapæ Octavianus, *Victor IV.* & Guido Cremonenſis Epiſc. *Paſchalis* III. & Joannes Hungarus, *Calixtus* III. nec non Lando ſive Landus Sitinus, *Innocentius*.

Lucius III. Humbaldus Allucingola Lucenſis, Cardin. Epiſcopus Oſtiæ & Veliternenſis, ab 1181. Aug. 29. ad 1185. Nov. 24

Urbanus III. Humbertus ſive Obertus Crivellus, Mediol. Archiep. Card. ab 1181. Nov. 25. ad 1187. Oct. 20

175 *Gregorius* VIII. Albertus de Mora Beneventanus, Monach. Ciſterc. & Presb. Card. ab 1187. Oct. 21. ad 1187. Dec. 16

Clemens III. Paulus Scholari Romanus, Prænestinus Epiſc. Cardin. ab 1188. Jan. 6. ad 1191. Apr. 10

Cæleſtinus III. Hyacinthus Bubo Romanus, Diac. Card. ab 1191. April. 14. ad 1198. Jan. 7

Innocentius III. Lotharius Anagninus, Epiſcop. Cardin. ab 1198. Jan. 8. ad 1216. Jul. 16

2011 Ministerio de Cultura

Honorius III. Centius Sabellus Romanus, Diac. Cardin. ab 1216. Jul. 18 ad 1227. Mart. 18

180 *Gregorius* IX. Ugolinus Anagninus, Episcop. Ostiensis Card. ab 1227. Mart. 19. ad 1241. Aug. 23

Cælestinus IV. Gaufridus sive Jumfridus Castellio, Mediolan. Monach. Cisterciensis, Presb. Card. ab 1241. Sept. 22. ad 1241. Oct. 8

Innocentius IV. Sinibaldus de Fliſco Genuensis, Presb. Cardin. ab 1243. Jun. 24. ad 1254. Dec. 7

Alexander IV. Rainaldus Anagninus, Ostiensis Episc. Cardin. ab 1254 Dec. 22. ad 1261. Maji 21

Urbanus IV. Jacobus Pantaleo Trecensis, Patriarcha Hierosol. ab 1261. Aug. 29. ad 1264. Oct. 2

185 *B. Clemens* IV. Guido Fulcodius Narbonensis, Episcop. Cardin. ab 1265 Febr. 5. ad 1268. Nov. 29

B. Gregorius X. Theobaldus Vicecomes Placentinus, Archidiac. Leodiens. ab 1271. Sept. 1. ad 1276. Jan. 10

Innocentius V. Petrus ex Tarentasia Ord. Præd. Ostiensis Episc. Cardin. ab 1276. Jan. 20. ad 1276. Jun. 22

Hadrianus V. Ottobonus Fliſco Genuensis, Diac. Cardin. ab 1276. Jul. 12. ad 1276. Aug. 18

Hoc loco *Vicedominum de Vicedominis*, Cardinalem Episcopum Prænestinum Gregorii X. Sororis filium qui Papa fuit non nisi per unum diem & mortuus est frater minor. Vide tamen Franciscum Pagi T. 3. vitar. Pontificum p. 419

Joannes XIX. (al. XXI.) Petrus Ulyssiponensis, Episc. Cardin. ab 1276 Sept. 13. ad 1277. Maji 21

190 *Nicolaus* III. Joannes Cajetanus de Ursinis, ab 1277. Nov. 25. ad 1280. Aug. 22

B. Martinus IV. Simon Montipincius de Bria sive Brienſis ex Gallia, Presb. Card. ab 1281. Febr. 22. ad 1285. Mart. 29

Honorius IV. Jacobus Sabellus Romanus, Diac. Card. ab 1285. April. 2. ad 1287. April. 5

Nicolaus IV. Hieronymus Asculanus Ord. Minor. Episcop. Prænestinus Cardin. ab 1288. Febr. 22. ad 1292. Apr. 4

S. Cælestinus V. Esernienſis antea Petrus Moronus sive de Murrono, Eremi-

2011 Ministerio de Cultura

remita Cæleſtinorum Fundator, qui ſponte abdicavit, obiit Anno 1296. Maji 19. fuit Papa ab 1294. Jul. 7. ad 1294. Dec. 13

195 *Bonifacius* VIII. Benedictus Cajetanus, Anagninus, Presb. Cardin. ab 1294. Dec. 24. ad 1303. Oct. 2

Benedictus X. Nicolaus Bocaſinus Taruiſinus Ord. Præd. Epiſc. Card. ab 1303. Oct. 21. 1304. Jul. 7

Clemens V. Bertrandus Vaſco Archiep. Burdigalæ, qui ſedem tranſtulit *Avenionem*, a) ab 1305. Jul. 5. ad 1304. Apr. 20

Joannes XX. (al. XXII.) Jacobus Deuſa ſutoris F. Cadurcenſis Epiſc. Card. ab 1316. Aug. 7. ad 1334. Dec. 4. in Schiſmate 23. Ao. 1327 *Nicolaus* Antipapa dictus antea Petrus Corbarius, intruſus poſt annos 3. menſes 3. & dies 14. coactus abdicavit.

Benedictus XI. Jacobus Furnerius Guilelmi molitoris F. Toloſanus Monach. Ciſterc. Epiſc. Card. ab 1334. Dec. 20. ad 1342. Apr. 25

200 *Clemens* VI. Petrus Rogeri, Lemovicenſis Monac. Benedictinus Presb. Card. ab 1342. Maji 7. ad 1352. Dec. 6

Innocentius VI. Stephanus Alberti F. Lemovicenſis Epiſc. Card. ab 1352 Dec. 18. ad 1362. Sept. 12

Urbanus V. Guilelmus Griſacenſis ex Gallia, Abb. Cluniac. ab 1362. Oct. 28. ad 1370. Dec. 19

Gregorius XI. Petrus Rogerii, Lemovicenſis, Diaconus Card. qui Sedem Romæ reſtituit, fuitque ab 1370. Dec. 29. ad 1378. Mart. 26.

Urbanus VI. Bartholomæus Neapolitanus, Archiep. Barii ſive Barenſis, ab 1378. April. 7. ad 1389. Oct. 15. contra hunc in Schiſmate 24. *Robertus* Gebennenſis, Cardinalis dictus *Clemens* VII. Antipapa.

205 *Bonifacius* IX. Petrus Tomacelli Neapolitanus, Presb. Cardin. ab 1389 Nov. 2. ad 1404. Oct. 1. contra quem durante Schiſmate 24. Clementi ſubſtitutus eſt *Benedictus* XIII. Petrus Luna Antipapa Avenione.

Innocentius VII. Coſmatus Melioratus Sulmonenſis, Presb. Cardin. ab 1404. Oct. 17. ad 1406. Nov. 6. durabat ſub hoc *Benedictus* Antipapa.

Gregorius XII. Angelus Corarius, Venetus, Presb. Card. ab 1406. Nov. 30. ad 1409. Jul. 5. ea conditione electus ut *Benedicto* Antipapa abdi-

a) Stephani Baluzii hiſtoria Pontificum Rom. qui in Gallia ſederunt ab A. C. 1305. ad 1394. lucem vidit Pariſ. 1693. 4. duobus Voluminibus.

2011 Ministerio de Cultura

abdicante addicaret & ipſe: poſt annos 2. menſ. 7. & d. 5. in Concilio Piſano depoſitus eſt.

Alexander V. Petrus Filardo Novarienſis, ſed in Creta educatus Ordinis Minorum Presb. Card. ab 1409. Aug. 26. ad 1410. Maji 3

Joannes XXI. Balthaſar Coſſa Neapolitanus, Diaconus Cardinal. qui à Concilio Conſtantienſi dejectus eſt, fuit ab 1410. Maji 27. ad 1415. Jun. 12

Martinus V. Otho Columna Romanus, Diaconus Cardinal. ab 1417. Nov. 11. ad 1431. Febr. 21. contra quem in Schiſmate 24. ſedit *Clemens* VII. Robertus Gebennenſis Antipapa.

Eugenius IV. Gabriel Condelmerius Venetus, Presb. Cardinal. ab 1431 Mart. 3. ad 1447. Febr. 23. contra quem in Schiſmate 25. electus fuit *Amadeus* Dux Sabaudiæ, dictus *Felix* V. qui abdicavit.

Nicolaus V. Thomas de Sarzano, Sergianenſis, Presb. Cardin. ab 1447. Mart. 6. ad 1455. Mart. 24

Calliſtus III. Alphonſus Borgia Valentinus ex Hiſp. Presb. Card. ab 1455 April. 8. ad 1458. Aug. 6

Pius II. Æneas Sylvius Piccolomineus Senenſis, Presb. Card. ab 1458 Aug. 19. ad 1464. Aug. 14

Paulus II. Petrus Barbus Venetus, Presb. Card. ab 1464. Auguſt. 30. ad 1471. Jul. 25

Sixtus IV. Franciſcus de Alberrola de la Rovere, Savonenſis Roboreus Ordinis Minorum, Presb. Cardinalis, ab 1471. Auguſt. 9. ad 1484 Jul. 15

Tuſavenſis, in quarta Armenia.
Tuſcamienſis, in Mauritania Cæſarienſi.
Tuſcanenſis, (*Toſcanella*) in patrimonio S. Petri.
*Tuſculanus, Tuſculanenſis, Aſculanus, (*Fraſcati*) in Campania Romana.
Tusdritanus, Dydritanus, in Byzacena Africæ.
Ad Tuſiacum, concilium Tullenſe in Gallia A. C. *860.*
Tuſummenſis Epiſcopus, in Africa Occidentali.
Tuſuritanus, in Mauritania Cæſarienſi.
Tuſuritanus, in Byzacena Africæ provincia.
Tutiſæi, in tertia Armenia.
*Tutelenſis, (*Tulle*) in Aquitania Galliæ, ſub Archiep. Bituricenſi.
Tuvenſis Epiſcopus Coptus, in Ægypto.
Tuzudrumes, in provincia Proconſulari Africæ.
Tuzuritanus ſ. Tuſuritanus, in Byzacena Africæ provincia.
Tyanenſis, in Cappadocia ſecunda.
Tybenſis, Tybarum, in Africa Occidentali.
Tychenſis Epiſcopus interfuit Synodo Photianæ.
Tymandenus, in Piſidia.
Tymbriadenſis, Tymbrados, Tibriadenſis, corruptè Timomariadis, in Piſidia.
Tyndaritanus, Tyndarinenſis, (al. *Tadienſis*) in Sicilia.
Tyrai ſ. Tyræi, in Piſidia.
Tyraſſonenſis, Tyraſſonæ, Turiaſonenſis, (*Tarragona*) in Aragonia Hiſpan. ſub Archiep. Cæſarauguſtano.
*Tyrius, Tyri, in Phœnicia.
Tysdri, in Byzacena Africæ provincia.
Tzauræ caſtri, in Melopotamia.

2011 Ministerio de Cultura

Tzernici, in Epiro nova, exarchatus Macedoniæ.
Tzernobi, in Bulgaria.
Tzoci Episcopus interfuit Synodo Photianæ.
Tzoidarum, in Æmimonto Thraciæ.
Tzuruloës s. Zuruli, corrupte Zunuti, (*Chiurli s. Zorlo*) in provincia Europæ Thracia.
Tzyganeos, in Lazica Ponti. Vide Ziganorum.

V. U.

*Vabrensis, (*Vabres*) corruptè Vabensis, in Langvedocio Galliæ.
Vacciensis, Vaciensis, (*Weitzen*) ad Danubium, in inferiore Hungaria.
Vadensis s. Badensis, Episcopatus duplex in Numidia.
Vadentinianensis s. Valentinianensis, in Byzacena Africæ provincia.
Vadesitanus, in Numidia.
Vagabensis, in Mauritania Cæsariensi.
Vagadensis, Vagaitanus, Bagaitanus, in Numidia.
Vagalitanus, in Mauritania Cæsariensi.
Vagarciabatensis, in Armenia.
Vagarmelitanus, in Numidia.
Vagensis, in Byzacena Africæ.
Vagentensis, in Africa.
Vagravensis, in Numidia.
Vagrautensis, in provincia Africæ Proconsulari.
Vah Episcopus Coptus, Oasis magnæ.
Vah Ipsai, Oasis parvæ itidem Coptus.
Vajanensis s. Bajanensis, in Numidia.
Apud Valentianas Synodus à Carolo M habita A. C. 770.
*Valentinus Episcopus, (*Valence*) Valentinensis, Valentinæ, Valentiæ, in Delphinatu Galliæ Viennensis.
Valentiæ, in Phrygia Pacatiana.
*Valentinus, in regno Hispaniæ Valentino.
Valentini castri, in Tuscia vicariatus Rom.
Valentinianopoleos, in Asia Proconsulari.
Valerienſis, in Hispania citeriore.
Vallavensis s. Aniciensis, in Gallia. (*le Puy en Vallay.*)
Vallensis, corruptè pro Vasionensis, in Comitatu Avenionensi.
*Vallisoletanus, (*Valladolid*) in veteri Castella Hispan.

2011 Ministerio de Cultura

*Vallisoletanus, in regno Mexicano Americæ Sept.
Vallitanus, in provincia Africæ Proconsulari.
Apud Vallem Coloris concilium habitum A. C. 1224. inter Ludovicum Regem Franciæ & Henricum Regem Alemanniæ. Et A. 1242. apud Vallem Guidonis à Juhello Turonensi Archiepiscopo in Gallia.
Valvensis Episcopus, Valbensis, Walvensis, (*Valva*) in regno Neapol.
Vamaccorensis, Vamacorrensis s. Bamaccorrensis, in Africa.
Vamallensis s. Vamaltensis, in Mauritania Sitifensi.
Vanarionensis s. Vanarianæ, in Africa.
*Vanensis, Van s. Artemitæ, in Armenia.
Vangionensis s. Wormatiensis, (*Wormes*) in Palatinatu Rheni in Germ.
à Vanis, Harduino idem à Batnis, in Osrhoëne Syriæ.
Vannidensis, in Mauritania Cæsariensi.
Vantenus, Vantenæ civitatis in Ægypto, fortasse pro Antinoæ.
*Vapincensis, Vappincensis, Vappicensis, Wapincensis, Vapiensis, (*Gap*) in Delphinatu Galliæ.
Varadinensis (*Waradein*) in finibus Hungariæ & Transsylvaniæ.
Vararitanus, in Byzacena Africæ.
Vardimissensis, Bartimissensis, in Mauritania Cæsariensi.
Varenus, Βάρεος, in Hellesponto. Est & Βάρις, in Pisidia.
*Varmiensis, Warmiensis, in Prussia Polonica.
Varnæ, ὁ Βάρνης, prope Danubium, sub Patriarcha CPol.
Vartanensis s. Bartanensis, in Africa Occid.
Vasadensis, Vasadarum, (corruptè Ὄυσανδα, Ὀυάσαδα pro Ὀυάσαδα) in Lycaonia.
Vasatensis, de Vasatis, Vasaticus, (*Bazas*) in Vasconia, sub Archiep. Auscitano.
Vasensis s. Vesensis, in Lusitania.
*Vasensis s. Vassionensis, Vassinensis, corrupte Vallensis, (*Vaison*) in Comitatu Avenionensi; *ubi habita A. C. 442. & 529. concilia.*
Vassinacensis, in Byzacena Africæ provincia.
Vastinensis, (*Gastinois*) Galliæ tractus, in insula Franciæ.
Vasuanus s. Uvasânus, in Africa Occidentali.
Vatarbensis, in Africa Occid.
Vaudinensis, Vaudini, in Mauritania Cæsariensi.
*Vavrensis, (*Lavaur*) Vauri, in Languedocio superiore Galliæ.
Vazaritanus s. Bazaritanus, in Numidia.

Vazensis,

2011 Ministerio de Cultura

Vazienſis, Vazuenſis, Vazuzenſis, in Africa Proconſulari.
Ubabenſis, in Mauritania Cæſarienſi.
*Uceticenſis, Uzeticenſis, Uzetenſis, de Ucetia, (*Uſez*) corruptè Uticenſis, vel Verecenſis: in Languedocio inferiore ſub Archiep. Narbonenſi.
Ucitanus, in Africa Proconſulari; corruptè Ucimajus.
Ucritanus ſ. Eucritanus, in Africa Proconſulari.
Uculenſis, in Africa Proconſulari ſeu Carthaginienſi.
Ucummajoris, in Africa Proconſulari.
Vecconenſis, corruptè fortaſſe pro Veronenſi.
Vectis (*Wight*) in Inſula ad oram Angliæ Meridionalem.
Vegæ Conceptionis, in Inſula ditionis Hiſpanicæ, in ora Septentrionali Americæ.
Vegeſelitanus ſ. Vegeiſelitanus, in Byzacena Africæ.
Vegiæ ſ. Veliæ, in inſula Dalmatiæ, Venetæ ditionis.
Veglenſis, Viglenſis, Veglienſis, Veglianenſis, in Dalmatia.
Vejentanus, in Hetruria.
Velenſis, in Hiſpania citeriore.
Veleſitanus, in Numidia.
Veliæ ſ. Heliæ, in Principatu citeriore regni Neapol.
Veliternus, Veliternenſis, Velitrenſis, Veliterninus, Belletrenſis, in Campania Romana.
Vellenſis, Velſiarum, Wellenſis, (*Wels*) in Anglia, ſub Archiep. Cantuar.
Velogradenſis, in Moravia.
*Venafranus, in terra Laboris, in regno Neapol.
Venationum Hadriani ſ. Hadrianotherarum, in Helleſponto.
*Vencienſis, Vincienſis, Ventienſis, Vincenſis, (*Vence*) in Comitatu Provinciæ, in Gallia.
Vendenſis, Wendenſis, in Livonia.
Vendacenſis, Vendaſcenſis, Vindauſcienſis, (*Venaſque*) in Comitatu Venaſino Galliæ.
*Venetenſis, (*Vennes*) Veneticus, in minore Britannia Galliæ.
Venetenſis (*Gvent*) Paterni, in Soutwallia Angliæ.
*Venetus Patriarcha, Venetiarum.
Provinciæ Venetiæ, Iſtriæ Metropolitanus. Vide Paſchaſ. Queſnellum ad Leonem Magnum p. 806. ſq.
Venetiolæ, (*Venezuela*) in inſula Americæ Meridionalis verſus Antillas.
Venſanenſis, in Numidia.

2011 Ministerio de Cultura

Ventanus ſ. Vintonienſis, Wintonienſis, in Anglia.
*Venuſinus, corrupte Veroſinus, (*Venoſa*) in Apulia & Baſilicata regni Neapol.
Veræ Pacis, in regno Mexicano Americæ Septentr.
*Vercellenſis, corrupte Celſenſis, in ditione Ducis Sabaudiæ.
Verdenſis, Fardunenſis, Firdenſis, in Saxonia inferiore.
Verecenſis, corruptè pro Uceticenſi, in Languedocio inferiore.
Veredunenſis, in Gallia. Vide Virdunenſis.
Verenſis, in provincia Africæ Proconſulari.
Verinopoleos, in Lycaonia.
Verinopoleos, Berinupoleos, in Galatia.
Veriſſæ, Beriſſæ, corrupte Βιρήασης, Κηρίασης, in Armenia.
Apud Vermeriam palatium concilia habita, hodie Verberia in Gallia, in pago Sueſſionenſi.
Vernenſia concilia ad Vernum palatium A. C. *755. & 844. celebratæ iisdem in Gallia in diœceſi Pictavorum Epiſcopi.*
Verodunenſis, in Gallia. Vide Virdunenſis.
Verolamienſia concilia, Verolamii in Anglia celebrata.
Veromandenſis Epiſcopus, Viromandenſis, Vermanduorum Civitatis, in Picardia Galliæ.
*Veronenſis Epiſcopus, in ditione Veneta.
Verronenſis, in Africa.
*Verulanus, Verolanenſis, Verulenſis, Verolanæ, Birolenſis, Herolanenſis, (*Veroli*) in Campania Romana.
Veſceritanus ſ. Veſcetrenſis, in Numidia.
Veſelitanus, in Numidia.
Veſenſis, Veſſenſis, Vaſenſis, Viſenſis, (*Viſeo*) in Luſitania.
*Veſontionenſis, Veſuntienſis, Veſoncenſis, Veſontienſis, Veſontionis, Chryſopolitanus, Beſonſienſis, Biſuntinenſis, Biſuntinus, Biſentionis, (*Beſançon*) in Comitatu Burgundiæ.
*Veſprimii, in Hungaria inferiore.
Veſtanus, Veſtanenſis, Veſtinenſis, in Capitanata Provincia regni Neap.
Vetetinus ſ. Vicentinus, in ditione Veneta.
Vettonæ ſ. Bittonæ, in Umbria Italiæ.
Vexionenſis, Wexionenſis, in Oſtrogothia Sveciæ.
Uffugenſis, in Calabria citeriore regni Neapol.
*Ugentinus, Urgentinus, Uxentinus, in provincia Hydruntina regni Neap.

*Viatkenſis,

2011 Ministerio de Cultura

* Viatkenſis, in regno Caſanis, in Moſcovia.
Vibonenſis, Vibonis, Hipponis, Monteleonenſis, in Calabria ulteriore regni Neap.
* Viburgenſis, Wiburgenſis, in Carelia Sveciæ provincia.
* Viburgenſis, Wiburgenſis, in metropoli Jutiæ ſ. Jutlandiæ Septentrional.
Vicenſis, in Numidia.
Vicenſis, (*Vich*) in Catalonia, ſub Archiep. Tarraconenſi, Hiſpan.
Vicenſis, Vicoaquenſis, (*Vico*) in Terra Laboris regni Neapol.
* Vicentinus, corrupte Vetetinus, (*Vicenza*) in ditione Veneta.
* Vici Æquenſis, (*Vico Aquenſe*) in Terra Laboris, regni Neapol.
* Vici Auſonæ ſ. Auſæ, in Hiſpania Tarraconenſi, in Catalonia.
Vici Cæſaris, in Africa Occidentali.
Vici Gegartæ, in Phœnicia maritima.
Vicoaterienſis, à Vico Ateri, in Byzacena Africæ.
Vicohabentiæ, (*Vicoüenza*) in ditione Ferrarienſi.
Vicojulienſis ſ. Adurenſis, in Vaſconia.
Vici Nais ſ. Naim, in ſecunda Palæſtina.
Vici Nigranenſis, in Numidia.
Vico Pacatenſis ſ. Vico Pacenſis, in Numidia.
Vico Sabinas, in Italia.
Vico Turrenſis, in Africa Proconſulari.
Victorianenſis, à Victoriana, in Byzacena Africæ.
* Viennenſis ſ. Fabianæ, in Auſtria. (*Wien.*)
* Viennenſis Allobrogum, in Delphinatu Galliæ. (*Vienne.*)
Vieſtæ ſ. Beſtiæ, (*Veſti*) in Capitanata regni Neapol.
* Vigevani ſ. Viglebani, in Apulia regni Neapol.
* Vigilenſis, Vigilienſis, (*Biſeglia*) in Barenſi provincia regni Neapol.
Vigintimilienſis ſive Vintimilienſis, (*Vintimiglia*) in Genuenſium ditione, ſub Archiep. Mediolanenſi.
Viglevanenſis, Viglevenſis, (*Vigevano*) in Ducatu Mediolanenſi.
* Vigornienſis, Wigornienſis, Wigornenſis, Wegoracenſis, Wiogreceaſterenſis, (*Worcheſter*) in Anglia.
Villæ Anaſſes, in ſecunda Thebaide.
Villæ Bertrandi conventus in diœceſi Gerundenſi Catalauniæ A. C. 1102.
Villæ Eccleſiæ Epiſcopus, in Sardinia.
Villæmagnenſis, in provincia Africæ Proconſulari.
Villænobenſis, in Mauritania Cæſarienſi.

Villæ

2011 Ministerio de Cultura

Villæ Politianæ, in Phœnicia Maritima.
In villa Regia in Gallia concilium habitum à Theodorico Rege A. C. *686.*
Villæregienſis Epiſcopus, in Numidia.
*Vilnenſis, in Lithuania.
Viltenſis, in Provincia Africæ Proconſulari.
Vincenſis, Vincienſis, Venecienſis, in Comitatu Provinciæ Galliæ.
Vindenſis, in Africa Occidentali.
Vindonenſis ſ. Vindoniſſæ, (*Windiſch*) in pago Bernenſi Helvetiorum.
Vinenſis, in provincia Africæ Proconſulari.
Vintimilienſis, in Genuenſi ditione. Vide Vigintimilienſis.
*Vintonienſis, Wintonienſis, (*Wincheſter*) in Anglia.
*Virapum, Monaſterium, in magna Armenia; ſedes Epiſcopi.
*Virdunenſis, Viridunenſis, Werdunenſis, Veredunenſis, Viridunenſis, Virodunenſis, Virdunis ſ. Articlavorum, (*Verdun*) in Gallia.
Viromandenſis, in Picardia Galliæ. Vide Veromandenſis.
Virrenſis Epiſcopus, in provincia Bremenſi, interfuit Concilio Lateranenſi A. C. 1179. fortaſſe ſcribendum Verdenſis.
Viſalenſis ſ. Viſſabenſis, in Mauritania Cæſarienſi.
Viſenſis, in Africa Occidentali.
*Viſenſis ſ. Veſenſis, (*Viſeo*) in Luſitania.
Viſicenſis, in provincia Africæ Proconſulari.
Viſocenſis, in regno Caſtellæ, Hiſpan.
Viſſalſenſis, in Mauritania Cæſarienſi; vide Viſalenſis.
*Vitebſcitanus (*Witebsky*) in Lithuania.
Vitenſis, in Byzacena Africæ provincia.
*Viterbienſis, in patrimonio S. Petri.
*Viternienſis ſ. Candidæ Caſæ, (*Withern*) in Scotia Meridionali.
Vitonienſis, in Weſtſexia Angliæ.
*Vivarienſis ſ. Albienſis, (*Viviers*) ſub Archiep. Viennenſi in Gallia.
Vizeliacum concilium A. C. *1146. in Burgundia, in caſtro Vizeliaci celebratum.*
*Uladislavienſis, in Cujavia magnæ Poloniæ.
*Uliſiponenſis ſ. Oliſipponenſis Archiepiſcopus, (*Liſboa, Liſbona*) in Luſitaniæ metropoli.
Ullitanus, in Numidia.
Ulpianenſis ſ. Juſtinianæ ſecundæ, in provincia Dardaniæ ſ. Mœſiæ ſuperior.
Ultrajectinus, in Belgio; vide Trajectinus.
ab Ululis, in Africa.

2011 Ministerio de Cultura

Umandæ ſ. Olomandæ, in prima Pamphylia.
*Umbriacenſis, Umbriaticenſis, in Calabria ulteriore regni Neapol.
Undeſitanus, Undeſiæ, in Numidia.
Ungrorum ſ. Hungarorum Archiepiſcopus.
Unjejovenſe concilium A. C. *1375. in Polonia habitum.*
Unizibirenſis ſ. Uniziverenſis Epiſcopus, in Byzacena Africæ.
*Οὐγγαροβλαχίας, Hungaro-Walachiæ Archiep.
Unnogoritanus ſ. Hungaricus Epiſc.
Unuricopolitanus ſ. Unorecopolitanus, Unuſiricapotenus, in Byzacena Africæ.
Volaterranus, Volaterrenſis, Vulterranus, Volternenſis, in Hetruria.
Volciæ ſ. Bulcentinæ, in Tuſcia vicariatus Romani.
Volitanus ſ. Bollitanus, in Africa Proconſulari.
Volodimirienſis, in Ruſſia Polonica, ſub Archiep. Kioviæ.
*Vologdenſis, in Moſcovia.
Volſinienſis (*Bolſena*) in Tuſcia vicariatus Romani.
Volvicenſe concilium A. C. *761. in agro Ricomagenſi Aruernorum.*
Voncarienſis ſ. Boncarienſis Epiſc. in Mauritania Cæſarienſi.
Voſetanus ſ. Boſetenſis, in Africa Proconſulari.
*Upſalenſis Archiep. Sveciæ Primas.
Uracitanus, in Africa Proconſulari ; vide Urcitantus.
Uradiæ Epiſcopus ſubſcripſit libello Synodi CPol. A. C. 518.
Uranenſis, in Phœnicia ſecunda.
*Uratislavienſis, (*Breslaw*) in Sileſia.
*Urbaneæ, in Ducatu Urbinate Italiæ.
*Urbevetanus, Urbis veteris, Oropiti, (*Orvieto*) in patrimonio S. Petri.
*Urbinas, Orbinenſis, Urbinatenſis, in metropoli Ducatus Urbinatis Italiæ.
Urbis Salviæ (*Urbiſaglia*) in Piceno vicariatus Romani.
Urcenſis, Urcitanus, Urci, in Hiſpania citeriore.
*Urcinii ſ. Adjacenſis, in Corſica inſula.
Urcitanus, Uracitanus, Uricitanus, in Africa Proconſulari.
*Urgellenſis, Urgellitanus, Urgilitanus, Orgellitanus, in Catalonia Hiſpan.
Urgentinus ſ. Ugentinus, in provincia Hydruntina regni Neapol.
*Urienſis (*Oria*) in provincia Hydruntina regni Neapol.
Urimenus, Urimorum (Οὐρίμων, & corrupte Συρίμων) in Euphrateſia Syriæ.
Urtelenſis, in Armenia.
Urugitanus, in Numidia.

Uſalienſis

2011 Ministerio de Cultura

Uſalienſis ſ. Uzalenſis, in Africa Proconſulari.
Uſcovanch, monaſterium in Armenia; ſedes Epiſcopi.
Uſellenſis ſ. Lezitanus (*Ales & Uſel*) in Sardinia.
Uſenſis, in Piſidia.
Uſilabis, in Byzacena Africæ.
Uſilenſis, in Africæ Byzacena; vide Uſulenſis.
Uſinadenſis, in Mauritania Cæſarienſi.
Uſipparitanus, in Africa Proconſulari.
*Uſtanenſis, in Armenia.
Uſulenſis, Uſilenſis, in Byzacena Africæ.
Uſurgelitanus, in Mingrelia.
Uticenſis, in Africa Proconſulari.
Uticenſis, in Langvedocio inferiore Galliæ. vide Uceticenſis.
Utimari, in Africa.
Utimmenſis, in provincia Africæ Proconſulari.
Utimmirenſis, in eadem Africa Proconſulari ſ. proprie dicta.
Utinenſis, in ditione Veneta (*Udine*) Forojulienſis provinciæ metropoli.
Utinenſis, in Africa proprie dicta ſ. Proconſulari.
Utinicenſis, in Africa Proconſulari.
Utriculanus (*Otricoli*) in Umbria Italiæ.
Utummenſis, in Africa Occidentali.
Utzipparitanus, Uzipparitanus, Uzipparenſis, in Africa Proconſulari.
Uvaſenſis ſ. Vaſnenſis, in Africa Occidentali.
Vullenſis ſ. Bullenſis, in Africa Proconſulari.
Vulterranus, in Hetruria. vide Volaterranus.
*Vulturarienſis, in principatu ulteriore regni Neapol.
Vulturnenſis, Vulturanus, in Campania Felice. (*Caſtel del Volturno.*)
Uxentinus ſ. Ugentinus, in provincia Hydruntini regni Neap.
Uzabirenſis, in Africa.
Uzalenſis ſ. Uzalienſis, in Africa proprie dicta ſ. Proconſulari.
Uzelenſis, in Piſidia.
Uzetenſis ſ. Uzeticenſis, in Languedocio inferiore. vide Uceticenſis.
Uzipparitanus ſ. Utzipparitanus, in Africa Proconſulari.
Uzitenſis, in Africa Proconſulari.
Uzittarenſis, in Africa Occidentali.
Uzuſæ, in Thracia.

2011 Mińisterio de Cultura

W.

Waterfordienſis, in Mommonia Hiberniæ.
Waterslevienſis, in Ducatu Germaniæ Luneburgenſi.
Wegoracenſis (*Worcheſter*) in Anglia.
Wellenſis, Vellenſis, (*Welles*) in Anglia, ſub Archiep. Cantuarienſi.
Werdunenſis (*Verdun*) in Gallia. vide Virdunenſis.
Weſtmonaſterienſia concilia in Weſtmonaſterienſi templo S. Petri, Londini in Anglia.
Wexfordiæ, in ora Orientali Lageniæ in Hibernia.
Wexionenſis (*Wexſiö*) Epiſcopus, Vexionenſis, in Oſtrogothia Sveciæ.
*Wiburgenſis ſ. Viburgenſis, in Carelia Sveciæ.
*Wigornienſis (*Worceſter*) in Anglia, ſub Archiep. Cantuarienſi.
Windleshorenſia concilia apud Windleshoram, ſ. Windeshores in Anglia.
*Wintonienſis, Vintonienſis Epiſcopus (*Wincheſter*) Wentanus in Anglia, ſub Archiep. Cantuarienſi.
*Wiogreceaſterenſis, idem ut videtur cum Wigornienſi.
*Wirtzburgenſis, Wirciburgenſis, Wirsburgenſis, Wirziaburgenſis ſ. Herbipolenſis, in Franconia Germaniæ.
*Worceſtrienſis, in Anglia. vide Wigornienſis.
*Wormatienſis, Vangionum ſ. Vangionenſis, in Palatinatu Rheni, (*Wormes*) in Germania.

X.

Xaliſci ſ. Gvadalajaræ, in nova Gallæcia Americæ Septentrional.
Xanthenſis, Xanthi, in Lycia.
Xanthienſis, Xanthiæ, in Macedonia, provincia Rhodopes.
Xantonenſis ſ. Santonenſis (*Sainctes*) in Aquitania Galliæ.
Xoënſis, Xoaaenſis, Xoitarum, in provincia Ægypti ſecundæ.

Y.

Yporienſis ſ. Eporedienſis, (*Ivrea*) in Pedemontio.
Yprenſis ſ. Iprenſis, (*Ipres*) in Comitatu Flandriæ.

Z.

Zabenſis, Zamæ Regiæ, in Numidia.
Zabenſis ſ. Diabenſis, in Mauritania Sitifenſi.

Zabulo-

2011 Ministerio de Cultura

Zabulonites, in Palæſtina prima.
Zabunienſis, Zabuniæ Medianæ ſ. Medizabuniæ, in Africa Occid.
Zactarenſis, Zattarenſis, in Numidia.
*Zaculmiæ ſ. Stagni, in ora Dalmatiæ ditionis Raguſinæ.
*Zacynthi (*Zante*) in inſulis Venetæ ditionis.
*Zagabrienſis, Zagrabienſis, in Hungaria ſeu Slavonia ad Savum fluvium.
Zagylenſis, Zagelenſis, Zagyleos, in Libya Marmarica.
Zalichi, Zaliches ſ. Leontopoleos, in Helenoponto.
Zallatenſis, in Mauritania Sitifenſi.
Zamenſis, à Zama, in Numidia.
Zamentanenſis, in Armenia.
*Zamorenſis, in regno Legionis Hiſpanico; vide Numantiæ.
Zanenſis, in Phrygia Capatiana.
Zaparenſis, in prima Macedonia.
Zapatenſis Epiſcopus interfuit Concilio Florentino A. C. 1439.
Zapparenus, (Ζάπαρος, al. Τζάπαρδα) in Macedonia ſecunda.
Zaradoniæ, in ſecunda Achaja, exarchatus Macedoniæ.
Zaradtenſis ſ. Zaradtanſis, in Numidia.
Zaraitenſis, in Mauritania Cæſarienſi. (al. Sitifenſi.)
Zarenſis Epiſcopus (fortaſſe pro *Zoarenſi* Palæſtinæ) interfuit Concilio Chalcedonenſi A. C. 451.
Zarnenſis, in Africa proprie dicta ſ. Proconſulari.
Zarnenſis ſ. Sarnenſis, in principatu citeriore regni Neapol.
Zaroniæ ſ. Zerabenæ, in ſecunda Arabia, ſub Patriarcha Hieroſol.
Zarcelenſis, in Piſidia.
Zaſimorum ſ. Sazimorum, in prima Cappadocia.
Zattarenſis, in Numidia.
Zecchiæ, provinciæ Boſpori ſ. Tauricæ Cherſoneſi.
Zecedepenſis, in Mœſia ſecunda.
Zellenſis, in Byzacena Africæ provincia.
Zeli, Zelon, Zelorum, Zilorum, Zelenſis, (Ζῆλα, Ζῆλοι, Ζῆλαι) in Helenoponto.
Zelonæ, in tertia Armenia.
Zemonenſis, Zemenenſis, in tertia Achaja.
Zemtenſis, in Africa proprie dicta ſ. Proconſulari.
Zenonopoleos, in prima Ægypto.
Zenopi Epiſcopus interfuit Synodo Photianæ.

2011 Ministerio de Cultura

Zenopoleos ſ. Zenonopoleos, in Lycia, exarchatus Aſiæ.
Zenopoleos ſ. Zenonopoleos, in Iſauria.
Zentenſis, in Africa Proconſulari.
Zephyrienſis, Zephyrii, in Cilicia prima.
Zertenſis, in Numidia.
*Zetunii ſ. Thebarum Phtioticarum, Zetunæ, (*Zeiton*) corruptè Zetumii, in prima Theſſalia, exarchatus Macedoniæ.
Zeugmatites, Zeugmatis, in Euphrateſia Syriæ.
Zicenſis, in Africa Occidentali.
Zicchienſis, in metropoli Scythiæ Zicchia.
*Zichnarum, Zichnes, in Macedonia ſecunda.
Ziganorum, Ζιγάνεως, Τζυγάνεως, in Lazica Ponti.
Ziggenſis ſ. Giggenſis, in Africa Proconſulari.
Zigrenſis ſ. Zigritanus, in Libya Marmarica.
Zinaliæ caſtri, in Meſopotamia.
Zoarenus, Zoaræ, Zoorenus, Segorenſis, in Palæſtina tertia.
Zoicenus, in Ægypto.
Zoropaſſenus, in Iſauria.
Zucabiaritanus ſ. Suburitanus, in Mauritania Cæſarienſi.
Zugabbaritanus, in Africa; idem fortaſſe cum Zucabiaritano.
Zummenſis ſ. Summenſis, in Numidia.
Zunuli, corruptè pro Zuruli, Tzuruloës, in provincia Europæ Thracia.
Zurenſis ſ. Zuritanus, in Africa proprie dicta ſ. Proconſulari.
Zurimacenſis, in Lazica Ponti.
Zygrenſis, Zygrorum, in Libya.

Mantiſſa de recentibus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus.

I. ANNALIUM & HISTORIÆ VETERIS TESTAMENTI.

Natalis Alexandri ætates ſex Veteris Teſt. ſynopſi Hiſtorica & variis diſſertationibus illuſtratæ. Pariſ. 1689. 8. ſex voluminibus, & 1699. fol. duobus Vol. addita ſex aliis Hiſtoria Eccleſ. Novi Teſt. Vide Acta Erud. Tom. I. ſupplem. pag. 538. & Imbonati Bibl. Hebræo-Latin. pag. 163. ſeq.

Gabrielis

2011 Ministerio de Cultura

Gabrielis Alvarez de Toledo, Hiſtoria de la Igleſia y del Mundo des de ſu Creacion haſta il Diluvio. Madrid 1713. fol. Vide Ephemerides eruditorum, Pariſ. A. 1714. p. 526. 605.

Anonymi reale Kirchen-Hiſtorie des Alten Teſtaments. Vide librum Lipſiæ 1714. 8. editum, cui titulus: Neu-eröffnetes Muſeum, p. 802. ſeq. Vide infra, in Jo. Chriſtiano Langio.

Godfrid Arnolds Kurtz-gefaßte Kirchen-Hiſtorie des Alten und Neuen Teſtaments. Lipſ. 1697. 1700. 1708. 8.

Petri Bæng Chronologia ſacra. Wiburgi 1694. 4.

Ejusdem Computatio temporum Veteris & Novi Teſt. ib. Vide Andreæ Antonii Stiernmans Aboam litteratam, p. 68.

Roberti Bailii Hiſtoria ſacra & profana à creatione Mundi ad Conſtantinum Magnum. Amſtelod. 1663. fol.

D. *Balthaſaris Bebelii* Hiſtoria Eccleſiæ antediluvianæ. Argentorat. 1665. 4.

Ejusd. Hiſtoria Eccleſiæ Noachicæ ex vetuſtiſſimis litteris antiquitatis eruta, & ſuffragio Eccleſiæ Chriſtianæ illuſtrata. ibid. 1666. 4.

Jo. Chriſtoph. Becmanni Analecta Hiſtorica ab Orbe condito ad Conſtantinum M. Francofurti ad Viadrum 1709. 4. Vide Diarium Londinenſe, the hiſtory of the works of the learned. A. 1710. p. 465.

D. *Erici Benzelii* Archiepiſcopi Upſal. introductio in Hiſtoriam Veteris Teſt. Ejusdem Vitæ Patriarcharum &c.

Hieronymi de Bocchiis monopanton harmonicum & chronologicum, Pars I. usque ad natum CHRISTUM. Bononiæ 1654. fol.

Jacobi du Bois tyd-threſoor ende kerkelikke hiſtorie tot op onzes Heylandes lyden ende hemelvaart. Leyden 1650. 4.

Antonii Bolerani Florus ſanctus, ab Orbe condito usque ad CHRISTI tempora. Pariſ. 1668. 1674. 12.

Jac. Benigni Boſſueti, Epiſcopi Meldenſis, Commentarii in univerſam Hiſtoriam ab orbe condito ad Carolum Magnum, quibus & ſeries ac ſucceſſio Religionis: & Imperiorum viciſſitudo exponitur, interprete *Emanuele de Partenai*, Pariſ. 1718. 12. ex Gallico plus decies Pariſiis & Amſtelodami excuſo, ſub titulo: Diſcours ſur l'Hiſtoire univerſelle pour expliquer la ſvite de la Religion & les changemens des Empires. Vide Ephemerides eruditorum Pariſ. A. 1718. p. 549. & A. 1722. p. 371.

2011 Ministerio de Cultura

D. *Jo. Francisci Buddei*, Theologi Jenensis, Historia Ecclesiastica Vet. Test. ab Orbe condito usque ad CHRISTUM natum, variis observationibus illustrata, tomis duobus, quorum prior in Samuele, posterior ante Historiam Evangelicam desinit. Halæ Sax. 1715. & 1719. 4. Vide Acta Erud. A. 1715. p. 490. & A. 1719. p. 163.

J. R. C. Historia Veteris Test. antediluviana, Lipsiæ 1722. 4.

D. *Abrahami Calovii* Chronicon Biblicum, præfixum Bibliis ejus illustratis, una cum examine Chronologiæ Biblicæ Ravianæ, Francof. 1672. & 1721. fol.

Jacobi Cappelli Historia sacra & exotica, ab Adamo ad Augustum Imp. Sedani 1613. 4.

Ejusdem Synopsis Historiæ ab Orbe condito ad A. C. 1622. una cum Historiæ Ecclesiast. centuriis quinque ab Augusti ortu ad Valentinianum III. ibid.

Ludovici Cappelli Chronologia sacra ab orbe condito ad CHRISTI tempora. Paris. 1655. 4. & in apparatu ad Biblia Polyglotta Londinensia, Lond. 1657. & separatim recuso Tiguri 1673. fol.

Ejusdem Historiæ Judaicæ Compendium, ab Asamonæorum tempore ad Hierosolymæ excidium, ad calcem Historiæ Apostolicæ illustratæ. Genev. 1634. 3. Salmurii 1683. 4. & me curante Lipsiæ 1691. 8. Idem Historiæ Judaicæ Compendium à Melch. Leydeckero subjunctum Georgii Hornii Historiæ Ecclesiasticæ Lugd. Bat. 1687. 8.

Joannis Flachsenii Chronologia sacra, Aboæ 1692. 8. Vide Aboam literatam p. 68.

Jo. Thomæ Freigii Historia Ecclesiastica ab Orbe condito usque ad obitum Moysis, Basil. 1583. 8.

Compendium Historiæ Ecclesiasticæ *Gothanum*, Gothæ 1666. & 1670. 8. Pars prior, Historiam Veteris Test. complectens, ab Vito Lud. Seckendorfio; posterior à Joh. Christophoro Artopœo concinnata esse dicitur, auspiciis Jo. Henrici Bœcleri. Indicem addidit Henricus Ernestus Treiberus.

Nicolai Gurtleri Origines Mundi & in eo regnorum, rerumpublicarum, populorumque ad modum Historiæ universalis, maximè Ecclesiasticæ. Amst. 1708. 4. Vide Acta Eruditorum A. 1709. p. 257.

Antonii

2011 Ministerio de Cultura

Antonii le Grand Hiſtoria ſacra à Mundi exordio ad Conſtantini M. imperium libris X. Lond. 1685. 8.

Andreæ Hoji hiſtoria univerſa ſacra & profana ab O. C. ad CHRISTI natalem, Duaci 1629. fol. 2 Volum.

Chriſtiani Junckers Grundlegung zur Kirchen-Hiſtorie Altes und Neuen Teſtaments, Hamburg 1710. 8.

Hiſtoire du vieux & du nouveau Teſtament par demandes & par réponces, avec des reflexions morales par feu Mr. *de Langes*. à Liege, 1718. 8. 3 Vol. Journal des Savans 1718. Octobr. p. 475.

Joachimi Langii, Theologi Hallenſis, Hiſtoria Eccleſiaſtica Veteris Teſt. per ſeptem periodos à Mundo condito usque ad CHRISTUM natum cum Iſagoge exegetica in libros ſacros præcipue hiſtoricos, & ſynchroniſmis hiſtoriæ exoticæ civilis & literariæ, Halæ Sax. 1718. 4. Vide Acta Erud. A. 1718. p. 61. & Memorias Trevoltinas A. 1719. menſe Martio.

Jo. Chriſtian Langii, Paſtoris zu Budiſſin, Grundlegung zu einer realen Kirchen-Hiſtorie des Alten Teſtaments, in zehen Haupt-Abtheilungen. Lipſ. 1717. 8. Vid. Unſchuldige Nachrichten von alten und neuen Theologiſchen Sachen, A. 1717. p. 144.

Wilhelmi Leydeckeri kerckeliike hiſtorie ſoo van het Old als Nieuwe Teſtament, Dordrecht 1691. 8. Vide Acta Eruditor. Tom. 2. ſupplementi p. 61.

Benjamini Marshall tabulæ octo Chronologicæ ab orbe condito ad CHRISTUM natum, Oxon. 1713. fol. Anglicè: Chronological tables in which are contained not only all the chief things of ſacred hiſtory, but alſo all other the moſt remarkeable things that are recorded in any of the antient writers now extant. Vide infra in Whiſtono, & Ephemerides Eruditorum Pariſ. A. 1714. Septembr. p. 317.

Joannis Marshami Canon Chronicus Ægyptiacus, Ebraicus, Græcus, usque ad Imperii Perſici initia. Lond. 1672. fol. & Lipſiæ cum præfatione Ottonis Menckenii & *μακαρίτου*, Lipſiæ 1676. 4. denique Amſt. 1698. 4. In hoc opere Marshamus primus illuſtrat etiam *epochas marmoreas* antiquiſſimas *Arundelianas*, in quas Thomæ Lydiati commentarium edidit ſuasque adjunxit ipſius notas Humfredus Prideaux

2011 Ministerio de Cultura

deaux, cum Jo. Seldeni ſuisque in alia etiam marmora Arundeliana animadverſionibus, Oxon. 1676. fol. Ad easdem epochas marmoreas conferendus Jac. Palmerius in exercitationibus ad optimos auctores Græcos p. 681. ſeq. Henricus Maſcampius in inſtitutionibus Hiſtoricis; Rich. Bentlejus differt. Anglice edita de Epiſtolis Phalaridis p. 205. ſeq. ſed præcipue Franciſcus Bianchinus Veronenſis in Hiſtoria univerſali probata ex monumentis antiquis, & Italice edita Rom. 1699. 4. p. 320. ſeq.

Henrici Maſcampii, Profeſſoris Duisburgenſis, inſtitutiones Hiſtoricæ ab Orbe condito ad captivitatem Babylonicam, Amſt. 1711. 4.

Ejusdem tabulæ octo Chronologicæ, Petavianis & Perizonianis pleniores ordinatioresque, Duisburgi 1713. fol.

The acts and monuments of the Church before CHRIST incarnate, by *Richard Montagu*. Lond. 1642. fol.

Dionyſii Mudzaerts, Ord. Præmonſtratenſis, kerckeliike hiſtorie &c. ab orbe condito usque ad A. C. 1622. Belgicè, Antwerp. 1622. fol. duobus Volum.

Jo. Chriſtian Hehringers allgemeine Hiſtorie des Alten Teſtaments. Lipſiæ 1717. 8.

Gvilelmi Nichols Hiſtoriæ ſacræ libri VII. ab orbe condito usque ad excidium Hieroſolymæ, Lond. 1714. 12.

Pauli Pezronii, Ord. Ciſtercienſis, Canon Chronologicus juxta LXX. interpretum ſupputationem, ad calcem facis Chronologicæ Dominici Muſantii, Leodii 1695. 12. l'Antiquitè des Tems rétablie & defenduë contre les Juifs & les Nouveaux Chronologiſtes, Paris 1686. 4. Amſt. 1687. 12. Defenſe de l'Antiquité des temps, ou l'on ſoutient la tradition des Peres & des Egliſes &c. Pariſ. 1691. 4. Vide Ephemerides Eruditorum Pariſ. A. 1687. p. 107. & 1692. p. 25. & 36. Pezronii quemque hic ſecutus eſt Iſ. Voſſii Chronologiam ſacram oppugnavit *Jo. Marcianæus* Monachus Benedictinus in vindiciis textus Hebraici earumque continuatione. Defenſe du texte Hebreu & de la Chronologie de la Vulgate &c. Paris 1689. 12. Continuation de la defenſe du texte Hebreu, ib. 1693. 12.

Henrici Philippi quæſtiones Chronologicæ in Teſtamentum Vetus, Colon. 1637. 4.

The

2011 Ministerio de Cultura

The old and new Teſtament connected in the hiſtory of the Jews and neighbouring nations, from the declenſion of the kingdoms of Iſraël and Juda, to the time of CHRIST, by *Humphrey Prideaux*, D. D. Dean of Norwich. 2 Volum. Lond. 1716. & 1718. 8. Idem opus Gallice etiam verſum vidit lucem, quinque Vol. Amſt. 1722. 12. & Germanice Auguſto Tittelio interprete, Dresd. 1722. 4. Vide Acta Erud. A. 1718. p. 97. & A. 1721. p. 481. Novellas Reip. literariæ A. 1717. pag. 3. & 93. Ephemerides literarias Pariſ. 1718. p. 119. & 1722. Decembr. p. 629. Bibliothecam Anglicam Gallice editam à Michaële de la Roche Tom. 1. pag. 1. T. 3. p. 484. & T. 4. p. 42.

Hiſtoire de l' ancien Teſtament diviſée en ſix livres par Mr. l' Abbe *Ragvenet*. Paris 1690. 12. Bibl. Françoiſe de Mr. Camuſat, Tom. 1. p. 290. ſeq. Amſt. 1723. 8.

Chriſtiani Ravii, Berolinatis, Chronologia Biblica, Kilon. A. 1670. fol. quam ad examen revocatam dixi à B. Calovio.

Hugonis Robinſoni Annales Mundi univerſales libris XIV. ab orbe condito ad captivitatem Babylonicam, Lond. 1677. fol.

Jacobi Saliani, S. J. Annalium Eccleſiaſticorum Veteris Teſtamenti usque ad CHRISTI mortem, connexis Annalibus imperii Aſſyriorum, Babyloniorum, Perſarum, Græcorum atque Romanorum, Volumina VI. fol. Pariſ. 1619. -- 1624. Colon. 1620. -- 1624. Pariſ. 1641. editio auctior ſecundis auctoris curis. Flavio Joſepho, quem frequenter reprehendit, iniquiorem Salianum multi notarunt. Annalium Saliani epitome, unico volumine prodiit Pariſ. 1635. Colon. 1638. Rothomag. 1646. 1655. fol. Contractum ex iisdem Annalibus enchiridion Chronologicum, Colon. 1638. 12.

Henrici Samerii, S. J. Chronologia ſacra ab orbe condito usque ad CHRISTUM natum, confutatis multorum (Gilberti Genebrardi aliorumque) ad hunc diem calculis, Antwerp. 1608. fol.

J. H. S. P. P. Nucleus Hiſtoriæ univerſalis ab orbe condito ad Maccabæorum tempora, Herborn. 1716. 12. Vide Ephemerides Eruditorum Pariſ. A. 1717. p. 405.

D. *Jo. Andreæ Schmidii* Compendium Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Veteris Teſt. decem epochis comprehenſum, Helmſt. 1708. 8.

2011 Ministerio de Cultura

Chriſtiani Schotani Bibliotheca Hiſtoriæ ſacræ Vet. Teſt. Franeqv. 1662. fol. 2 Vol. per modum fuſi & copioſi in Sulpitium Severum commentarii, à quo veteri ſcriptore culto atque elegante notum eſt ſuccinctum hiſtoriæ ſacræ compendium tradi.

Jonæ Conradi Schrammii Chronologia Regum Iſraëlis reſtituta, Helmſt. 4.

Eduardi Simſoni Chronicon hiſtoriam Catholicam complexens, ſeriemque hiſtoriarum ex ſacris Bibliis & probatæ fidei auctoribus ſingulari ſtudio ſecundum tempora digerens ab exordio Mundi ad Annum CHRISTI ſeptuageſimum primum, Oxon. 1652. fol.

Friderici Spanhemii, filii, Chronologia ſacra & Hiſtoria Eccleſiaſtica Veteris Teſt. inter opera ejus tribus junctim excuſa voluminibus, Tomo primo, Lugd. Bat. 1701. fol.

Henrici Spondani Annales Veteris Teſtamenti à Mundi creatione ad ejus reparationem, Pariſ. 1639. Colon. 1640. fol.

Geerlof Svikeri JCti, algemene kerkelyke en wereldlyke geſchiedniſſen, Amſt. 1721. fol. duobus Volum. editore Clariſſ. Viro Iſaaco Verburgio. Ab orbe condito usque ad obitum Wilhelmi III. Angliæ Regis.

Hiſtoire de l'ancien Teſtament par le Pere *Talon*.

Jo. Olai Terſeri Chronologia ſacra ab origine Mundi ad natum CHRISTUM, Upſal. 1657. 8.

Auguſtini Tornielli Novarienſis, Congregationis S. Pauli Clerici Regularis, Annales ſacri & profani ab Orbe condito ad eundem CHRISTI paſſione redemtum. Mediolan. 1610. Francofurti 1611. & 1640. Colon. 1622. & Antwerp. 1620. fol. De Torniello ejusque Annalibus vide ſis Ludovicum Ellies duPin Tom. 17. Bibl. Eccleſiaſticæ pag. 58. & Diarium Venetum, giornale de' letterati d'Italia T. X. p. 232. ſq.

Hiſtoria Veteris Teſt. ex elementis D. *Vallemontii*, cum Boſſveti diſſ. de ſucceſſione religionis, Latine verſa ex Gallico à Petro Montmedy, Ratisbonæ 1710. 8.

Jo. Vignolii Conſpectus Chronologiæ ab exitu ex Ægypto usque ad captivitatem Babylonicam. Bibl. Germanique T. 3. p. 107. ſqq. Hiſt. Critique de la Rep. des lettres T. 6. p. 375.

Campegii

2011 Ministerio de Cultura

Campegii Vitringæ hypotypoſis Hiſtoriæ & Chronologiæ ſacræ à Mundo condito usque ad finem Sæculi à nato CHRISTO primi, una cum typo doctrinæ Propheticæ, Franeqveræ 1698. 1708. 8. Leowardiæ 1716. 8.

Matthæi Vogelii, Abbatis Alperſpacenſis in Ducatu Wirtembergico, Peregrinatio Eccleſiæ, das iſt: Bibliſche Kirchen-Hiſtorie, allein aus Heiliger Göttlicher Schrifft Alten und Neuen Teſtaments kurtz verfaſſet, Strasburg 1628. 12. Editor eſt celebris ille Joh. Valentinus Andreæ, Superintendens Calvenſis in Ducatu Wirtembergico, qui ſimiliter A. 1630. 12. edidit Eccleſiam militantem, das iſt, kurtze Kirchen-Hiſtorie aus des ſeel. Lucæ Oſiandri, Senioris, Centurien kürtzlich zuſammen gezogen. In hoc libello operam & ſtudium cum Jo. Valentino Andreæ poſuit Jo. Bernhardus Wagnerus, Paſtor Eccleſiæ Gemmerigheimenſis.

Gerhardi Joannis Voſſii Chronologiæ ſacræ Iſagoge. Tomo ſexto ſive ultimo operum Voſſii, Amſt. 1701. fol. & ſeparatim Hagæ Comitis, 1659. 4.

Iſaaci Voſſii Chronologia ſacra ad mentem Veterum Hebræorum & præcipue Joſephi expoſita. Diſſertatio de vera ætate Mundi, cum Caſtigationibus ad objecta Georgii Hornii, Chriſtiani Schotani aliorumque, Hagæ Com. 1661. 4. ad calcem diſſertationis de translatione LXX. Interpretum.

Jacobi Uſſerii Annales Veteris Teſtamenti à prima Mundi origine deducti, una cum rerum Aſiaticarum & Ægyptiacarum Chronico à temporis Hiſtorici principio usque ad extremum Templi & Reip. Judaicæ excidium, Lond. 1650. & 1654. fol. Deinde Pariſ. 1673. & Bremæ 1686. fol. addita etiam utrobique Chronologia ſacra poſtuma Uſſerii, quæ ſeparatim pridem lucem viderat Oxon. 1660. 4. Melior Annalium, operis incomparabilis, editio Genevenſis A. 1722. fol. in qua notæ quædam & emendationes ex chirographo auctoris acceſſere, additique liber Uſſerii de annis Syro-Macedonum, & alius de Symbolo Apoſtolico vetere, vitaque Uſſerii ſcripta à Thoma Smitho & edita pridem Londini 1707. 4.

Mich. Watſoni hiſtoria antediluviana, Kil. 1665. 4. ſchediaſma paucis conſtans foliis.

Gvilelmi

2011 Ministerio de Cultura

Gvilelmi Whiſtoni Tabula Chronologica, complexa Antiquitates Hebraicas, Phœnicias, Ægyptias & Chaldaicas, tam ante quam poſt diluvium, comparatas invicem excerptasque ex Pentateucho Samaritano, Joſepho, Sanchoniathone, Herodoto, Dicæarcho, Manethone, Eratoſthene, Abydeno, Beroſo, Varrone, Ptolemæo Mendete, Obeliſcis Ægyptiacis, Marmore Pario & ſcriptoribus omnis generis originariis, cœpta primum ab erudito Epiſcopo *Ricardo Cumberland*, aucta deinde, perfecta & concinnata ab origine Mundi usque ad æram Nabonaſſari Regis Babylonici, à qua Humfredus Prideaux inſigne ſuum opus incipit, vulgataque ſupplementi inſtar ad tabulas Chronologicas eruditiſſimi Epiſcopi Wigornienſis Gvilelmi Lloydii editas à Marshallo, Lond. 1721. fol. Anglicè.

Joh. Hieronymi Wiglebs Kirchen-Hiſtorie von Erſchaffung der Welt bis auf CHRISTUM, in Fragen und Antworten. Halle 1716. 4. Vid. Unſchuldige Nachrichten von Alten und Neuen Thoologiſchen Sachen, A. 1716. p. 365. Aug. Hermanni Francke monita Paſtoralia p. 91.

D. *Guſtavi Georgii Zeltneri* chronotaxis millenarii quarti, Altdorf. 1709. 4.

*** *** ***

Zweymal zwey und funfzig auserleſene Bibliſche Hiſtorien aus dem Alten und Neuen Teſtamente; mit Fragen, daraus zu examiniren, nützlichen Lehren, und erbaulichen Gedancken bey jeder Hiſtorie, vor die Hamburgiſche Jugend abgefaſſet von Hrn. **Joh. Hübnern**, Rectore des Johannei daſelbſt, nebſt einer Vorrede eines Hoch-Ehrwürdigen Miniſterii der Stadt Hamburg. 1714. 8. atque deinde ſæpius Lipſiæ in 8. & 12.

M. **Johann Wagners**, Paſtoris zu Weiſſen-Schönbach und Grockſtat, hundert und vier auserleſene Bibliſche Hiſtorien, nebſt einer Vorrede **Chriſtoph Conrad Beſſers**, Paſtoris und Inſpectoris zur Schulpforte. Lipſ. 1717. 8. Liber eadem utili & jucunda methodo ad prioris imitationem in juventutis Chriſtianæ uſus concinnatus.

D. *Juſti Geſenii* Bibliſche Hiſtorien Altes und Neuen Teſtaments, zwey Theile, jeder 54. Lectiones. Brunſvici 1719. 8. tertia editio.

D. R. G. abregé de la Sainte Bible, en forme de queſtions & de reponſes familieres. à Rouen 1707. Mem. de Trevoux A. 1708. p. 249.

Hiſtoire choiſie de l'Ancien & de Nouveau Teſtament, avec de courtes reflexions à la fin de chaque article. Paris 1722. 12. Journal des Savans 1722. Octobr. pag. 439.

2. ANNA-

2011 Ministerio de Cultura

2. ANNALIUM ET HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ NOVI TESTAMENTI.

Ante laudatissimum opus CENTURIARUM MAGDEBURGENSIUM vix unus & alter, ac levi brachio Historiam Ecclesiasticam vel tradere vel illustrare aggressus erat, unde Stanislaus Hosius Cardinalis ad Antonium Cardinalem Amulium Epist. 95. serio dolet studium Patrum Ecclesiæ adeò à suis ad illud temporis neglectum. *Verum hæreticorum incredibili quadam diligentia, nostra vero plus quàm supina nec unquam satis deploranda negligentia factum est, ut hoc essent loco rationes Ecclesiæ, quo nunc eas esse maximo cum animorum nostrorum dolore cernimus - - - Nam unde nobis natæ sunt Centuriæ, quarum illust. D. V. suis in litteris meminit, quàm ex eo quod & in edendis & in evolvendis priscorum Patrum libris tantum studium posuerunt hæretici, cùm à nobis qui per Dei gratiam Catholici sumus, prorsus negligi viderentur. Multos cernere licuit proximis superioribus annis, qui præter Thomam aut Scotum vix alium quenquam auctorem legerent, quodque magis dolendum est, ne sacra quidem Biblia, quæ diligentius evolverent, digna judicarunt. Et credat illustrissima D. V. non esse contemnendum laborem hunc hæreticorum in istis Centuriis conscribendis. Cum enim viderent* &c. Ante Centurias non memini aliquid in hoc genere exstare quod memorare referat, quam *Claudii Seyssellii* Historiam Ecclesiasticam editam Gallice Paris. 1534. fol. Sed longe aliis subsidiis, longe alia industria, copia & accuratione elaboratæ sunt *Centuriæ*, quas verô elogio Frid. Spanhemius vocat *Bibliothecam totius Christianæ antiquitatis*. Centuriæ XIII. totidem in folio Voluminibus primum excusæ sunt Basileæ ab A. 1559--1574. Auctor præcipuus Matthias Flacius, ἐργοδιώκτης Ebelingo Alemanno, Consule Magdeburgensi: cæteri qui operam suam collocarunt Martinus Copus, Jo. Wigandus, Matthæus Judex, Basilius Faber, M. Pancratius Veldpock, Andreas Corvinus & Thomas Holthuterus; & qui in excerpendis scriptoribus fuere assidui, Ambrosius Hidfeld, David Cicelerus, Caspar Leuticulus, Wilhelmus Radensis, Nic. Beumullerus, Bernhardus Niger & Petrus Schrœder, Conrado Agrio amanuensi. Collectanea inedita ad Seculum XIV. XV. & XVI. in Bibliotheca Gvelferbytana adhuc asservari, Wilhelmus Ernestus Tentzelius memoriæ prodidit, Bibl. curiosæ T. 1. p. 437. Editio Ludovici Lucii, Basil. 1624. licet nitidior, tamen male audit a) ob omissas Epistolas dedicatorias variaque in

a) B. D. Calovius prædia studii Theolog. p. 337. Jo. Gottlieb Moller, Gedanensis, in decade Observ.

2011 Ministerio de Cultura

ipſo opere interpolata ac truncatā. Singulæ Centuriæ digeſtæ per ſedecim capita, quorum *primum* breviter totius Sæculi conſpectum offert velut in tabella; *ſecundum* tractat de propagatione Eccleſiæ, & quibus locis ac regionibus Evangelium perſonuit; *tertium* de ſtaru Eccleſiæ vel tranquillo vel obnoxio perſecutionibus, & de pœnis perſecutorum; *quartum* de doctrina ejusque inclinatione; *quintum* de hæreſibus & erroribus gravioribus; *ſextum* de Cerimoniis & ritibus Eccleſiæ per varias regiones Orbis terrarum; *ſeptimum* de politia ſive regimine & diſciplina Eccleſiaſtica; *octavum* de ſchiſmatibus & controverſiis in Eccleſia agitatis; *nonum* de Conciliis; *decimum* de Epiſcopis & Doctoribus; *undecimum* de Hæreticis; *duodecimum* de Martyribus; *decimum tertium* de miraculis & prodigiis; *quartum decimum* de rebus externis ſeu politicis Judæorum; *decimum quintum* de ſtatu religionum extra Eccleſiam, de Judaiſmo, Ethniciſmo, & à Sæc. VII. Muhamedaniſmo; *decimum ſextum* denique de ſtatu & mutationibus politicis Imperiorum. Quæ præterea ad hiſtoriam hujus operis faciunt, peti poſſunt ex præfationibus ad Centurias, & ex narratione b) de Hiſtoria Eccleſiaſtica Magdeburgenſi contra Juſtum Menium, cum Scholaſticorum Witebergenſium & Juſti Menii reſponſione, Witteb. 1558. 4. ex Jo. Guil. Molleri Centuriarum Magdeburgenſium recenſione Hiſtorico-critica, Gedani 1696. 4. Caſp. Sagittarii introductione in Hiſt. Eccleſ. cap. 13. p. 240. ſqq. D. Jo. Frid. Mayeri eclogis de fide Baronii & Bellarmini ipſis Pontificiis ambigua cap. 1. D. Tho. Ittigii præfat. ad ſelecta capita Hiſt. Eccleſ. ſæculi primi, D. Joh. Andreæ Schmidii conſilio de Centuriis Magdeb. emendandis, defendendis & continuandis, Helmſt. 1700. 4. & ex D. Simonis Joannis Arnoldi ſcripto vulgato Magdeb. 1715. 8. cui titulus: *Decus Magdeburgenſe.* Conferre etiam jurabit D. Jo. Fabricii, Abbatis Regiæ Luteræ & Theologi Helmſt. Bibliothecam T. 2. p. 424. ſq.

In Bibliotheca Gallica Crucimanii pag. 92. legas *Franciſcum Burgoinum* Gallice edidiſſe compendium hiſtoriæ Eccleſ. excerptum è Centuriis Magdeburgenſibus. *François Bourgoin, Nivernois, Chanoine en l' Egliſe de Nevers, & depuis Miniſtre à Geneve, a eſcrit l' Hiſtoire Eccleſiaſtique extraite des Centuries de Magdebourg, imprimée l' an 1560 ou environ, à Geneve.* Notiſſima

Obſerv. Miſcell. cap. 3. D. Jo. Frid. Mayer de fide Baronii p. 4. D. Tho. Ittig præf. ad Sæculi I. ſelecta capita p. 5.

b) Unſchuldige Nachrichten von alten und neuen Theologiſchen Büchern / A. 1710. pag. 657. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

ſima autem omnibus Epitome Centuriarum Magdeburgenſium, quam egregio ſtudio concinnavit B. D. *Lucas Oſiander* ſenior, Eccleſiaſtes Eslingenſis, eique continuationem ſæculi XIV. XV. & XVI. adjunxit. Totum opus tribus ſpiſſis voluminibus in quarto abſolvitur, deſinitque in Colloquio Ratisbonenſi, quod A. C. 1601. habitum eſſe conſtat. Primores Centuriæ octo, lucem viderunt Tubingæ A. 1592. ad 1602. 4. Eodem anno 1602. prodiit etiam Centuria decima ſexta, cæteris uberius deſcripta. Denique ſecutæ Centuriæ IX. X. XI. XII. XIII. XIV. & XV. A. 1613. 4. Recuſa priora volumina etiam A. 1607. 4. Et Germanice verſa à Davide Fortero, Francof. 1597--1608. 8. Svecice ab Erico Schrœdero, Holmiæ 1635. fol.

Gerh. Jo. Voſſius Epiſt. 397. ad Jo. Rod. Wetſtenium ſcripta A. 1645. *Equidem nihil magis exoptem, quàm ut Centurias Magdeburgenſes edere poſſim cum brevibus noſtris notis. Præclarum eſt opus: ſed eſt ubi aliquid ab Centuriatoribus illis datum affectæ & anticipatæ opinioni, homines enim erant. Eſt ubi humanitus error obrepſerit, præcipue in iſtis quæ dies poſtea docuit, aut à ſcriptoribus antiquis, qui tum temporis non viderunt lucem, vel ubi doctiſſimi homines in ſcriptoribus jam ante editis locum eſſe corruptum obſervarunt. - - - Verùm tot incurrentibus adverſis, nihil audeo polliceri. Quamobrem nihil æque exopto quam ut alius - - - hoc ſuſcipiat negotium. Is eſto, qui hoc ſæxum diu jam volvit vir clariſſimus* Ludovicus Lucius, *quem ex ſcriptis jam ante annos vicenos novi.* Dicitur & idem Lucius continuationem Centuriarum molitus fuiſſe, ſed nec illa lucem vidit, neque quam juſſu Ducis glorioſiſſ. memoriæ Rudolphi Auguſti elaborandam ſuſceperat Theologus Helmſtadienſis *Gebhardus Theodorus Meierus*, defunctus A. 1694. neque illa cujus ſpem fecit Rev. D. *Joannes Andreas Schmidius*, cujus Conſilium de Centuriis emendandis, defendendis & continuandis jam memoravi.

Ex adverſariis Centuriarum Magdeburgenſium occurrunt (1) *Conradus Brunus*, cujus admonitioni adverſus novam Hiſtoricam Eccleſiaſticam Matthiæ Flacii Illyrici, editæ Dilingæ A. 1565. 8. reſpondit Flacius in refutatione invectivæ Bruni contra Centurias Hiſtoriæ Eccleſ. in qua ſimul recitantur amplius centum hiſtorica, maximique momenti Papiſtarum mendacia, Baſil. c) 1566. 4.

(2) *Petrus Caniſius*, S. J. cujus Commentarii de Verbi Dei corruptelis, de S. Joanne Baptiſta Dilingæ 1571. 4. & de beatiſſima Maria virgine libris V. Ingolſtad. 1577. 4. & utraque junctim excuſa ib. 1583. fol.

c) In Caſimiri Oudini ſupplemento de ſcriptoribus Eccleſ. p. 627. male excuſum A. 1544.

2011 Ministerio de Cultura

(3) *Alani Copi*, Londinenſis, ſive *Nic. Harpsfeldi* d) potius dialogi ſex, contra ſummi Pontificatus, Monaſticæ vitæ, Sanctorum, ſanctarum imaginum oppugnatores, & pſeudomartyres. Antwerp. 1566. 1573. 4.

(4) *Gvilelmus Eyſengrein* de Nemeto Spirenſis, cujus catalogus teſtium veritatis, exſtat editus Dilingæ 1565. 4. & ex ſedecim e) quos promiſit Centenariis primus, novæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Flacii & Collegarum oppoſitus, Ingolſtad. 1566. nec non opus de Romanis Pontificibus, adverſus Magdeburgenſes, Monachii 1568. fol.

(5) *Gilbertus Genebrardus*, Theologus Pariſ. in Chronico poſt A. 1584. f) ſæpius excuſo, poſteriore tomo thraſonice ſatis in titulo profitetur ſe *Centuriatorum impietatem, mendacia, impoſturas coarguere, & doctrinæ Catholicæ continuationem ad ſingulorum ſæculorum coronidem oſtendere.* Editio locupletior eſt Pariſ. 1600. fol. junctam habens Petri Victoris Palmæ Cajetani continuationem ab A. C. 1585. ad 1600. Syllogen doctrinæ Pontificiæ per ſingula ſæcula contra Magdeburgenſes ex Genebrardo excerptam exhibet Antonius Poſſevinus Bibl. ſelectæ VII. 37.

(6) *Onufrii Panvinii* de primatu Petri, adverſus Centuriarum auctores. A. 1591. 4. Ejusdem Onufrii Chronicon Eccleſiaſticum à Julio Cæſare usque ad Maximilianum II. ſive ad A. 1568. Lovan. 1573. fol. præmiſſo indice auctorum, è quibus Hiſtoriam Eccleſiaſticam, quæ in Bibl. Vaticana ſervatur MSta, concinnavit.

(7) *Franciſci Turriani*, S. J. adverſus Magdeburgenſes Centuriatores pro Canonibus Apoſtolorum & pro Epiſtolis decretalibus Pontificum libri V. Florentiæ 1572. & Coloniæ 1575. 4. Huic præter alios multos abunde reſponderunt Joannes Dallæus libris de pſeudepigraphis Apoſtolicis & David Blondellus in Turriano vapulante. Turrianum ad Centuriatores oppugnandos inſtigat, & veterum Chriſtianorum ſcripta inedita ab eo premi indignatur Stanislaus Hoſius Epiſt. 77.

(8) In Bibliotheca Hohendorfiana, exquiſitiſſimo illo & locupletiſſimo rariſſimorum librorum theſauro inter Volumina MSta. in folio num. 9. pag. 232. memoratur volumen ingens Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ modum

d) Vide Vincentii Placcii Ψευδωνύμους pſeudonymos num. 72.

e) D. Tho. Ittig. præf. ad ſelecta capita Sæculi I. p. 10. ſeq.

f) Prior liber Chronographiæ jam A. 1570. 12. lucem viderat Lovanii, ſed res ante CHriſtum breviſſimè perſequitur, & loco ſecundi libri de rebus poſt CHriſtum natum junctam habet Chronologiam Arnoldi Pontaci Burdegalenſis.

2011 Ministerio de Cultura

dum tenentis ſcilicet inter zelum, ut auctori videtur, excedentem utrinque Centuriatorum & Baronii. Qui Baronius Centurias licet nusquam fere nominetenus aggreditur, tamen illis oppugnandis, quas in gratiarum actione ad Philippum Nerium Tomo VIII. annalium ſubjecta *Centurias Satanæ è portis inferis in Eccleſiæ detrimentum progreſſas* indigno convicio appellat, illis inquam oppugnandis Annales componendos unice in ſe ſuſcepiſſe, eodem in loco diſerte teſtatur. Titulus autem ineditæ illius & mediæ inter Centuriatores & Baronium Hiſtoriæ hic eſt: *Hiſtoire Eccleſiaſtique, extraite de tous les auteurs & des Conciles, les quels entre le zele de Baronius, trop paſſioné pour aggrandir l' autorité du Pape & de la Cour de Rome, & de la trop grande envie des Centuriateurs pour la diminuer, ſervent de reigle pour la reduire à ſon point veritable, avec pluſieurs belles remarques & paſſages, tirez des Conciles, des Epitres des Papes, & des écrits des Peres de l' Egliſe & autres Auteurs, ſur pluſieurs matieres importantes.*

Hi CÆSARIS BARONII a) Annales non perfunctorie dicendi mihi ſunt: nam licet Pontificis ſuprematui ſtabiliendo fuerint ab auctore potiſſimum dicati, tamen Baronius Caſaubono b) etiam judice operam in iſthoc genere litterarum adeo inſignem poſuit, ut omnibus ſua diligentia palmam præcipuerit: Deinde ὑποθέσεα δολέυων tam multa obſcuravit, c) ut doctiſſimis etiam longam commentandi & examinandi re-

 fellen-

a) Baronii vita ſcripta ab Hieron. Barnabæo, Congregat. Oratorii Rom. presbytero libris tribus edita Rom. 1651. 4. & una cum elogiis Baronii à Georgio Fritz, Oratorii Viennenſis presbytero, collectis, recuſa Viennæ Auſtriæ 1718. 8. Præterea conſulere juvabit H. Spondanum ante Tom. I. epitomes annalium Baronii: Janum Nicium Erythræum pinacotheca I. p. 87. Iſaacum Bullartium Academ. ſcientiar. T. I. p. 179. Joh. Imperialem in muſeo hiſtorico p. 93. editionis à me curatæ, Hieron. Ghilini theatrum virorum doctorum T. I. pag. 37. Alphonſum Ciacconium in vitis Pontificum & Cardinalium T. 2. ſub Clemente VIII. ad A. 1596. Et de Annalibus Baronii Chriſtoph. Hendreichium in pandectis Brandenburg. p. 423. Caſp. Sagittarium introduct. in Hiſt. Eccleſ. cap. 14. D. Thomam Ittigium in diſſert. quam præmiſit ſelectis Hiſt. Eccleſ. ſæculi primi capitibus, D. Jo. Fabricium Helmſt. T. 2. Bibliothecæ ſuæ pag. 429. 450. Præ cæteris D. Jo. Frid. Mayerum τὸν μαχαρίτην in eclogis de fide Baronii & Bellarmini ipſis Pontificiis ambigua. Amſt. 1697. 8.

b) Caſaub. prolegom. ad exerc. in Baron. D. Jo. Frid. Mayer de fide Baronii p. 52. ſeq.

c) Georgius Calixtus de conjugio Clericorum pag. 217. *Pater annalium Baronius Herculeis ſuis laboribus id conſecutus eſt, ut antiquitatem Eccleſiaſticam multis quidem in locis illuſtraſſe & explicuiſſe, ſed longe pluribus iisque fere*

2011 Ministerio de Cultura

fellendique præbuerit materiam. Natus Soræ Campaniæ urbe prid. Cal. Nov. A. C. 1538. in Congregationem Oratorii A. 1575. d) à Philippo Nerio Romæ conditam receptus, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ omni ſtudio dare operam & deinde Annales componere juſſus fuit. e) Bibliothecæ Vaticanæ poſtea præfectus in Antonii Cardinalis Caraſæ A. 1591. defuncti locum: & Cardinalium Collegio A. 1596. adſcriptus à Clemente VIII. atque ni factio obſtitiſſet Hiſpana illi fortaſſe ſucceſſor A. 1605. dandus, diem obiit ſupremum prid. Cal. Jul. 1607.

In gratiam Auguſtini Tornielli f) cujus annales *caput Baronii* à Spondano appellantur, Annales Veteris Teſtamenti ſcribere omiſit: Annales itaque Eccleſiaſticos poſt præmiſſum apparatum orditur ab anno nati CHRISTI, quem ſtatuit eſſe Auguſti ab inito triumviratu quadrageſimum primum, C. Cornelio Lentulo & M. Valerio Meſſalino Coſſ. Olympiadis CXCIV. 2. U. C. 751. Duodecim volumina Annalium, totidem ſæcula complectuntur. Poſtremum volumen deſinit in A. C. 1198. Tomos duos priores *Onufrius Panvinius* g) delineaſſe antea, & primam eorum graphidem poſuiſſe creditur, quos deinde Baronius compoſuerit, poliverit, evulgaveritque. Tomum XIII. XIV. & XV. Patribus Oratorii Romani moribundus commendavit teſtibus H. Spondano h) & Hieron. Vecchieto, i) quos necdum in dias luminis auras productos conſtat, niſi quod Odoricus Raynaldus Baronii chartis uſus eſſe traditur. Cum Græcarum litterarum Baronius non adeo peritus eſſet, in

fere majoris momenti obſcuraſſe & involviſſe deprehendatur. Quare & ſuam ſibi gloriam ipſe detraxit, & laborem ſtudioſis veritatis adauxit. adde Jo. Georg. Dorſchæi VIII. Religions-Scrupel p. 353. ſeq.

d) Hieron. Barnabæus in vita Philippi Nerii, T. 6. Act. Sanctor. 26. Maji p. 543.

e) id. p. 535. ſeq. & in vita Baronii lib. 1. c. 18. Obiter nota ab illa congregatione Oratorii Romana diverſam eſſe non modo Viennenſem, cujus jam memini, ſed & Pariſienſem A. 1611. conditam à Cardinali Berullo, de qua Sammarthani fratres tomo quarto Galliæ Chriſtianæ p. 987. ſeq. Richardus Simon in vita Joannis Morini, Nouveaux memoires de Mr. Nodot T. 1. p. 202. ſeq. &c.

f) Giornale de' letterati d'Italia T. X. p. 233.

g) Cornelius Curtius in elogiis eremitarum Ordinis S. Auguſtini p. 147.

h) Spondanus præf. ad Auctarium Chronologicum epitomæ annalium Baronii ſubjectum.

i) Hieron. Vecchietus lib. 6. de ratione ſacrorum temporum cap. 8. D. Jo. Frid. Mayer de fide Baron. p. 30.

2011 Ministerio de Cultura

in ſcriptis ejus linguæ interpretandis adjutus eſt à *Jacobo Sirmondo*, Cardinali *Guil. Sirleto*, k) *Petro Morino*, l) *Aloyſio Lollino* m) aliisque.

EDITIONES Annalium hactenus exſtant octo: prima *Romana* A. 1588. ſq. altera *Veneta* A. 1595. tertia *Colonienſis* A. 1596. quarta *Antwerpienſis* A. 1597--1612. quinta *Moguntina* A 1601. ſexta *Colonienſis* A. 1601. ſeptima *Antwerpienſis* A. 1675. octava denique *Veneta* A. 1705--1713. in qua licet nitida, tamen verba Auctorum non ſunt diverſis exarata typis quod in Colonienſi commodum eſt, in qua uti in cæteris quoque (præter Antwerpienſes) exſtat ad A. C. 1097. n. 18--143. tractatio *de Monarchia Siciliæ*, excuſa etiam ſeparatim Pariſ. 1609. 8. & oppugnata à M. Antonio de Dominis VI. 12. de Rep. Eccleſiaſtica, & noviſſime à Lud. Ellies du Pin in libro, cui titulus: Defenſe de la Monarchie de Sicile contre les entrepriſes de la Cour de Rome, Amſt. 1716. 8. Edictum Philippi II. Regis Hiſpan. contra Baronium exhibet M. Antonius de Dominis ad libri ſexti calcem, nec non Goldaſtus T. 3. de Imperii Monarchia p. 619. & Samuel Baſnage in limine exercitationum hiſtorico-criticarum contra Baronium.

INDEX poſtumus Cardinalis de Laurea A. 1693. Novembr. 30. denati in Annales Baronii, Rom. 1694. 4. Confer Acta Eruditor. T. 2. ſupplementi pag. 544. Indicem locorum ubi res Judaicas Baronius attingit, Carolus Joſephus Imbonatus inſeruit Bibliothecæ ſuæ Latino-Hebraicæ, editæ Rom. 1694. fol.

VERSIONES cœptæ variis linguis, ſed nulla ultra unum alterumve Volumen proceſſit. Tomus primus *Italice* Franciſco Panigarola interprete, Rom. 1590. 4. Etiam Franciſci Nerlii Cardinalis, neſcio an editam interpretationem à Joanne Ciampino memorari memini: & ab aliis Cardinalis Franciſci Mariæ Tauruſii, quas editas eſſe non exiſtimo. *Germanice* tomum primum transtulit Marcus Fuggerus, Baro de Kirchberg & Weiſſenborn, vulgavitque Ingolſtadii 1574. fol. Valentini Leuchtii verſionem Germanicam, quam alii commemorant, haud vidi: uti nec *Polonicam* Stanislai Carncovii. Verſionis *Gallicæ* à neſcio quo ſuſceptæ facit mentionem in Epiſtola ad Baronium ſcripta Nicolaus Faber.

k) Papebroch. T. 4. Act. Sanctor. Maj. p. 147.

l) Rich. Simon lettr. choiſies p. 242.

m) Aloyſius Novarinus in adagiis ſacris T. 2. p. 36.

2011 Ministerio de Cultura

ber. n) Eamque A. 1616. vidisse lucem, aliis testimoniis o) cognoscimus.

EPITOMÆ plurimæ exstant, *Latino* præcipue idiomate. In his laudatissima *Henr. Spondani*, Paris. 1612. 1622. 1639. Mogunt. 1618. Colon. 1640. Lugd. 1660. fol., Volum. & Belgice versa cum continuatione ad A. C. 1623. Antwerp. 1623. fol. Brevissima *Ludovici Aurelii* Perusini, Rom. 1634. 12. & Monasterii Westphaliæ 1638. 8. Paris. 1665. 12. Uberior *Abrahami Bzovii*, cum auctario *Jo. Frid. Matenesii*, Colon. 1617. fol. 2 Vol. *Joh. Gabriëlis Bisciolæ* Mutinensis, S. J. Venet. 1602. 4. duobus Voluminibus, decem sæcula persequentibus, & eodem anno Lugduni atque Coloniæ: atque iterum Coloniæ 1614. 4. ubi sæculum XI. & XII. ex Spondano adjunctum accessit *Jo. Hortii Scoglii* Historia Ecclesiastica, Pars I. Rom. 1622. 8. & ad Annum 1198. continuata, cum subjuncta Chronologica notatione usque ad A. 1640. Rom. 1642. 4. *Nic. Angeli Caferii* synthema vetustatis, sive flores historiarum, è Saliano, Baronio, &c. Rom. 1667. fol. *Cornelii Schultingii*, Steinwichii, thesaurus antiquitatum Ecclesiasticarum ex septem tomis prioribus Baronii, Colon. 1601. ordine Alphabetico. Et Epitome Tomi VIII. ibid. 1603. *Matthiæ Chesneux*, Augustiniani, speculum Ecclesiæ Catholicæ Chronographicum, Tomus I. Vetus Test. complectens, Leodii 1661. fol. & T. II. sæcula IX. Novi Test. ibid. 1666. fol. Epitome Baronii *Arabice* per Franciscum Brietium, Capucinum Rhedonensem, Rom. 1653. 1655. 4. tribus Volum. quorum tertium etiam continuationem ad A. 1612. continet. Alia Epitome *Italice* ab Odorico Raynaldo, Rom. 1668. 4. de qua diarium Romanum illius anni, Giornale de' letterati di Roma pag. 4. *Alexandri Tassoni* aliam quatuor voluminibus in quarto MStam servavit Neapolis Bibliotheca instructissima illustris viri Josephi Valettæ. Alia Baronii epitome *Germanice* (non memini quo auctore) lucem vidit Coloniæ 1600. 4. Alia *Polonice*, scriptore Petro Scarga, Cracov. 1602. *Gallicas* Claudii Durandi, Jo. Planchæi & Arti Thomæ, haud vidi. His accensendum etiam opus sub Dictionarii Ecclesiastici titulo Gallice editum Paris. 1673. 12. à Carolo Chaulmero, duodecim voluminibus: undecimo & duodecimo indicis vices occupante.

CONTINUATORES inferiores Baronio quidem, consulendi (1) *Abraham*

n) Du Pin T. 17. Bibl. ecclesiastique p. 53. b.

o) Journal des Savans A. 1702. Mars p. 278.

2011 Ministerio de Cultura

Abraham Bzovius p) Polonus, Ordinis S. Dominici, cujus continuationis tomi octo, ab A. 1199. ad 1564. annales deducunt, Colon. 1616--1635. fol. Tomus postumus q) qui nonus est, ab A. 1565. ad 1572. prodiit Romæ 1672. fol. Tomus II. in editione secunda Colonienſi A. 1625. ad instantiam Ducis Bavariæ r) emendatus legitur ex Jo. Georgii Herwarti ab Hohenburg libro pro Ludovico Bavaro, contra Bzovium edito Monachii A. 1618. 4.

(2) *Odoricus Raynaldus*, Tarvisinus, Congregationis Oratorii Rom. presbyter, relictis etiam Baronii chartis usus s) Baronium continuavit octo tomis ad A. C. 1534. Rom. 1646--1663. & Colon. 1694. fol. Sed & nonum volumen post ejus fata, jam A. 1677. excusum, lucem vidit Rom. 1689. fol. quod continuationem persequitur ad A. 1565. Vide Acta Eruditor. A. 1691. pag. 189. Tomorum octo epitome t) vulgata unico volumine Rom. 1667. fol. Quamquam autem virum eloquentissimum & veritatis amantissimum vocat Steph. Baluzius notis ad vitas Paparum Avenionensium pag. 1084. tamen fide illius tuto stari non posse, multis docet Theologus Parisiensis acri in sextum Raynaldi tomum censura edita Gallice 1667. 8. in libro, cui titulus: *Recueil de diverses pieces pour les defenses des censures de la Faculté contre le livre de Jaques Vernant*

p) De Bzovio Erythræus pinacotheca I. pag. 198. & Simon Starovolscius in Centuria scriptorum Polonicor. pag. 131. & ante tomum octavum continuationis Bzovianæ, Bælius in Lexico &c.

q) Obiit Bzovius A. 1637.

r) Bzovius etiam retractationem edere coactus, quæ lucem vidit Ingolstadii 1628. 8. De Franciscanorum & Jesuitarum in Bzovium invectivis, vide Bælium. Non esse Bzovium cum quo liceat tuto in tenebris micare, notarunt etiam Conringius de finibus Imperii pag. 399. 431. David Ancillonius melange Critique Tom. I. pag. 281. multique alii. Plagia ipsi objicit Jac. Gaddius de scriptoribus non Ecclesiasticis T. 1. p. 9. Bzovii annales etiam simili, ut Baronium epitome brevi complecti voluit Ludovicus Aurelius Perusinus, sed editam esse non memini.

s) Bohuslaus Balbinus S. J. in quæsitis Oratoriis p. 124. cum dixisset Bzovium non omnibus placere; *ætate nostra*, inquit, *in hoc sacro laudabilius & propius ad Baronii mentem, quippe ex relictis ab eo chartis, eademque methodo, ut* Epistolaris, *ac proinde majoris auctoritatis foret historia, Odoricus Raynaldus versatus est, aliquot voluminibus Annalium evulgatis.*

t) Quod in Hendreichii pandectis legas Baronii compendium feciſſe Raynaldum, errorem esse existimo.

2011 Ministerio de Cultura

& d' Amadeus Gvimenius & contre le Bref & la Bulle d' Alexandre VII. ex qua petiit quæ de Raynaldo Jo. Claudius apud D. Mayerum τὸν μαχαίτην, de fide Baronii pag. 35.

(3) *Henricus Spondanus* u) Mauleolenſis ex Reformato Romanæ ſocius Eccleſiæ & Apameenſis Epiſcopus, non modo Epitomæ Annalium Baronianorum breve Chronologicum auctarium ſubjecit, deductum ad A. C. 1622. ſed etiam ſingulari opere continuandos eos in ſe ſuſcepit ad A. 1640. Pariſ. 1641. fol. duobus Voluminibus, quibus appendix poſtuma x) in Anno 1646. deſinens, ſucceſſit Pariſ. 1659. fol. Recuſa hæc Continuatio Lugd. 1678. & ſine appendice Gallice Petro Coppino interprete. Pariſ. 1654. fol. 3 Volum. Licet autem ſuccinctior Raynaldo, Bzovioque Spondanus, tamen judicio & diligentia ſuperior, ſuis interim & ipſe nævis haud carens, & perinde ut illi ſtudii in aulam Romanam nimius, cujus magno plauſu exceptum id opus teſtatur Natalis Alex. Tom. 7. Hiſt. Eccleſ. pag. 275. edit. in fol. Varia in Spondano reprehendit Leo Allatius diatriba de Nilis pag. 52. & in notis ad Georgium Acropolitam pag. 251. nec non Hieronymus de Marinis, nobilis Genuenſis, in obſervationibus A. 1656. 4. editis ad Spondani Annales, quibus expenduntur nonnulla ejusdem de aliquibus Principibus nationibusque, Jo. Juſtiniano potiſſimum & Genuenſibus elogia.

Continuationes, quas exſpectare juſſi ſumus, à *Cæſare Becillo*, y) à *Cardinali Coloredo*, z) & à *Joſepho Laderchio*, necdum viderunt lucem.

CENSURAS in Baronium ordine alphabetico auctorum, à quibus conſignatæ ſunt, referre juvat:

Samuelis Baſnagii, Flottemanvillæi, Exercitationes ad Baronium, ubi deſinit Caſaubonus, ab A. C. 35. ad A. 44. num. 89. prodierunt Ultrajecti 1692. 4. Prodromus inſignis præſtantiſſimi operis Annalium Politico-Eccleſiaſticorum, quorum tria Volumina excuſa Roterod. 1706. fol. à Cæſare Auguſto ad Phocam usque ſive ab Anno ante CHRI-

u) De Spondano conſulenda narratio de apoſtaſia ejus, edita Gallice Biturici A. 1595. & Carolus Perraultus in elogiis illuſtrium Gallorum ſeculi XVII. Gallice editis Tom. I. p. 34. Caſp. Sagittarius introduct. in Hiſt. Eccleſ. p. 308.

x) Obiit Spondanus Toloſæ 18. Maji A. 1643.

y) Allatii apes urbanæ p. 65.

z) Acta Sanctor. T. 6. Maji p. 462.

2011 Ministerio de Cultura

CHRISTUM natum 43. usque ad Annum à nato CHRISTO 602. Cum autem posteriorum etiam sæculorum spem fecerit vir doctissimus, eam ut feliciter illi liceat implere, multi mecum optabunt.

Christophori Balthasaris ex Pontificio Reformati dissertationes adversus Baronium ineditas vidit & laudavit Dallæus, de quibus adi, si lubet, Bælium in Lexico, ubi de hoc Balthasare differit.

De *Bernardini* cujusdam magno, sed quod lucem non vidit, anti-Baroniano opere vide Acta Erud. T. V. supplementi p. 383.

Davidis Blondelli. Vide infra, in Magendeo.

Jacobi Cappelli libri III. Vindiciarum pro Casaubono contra Rosweidum, Evdæmonojohannem & Jul. Cæsarem Bulengerum. Francof. 1619. 4. Ejusdem assertio bonæ fidei contra Rosweidum, Sedani 1619. 4.

Isaaci Casauboni viri summi exercitationes, ἐργοδιώκτῃ Rege Britanniæ Jacobo I. scriptæ, prodierunt Londini fol. A. 1614. (qui Casaubono emortualis fuit) recusæ Francof. 1615. 4. Genev. 1655. 4. desinunt in anno CHRISTI 34. numero Baroniano 221.

Inedita Casauboni adversaria anti-Baroniana à filio Merico sibi communicata memorat, & ex eis notatu digna nonnulla affert Joh. Seldenus lib. 2. de Synedriis cap. 7. §. 2. p. 179.

Thomæ Comberi, Decani Durhamensis, opus Anglice editum hoc titulo: the Church history cleard from the Roman forgeries and corruptions, found in the Concils and Baronius, from the beginning of Christianity to the end of the fifth General-Council (A.C. 553.) Loed. 1695. 4. Confer Acta Erud. T. 2. supplementi p. 41.

J. A. C. (*Joannis Dartis*) in Senatu Franciæ Advocati animadersiones ad Baronium & Casaubonum, in quibus Baronius tanquam ab Aristarcho arguitur, & à Casauboni tanquam Phalaridis sagittis liberatur, Paris. 1616. 8. & in parte tertia operum ejus Canonicorum junctim editorum Paris. 1656. fol.

D. *Joannes Fabricius*, Helmstadiensis Theologus & Abbas Regiæ Luteræ, varia in Baronio à se notata retulit T. 2. Bibliothecæ suæ p. 432--450.

2011 Ministerio de Cultura

Melchior Goldastus Baronium perstringit in rationali Politico Tom. 3. Constitutt. Imperialium & in replicatione pro Cæsarea & Regia Majestate & Ordinibus Imperii contra Jac. Gretserum.

Jac. Gothofredus etiam Baronium confutare molitus. Vide Acta Eruditor. T. 5. supplementi p. 383.

Georgii Grenii enneas animadversionum in loca Baronii. Witeb. 1671. 4.

D. *Christiani Kortholti* disquisitiones septem Anti-Baronianæ, Kil. 1677. 4. & additis aliis duabus nec non D. *Adami Tribechovii* exercitationibus quinque ad Baronii A. 34. n. 232--287. Hamb. 1708. 4. Vide Acta Eruditor. A. 1709. p. 306.

Jo. Friderici Krebsii, Rectoris & Professoris Heilsbronnensis, Disputationes VIII. ad Baronii A. 800. Hamb. 1709. 4. Prodierant primum Heilsbronnæ A. 1678. 1679. Vide Ephemerides Eruditorum Paris. A. 1710. p. 31. & Diarium Londinense, the history of the Works of the learned, A. 1710. p. 26. & 195.

Andreæ Magendei sive *Magenelis*, præsidentis magis a) quam metuendi Baronio adversarii, animadversiones in Baronium quæ desinunt in A. 49. prodierunt cum nonnullis *Davidis Blondelli* b) animadversionibus & Epitome Casauboni Magendeana. Lugd. Bat. 1679. fol.

Richardi Montacutii, Bathonienſis & Wellensis ac deinde Norwicensis Episcopi, Analecta Exercitationum adversus Baronium edita Lond. 1622.

a) Confer Bælii Lexicon in Blondello, nota M. & Colomesii bibl. selectam inter ejus Opuscula junctim à me edita pag. 449. Perraulti hommes illustres qui ont paru en France pendant le XVII. siecle T. 2. p. 177. ubi de Blondello.

b) Alex. Morus præf. ad Chronicon Scaligeri: *Baronii Annales is, quem dixi Blondellus, mille castigavit notis, aliquando proditurus, quibus oram exemplaris sui prætexuit, quod exemplar ære suo redemtum bene Proceres Amstelodamenses Bibliothecæ publicæ inferre curaverunt. Super hæc vero & ea, quæ ab aliis animadversa sunt, quæ subnotavimus etiam nos, justum fere Volumen implerent.* A. 1659. Consules Amstelodamenses Marquardum Gudium tum admodum adolescentem sumtu satis splendido & ſpe professionis publicæ vocarunt ut egregio publico animadversiones Blondellianas curaret, sed satis alio eum trahentibus res omissa. Vide Gudii Epistolas p. 24. Quæ à Magendeo curata sunt non adeo magni videntur viris doctis. Quantum autem valeret Blondellus in confutando Baronio, pulcherrimis speciminibus demonstravit in opere Gallice edito Genev. 1641. fol. quod inscribitur de primatu in ecclesia, *de la primauté en l' Eglise.*

2011 Ministerio de Cultura

1622. fol. & deinde auctiora ſub titulo apparatus ad Origines Eccleſiaſticas, ibid. 1635. fol. Antidiatribæ contra priorem diatribarum partem Julii Cæſaris Bulengeri 1625. fol. ex officina Hulſiana, Genevæ. Θεανθρωπινὸν ſeu de Vita JEſu CHriſti Domini noſtri, Originum Eccleſiaſticarum libri duo. Lond. 1636. 1640. fol. Jam A. 1612. cum Montacutio expoſtulavit Caſaubonus, quod falcem in ſuam meſſem mittere & Baronium ipſe quoque oppugnandum ſibi ſumere voluiſſet. Vide Epiſtolam Caſauboni MLIX. pag. 617. edit. Almeloveenianæ.

Jo. Henrici Ottii, Theologi Tigurini, examen perpetuum in Annales Baronii, Tiguri 1676. 4. editum deſinit in anno trecenteſimo, licet auctor totum opus ante obitum abſolvit & perduxit usque ad A. 1198. ut patet ex Epiſtola filii Jo. Baptiſtæ Ottii edita 1687. 8. atque totum opus, ſeptem in 4. Voluminibus, ad editionem offerente. Vide etiam Novellas Reip. litterar. A. 1687. p. 784. Ejusd. Jo. Henrici Ottii vindiciæ examinis ſui contra Auguſtinum Redingium, prodierunt Tiguri 1681. 4.

Antonii Pagi, Ordinis minorum S. Franciſci, viri eruditiſſimi, Critica Baroniana in quatuor primora fæcula, Pariſ. 1689. fol. & in totum Baronium, opus poſtumum, quatuor in folio Voluminibus. Genev. 1705. fol. Cum enim auctor octogenario major A. 1699. Aquis Sextiis die V. Maji diem obiiſſet, editionis curam habuit fratris filius *Franciſcus Pagi*, ex eodem Minorum Ordine, qui in Breviario Hiſtorico-Chronologico-Critico de Vitis Pontificum, quod tribus Voluminibus Antwerp. 1717. & 1718. 4. ad ſæculi decimi quarti initia perduxit, non pauca itidem in Baronio notat emendatque, quemadmodum & laudatus Antonius Pagi in diſſert. Hypatica ſeu de Conſulibus Cæſareis, Lugd. 1682. 4. Ejusdem Pagi Epiſtola ad Nicaſium de Critica ſua Baroniana exſtat in Novellis Reip. litterar. A. 1699. menſe Jul. p. 40.

Joannis Prideaux, Theologi Angli, vindiciæ Caſauboni contra Andream Evdæmono-Johannem cum aliis ejus ſcriptis excuſæ Oxon. 1624. 4.

Thomam Reineſium ſupplementum exercitationum Caſauboni ad Baronii Annales molitum legas in epiſtolis Gudianis p. 316.

2011 Ministerio de Cultura

Abrahami Sculteti confutatio Baronii de baptiſmo Conſtantini Magni Romano, prodiit Neoſtadii 1607. 4. Idem Scultetus in medulla Patrum, ſyntheſi Theologiæ Euſebianæ cap. 6. pag. 813. *Digniſſima hiſtoriographo vox eſt Cæſaris illa Baronii T. 3. Annal. ad A. 324. n. 13.* annales noſtros omni ſuſpicione mendacii carere volumus. *Quod ſi quam animoſe hoc ſcripſit, tam fortiter id præſtitiſſet, eſſet profecto cur de Annalibus iſtis Orbi Chriſtiano gratularemur. Verum enim vero tantum abeſt ut à mendaciorum ſuſpicione ſibi tempenverit Baronius, ut mendacia ipſe magno numero in Annales ſuos congeſſerit. Quæ ſi quis melioris judicii falce reſecuerit, non jam amplius ſolidum Hiſtoriæ corpus, ſed exangue & vix oſſibus ſuis hærens ſceleton eſt habiturus. Vera me ſcribere docebunt diſputationes in Baronium meæ, quas ſuo tempore, volet modo Deus, cum veræ antiquitatis & veritatis ſtudioſis communicabo.*

Paſſim Baronium etiam ſibi oppugnandum ſumſit *Frid. Spanhemius*, pater, in dubiis vexatis, & filius in hiſtoria Eccleſiaſtica ſcriptisque aliis.

D. *Adami Tribechovii* exercitationes ad Baronii A. 34. n. 232--287. lucem primum viderunt Kiloniæ 1666. 4. deinde cum Kortholtianis recuſæ ſunt Hamb. 1708. 4.

Ad *Gerardum Joannem Voſſium* ita Gvil. Laudus, Archiepiſcopus poſtea Cantuarienſis, in Epiſtola data 14. Jul. 1628. *De Baronio quod moliri inſtituis, imprimis laudo, præcipue vero quod fixum habeas minutias non conſectari. Certe in opere tam diffuſo nimis longum iter eſſet per minutias, & quæ tædio afficerent & peritos viatores & feſtinantes. Caput rei eſt, illa in quibus longius à primitiva Eccleſiâ, Romana receſſit, brevibus oſtendere, & argumentis inſolubilibus demonſtrare: quæ utraque tibi factu facilia ſemper exiſtimavi.* Confer Voſſii Epiſt. 251. 306. & aliam ad Georg. Carletonum, quam edidit Colomeſius notis ad Gyraldi dialogos de poëtis pag. 299. Grotius Epiſt. 237. ad eundem Voſſium: *Sed & tu jam forte in Baronio deſudas.* At nec Voſſii, nec *Chriſtiani Lupi* Auguſtiniani, Theologi Lovanienſis, aut *Henrici Noriſii* Cardinalis ſcripta lucem viderunt, quibus Baronii Annales emendandi ceperant conſilium, de quibus D. Thomas Ittigius præf. ad ſelecta capita Hiſtoriæ Eccleſiaſt. ſæculi primi pag. XLI. neque *Claudii Salmaſii*, de quo Laur. Craſſus T. 2. elog. p. 211. neque *Davidis Ancillonii*, qui in Miſcellaneis Criticis Gallice à filio Carolo editis T. 1. pag. 290. ſeq. ait plura ſe volumina obſervationum in Baronii Annales dare poſſe, & aliquot illarum lectori exhibet ſpecimina; Neque

2011 Ministerio de Cultura

Neque *Gerhardi van Maſtricht*, de quo D. Jo. Frid. Mayerus ὁ μαχαιρίτης in dedicatione eclogarum de fide Baronii ipſis Pontificiis ambigua, & in libro ipſo p. 86.

APOLOGIÆ pro Baronio, non adeo magni fere momenti:

Jac. Gretſeri, S. J. in rectitudine inſipientiæ & falſimoniæ Goldaſtinæ, Ingolſtad. 1611. & in gemina ſua defenſione 1612. 4.

Heriberti Rosweidi, S. J. lex talionis contra Caſaubonum. Antw. 1615. 8. Ejusdem anti-Capellus 1619. & Syllabus malæ fidei Capelli, 1620. 8.

Petri Lanſſelii, S. J. dispunctio notarum If. Caſauboni de locis Juſtini Martyris. Ad calcem operum S. Juſtini in editionibus Græco-Latinis, Pariſ. 1615. 1636. & Witeb. 1686. fol.

Andreæ Evdæmono-Joannis, Cretenſis, S. J. reſponſio ad caput quartum exercitationis primæ Caſauboni, Colon. 1615. 8. Et defenſio Annalium Baronii adverſus Caſaubonum, libris duobus. Colon. 1617. 4. Libri ſecundi capite tertio etiam *Joannis Matthæi Caryophili* ad exercitationes Caſauboni notæ ſive ſtricturæ pag. 125--134. exhibentur. Evdæmono-Johanni reſponderunt Joannes Prideaux & Jacobus Capellus, de quibus ſupra. Mericus etiam Caſaubonus in pietate adverſus paterni nominis hoſtes & calumniatores, quæ ſeparatim Lond. 1621. 8. pridem edita, Caſauboni epiſtolis edit. Almeloveenianæ Roterdam. 1709. fol. ſubjicitur.

Julii Cæſaris Bulengeri, S. J. diatribæ bipertitæ in Caſaubonum. Lugd. 1617. fol. His reſpondit Rich. Montacutius.

Auguſtini Redingii Vindex Veritas Centuriæ primæ Annalium Baronii contra Jo. Henricum Ottium, typis Monaſterii Einſiedelenſis A. 1680. fol.

Pauli Benii, Eugubini, diſſertatio de Annalibus Baronii edita Romæ A. 1596. 4. & Clementi VIII. dicata libellus 46. paginarum, continua Baroniani operis commendatio per hæc quinque capita, à materia Annalium, à perſona ſcribentis, à loco unde in lucem emiſſi, à tempore in quod incidunt, & à ſcriptionis ratione.

Jam cæteros Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores recentes ordine litterarum perſtringere juvat. Nam de veteribus dicere me memini volumine ſexto hujus Bibliothecæ, libri quinti capite quarto: atque de Hiſtoriæ & Harmoniæ Evangelicæ ſcriptoribus lib. IV. cap. 5. §. 20. De Hiſtoriæ Biblicæ ſcriptoribus tradidi paullo ante inter Annales & hiſtorias Veteris Teſta-

2011 Ministerio de Cultura

Teſtamenti, in quibus locus etiam debetur optimo viro *Georgio Fabricio*, cujus Hiſtoriæ ſacræ libri X. prodierunt Lipſiæ 1564. 1570. 1580. 8. & recenſente Jacobo filio, 1610. 8. & cum notis Jo. Sebaſtiani Mitternacht, Geræ 1669. 8. Leucopetræ 1687. 8. & Norimb. 1703. 8. & verſibus Latinis elegis à Joach. Wethmanno Javrano, Isleb. 1595. 8. & Germanice redditi per Jo. Meurerum, Gryphiswald. 1616. 8. 1627. 8.

3. Scriptores Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ,

Ordine Alphabetico:

A.

Natalis Alexandri, c) Ord. Prædicator. ſelecta Hiſtoriæ Eccleſ. ſeculorum ſedecim capita, Voluminibus ſex & viginti, in 8. Pariſ. 1676. ſeq. & additis etiam ſelectis Hiſtoriæ Eccleſ. Veteris Teſt. capitibus, Pariſ. 1699. fol. octo Voluminibus. Copioſiſſimum ſcientiſſimumque diſſertatorem vocat Jacobus Hommey, in ſupplemento Patrum p. 472. adeo à doctis etiam in Romana Eccleſia laudem fert quam meruit, licet Cenſura Romana notatus, quæ in editione in fol. ſubinde redarguitur.

De *Jo. Valentini Andreæ* compendio Hiſtor. Eccleſiaſticæ, quod ex Luca Oſiandro excerpſit, Germaniceque edidit, dictum ſupra p. 159.

Anonymi Hiſtoria Eccleſiaſtica à detentione S. Pauli Romana usque ad detentionem Turnonii Cardinalis, promiſſa Pariſiis in ephemeridibus litterariis Pariſ. A. 1712. p. 594. necdum lucem vidit quod ſciam.

De *Gotfridi Arnoldi* epitome Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Vet. & Novi Teſt. Germanice edita, dictum ſupra pag. 153. Ejusd. wahre Abbildung der erſten Chriſten, nach ihrem lebendigen Glauben und heiligen Leben. Francof. editio ſecunda 1700. fol. Ejusd. Kirchen- und Ketzer-Hiſtoria von Anfang des Neuen Teſtaments bis auf das Jahr CHRISTI 1688. Francof. 1699 -- 1700. fol. tomi quatuor. Ejusdem ſupplementa, illuſtrationes und emendationes zur Verbeſſerung der Kirchen-Hiſtoria, ibid. 1703. 4. Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſuam Arnoldus, quæ Belgice etiam verſa vidit lucem Amſtelodami, recte Apologiam

c) Severin. Wateri Sluteri propylæum Hiſt. Eccleſ. p. 11. D. Tho. Ittigii præf. ad ſelecta Hiſt. Eccleſ. capita p. XLI. Acta Erud. A. 1696. pag. 505. Caſp. Sagittar. introduct. in Hiſt. Eccleſ. p. 364. &c.

2011 Ministério de Cultura

giam hæreſium ſchismatumque inſcripſiſſet, cujus quam ſuſpecta ſit fides, ubi iñumeris meritiſſimis viris detrahit, ubi veteres ac recentes turbarum in Eccleſia, novorumque dogmatum auctores tuetur, tot ſcriptis editis demonſtratum eſt à viris præſtantiſſimis, d) D. Elia Veielio, Jo. Fechtio, Valent. Erneſto Lœſchero, Erneſto Salomone Cypriani, Tobia Pfannero, Jo. Frid. Corvino, Frid. Chriſtiano Feuſtkingio, Andrea Davide Caroli, B. Davide Sculteto noſtro, Jo. Philippo Storrio, aliisque compluribus, ut verbum addere non ſit neceſſe. Non pauca etiam in Arnoldi hiſtoria notavit D. Jo. Fabricius Theol. Helmſt. T. 2. Bibl. ſuæ p. 452--473.

De *Ludovici Aurelii* epitome Annalium Baronii dictum p. 168. Vide & infra in Horatio Turſelino.

De *Cæſaris Baronii* Annalibus ſupra p. 165. ſeq.

Hiſtoire de l'Egliſe par Mr. *Jaques Basnage*, Amſt. 1698. fol. duobus Vol. Opus eruditum atque egregium, ſed quod dogmatum Hiſtoriam potiſſimum ad ſæculum decimum usque perſequitur. Vide Lud. Neocori Bibliothecam novorum librorum A. 1699. p. 24. Hiſtoire des ouvrages des Savans A. 1698. pag. 278. 382. Hiſtory of the Works of the learned A. 1710. p. 203. &c.

De *Samuëlis Basnagii* Annalibus Politico-Eccleſiaſticis dictum ſupra p. 170.

D. *Balthaſaris Bebelii*, Theologi Argentoratenſis ac denique Witebergenſis, antiquitates Evangelicæ & Judaicæ, ex quatuor Evangeliſtis erutæ, & orthodoxis Patrum explicationibus illuſtratæ. Argentor. 1673. 4. Ejusd. Antiquitates & dogmata Eccleſiæ in tribus prioribus poſt natum CHRISTUM ſæculis, Evangelicæ & hodiernæ ὁμοψήφου. ibid. 1669. 4. Antiquitates & dogmata Sæculi quarti, ib. 1679. 4. duobus Voluminibus.

Joſephi Bingham, Origines Eccleſiaſticæ, or the antiquities of the Chriſtian Church; Opus præſtantiſſimum decem tomis in 8. hactenus ab A. 1708. Londini, Anglicè editum: non tam hiſtoriam Eccleſiaſticam tradit, quam antiquitates, ritus ac diſciplinam veteris Eccleſiæ ſingulari ſtudio illuſtrat.

De *Jo. Gabrielis Biſciolæ* Epitome Annalium Baronii dictum p. 168.

De *Franciſci Bourgoini* Hiſtoria Eccleſiaſtica dixi ſupra p. 162.

d) Confer D. Tho. Ittigii præf. ad ſelecta capita Sec. I, p. LXXVI. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Michaëlis Buchingeri, Colmarienſis, Hiſtoria Eccleſiæ Catholicæ & Antichriſtianæ; à Petro ad Paulum IV. Papam. Mogunt. 1560.

De *Abrahami Bzovii* Epitome & continuatione Baronii dictum ſupra pag. 168. & 169.

Thomæ Caccini Hiſtoria Eccleſiaſtica, Florent. 1639. fol. Italicè.

D. *Georgii Calixti* de ſtatu rerum in Eccleſia Occidentali ſæculis VIII. IX. X. & XI. quando Pontificius Dominatus & corruptelæ invaluerunt: Helmſt. 1657. & 1661. 4. ad calcem Apparatus Theologici.

Andreæ Caroli, Abbatis San-Georgiani in Ducatu Wirtembergico, memorabilia Eccleſiaſtica Seculi à nato CHRISTO decimi ſeptimi juxta annorum ſeriem notata. Tubing. 1697. 1702. 4. duobus Volum.

De *Centuriis Magdeburgenſibus* dictum ſupra pag. 161. ſeq. ſicut & de *Nic. Angelo Caferrio* & de *Matthia Chefneux*, p. 168.

Hiſtoire de l'Egliſe par l'*Abbé Choiſi*. Tomus primus, tria primora ſæcula complexus, lucem vidit Pariſ. 1703. 4. Tomus undecimus, qui in Anno 1715. & morte Regis Galliæ Ludovici XIV. deſinit, prodiit hoc ipſo anno 1723. 4.

Joannis Clerici Hiſtoria Eccleſiaſtica duorum primorum à CHRISTO nato ſæculorum è veteribus monumentis depromta & explicata, Amſt. 1716. 4. Vide Acta Eruditor. T. 6. ſupplementi pag. 881. 521. & memorias litterarias Trevoltinas A. 1716. p. 1785

Joannis Criſpini, vide infra in Joanne Taffino.

D. *Jo. Conradi Dannhaueri* Chriſteis ſive Drama ſacrarum, Προθεωρία & Actus primus triſecularem Eccleſiæ ſortem à CHRISTO in cœlos ſublimato usque ad Conſtantinum Magnum in throno victoriæ terreſtri conſidentem exhibens. Argentorat. 1646. 4. & cum Conradi Sam. Schurzfleiſchii præfat. Witebergæ 1696. 4. Actus ſecundus à Conſtantino M. ad Heraclium, curante Jo. Frid. Wandalino, Hafniæ 1708. 4. Vide Acta Erud. 1709. p. 119. Tertius Actus ab Heraclio ad Carolum V. deſideratur.

Laurentii Echard general Eccleſiaſtical-Hiſtory; Hiſtorica Eccleſiaſtica generalis, à nato CHRISTO ad A. 313. Lond. 1702. fol. Anglicè. Vide Acta Erud. A. 1703. p. 473. Boekſaal van Europe A. 1703. p. 365.

Elia

2011 Ministerio de Cultura

Eliæ Ehingeri Hiſtoria Eccleſiaſtica Sæculi XV. (ita appellat quod verius eſt XVI.) opus poſtumum de ſtatu & doctrina Eccleſiæ. Francof. 1662. 4.

Hiſtoire nouvelle de tous les ſiecles de la nouvelle Loy, contenant ſuccinctement ce qui s'eſt paſſé de plus remarquable dans le Monde & dans l'Egliſe par le P. *David l'Enfant*. Seconde edition à Paris 1683. 12. ſex Voluminibus.

De *Guil. Eyſengreinii* centenariis dictum ſupra p. 164.

B. D. *Joannis Fechtii* tabulæ Hiſt. Eccleſiaſticæ Sæculi XVI. Roſtoch. 1690. 4. cum diſſertat. de ubertate & fructu hiſtoriæ illius ſæcul'. Ejusdem tabulæ Chronologico-Hiſtoricæ ab A. C. 1541. ad 1613. Ad calcem ſupplementi Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſæculi XVI. ſive Epiſtolarum ad Joannem, Eraſmum & Philippum Marbachios, cum inſigni apparatu & notitia hiſtorico-literaria editarum Durlaci 1684. 4.

Hiſtoire Eccleſiaſtique par Mr. *Claude Fleury*. Tomus primus operis hujus eleganter & accurato ſtudio ſcripti in quatuor, ut cæteri libros dividitur, complectiturque ſæcula duo, & prodiit Pariſ. 1691. 4. Tomus vigeſimus ab A. 1339. ad 1414. ibid. 1721. 4. Recuſum idem opus in Belgio typis Bruxellenſibus, in 12.

Florus Chriſtianus. Vide in Auguſtino Ribotho & in Petro à Streithagen.

Ambroſii Gardeboſc, Carmelitæ Apamienſis, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ à CHRISTI ortu ad hanc usque ætatem Synopſis, & in omnia ejus controverſa capita diſſertationes. Tom. I. Sæculum I. Toloſæ 1713. fol. Vide Ephemerides Pariſ. A. 1713. p. 547.

L'Hiſtoire Sainte du *P. Gaultruche*, S. J. Gallice quaterdecies excuſum opus, quatuor Volum. in 12. & bis Italice. Vide Diarium Veneotum, Giornale de' Letterati d'Italia T. 27. p. 475.

Timanni Geſſelii, Medicinæ D. Hiſtoria rerum memorabilium in Orbe geſtarum ſive Synopſis Hiſtorica Vet. Teſt. brevi ſerie digeſta, & Hiſtoria ſacra & Eccleſiaſtica à nato CHRISTO ad A. 1125. Trajecti ad Rhen. 1661. 4. duobus Volum.

Hiſtoire de l'Egliſe depuis JESUS CHRIST jusqves al an 799. par Mr. *Antoine Godeau*, Eveqve de Vence. Paris 1653. 3 Volum. fol. Recuſa 1663. 1674. ibid. fol. & quinta editione in Belgio 1680. 12. quinque Volum.

2011 Ministerio de Cultura

De Compendio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ *Gothano* dictum ſupra p. 154.

Victorii Silveſtri Grandis ſtoria Eccleſiaſtica dalla creazione del Mondo ſino al ſecolo corrente. Venet. 1708. 4. 3 Volum.

Hiacinthi Armati de Graveſon, Ord. Prædicator. Hiſtoria Eccleſiaſtica variis colloquiis digeſta. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d'Italia Tom. 27. pag. 465.

Joannis Henichii hiſtoria trium primorum ſæculorum, Rinthel. 1669. 4. & quarti 1670. quintique poſt B. auctoris obitum 1674. 4.

Thomæ Hobbeſii Hiſtoria Eccleſiaſtica ſive ſatira potius, carmine elegiaco. Auguſtæ Trinobantum 1688. 8.

Conradi Horneji Hiſtoria Eccleſiaſtica à CHRISTI nativitate ad Conſtantinum Magnum. Brunſwici 1649. 4.

Georgii Hornii Hiſtoria Eccleſiaſtica ab orbe condito ad ſuam ætatem. Lugd. Bat. 1665. & cum *Dan. Hartnaccii* annotationibus, Lipſiæ 1673. & *Melch. Leydeckeri* notis ac ſupplemento ab A. 1666. ad 1687. Franeqv. 1687. & cum novo ſupplemento ab A. 1687. ad 1701. auctore *Jo. Dan. Cramero*, ibid. 1704. 8.

Jo. Henrici Hottingeri Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ N. T. enneas ſive res Chriſtianorum, Judæorum, Gentilium, Muhamedanorum, per ſæcula novem. Hanoviæ 1655. 8. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Dyas ſive Sec. X. & XI. id. 1655. 8. Trias ſive Sec. XII. XIII. XIV. id. 1656. 8. Tomus quartus Sec. XV. id. 1657. 8. Tomi reliqui quinque à quinto ad nonum, Sec. XVI. Tiguri 1667. 8. res Chriſtianorum potiſſimum, Orientalium & Occidentalium, & hiſtoriam Reformationis Eccleſiæ fuſe perſequentes.

D. *Jo Wolfgangi Jægeri*, Cancellarii nuper Tubingenſis, Hiſtoria Eccleſiaſtica Sæculi XVII. cum paralleliſmo profanæ lucem vidit Hamb. 1709. fol. & decennium primum Sæculi XVIII. ibid. 1711. fol. Prima tria Sæculi XVII. decennia prodierant ſeparatim Tubingæ 1692. & 1693. 4.

D. *Thomæ Ittigii* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ primi ſæculi ſelecta capita. Lipſiæ 1709. 4. & ſecundi, ibid. 1711. 4. Primo ſæculo præmiſſa diſſ. de ſcriptoribus Hiſt. Eccleſ. recentioribus : ſecundo de antiquis. Præclariſſimum Doctorem hunc meum ſæcula quatuor Hiſtoriæ Eccle-

2011 Ministerio de Cultura

Ecclesiasticæ tradentem magno cum fructu auscultare me memini in patria mea Lipsia A. 1689. seq.

De B. *Christiani Junckeri* Hist. Ecclesiastica dictum supra p. 155.

D. *Christiani Kortholti* (*) Historia Ecclesiastica postuma à CHRISTO nato usque ad sæculum decimum septimum. Lipsiæ 1697. 4. Hamb. 1708. 4. Vide Diarium Berolinense, Nouveau Journal de Berlin A. 1696. p. 483. Acta Erud. A. 1697. p. 438.

Jo. Henr. Krausii memorabilia circa incrementum vel decrementum Ecclesiæ per sæcula XVII. Lipsiæ 1703. 4.

D. *Hieron. Kromayeri*, Theologi Lipsiensis; Ecclesia in Politia, sive Historiæ Ecclesiasticæ Centuriæ XVI. cum dimidia XVII. præmissis propter synchronismos Imperatorum, rebus gestis præcipuis. Lipsiæ 1666. & 1673. 4.

Joannis Kromayeri Indiculus Historiæ Eccles. ab orbe condito ad Synodum Dordracenam. Lipsiæ 1657.

Melchioris Kromayeri Kirchen-Chronica Neues Testaments.

Friderici Adolphi Lampe, Theologi Bremensis nuper, hodie Trajectinæ Academiæ; Synopsis Historiæ sacræ & Ecclesiasticæ ab origine mundi ad præsentia tempora. Ultrajecti 1721. 8.

D. *Joachimi Langii*, Theologi Hallensis, Historia Ecclesiastica à mundo condito ad sæculum præsens XVIII. deducta, & necessariis Imperiorum & rei litterariæ synchronismis instructa. Halæ 1722. 8. Vide Acta Erud. A. 1722. p. 452.

Jo. Georgii Layritzii, Historiæ Sacræ & Civilis Professoris, & postea Superintendentis Baruthini; Synopsis Historiæ Ecclesiasticæ. Lipsiæ 1700. 12.

(*) B. D. Jo Fechtius Collegio MS. ad Hist. Eccles. B. D. Adami Rechenbergii sect. 1. c. 5. *Ego nunquam persuaderi mihi patiar ut historiam Ecclesiasticam B. D. Kortholti nomine post fata ipsius editam ejus esse credam, quod nec summam in hoc genere Viri eruditionem, nec stylum, nec tractationis indolem in aliis historicis ipsi consvetam ullo modo sapit. Certiorque redditus sum ab amico, in quodam Collegio, cui & Kortholtus tanquam auditor interfuerat, olim ista dictasse* B. D. Sebastianum Niemannum, *Theologum Jenensem, quo Viro & ego olim & Præceptore usus sum & hospite.*

2011 Ministerio de Cultura

1700. 12. Idem, cujus Hiſtoria Papatus, der Römiſche Pabſtes-Thron, prodierat Germanice Baruthi 1685. 4.

De *Wilhelmi Leydeckeri*, Eccleſiaſtæ Willemſtadienſis, Hiſtoria Eccleſiaſtica Belgice edita, dictum ſupra pag. 155.

De *Melchioris Leydeckeri*, paullo ante in Georgio Hornio.

Lucæ Loſſii, Luneburgenſis, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ facta & dicta memorabilia, carmine expreſſa elegiaco. Francof. 1571. 8.

Memoriale cronologico della ſtoria Eccleſiaſtica, ſcritta in lengva Franceſe da *Guil. Marcello*, Avocato del Parlamento; & translato in Italiano da *Matteo Egizio*. Napoli 1713. fol. Hæc Italica verſio propter inſignia auctaria & hiſtoriam Imperatorum ab interprete additam longe præſtat Gallicis editionibus. Sine auctariis prodierat etiam Latine Hamb. 1693. forma minore.

Gerhardi Meieri, Paſtoris Reformati Bremenſis, (non confundendi cum D. Gerhardo Meiero, Superintendente Bremenſi, hoc ipſo A. 1723. 25. Febr. æt. 58. beate defuncto) promiſſa Hiſtoria Eccleſiaſtica ſex primorum ſæculorum, de qua Diarium Lipſienſe, Neuer Bücher-Saal, parte XXII. p. 752. ſeq.

Conradi Mel, Eccleſiarum Principatus Hersfeldenſis Inſpectoris, kurtzer Begriff der Kirchen-Hiſtorie Altes und Neues Teſtaments. Francof. 1712. 8.

D. *Joannis Micrælii* Syntagma Hiſtoriarum Eccleſiæ, quo ab Adamo Judaicæ & à Salvatore noſtro Chriſtianæ Eccleſiæ, politia, ritus, perſecutiones, transplantationes, halcyonia, Doctores, Synodi, hæreſes & ſchiſmata perſpicue & ordine proponuntur. Stetin. 1630. 1645. 1660. 8. & cum Continuatione *Dan. Hartnaccii*, Pomerani. Lipſ. 1679. 4.

Dionyſii Mudzaert. Vide ſupra p. 156.

Storia ſacra del *Mutio* Juſtinopolitano. Venet. 1570. 4.

De *Antonii Pagi* Critica Baroniana ſive Annalibus dictum ſupra p. 173.

Onufrii Panvinii Chronicon Eccleſiaſticum à Julio Cæſare usque ad Maximilianum II. A. C. 1568. Lovan. 1573. fol. Adde quæ ſupra p. 164. & 166.

D. *Joannis Pappi* epitome Hiſtoriæ Eccleſ. Argentor. 1584. 8. Witeb. 1711. 12.

2011 Ministerio de Cultura

1611. 12. & cum *Eusebii Bohemi* continuatione, Witeb. 1626. 8. & auctariis ac supplementis *Henrici Kippingii*. Francof. & Jen. 1661. 1662. 8.

Dan. Parei Hist. Ecclesiasticæ medulla. Francof. 1638. forma minore.

D. *Christoph. Matthæi Pfaffii*, Cancellarii Tubingensis, Institutiones Historiæ Ecclesiasticæ juxta ordinem sæculorum delineatæ. Tubing. 1721. 8. Vide Acta Erud. 1722. p. 71.

Benedicti Pictetti, Theologi Genevensis, Histoire de l'Eglise & du Monde de l' onzieme siecle, pour servir de continuation à l' Histoire de Mr. le Sueur. à Geneve 1713. 4. Præstat Sueurio in eo quod scriptores quos sequitur diligenter allegat.

Ludovici Ellies du Pin, A. 1719. 6. Maj. denati, cui Bibliothecam scriptorum Ecclesiasticorum, & tot alia scripta insignia debemus, Historia Ecclesiastica Vet. & Novi Testam. per quæstiones & responsiones. Histoire de l'Eglise par demandes & réponses, depuis le commencement du monde jusqves à present. Paris 1711. 12. quatuor Vol. & Germanice, interprete G. M. H. Ratisbonæ 1713. 8. quatuor Volum. Et Italice à Salvaggio Canturani. Venet. 1713. 12. Vide Diarium Venetum, Giornale de' letterati d' Italia Tom. 27. p. 474. Journal des Savans A. 1712. p. 278. Memoires de Trevoux A. 1712. pag. 553. Neuen Bücher-Saal, parte XVII. pag. 370.

De *Odorici Raynaldi* continuatione Annalium dictum supra p. 169.

D. *Adami Rechenbergii*, Theologi Lipsiensis, Summarium Historiæ Ecclesiasticæ. Lips. 1697. 12. & deinde quinquies amplius.

Augustini Ribothi Florus Christianus. Paris 1666. 1677. 12.

Histoire de l'Eglise depuis l'envoi des Apostres jusqves à l'an 1620. par *André Rivet*. Saumur 1621. 4.

Heriberti Rosweidi, S. J. Historia Ecclesiastica à CHRISTO nato usque ad Pontificatum Urbani VIII. Antwerp. 1623. 2 Volum. fol.

Christophori Sandii, Arianorum promachi, nucleus Historiæ Ecclesiasticæ. Amst. 1668. 8. & auctior 1676. 4. addita etiam appendice 1678. 4. Scriptores qui Sandium, omnem veterum Patrum chorum Arianis adscribentem confutarunt, laudavi Tom. VIII. hujus Bibl. p. 312. seq.

D. *Joh. Andreæ Schmidii* Compendium Historiæ Ecclesiasticæ. Helmstad. 1701. 8.

2011 Ministerio de Cultura

1701. 8. ac deinde sæpius. Vide Monathlichen Auszug von Büchern, A. 1702. Martio p. 12.

Jo. Samuelis Schœnlands, Pastoris zu Lommatzsch in Meissen, Catechetische Anweisung zur Kirchen-Historie.

De *Cornelio Schultingio* dictum supra p. 168.

Histoire Ecclesiastique par *Claude Seyssel.* Paris 1534. fol.

Eduardi Simsons History of the Church. Lond. 1634. fol.

Justi Sœffingii, Superintendentis Rudolstadiensis, Historia quinque primorum Ecclesiæ sæculorum. Jen. 1674. 8. Ejusdem de rebus in Ecclesia & Politia Christiana gestis ab A. C. 1500. ad 1600. Rudolstadii 1700. 8.

Frid. Spanhemii, fil. Historiæ Ecclesiasticæ editio plenior & emendatior exstat in tomo primo ejus Operum junctim excusorum Lugd. Batav. 1701. fol. Prodierat separatim ibid. 1694. 4.

De *Henrici Spondani* Epitome & Continuatione Baronii dictum supra pag. 168. & 170.

Petri à Streithagen, Canonici senioris Heinsbergensis, Florus Christianus, sive Historiarum de rebus Christianæ religionis libri IV. Coloniæ 1640. 8.

Joannis Stübneri tabulæ synopticæ in Historiam Ecclesiasticam Novi Test. Norimbergæ 1684. & additis consimilibus tabulis in Historiam Veteris Testamenti, ibid. 1690. fol.

Histoire de l' Eglise & de l' Empire des dix premiers siecles par *Jean le Sueur.* Genev. 1674. seq. in 4. & 1686. 12. octo Volum. Insigne opus, quanquam dolendum quod scriptores quos sequitur, rarius allegat. Seculum undecimum *Bened. Pictetus* addidit, Genev. 1613. 4.

Sulpicii Severi, veteris & culti scriptoris, qui Historiæ Ecclesiasticæ compendium ad suam ætatem, hoc est ad quartum sæculum perduxit; continuationem edidit Christianus Schotanus, Franekeræ A. 1656. usque ad Henricum Aucupem, hoc est usque ad sæculum decimum: ut continuationem Lugd. Bat. 1626. excusam, quæ à Jo. Sleidano de IV. summis imperiis petita est, omittam. De Sulpicio Severo ejusque editionibus abunde dixi in Bibl. Latina.

L' estat de l' Eglise, avec le discours des temps, depuis les Apostres jusqves à l' an 1580. par *Jean Crispin*, & augmenté d' un appendix terminé sur l' en 1605. par *Iean Taffin*, Ministre de la parolle de Dieu de l' Eglise Françoise à Flessingves, avec un traitté de la religion

&

2011 Ministerio de Cultura

& republiqve des Juifs, depuis le retour de l' exil de Babylone, jusqves au dernier ſaccagement de Jeruſalem. à Bergves ſur le Zoom, 1605. 4.

Sebaſtiani Nani de Tillemont, 10. Jan. A. 1698. ætatis 60. Pariſiis defuncti, opus incomparabile *Memoriarum Eccleſiaſticarum*, (*) in quo laudatiſſimam *Uſſerii* quam in Hiſtoria Vet. Teſt. (†) ille probaverat induſtriam æmulatus annorum quadraginta labore, Hiſtoriam Eccleſiaſticam à nato CHRISTO perduxit usque ad Annum 513. atque diligentia fontes conſulendi & ſcriptores citandi accuratione neminem parem habens, neminem ſecundum, unice commendandus eſt iis qui Hiſtoriam veterem ſolide tractare cupiunt. Tomus primus memoriarum prodiit Gallice Pariſ. 1693. 4. quem ſolum excuſum vidit. Cæteri omnes poſt auctoris fata prælo exierunt, ſecundus A. 1701. atque ita cæteri, ad decimum ſextum ſive ultimum usque, qui A. 1712. in lucem datus eſt. Opus excuſum ſplendide & emendate, ſexaginta amplius conſtat joachimicis. Recudi cœpit in 12. minoribus typis, ſed ſatis nitidis Bruxellenſibus, neque inemendate: ſed illa editio hactenus non proceſſit ultra tomum ſeptimum. Hiſce memoriis addenda ejusdem Tillemontii *Hiſtoria Imperatorum* (**) non minore diligentia & accuratione itidem ſcripta, methodo eadem Gallice & quinque tomis in quarto Pariſiis edita, quæ & ipſa in 12. recuſa A. 1692. ſeq. à Bruxellenſibus, Hiſtoriam Civilem deducit ab Auguſti victoria Actiaca ad mortem Honorii Imp. A.C. 423. & quamplurima capita Hiſtoriæ Eccleſiaſt. inſigniter illuſtrat.

Horatius Turſellinus, S. J. in Epitome hiſtoriarum à mundo condito libris X. Rom. & Colon. 1621. 1627. 12. & cum *Caroli Caraffæ* continuatione, ibid. 1649. 8. & Italice Ludovico Aurelio, eodem, qui Baronium in compendium miſit, interprete & continuatore. Peruſiæ 1633. 12.

(*) Memoires pour ſervir à l'Hiſtoire Eccleſiaſtique, juſtifiez par les citations des Auteurs originaux. De Fayditi Memoriis quas Tillemontianis oppoſuit, vid. Hiſt. des ouvrag. des Sav. 1695. Febr. p. 283.

(†) Perrault, hommes illuſtres qui ont paru en France pendant le XVII. ſiecle Tom. 2. pag. 35.

(**) Hiſtoire des Empereurs & des autres Princes &c. juſtifiée par les citations des Auteurs originaux.

2011 Ministerio de Cultura

Joachimi Vadiani de aurea usque ad Conſtantinum M. & de argentea Eccleſiæ ætate liber imperfectus, exſtat in tertio tomo ſcriptorum rerum Alemannicarum, vulgatorum à Goldaſto, Francof. 1606. recuſorumque 1661. fol.

La vraye Hiſtoire de l'Egliſe par *Nic. Vignier*. Lugd. 1601. & 1607. recueil de l'Hiſtoire de l'Egliſe depuis le Baptiſme de noſtre Seigneur JESUS CHRIST jusqves à ce tems.

De *Hieronymi Vignierii* Hiſtoria Eccleſiaſtica MS. vide D. Tho. Ittigium præf. ad ſelecta capita Seculi I. p. LXIX.

Chriſtiani Eberhardi Weiſmanni (*) Eccleſiaſtæ Stutgardienſis, introductio in Memorabilia Eccleſiaſtica Hiſtoriæ ſacræ Novi Teſtam. maxime vero ſæculorum primorum & noviſſimorum ad juvandam notitiam regni DEI & Satanæ, cordisque humani ſalutarem, Stutgardiæ 1718. & 1719. duobus Volum. quorum prius ſæcula quindecim, poſterius XVI. & XVII. complectitur. Theologos quosdam noſtros adverſus duriores ejus cenſuras vindicavit Clar. noſter Seb. Edzardus in animadverſionibus ad Weiſmannum editis Hamb. 1719. 4.

H. G. Welandi tabulæ in Rechenbergianum Hiſtoriæ Eccleſ. ſummarium. Lipſiæ 1706. 12.

Jo. Wilhelmi Zieroldi Einleitung zur gründlichen Kirchen-Hiſtorie, mit der Hiſtoria Philoſophica verknüpfft. Stargard. 1700. & 1703. 4. Vide D. Mich. Friderici Qvade unpartheyiſchen Bibliothecarium pag. 249. ſeq.

4. Scriptores Hiſtoriæ Reformationis Eccleſiaſticæ.

LUTHERANI:

Anonymi diſſertatio Eccleſiaſtico-Hiſtorico-Politica de admirando renati Evangelici Solis ortu, curſuque & progreſſu. A. 1618. 4.

Anonymi (D. D. A. T. P. P. C.) Denckmahl der Reformation, Witeb. 1717. 8. cum præf. B. D. Caſpari Lœſcheri.

Anonymi

(*) Acta Erud Latina A. 1720. p. 413. & Germanica T. V. pag. 765. T. VI. p. 121. Unſchuldige Nachrichten von Alten und Neuen Büchern A. 1718. p. 533. A. 1719. p. 644. Journal des Sav. A. 1719. Novembr. p. 545. &c.

2011 Ministerio de Cultura

Georgius Arnoldus, Cancellarius Numburgenſis, in vita Mauritii Electoris Saxoniæ, Germanice verſa à Davide Schirmero, editaque cum auctariis Immanuelis Weberi, Gieſſæ 1719. 8.

Philippi Ludovici Authæi, circa A. 1690. Francofurti defuncti, index hiſtoricus rerum potiſſimarum in negotio religionis geſtarum ab A. 1517. ad 1617. Francof. 1675. 12.

Jo. Brunsmannus in Apologia Lutheranæ Eccleſiæ contra Boſſvetum. Hafniæ 1694. 8.

Jacobus Burchardus in vita Ulrici Hutteni. Wolfenbuttel. 1717. 8. duobus Volum.

D. *David Chytræus* in Saxonia: & in Hiſtoria Auguſtanæ Confeſſionis (*) Latine Francof. 1578. 4. & Roſt. 1576. 4. Germanice.

D. *Georgii Cæleſtini* Hiſtoria Comitiorum A. 1530. Auguſtæ celebratorum, in quatuor diſtributa tomos, Francof. ad Viadrum 1577. fol.

Georgius Fabricius libro VII. & VIII. Originum Saxonicarum.

Io. Baſilii Fleuteri, Paſtoris Kieslingswaldenſis, Hiſtoriſcher Catechiſmus von der Reformation Lutheri und den Symboliſchen Büchern unſerer Kirchen. Witeb. 1716. 8.

Io. Caſpari Funckenii kurtz-gefaßte Reformations-Hiſtorie. Ulm 1717. 8.

Lamperti Gedickens kurtzer Hiſtoriſcher Bericht von dem gantzen Reformations-Wercke. Berlin 1718. 8.

Hermanni ab Hardt, Profeſſoris Helmſtadienſis, Hiſtoria literaria reformationis, præclara monumenta exhibens de Eraſmo, Reuchlino(**) publica illorum temporum corruptione, & de indulgentiis. Lipſiæ 1717. fol. additis Abrahami Sculteti, Reformati Doctoris, Annalibus Evangelicis.

Godfridi Hechtii gründliche Reformations-Hiſtorie, cum præf. D. Gvilelmi Wernſtorfii. Witeb. 1717. 8. Idem Hechtius in vita Joannis Tetzelii, Witeb. 1707. 4. & ſecunda auctiore editione 1717. 8.

(*) Conf. Theologorum Saxonicor. Tim. Kirchneri, Nic. Selnecceri & Martini Chemnitii, Gründliche Hiſtorie der Augſpurgiſchen Confeſſion und Formula Concordiæ wider Ambroſ. Wolfium. Lipſ. 1584. fol. Germanice: & Latine, interprete Jac. Godofredo, Chemnitii genero, 1585. 4. Jo. Sauberti miracula Auguſtanæ Confeſſionis, Norimb. 1631. 4. Jo. Georgii Dorſchei admiranda A. C. Francof. 1655. 4. &c.

(**) Adire etiam licebit D. Jo. Henricum Majum in vita Reuchlini editam Durlaci 1687. 8. & Diſſertationem de religione Eraſmi, quam vulgavi Hamb. 1717. 4.

2011 Ministerio de Cultura

Frid. Hortlederi, Conſiliarii Vinarienſis, Handlungen und Urſachen vom Schmalkaldiſchen Kriege A. 1546. 1547. Francof. 1617. fol. 2 Vol. & Gothæ 1645. fol. Conferendus & *Lambertus Hortenſius* in Beſchreibung des Proteſtirenden Krieges vom Urſprung bis A. 1547. in VII. Büchern. Baſil. 1573. fol.

Danielis Hoynovii diſſ. de cauſis quibus impulſus B. Lutherus ſalutare Reformationis negotium ſuſcepit. Regiomont. 4.

D. *Val. Erneſti Læſcheri* vollſtändige Reformations-Acta und Documenta auf das Jahr 1517. Lipſ. 1720. 4. Ej. Zweyter Tomus auf das Jahr 1718. ibid. 1723. 4.

D. *Io. Henrici Maji*, Theologi Gieſſenſis, Hiſtoria Reformationis ex ſcriptis B. Lutheri. Francof. 1710. 4.

D. *Io. Frid. Mayerus* in diſſ. de Pontificiis proceſſum Leonis X. adverſus B. Lutherum improbantibus, Hamb. 1696. 4. Adde G. S. T. Politiſche Fehler des Päbſtiſchen Hofes, welche die Reformation Lutheri befördert haben. Gvelpherbyti 1718. 8. Ejusdem laudati Mayeri diſſ. quantum Pontificiis reformatio B. Lutheri ipſis non diffitentibus profuerit, cum priore recuſa Lipſ. 1698. 4. ſub titulo: Eccleſia Papæa, Lutheranæ patrona & cliens.

Io. Ioachimi Müllers, Archivarii Vinarienſis, Hiſtorie der Evangeliſchen Stände Proteſtation und Appellation A. 1529. und darauf erfolgten Legation an Kayſer Carl den V. wie auch A. 1530. übergebener Augſpurgiſchen Confeſſion. Jen. 1705. 4.

Sophocles, β. 8. 10. δ. 282. η. 5. 262. 479. θ. 349. ι. 453. 481. 571. κ. 106. 238. 573. π. 142.
Sosigenis Editio Homeri, α. 91.
Stoici, β. 349. θ. 69. π. 856.
Strabo, ζ. 92. Vid. ὁ Γεωγράφος.

Telephus (Grammaticus) α. 420. δ. 133.
ὁ Τεχνικὸς, β. 443. ε. 196. Herodianus.
Thales, α. 358. ξ. 246.
Themistius, κ. 184.
Theocritus, η. 463. θ. 518. κ. 173. ξ. 294.
Theopompus, β. 135.
ὁ Θεσσαλονίκης, μ. 255. ο. 410. π. 642. Eustathius.

2011 Ministerio de Cultura

Thrax (ὁ Θρᾷξ, fortè Dionyſius) π. 106.
Thucydides, β. 488. & poſtea 493. 570. ε. 266. κ. 56. 153.
ἐν πολιτείαις, β. 382.
Tragici, β. 199.
Tragicus, δ. 249.
Tryphon, δ. 43. ε. 289. 299.
Tyrannio, α. 126. 421. β. 5. ε. 343.

Xanthus, π. 702.
Xenophanes, η. 99. λ. 26.
Ejus Silli, ζ. 212.
Xenophon, θ. 189. κ. 56. 298.

Zenodotus, α. 1. 80. 81. 100. 198. 434. 559. 609. β. 53. 196. b. 302. γ. 18. ε. 227. 293. 466. 898. ζ. 71. 285. ι. 560. 656. 684. ν. 423. ξ. 485. 499. ο. 86. 470. π. 141. 161. 515. 748.
Zenodoti Editio Homeri, α. 91. β. 435. ε. 416.
ἡ Ζηνοδότειος γραφή, β. 36. 53.
Zoilus, ε. 20.
Zopyrus, κ. 275.

VI.

V. C. EUSEBII RENAUDOTI,

de Barbaricis Ariſtotelis librorum Verſionibus(*) Disquiſitio,

Ad Virum Eruditiſſimum ANTONIUM MARIAM SALVINIUM *Græcæ linguæ in Academia Florentina Profeſſorem.*

I.

DE Barbaricis Ariſtotelicorum librorum Interpretationibus prolixa ſane, ſi quis omnia perſequi vellet, neque multum utilis foret tractatio, quæ, ſi ad aliquot hiſtoriæ literariæ capita reducatur, præter raritatem, paucos enim de hoc argumento recte ſcripſiſſe manifeſtum eſt, habet utilitatis nonnihil, cænoſos enim Philoſophiæ Scholaſticæ horridæ illius, & ab Ariſtotelica mundicie alieniſſimæ fontes aperit, in qua plus quam oportebat ſapere, neque ſæpe ad ſobrietatem majores noſtri ſibi viſi ſunt, dum Philoſophiam multis modis contaminatam, ambitioſe profitebantur, neque tamen quioquam minus quam Ariſtotelem ſcirent & docerent. Ex pravis enim Interpretationibus ratas illas plerorumque Magiſtrorum ſententias ſeu κυρίας δόξας eorum qui Reales, Nominales, aut aliter quomodocumque appellati ſunt vaniſſimas propemodum omnes, ortas

(*) Hæc Disquiſitio Pariſiis ante aliquot annos ad me transmiſſa à Clariſſ. Auctore, nunc demum lucem videt.

2011 Ministerio de Cultura

ortas fuiſſe, certiſſimum eſt, quæ quo magis laboratum fuit in illis recenſendis aut emendandis, tanto obſcuriores illæ factæ fuerunt, adeo, ut nihil minus in Scholis quam Ariſtoteles prælegeretur, antequam illuſtriſſimæ Mediceæ familiæ beneficio comparatis ipſis Græcorum codicibus, grave illud virus verſionum barbararum pelleretur, & Ariſtotelica Philoſophia ex ipſis fontibus ſerio à tot ſummis viris, quos Florentia produxit illuſtraretur, non minus quam Platonica. Magna quippe & jam à primis poſt CHRISTUM ſæculis fuit Ariſtotelicæ doctrinæ obſcuritas in Occidente, cum etiam florente Romana Republica, Ariſtoteles non niſi Sullæ Dictatoris tempore legi apud Romanos cœperit, cum ejus ille libros captis Athenis Romam deportatos in Bibliotheca ſua collocaviſſet, tranſcriptique fuiſſent à Tyrannione Grammatico, & quodam modo lucem aſpicere ea ratione cœpiſſent. Quamvis porro tunc Ariſtotelis acumen & eloquentiam, omnes prope, Cicero præ cæteris admirati fuerint, Platone tamen ſemper excepto, cum tot eſſent nobiles Philoſophorum familiæ, Epicureos, Academicos, Stoicos, qui ſe profeſſi fuerint multos reperimus, Peripateticum inter Togatos ferme neminem.

2. Adverſus Ariſtotelem, & omnem ejus Philoſophiam, præſertim Dialecticam artificem, ut eam Tertullianus vocat, ſtruendi & deſtruendi, S. S. Eccleſiæ Doctores acriter invecti ſunt: cum Platonicam ut Religioni magis conſentaneam longe anteferrent. Itaque primis Eccleſiæ ſæculis Platonici fuere prope Chriſtiani omnes, Ariſtotelici præter Hæreticos pauciſſimi. Verſiones porro Latinas Ariſtotelis librorum antiquiores Boëthii ætate, ſi quæ fuerint, ſatis obſcurum eſt; atque illæ ſolius prope Dialecticæ fuerunt, reliqui libri vix cognoſcebantur. Multas SS. PP. adverſus Ariſtotelem tetras ſententias collegit Joannnes Launojus cap. 2. libri de varia Ariſtotelis fortuna.

3. Usque ad Caroli Magni & poſterorum ejus tempora, cum ingens totum Occidentem barbaries occupaſſet, vix quidquam quod ad iſta Philoſophiæ Ariſtotelicæ continuata ſtudia pertineat in hiſtoriæ monumentis reperitur. Fuerunt autem Carolino Sæculo viri Græce docti, à quibus novæ verſiones aliquot librorum factæ ſunt, nec aliis uſi videntur eſſe quicumque philoſophiam, usque ad annum 1100. & ſerius adhuc tractaverunt. Talibus porro verſionibus uſos fuiſſe Petrum Abailardum, Roſcelinum, ejus Magiſtrum, Petrum Lombardum, Petrum Pictavienſem, Gilbertum Porretanum, & alios illius temporis Philoſophos veriſimile omnino

2011 Ministerio de Cultura

mnino eſt, ut etiam, quod Dialecticos ſolos libros haberent, reliquos ignorarent. Svadent id Abælardi ipſius Epiſtolæ & Apologia, tum Joannes Sarisberienſis in Metalogo: acceſſerunt, ſed ſerius, nempe ante Concilium Senonenſe Pariſiis celebratum an. 1209. Libri Metaphyſici, qui ejusdem Concilii ſententia cum Almerico condemnati ſunt.

4. Cum vero tricis illis Dialecticis, occupata per multos annos fuiſſent omnium ferme qui doctrinæ opinione florebant ingenia, Græcæque linguæ peritia omnis intercidiſſet, neque ſupereſſet qui verſiones veteres emendare poſſet, maxima ex deſcribentium ignorantia, & exemplarium diverſitate, perturbatio codices illarum ferme omnes invaſit, ut ex contextu quem antiqui Scholaſticorum in Ariſtotelem commentarii repræſentant, ſatis apparet.

5. Emendatæ tamen, aut magis corruptæ verſiones illæ fuerunt, à nonnullis hominibus, qui circa annum 1200. Codices Græcos ex Oriente in Europam attulerunt, ex quibus primæ tantum ut in re obſcuriſſima conjectando aſſequi poſſumus Metaphyſicorum, Naturaliumque verſiones prodierunt, quas tamen ab interpolatis, de quibus deinceps agendum erit, dignoſcere impoſſibile omnino eſt: operæ pretium omnino nullum. Nam licet ab anno 1096. quo Hieroſolymitana urbs in Chriſtianorum poteſtatem venit, multa eſſent Græcos inter atque Europæos commercia, pauci tamen admodum ex iſtorum numero Græce ſciebant, & ex ipſa Græcia ſtudiis humanioribus aut Philoſophicis, ſubſidium ex transmarina expeditione exiguum omnino comparatum eſt vel prope nullum. Verum plures Europæi Arabicam linguam ex commercio cum Syris Palæſtinis, quam Græcam ex bellis in Græcia geſtis, aut Conſtantinopolitano Imperio Latinorum didicerunt. Itaque nonnulli Arabicos Codices Ariſtotelis ex Oriente ad nos detulerunt & Latine ſunt interpretati, atque aliquorum ejus librorum præſertim Politicorum, & Ethicorum verſiones barbaræ, & obſcuriſſimæ adhuc in Bibliothecis reperiuntur. Quod, ſi quis Arabicas verſiones interpretari poſſet, ejus opera tunc potiſſimum inſumebatur, in emendandis antiquioribus aliis, quæ cum jam eſſent non bonæ, ab illis hominibus, qui ſcientiarum expertes omnino erant, corruptiores exiverunt.

6. Atque illud fatum ultimum fuit librorum Ariſtotelis, qui toties à Sciolis emendati & recenſiti, juxta veteres Latinos interpretes, tum juxta recentiores, tandem ex comparatione illorum cum verſionibus ex Arabica

2011 Ministerio de Cultura

Arabica lingua factis, quæ & ipsæ corruptissimæ erant, tales tandem evaserunt, ut auctor ipse, si revixisset, sua verba recognoscere non potuisset. Longe major autem istarum ultimarum ex Arabico exemplari versionum copia in Galliam, & alias regiones invecta est, ex Hispania & Africa, ubi florebat inprimis Philosophiæ Aristotelicæ studium. Nam qui Africam & Hispaniam tenebant Muhamedani Principes, qvum literis & literatis faverent, magnam ex Oriente librorum Arabicorum multitudinem conquisiverunt, quorum exemplaria majorem in modum multiplicata, totam deinceps Europam, novis in Aristotelem commentariis repleverunt. Accesserunt Hebraicæ versiones multorum de Philosophia & Medicina scientiisque Mathematicis librorum, qui à Judæis in alias linguas transfusi novam commentandi materiam dederunt, adeo, ut certatim Arabes, tum Africani, tum Hispani, Judæi, & ipsi tandem Christiani, Aristotelis Philosophiam ab Averroe Cordubensi prolixis commentariis explicatam excolere tanto animi ardore cœperint, ut omnes eam quoque ad suarum religionum placita accommodaverint, & in fidei subsidium, non commode modo, sed utiliter adhiberi posse, censuerint. Unde autem hæc studia apud Arabes incœperint, paucis est exponendum.

7. Initio Muhamedani Imperii, nulla Pseudoprophetæ, aut primis ejus discipulis scientia exculta est præter gentilem illam, qua Arabes gloriabantur facundiam, & Poëticam. Facundiam vocabant, verbositatem, & eam præsertim quæ ex vocum obsoletarum & rarioris usus copia constaret, adeo ut qui pauca multis verbis, iisque non vulgaribus, modo per homæoptota disposita forent, diceret, is eloquentissimus judicaretur. Poëticæ par apud eos ratio, quæ syllabarum quidem certa mensura eaque multiplici constaret, artem vero, plane nullam, adeo ut neque Poëmatis Epici neque Dramatis aut Odes, aut alterius cujuscumque poëseos formam vel somniando viderint, eodemque stylo decurrant hymni ad Deum, historiæ, tum joculares, tum seriæ, & quidquid tandem versu scribi potest, eodem modo ab illis scriptum reperiatur. Comparationes & si quæ sunt orationis lumina ex tentoriis, camelis, venatu, vetustis Arabum moribus translata sunt, magna copia, nullo delectu, nullo judicio. Poëmata ejus generis, maximè ea quæ ad gentis suæ laudem pertinerent memoriæ commendabant, qui plura memoriter sciret is doctissimus habebatur: ingeniosissimus, qui ad Principes adiens extemporaneo aliquo poëmate eos salutaret; quo (*) in genere Hali Muhamedis gener maxime

(*) Emir Cond in ejus vita &c.

2011 Ministerio de Cultura

xime excelluiſſe dicitur. Hæc erat omnis Arabum literatura, Medicinæ quidam ſtudioſi ſub primis Califis Ommiadis fuerunt; & primus inter eos memoratur Hareth f. Calda, qui initio rerum Muhamedanarum vixit. Sed omnes usque ad Maſerjowia Chriſtianum Neſtorianum. qui ſub Morvano fuit, ſola experientia Medicinam exercebant: Scientiæ ipſius plane expertes. Is autem Græcos recentiores aliquot Tractatus, atque inter alios Aaronis Alexandrini Pandectas Arabice transtuliſſe dicitur. (*) Philoſophiæ vero naturalis, quæ fundamenta artis explicaret cura apud primos illos Arabes medicos nulla omnino fuit.

8. Itaque certior inchoatæ apud eos Philoſophiæ ſecundum Græcorum diſciplinas Epocha referri debet ad Abaſſidarum initia: poſt annum Imperii Muhamedanorum CXXXII. J. C. DCCXLIX. Familia hæc ex Chovaſana profecta, duce Abul Abbas Safah, Califas Ommiæ filios extinxit, & Imperio ſimul atque Pontificatu in ſe translato diu regnavit. Ex ea familia ſecundus Abujafar Almanſor ſcientiarum Græcarum ſtudia ad Arabes transtuliſſe dicitur, conquiſitis libris, & adhibitis doctiſſimis viris, qui eos Arabice interpretari poſſent. Sed quamvis communiter ita ſtatuant Arabes hiſtorici, cum tamen vix quidquam extet primarum illarum interpretationum, laus illa ad ſucceſſorem ejusque pronepotem Almamonem ſeptimum ex Abaſſidarum ſtemmate Califam referri vulgo ſolet à melioribus autoribus. Vixerunt quidem ſub Almanſore Syri non pauci Medicinæ ſtudio & profeſſione clariſſimi, atque inter alios Bochtiechua (†) & ejus filii, qui non pauca Medicorum veterum opera Arabice verterunt, & nonnulla Philoſophica. Fuit etiam Theophilus Syrus Edeſſenus, quem Maronitam fuiſſe dicit Abulfaragius, quamvis alii Neſtorianum dicant, à quo multa, ante Almamonis Imperium ex Græcis Syriace verſa ſunt, atque inter alia Homeri libri; ſi quidem Abulfaragio credendum, neque enim quidquam in monumentis Syrorum occurrit, unde ejus teſtimonium confirmari queat, aut inter illos quisquam eruditus licet, Homeri quidquam niſi nomen ſciviſſe videtur: unde illum Emir Condus, & alii non inter Poëtas, ſed inter Sapientes ſeu Philoſophos referunt.

9. Vertebant autem Græcorum libros in vernaculam ſuam linguam Syri, quia quotidie ſub Arabum Imperio Græcæ uſus obſoleſcebat, &

(*) Dynaſt. p. 127.

(†) Ita ſcribendum hoc nomen, non ut Pocockius Bachiua.

2011 Ministerio de Cultura

& cum neque jam ad Academias Chriſtianas commeare liceret, quæ in Græcia ſupererant Alexandria quoque olim Philoſophiæ, Medicinæ, Aſtronomiæ & Mathematicarum artium ſtudiis florentiſſima Muhamedana ſervitute premeretur, Græcique illi doctores omnino conticuiſſent, Syri docti, ut ſuis civibus, qua ſola ratione licebat auxilio forent, multos Syriace libros interpretati ſunt, ut qui Græce neſcirent, poſſent ex verſionibus Syriacis Sanctorum Patrum opera, Canones Conciliorum, omnia tandem quæ ad Theologiam & Jus Eccleſiaſticum ſpectant intelligere, Philoſophiæ quoque & reliquis ſcientiis dare operam, ne ſi barbaries, quam victores Arabes invexerant, etiam adverſus liberalia ſtudia invaleſceret, facilius ex ſumma ignorantia ad impietatem Muhamedanam dilaberentur. Igitur verſiones illæ Syriacæ, quæ omnium antiquiſſimæ ſunt, privato primum conſilio Chriſtianorum inſtitutæ; Arabicarum exemplar fuerunt. Fuiſſe autem multas non modo diſcimus ex Catalogo Syriacorum librorum Hebed Jeſu, Metropolitæ Sobenſis, quem Abraham Ecchellenſis edidit, ſed ex multis aliis Syrorum & Arabum autoritatibus. Nam quod ad res ſacras pertinet, præter Scripturæ utriusque Teſtamenti libros, quorum inter omnes Syriacæ verſionis præcipua eſt antiquitas, SS. Patrum opera multa extant eadem lingua, tum Philoſophica, Mathematica, & Medica longe plurima, & ex illis libris, quorum multi injuria temporum interciderunt, reperiuntur in Gloſſariis excerptæ voces Græcæ multæ, quod Syriacis reddi non facile potuerant. Plenum illarum eſt Lexicon Bar Hali.

10. Verum ſub Almamone potiſſimum floruerunt celeberrimi omnium prope librorum interpretes, de quo referre libet verba Abulfaragii, quia ſolus ex Arabicis autoribus qui Latine editi ſunt de hoc argumento ſcripſit; ita tamen, ut emendari & illuſtrari aliquibus in locis narrationem ejus oporteat. Is porro hiſtoriæ Dynaſtiarum p. 160. ſecundum Eduardi Pocockii verſionem ita ſcribit: *Primus eorum* (Arabum) *qui ſcientiis operam dedit fuit Califa Secundus* (ex Abbaſſidarum numero) *Abujaafar Almanſur, qui præterquam, quod legis peritia excelluit, Philoſophiæ etiam ſtudio incubuit, ac præcipue Aſtronomiæ. At ubi devolutum eſt inter ipſos Imperium ad Califam Septimum, Abdallam Almamunem, Aaronis Reſchidi filium, perfecit ille quod orſus fuit avus ipſius Almanſur, & ſcientiam locis ſuis quærere aggreſſus, cum Græcorum Regibus intercedens, petiit ab illis, ut qui apud illos eſſent libros Philoſophicos ad ipſum mitterent, qui cum*

2011 Ministerio de Cultura

ad ipsum quos haberent misissent, conquisitis ille interpretibus peritis, eos ipsis accurate vertendos imposuit. Ita Arabes multi, tum Muhamedani, tum Christiani, qui hunc autorem secuti sunt: at antiquiores plerique & quorum judicium reliquorum opinioni præferendum est, Emir Cond & ejus Epitomator Cond Emir Schah, a quibus historia Generalis accuratissime scripta est, tum autor Leb Tawavikh, & alii non pauci testantur versiones Arabicas quæ Almamonis auspiciis prodiverunt, ex Syriacis non minus quam ex Græcis Codicibus fuisse expressas, quod quidem præter alia multa suadet vetus Dioscoridis interpretatio Arabica, in qua Syriacæ multæ voces ad marginem adjunctæ reperiuntur, tanquam primævi quod illa versio repræsentabat exemplaris.

11. Omnes tamen versiones illas Arabicas veteres, nonnullæ serius a Syris Christianis elucubratæ prorsus aboleverunt. Inter alios celeberrimi duo interpretes fuerunt Nestorianæ sectæ Honain filius Isaaci, & Isaac ejus filius, qui anno Hegiræ 298. decessit J. C. 910. octoginta circiter annis post Almamonem. Primi quippe interpretes, ut de illis autores varii observant, Syri quidem Græce sciebant, magis omnino quam qui eos secuti sunt, sed Arabicæ linguæ aut erant expertes penitus, ut illi a quibus Syriacæ versiones factæ sunt, aut non ita periti, ut Arabice eleganter scribere facile possent. Qui primitus sub Amalmone ex Syriacis interpretationibus, Arabicas fecerunt, Græce plerumque nesciebant, atque adeo primitivum exemplar consulere non poterant. Hinc sæpissime ab illis peccatum in vertendo fuerat. Honain autem præ cæteris illud habuit, quod Hiræ natus, & juvenis Bagdadum profectus Arabicam linguam, cujus in ea urbe summa puritas erat, accurate didicerat: postea, cum a Joanne filio Masowia (quem vulgo Mesue appellant homines nostri) receptus in scholam ad Medicinæ studium non fuisset, in Græcorum ditiones se contulit, ubi biennium in Græca lingua addiscenda consumsit: mox in patriam rediens Basoræ aliquandiu substitit, quo Arabicæ linguæ majorem facultatem consequeretur, sub celebri magistro Chalilo, Ahmedis filio. Basorenses autem eximia præ cæteris linguæ illius peritia commendabantur, ita, ut proverbium inde natum fuerit. Is igitur præsidiis instructus, qualibus ante eum nemo, ad interpretandos libros animum adjecit: feliciter omnino, cumque Medicis interpretandis plus operis impendisset, (*) filius ejus Isaac Aristotelem &

(*) Vid. Abulfarag. pag. 172.

2011 Ministerio de Cultura

& multos alios pari ſucceſſu Arabice reddidit. Ita de utroque ſcribit autor inſignis Ebn-Chalican, in vitis virorum illuſtrium, & alii ferme omnes. Quanta porro verſionum illarum fama fuerit, vel eo ſolum conſtat, quod Ariſtotelis, & præcipuorum Galeni, Hippocratisque librorum Arabica exemplaria antiquiſſima, quæ in Bibliothecis reperiuntur, Honaini, aut Iſaaci ejus filii nomen præ ſe ferant, reliquæ vetuſtiores prorſus interciderint: illæ ſcilicet quibus antiquiores Medici inter Syros & Arabes uſi fuerant, Georgius f. Boctiechuæ, & alii ejusdem nominis & familiæ celeberrimi: Joannes f. Maſowiah, ſeu Meſue: Zacharias Tifurienſis, Maſeyowiah: Joannes f. Batrick, interpres, & multi alii.

12. Ita factum ut ab eo tempore Honaini & Iſaaci verſiones librorum Ariſtotelis, de quibus potiſſimum quærimus, apud Arabes inclaruerint, & paſſim lectæ ab ſtudioſis Philoſophiæ fuerint. Juxta illas Avicenna in Oriente, Alfarabius, Elgazali, (quem Algazel vocant) Abenbeja, (vulgo Avenpace) omnes tandem Ariſtotelis interpretes eum legerunt, & explicare aggreſſi ſunt, quorum in Europa celeberrimus Abenrached (vulgo nobis Averroës) fuit, cujus tamen in Oriente fama omnino mediocris olim erat, nunc ita oblivioni traditus eſt, ut rariſſime opera ejus Arabice inveniantur. Floruerat autem ab Almamonis tempore Philoſophia inter Arabes, ita tamen, ut apud plebem, & omnes qui traditionibus ſuperſtitioſis addictiores erant, quicumque Philoſophiæ ſtudium profitebantur, magna contemtæ religionis ſuſpicione: & Zindicæiſmi, ſeu Atheiſmi ſuſpicione laborarent. Hinc ſæpe ſeditiones adverſus Philoſophos multæ, maledicta adverſus Alfarabium, Avicennam & Averroëm frequentiſſima: ſed tamen favore principum, ex familia Bowiæ, & Seljutkidarum, tum aliorum, cum jam Califæ vix quidquam ex antiqua dignitate retinerent, auxerunt vehementer philoſophandi libertatem. Chriſtianis Orientalibus Philoſophia maxime culta eſt, occaſione controverſiarum de Religione Chriſtiana adverſus Muhamedanos, & Judæos qui eam rationibus philoſophicis impugnabant: tum magis adhuc propter antiquas de Incarnati Verbi myſterio diſputationes inter Melchitas ſeu Orthodoxos Concilii Calchedonenſis defenſores, & Jacobitas Dioſcori Monophyſitarumque ſectatores, & Neſtorianos utrisque infenſiſſimos. Hinc multi & quidem ſubtiliſſimi in tribus illis partibus extiterunt Dialectici & Metaphyſici, quorum extant in Bibliothecis diſputationes de propriis Eccleſiæ ſuæ doctrinis circa Incarnationis myſterium variæ:

2011 Ministerio de Cultura

de veritate Religionis Chriſtianæ adverſus Philoſophos, Judæos & Muhamedanos, in quibus de DEO Uno & Trino, de CHRISTO DEO & Homine philoſophice diſputant, nam de reliquis Theologiæ Chriſtianæ capitibus, nunquam prope philoſophati reperiuntur.

13. In Ægypto & Africa, quæ proprios ab aliquot ſæculis principes habebant, labente decimo ſæculo, cum non modo nulla eſſet Spiritualis Califarum autoritas, nam Fatimidæ, qui primo Africæ magnam partem occupaverunt; tum novum in Ægypto regnum fundaverunt, quod Salaheddinus deſtruxit, & in ſuam quæ Yubidarum dicta eſt familiam transtulit, Califis Bagdadenſibus anathema dicebant, eosque non modo ut Imperii uſurpati per tyrannidem, ſed ut occupati per vim, & cædem Hali Pontificatus reos diris devovebant. Ita major omnino ſub illis principibus philoſophandi libertas, quia major quam alibi traditionum, & hiſtoriarum per manus acceptarum, in quibus fundata erat jurisperitia eorum qui Califis adhærebant, contemtus inter eos homines fuit. Neque minor in Hiſpania libertas, tum ſub illis principibus qui rejecta quoque Califæ communione & autoritate Africam tenebant, & Maroci ſedem regni conſtituerant, ubi non minus quam Feſſæ, Segelmeſſæ & in aliis populoſis urbibus, magnopere florebant liberalium artium ſtudia. Ea igitur libertate uti complures tum Africani tum Hiſpani Arabes, totos ſe Philoſophiæ Ariſtotelicæ tradiderunt, quorum celeberrimus Averroës fuit & multi alii, quorum nomina occurrunt in Appendice Bibliothecæ Hiſpanicæ Nicolai Antonii, quamvis ex Arabicæ linguæ ignorantia, plerumque adeo corrupta ſint, ut agnoſci vix queant.

14. Ex Africa & Hiſpania idem Philoſophiæ Ariſtotelicæ ſtudium per Judæos in omnem prope Europam ſe diffudit, præſertim in Italia & Gallia, ubi tunc ingens erat eorum numerus, quantum ex Hiſtoriis publicis tum ex Judaicis intelligere facile eſt: quæ Latinæ editæ ſunt, & quas conſulere quivis per ſe poterit qui Hebraice neſciet, nempe *Tribus Juda*, verſa a Georgio Gentio: *Germen Davidis* a Vorſtio præter *Itinerarium Rabbi Benjamini*, & quidam alii de rebus Judaicis libri a Chriſtianis editi. Erant quippe tunc Judæi in aulis omnium ferme principum, non modo Muhamedanorum, ſed etiam Romani Pontificis qui dum Benjaminus ſcriberet Judæum habebat Rabbi Jechielem nomine, qui domeſtica ipſius negotia adminiſtrabat. In Principum vero miniſterio magnam ex medicinæ profeſſione autoritatem acquiſiverant. Eam ut magis excolerent

cum

2011 Ministerio de Cultura

cum artis Medicæ principes tunc in Europa fere ignorarentur, vixque extaret Hippocratis, Galeni, aut aliorum Latina verſio, in evolvendis Arabum libris multum ſe exercuerunt: qui tunc erant in Judæorum manibus, nam in Africa & in Ægypto Arabicam linguam vernaculam habebant, eaqve erat Hiſpanis quoque Judæis notiſſima, cum Arabes majorem adhuc Hiſpaniæ partem tenerent. Igitur Arabicorum librorum ope, Judæi quoque philoſophari cœperunt, circa undecimum ſæculum, ut Philoſophiæ Medicina accederet, quod vix antea feciſſe reperiuntur.

15. Qvippe in Oriente, præſertim vero in famoſis ſcholis Soræ & Pumbeditæ, ex qvibus præcipui Doctores, obſignato utroqve Talmude poſteriores prodierunt, in unico Sacræ Scripturæ, ſuarumqve Traditionum ſtudio occupabantur Judæi omnes, usqve ad poſtrema tempora eorum qvos Gheonim appellabant. Unde qvantum ex autore Zemakh David, R. Abraham filio Dior, & aliis qvi de ſuæ gentis viris illuſtribus memoriæ aliqvid prodiderunt manifeſtum eſt, opera eruditorum omnia in colligendis explicandisve traditionibus juridicis, occupabatur; adeo ut cum utrumqve Talmud lingva corrupta qvam Dialectum Babylonicam aut Hieroſolymitanam vocant ſcriptum foret, eadem in commentatorum ſcriptis barbaries occurrebat, qvi purius Hebraice ſcriberet vix qvisqvam reperiebatur. Nam ipſa ſacri bibliorum textus Hebraici peritia rariſſima erat: Lingvæ ſcilicet aliquem uſum ex aſſidua illius in Synagogis lectione habebant, ſed cum neqve Grammatica ulla extaret, neqve Lexicon, pauci aut nulli Commentarii qvi literam explicarent, ſed antiqvi tantummodo, allegorici præſertim, aut ex ſola magiſtrorum traditione conſtantes qvales illi, qvos *Rabbot* vocant, aut qvorum excerpta undiqve collecta in unum librum compegit autor Jalkuth, tunc ex ignorantia puri Sermonis Hebraici, pauci admodum Judæi eo ſcribebant, ſed Arabico.

16. Cœpit in Africa per Rabbi Judam Chiug, R. Jonam, aut Giannai, & nonnullos alios excoli Grammatica: & commentarii literales aliqvot in lucem prodierunt, qvi a Judæis, Hiſpanis & Gallis avide excepti, eos ad majus lingvæ ſuæ ſtudium acuerunt. Itaqve cum eodem ferme tempore hæc ſtudia Grammaticalia, tum literalis ſacrarum Scripturarum interpretationis nata & propagata fuiſſent, major omnino qvam antea fuit librorum in omni diſciplina a Judæis compoſitorum copia. Africani qvidem & Ægyptii ut Orientales nonnulli Arabice ſcribebant, atqve ita

R.

2011 Ministerio de Cultura

R. Saadias Gaon Mosis Pentateuchum, vel ut aliis placet totam Scripturam Sacram interpretatus fuerat, qvod alii qvoqve fecerunt ut interpres ille, qvem Erpenianum vocant, qvia ejus versio a Thoma Erpenio edita fuit, & alii qvi in Bibliothecis reperiuntur. R. Moses filius Maiemonis, Compendium Talmudicum eadem Arabica lingva scripserat, qva etiam posteaMoreNebuchim,siveDoctorum perplexorum ediderat:& multa alia. Hæc vero Scripta, qvum Judæis qvibus Arabica lingva familiaris erat usui esse possent, reliqvis qvi in Gallia, Italia, Germania, Poloniaqve erant maximo numero, inutilia plane fuissent, si in aliqvam notam ipsis lingvam non forent interpretata. Vulgares qvidem, præter qvam minus erant commodæ ad scientias tractandas, non adhibuerunt, idqve duplici videntur ratione feciſſe: nempe ne simul dum Judæis suis prodesse satagerent, Christianorum qvoqve studiis promovendis darent operam, qvod feciſſent, si vernaculis interpretationibus autores suos publicassent: Latine vertere non poterant, qvum primis illis post annum millesimum sæculis nullius ferme, qvi eam lingvam sciret, Judæi memoria sit: perpetua potius in eorum Scriptis appareat illius non minus qvam Græcæ ignorantia. Unde cum in aliqva voce abstrusiori explicanda, cujus Synonymon non facile in Hebraica lingva reperire licebat, laborant Sacræ Scripturæ Judæi commentatores Aben Ezra, Salomon Jarchi, David Kimhi, uti solent non Latinis, & si tunc in Europa satis notis, sed Aben Ezra & Kimhi, utpote Hispani, apud qvos vernacula Arabica tunc erat, Arabicis, rarius aliqvando vulgaribus Hispanicis: Salomon in Occitania natus Jarhi enim ab oppido Lunel dicto vocabatur, qvamvis alii Trecensem fuisse perhibeant, tamen in Gallia proprie dicta & Lutetiæ etiam cum diu vixisset, vernaculas nostrates adhibet. Tales qvoqve Glossæ in variis Bibliothecis reperiuntur, antiquiores quidem, Hispanicæ, Italicæ, aut Gallicæ; recentiores Germanicæ, Latinæ vix unqvam, ita ut etiam, si ea lingva scribere voluissent, vix potuissent.

17. Cum igitur, ut mox observatum fuit Hebraicam lingvam, & eam Talmudica Dialecto longe puriorem, jam in promtu haberent Judæi prope omnes eaqve, ut Latina in Scholis apud nos, ita in Synagogis publice inter eos doceretur, cœperunt ea, qvæ Christianis patere nollent Hebraice scribere; & post Commentarios omnis sacræ literaturæ varios, tam in Sacram Scripturam, qvam in Talmud utrumqve, cum Moses Maiemonis filius magna in Ægypto Medicinæ & Philosophiæ laude inclaruisset,

2011 Ministerio de Cultura

ruiſſet, cœperunt multi ejus exemplo animum ad Philoſophos Arabes legendos adjungere, aut Græcos qvi Arabice extabant.

18. Ab ea circiter ætate repetenda initia ſunt verſionum illarum Hebraicarum, qvæ poſtmodum Europam repleverunt. Nam Moſes & Juda, filii Tybbon, omnia fere qvantum ex variis Codicibus adipiſci licet, Ariſtotelis opera Arabicis exemplaribus uſi, Hebraice transtulerunt; nec enim extabant alia in hominum manibus. Verſiones porro Arabicæ tum Ariſtotelis, tum Hippocratis & Galeni, ipſæ erant qvas Honain, aut Iſaac ejus filius elaboraverant. Ab illis & aliorum autorum exemplaribus qvibus Ebn Sina, Ebn Beja, Ebn Rached, Alfarabi, atque alii tum Philoſophi tum Medici in commentando uſi fuerant, omnes prope Judæorum Hebraicæ verſiones prodierunt; dici quippe vix poteſt, quanta philoſophandi libido eos ceperit. Ex Hebraicis poſtea verſionibus, quæ ad exemplaria Arabica comparatæ, meliores omnino barbaris illis Latinis multoties interpolatis videbantur, iſtæ dum emendari cœperunt, factæ ſunt adhuc deteriores: cum non aliter recenſeri, niſi electa inter diverſiſſimas lectiones, qvæ veriſimilior videretur ab imperitiſſimis emendatoribus poſſent. Calonymus etiam, vel ut Hebraice vocabatur, *Chemtob*, & obſcuriores alii multa ſimiliter ex Arabico converterunt; adeo, ut Hippocrates, Galenus, Aëtius, Oribaſius, & nonnulli alii Græci Medici, tum demum Hebraice loqui cœperint, qvos conſecuti ſunt, qui majori apud illos obeſæ naris homines in pretio erant, Razis, Serapion, Meſue, & multi alii, qvi Syriace vel Arabice de Medicina ſcripſerunt: præſertim Avicenna, qvem etiam ante annos centum octoginta aut circiter Judæi Hebraice integrum Neapoli typis ediderunt. Ita Hebraice verſa Mathematicorum inſigniorum opera præcipua Euclidis, Ptolemæi, Theodoſii, Archimedis, qvæ verſiones in Bibliothecis extant.

19. Sed nullus magis fuit in manibus, qvam Abenrached ſeu Averroës Cordubenſis, cujus cum exigua aut prope nulla in Oriente apud nobiliores Arabum Philoſophos fama eſſet, at in Europa Commentator per excellentiam appellatus, cæterisqve omnino prælatus eſt. Ea vero qvæ antiqviſſima fuit ejus editio ſimul cum Ariſtotelis contextu, cum primum ex Arabicis codicibus facta fuiſſet, & ex collatione Hebraicorum exemplarium mire interpolata, tandem obſcurata majorem in modum fuit per Jacobum Mantinum, & Abrahamum de Balmis Judæos, qvi cum Latine ſcirent novam, ſed ex Hebraica verſionem dederunt. Itaqve

2011 Ministerio de Cultura

omnium deterrima illa ultima fuit, qvamvis recusa multoties & magnifice Venetiis fuerit. De qva minutatim secundum diversa ultimæ editionis volumina egit diligenter Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispanica. Ubi illud tamen animadvertendum erit, laudari ab autore virum nostratem Clarissimum, qvi in Dissertatione de optimo genere interpretandi scripsit, se versionem Averroïs qvorumdam librorum Arabicam diligenter cum Latina editione contulisse, reperisseqve fideliter consentientem. Illud cum vir clarissimus scriberet aretalogo cuidam fortasse nimium detulit, nihil enim facilius ab lingvarum peritis, qvam summa Arabici & Latini Averroïs discrepantia agnoscitur; neqve vir ille, qvem intime novimus, & si summa conditione celebris, Arabice tunc adeo sciebat, aut scit etiamnum, nam adhuc vivit, ut vel commata duo nisi alienis oculis conferre posset. Verum id certissime constare debet, veteres Averroïs & Aristotelici textus versiones, qvæ conjunctim extant, factas fuisse ad Arabica exemplaria: posteriores, Mantini, & Balmesii ad Hebraica. Unde fraudi esse nemini debet, quod vir summus Joannes Vives libro V. de causis corruptarum artium scripsit de Averroë: *Aristotelem vero, quomodo legit, non in sua origine purum & integrum, non in lacunam Latinam derivatum, non enim potuit linguarum expers, sed de Latino in Arabicum transvasatum.* Qvidqvid enim Aristotelis operum Arabice versum fuit, in Oriente, non in Occidente, versum est, neqve ex Latino Codice, sed primum, ut diximus, ex Græco, Syriace; tum ex utroqve Arabice: Qvidqvid autem Abulfaragius & nonnulli alii dixerint de Honainorum patris & filii in vertendis autoribus peritia & elegantia, qvam parum potuerint Syri in Aristotelis libris interpretandis satis qvisqve intelligit, cum difficultas eorum sive materia spectetur, sive oratio, acutissimos qvoqve Græcos & in Philosophia consummatos tantopere exercuerit; & si lingvam a pueritia familiarem haberent, essentqve ab omni Græcanica eruditione, qvæ Arabibus prorsus incognita est, paratissimi. Qvanta vero sit versionis illius Aristotelicæ qvam Averroës commentario suo explicare aggressus est inconcinnitas & obscuritas, vere & eleganter allato exemplo demonstrat eo qvem indicavimus loco, Vives, qvem consulere operæ pretium erit.

20. Multa si opus esset ejusmodi specimina dari possent, ex qvibus Commentatoris illius, fama qvam usqve ad bonarum artium ex Græcis fontibus instaurationem apud nostros obtinuit parum digni, obscuritas

&

2011 Ministerio de Cultura

& infantia deprehenduntur. Unde qvod Scholastici nostri veteres, dum Aristotelici videri volunt, nihil minus qvam Magistri sui doctrinam discipulis prælegerint manifestum est: qvamvis enim Themistii & Alexandri Aphrodisæi qvædam Arabice, & Hebraice versa fuissent, major adhuc exemplarium & ipsarum versionum corruptela erat. Neqve mirari satis possumus, D. Thomæ Aqvinatis, qvi Aristotelem talium interpretationum subsidio unico legerat, acumen & industriam, cum sæpe Aristotelem verius, saltem verisimilius, non modo qvam illi qvos sequebatur Averroës, & Arabes reliqvi, sed qvam Græci nonnulli, interpretatus agnoscatur.

21. Longioris operæ foret Philosophicos omnium librorum, qvi in Arabum manibus extiterunt, jam ante annos octingentos catalogum texere, nam fuerunt sane multi; qvorum plurimi in Hebraicam lingvam eo qvo diximus trium circiter sæculorum intervallo a Judæis translati fuerunt, eo successu ut postea doctissimi qviqve inter Hebræos, ita Philosophiam cum religione conjunxerint, ut qvod inter Christianos accidit, idem apud illos observetur. Scilicet ficut exorta Theologia Scholastica, qvæ a Dialecticæ Physicæ & Metaphysicæ Aristotelicæ principiis, novam res divinas tractandi methodum in Scholas induxit, ita Judæi, qvi omnia ex Scripturis, & patria traditione probare contenti erant, nec progrediebantur ulterius, ex eadem Philosophia audacius & sæpe non sine simpliciorum fratrum suorum scandalo, omnia explicare aggressi sunt.

22. Primus hoc fecit, aut saltem inter primos R. Moses Mayemonides edito libro *More Nebochim*, seu *Doctore dubitantium*, qvo titulo citatur a D. Thoma: erat enim antiqva ejusdem versio priusqvam suam Buxtorfius ederet, qvæ inter eruditos notissima est. Liber ille, qvia præter Hebræorum consvetudinem, Philosophiæ placitis religionem explicat, omnibus ferme, qvi tunc erant majori apud suos autoritate, Judæis ita displicuit, ut facile adversus eum Rabbi qvidam Salomon è Montepessulano, magnas turbas excitaverit, qvæ ad anathemata inter varias Synagogas, Narbonenses, Biterrenses, & Catalonicas utrimqve pronunciata exarserunt. Extant acta pleraqve hujus controversiæ, sed Hebraice tantum in Collectione variarum Epistolarum Hebraicarum Joannis Buxtorfii. Male qvoqve audiit autor libri *Bellorum Domini*, R. Levi fil. Gerson, & alii nonnulli, qvamvis ut apud nos factum fuerat erga primos

2011 Ministerio de Cultura

Theologos, qvi Philoſophiam Theologiæ, Ariſtotelicam præſertim, conjunxerant, ut initio tanqvam parum orthodoxi exagitarentur, & tam ipſi qvam eorum diſcipuli in Scholis poſtea regnarent, ita & Judæis illis contigerit. Nam Moſes Maiemonides & alii Philoſophi ſuperiores tandem evaſerunt, imo qvod haberent ſua Hebraica lingva autores multos, qvorum verſiones Latinæ intelligi vix poterant, qvod ſæpius ex comparatione cum aliis non melioribus interpolatæ fuiſſent, demum omnes fere autores Peripateticæ doctrinæ ex illorum libris aut commentariis publice prælegebaniur. Averroïs & Avicennæ, Alfarabii, Algazelis, Avempace, & aliorum Latinæ editiones ab illis recognitæ ſunt, aut de novo factæ, ſicut illæ qvas ultima Ariſtotelis cum Averroë editio repræſentat; donec tandem editis in Italia Græcis commentatoribus, Arabes & Hebræi ex Scholis Philoſophiæ & Medicinæ faceſſere juſſi ſunt.

23. Ut vero paucis verbis intelligatur, qvos potiſſimum autores haberent Judæi illi Philoſophi in pretio, qvosqve Arabice & Hebraice legebant, referemus particulam Epiſtolæ Moſis Maiemonidis ad Samuelem filium Tybbon, qvæ Hebraice extat in Collectione Buxtorfiana. Duos qvosdam libros qvi Ariſtoteli tribuebantur, & erant qvoddam Philoſophiæ compendium, rejicit ut ſpurios. Razis Metaphyſica non probat, qvia, inqvit, Medicus erat magis qvam Philoſophus: nec aliter judicat de Iſaaco Iſraëlita vulgo dicto, qvi *fundamentorum & definitionum* libros ediderat. Concludit ex recentioribus neminem in Logicis Alfarabio præferendum: mox Abubeker filium Elſaïeg, vulgo Avempace. Ariſtotelis libros legendos præ omnibus tanqvam omnis Philoſophiæ fundamenta, qvidqvid novi autores habeant, accepiſſe ex Alexandro, Themiſtio & Abenrached ſeu Averroë. Pythagoræ, Hermetis, Procli & Porphyrii libros veteris Philoſophiæ ſpecimina continere, ſed in qvibus legendis tempus inaniter collocetur. Habent qvippe tum Arabes tum Hebræi multa Pythagoræ & Hermetis: de Porphyrio mirum qvod ita judicet, Iſagoge qvippe ejus æqvalem prope cum Ariſtotelis libris apud eos habet autoritatem. Platonis profunditatem laudat, ſed parabolas ſcripſiſſe tantum ait, res ſcilicet abſtruſas eleganter explicatas: nec mirum, nam vix qvidqvam Platonis transtulerunt, qvod qvam boni elegantiæ & ingenii judices forent Syri, Arabes & Hebræi ſatis oſtendit. Verum Ariſtotelem ſufficere, ut qvi omnia ab aliis ante ſe tractata perfectius expoſuerit, & ad eum ſcientiæ gradum pervenerit, qvi qvantum humani

2011 Ministerio de Cultura

humani ingenii vires possunt, perfectissimus judicandus sit, adeo ut solo lumine per Prophetiam divinitus infuso superetur. Laudat Avicennam & Abulpharabio præfert. Ex ipsius opere *Doctoris perplexorum seu dubitantium*, qvo titulo laudatur a D. Thoma, intelligi potest acutissimi hominem ingenii fuisse, Peripateticum vero Græcorum aut recentiorum comparatione vix mediocrem. Scholasticos vero doctores non minus qvam Judæos Philosophos divinasse potius legendo Aristotelis libros qvam eos ad literam explicasse. Agnoscunt id, qvam verum sit, qvi vel pagellam, Græcam cum iis conferet interpretationibus, qvas aut Averroïs Latina editio, aut commentarii S. Thomæ repræsentant. Illarum, & aliarum qvarumcumqve omnium, nulla est, qvæ non insignes mutationes passa sit ex diversorum exemplarium comparatione, qvorum alia ad Græcum Codicem, alia ad Arabicum vel Syriacum, alia ad Hebraicum reformata erant, ita tamen ut censores versionum, qvæ vera esset lectio, discernere non possent, sed eligerent duntaxat qvæ verisimilior illis videretur. Quod cum in ipsis Arabicorum librorum Interpretationibus adeo freqvens est, ut qvæ ante ducentos prope annos habebatur, & Venetiis edita est Avicennæ Philosophia, tantum abeat ab autoris sensu, ut qui eam legat, nihil minus quam Avicennam teneat, multo magis sane erga Aristotelem accidit, perplexum & obscurum autorem.

VII. Inedita quædam.

Libro tertio hujus Bibliothecæ cap. 20. pag. 514. mentionem feci Dialogi, quem habeo ineditum, Astrologi Christiani, qui inscribitur: Ἑρμιππου ἢ περὶ Ἀστρολογίας, distinctum in libros duos, quorum capita hoc loco apponere juvat, ut de argumento hujus scriptoris, quem Paulo Alexandrino non multo juniorem suspicor, nec indignum esse puto editione, tanto melius constet.

Τὰ κεφάλαια τ̃ς α΄ λόγ.	*Libri primi capita.*
α΄. ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τ̃ς περὶ τοὺς ἀστέρας ἐπιστήμης περὶ τὸ θεῖον σφάλλεσθαι.	1. Scientiam astrorum non inducere errorem circa res divinas.
β΄. ὁποῖόν τι καὶ ἀνθρώπους ἡ μαντική.	2. Quid hominibus conferat divinati.

2011 Ministerio de Cultura

γ'. ὅτι οἱ ἀστέρες τὰ μέλλοντα σημαίνειν ἐγένοντο.

δ'. ὅτι οὐκ ἦν ἄλλως τὴν θέσιν τῶν σφαιρῶν τούτων πεφάχθαι.

ε'. δι' ἣν αἰτίαν οἱ ἀπλανεῖς τ ἀστέρων ἐγένοντο.

ς'. περὶ τ τ στοιχείων τάξεως, καὶ ποῖον αὐτῶν ποιητικὸν, καὶ ποῖον παθητικόν.

ζ'. δι' ἣν αἰτίαν ἐναντίαι ἐγένοντο αἱ κινήσεις ἀλλήλαις αὖτε τ ἀπλανῶς σφαίρας καὶ τ τ πλανομένων.

η'. ὅτι οὐ δι' ὃ προσημαίνουσι τὰ μέλλοντα οἱ ἀστέρες, διὰ τοῦτο καὶ κυροῦσιν οὕτω ταῦτ' ἀποβαίνειν.

θ'. ὅτι ἐξ ἀρχῆς ἡ τ μέλλοντος γνῶσις ἐκ τ περὶ τοὺς ἀστέρας ἀπισήμης ἐγένετο.

ι'. ὅτι ἡ τ σωμάτων σύστασις ἤρτηται πρῶτον τ φύσεως, αὕτη δὲ τ ἀστέρων, οὗτοι δὲ τ δημιουργικοῦ λόγου.

ια'. Θεωρία συντομος περὶ ζώων.

ιβ'. ὅτι τὸ θερμὸν πρῶτον ἡμῖν ἐστιν εἰς σύστασιν καὶ κυριώτατον, εἶτα δεύτερον τὸ ὑγρόν.

ιγ'. ὅτι ἕκαστον μέρος τ ἀνθρώπου καὶ τὰ ἐν αὐτῷ συμπτώματα εἰς ἕκαστον ἀνήκει τ ἀστέρων.

ιδ'. ὅτι καὶ τὸ σπέρμα ἐν τῇ νηδύι ἕκαστος αὐτῶν κατ' ἀριθμὸν ἐφορᾷ.

ιε. ὅτι

3. Astra condita esse ad res futuras significandas.

4. Non temere factam esse cœlestium sphærarum positionem.

5. Ob quam causam stellæ inerrantes conditæ sint.

6. De ordine elementorum, & quale ex illis sit agens, quale patiens.

7. Quare contrarii invicem sint motus sphæræ inerrantium errantiumque stellarum.

8. Astra ideo, quod res futuræ ab illis significantur, non etiam efficere ut illæ contingant.

9. Quod à primis temporibus ex scientia astrorum ducta fuerit divinatio.

10. Corporum constitutionem primum a natura, hanc ab astris, illa a ratione opificis dependere.

11. Succincta de animalibus sive signis Zodiaci præceptio.

12. Quod primum & præcipuum locum in nostra constitutione teneat calor, secundum humor.

13. Singulas partes hominis & quæ ipsi accidunt singula singulis astris respondere.

14. Quod semen etiam in utero a singularibus astris suo numero respiciatur.

15. Quod

2011 Ministerio de Cultura

ιε. ὅτι καὶ ἑκάστην ἡλικίαν.

ις. ὅτι νοεραί τινες οὐσίαι καὶ τὰς τῶν πλανητῶν σφαίρας κεκλήρωνται, καὶ ἕτεραι ἐφεδρεύουσι αὐταῖς, τούτων δὲ ἤρτηνται δαίμονες, καὶ ἐξ ἧς οἱ ἄνθρωποι.

ιζ. διὰ ἣν αἰτίαν ὁ μὲν ἑρμῆς ἀστὴρ ἐπιπλέον ἀεὶ συνεγγίζει τῷ ἡλίῳ, ὁ δὲ τῆς ἀφροδίτης ἔλαττον καὶ ἐξ ἧς οἱ ἕτεροι.

ιη. ὅτι οὐκ ἀϊδιός ἐστι τῶν ἀστέρων οὐσία.

ιθ. ὅτι ὁ κατὰ πρόσθεσις σχηματισμὸς τῶν ἀστέρων σύμφωνός.

κ. ὅτι καὶ ὁ νοῦς περιοδικῶς ἐνεργεῖ.

15. Quod ſingulæ etiam ætates.

16. Quod ſubſtantiæ quædam intellectu præditæ inhabitandas ſortitæ ſint erraticarum ſtellarum ſphæras, itemque aliæ iſtis ſubjectæ, à quibus dependent dæmones atque inde homines.

17. Quamobrem Mercurii ſtella plurimum ſemper vicina ſit Soli, Veneris autem minus, atque cæteræ deinceps.

18. Aſtrorum ſubſtantiam non eſſe æternam.

19. Sideribus configurationes, quæ ad numeros impares fiunt, eſſe convenientiſſimas.

20. Mentem, periodos ſive orbes conficiendo operari.

Τὰ κεφάλαια τοῦ β'. λόγου.

Capita libri ſecundi.

α'. περὶ γενέσεως ζώων.

1. De generatione animantium.

β'. διὰ ἣν αἰτίαν τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν ἐν μὲν τοῖς φυτοῖς ἥνωται, ἐν δὲ τοῖς ζώοις κεχώρισται.

2. Quare genus maſculinum & fœmininum in plantis conjuncta, in animalibus ſeparata exiſtant.

γ'. ὅτι ἑκάτερον τῶν στοιχείων διαφορὰν ἐν τοῖς ζώοις πλεονάζον δείκνυσιν.

3. Quodlibet elementorum, ſi prævaluerit, differentiam in animalibus demonſtrare.

δ'. ὅτι τῶν κατὰ φύσιν μόνων συμβαμάτων ἡ ἀστρολογία προγνωστική.

4. Quod Aſtrologia non niſi naturales eventus prænoſcat.

ε'. ὅτι οὐδὲ τὴν ζωὴν οἱ ἀστέρες ὁρίζουσιν.

5. Quod vitæ terminum non definiunt aſtra.

ς'. ὅτι τὰ περὶ ὑγείαν καὶ νόσον καὶ ζωὴν καὶ θάνατον πολυχιδεῖς ἔχουσι τὰς δέχας.

6. Quod multiplex ſit aſtrorum poteſtas in valetudinem, morbos, vitam & mortem.

ζ'. ὅσα

7. Quæ-

2011 Ministerio de Cultura

ζ'. Ὅσα σημαίνουσιν αἱ ἀπλανεῖς τ' ἀστέρων.
η'. Περὶ ὧν ποιεῖ ἡ σελήνη.
θ'. Δι' ἣν αἰτίαν ἐν ταῖς συνόδοις ποτὲ μὲν ὕει ἄλλοτε δ' οὔ.
ι'. Ὅσα σημαίνει καὶ τὰς ἐκλείψεις αὐτῆς.
ια'. Ὅτι οὐκ ἀποβλέπουσιν εἶναι τὴν βλάβην ἐπαναπεινόμεναι.
ιβ'. Θεωρία περὶ τ' ἑπτὰ κλιμάτων καὶ μέχρι πόσου ἕκαστον ἐκτείνεται.
ιγ'. Μέθοδος περὶ τ' κ' πλάτους αὐτῶν θέσεων.
ιδ'. Διὰ τί ἀναφέρονται πρὸς ὕψος οἱ πλάνητες.
ιε'. Ὅτι πάντων τ' ἐν γῇ οἱ σπερματικοὶ λόγοι ἐν οὐρανῷ.
ις'. Ὅτι οὐκ ἰσάριθμοι τοῖς ἄστροις αἱ ψυχαί.
ιζ'. Θεωρία περὶ γενέσεως, καὶ ὅτι οὐκ ἔξωθεν εἰσδύεται ἡ ψυχή.
ιη'. Περὶ πνευμάτων καὶ πόθεν ἔχουσι τὴν σύστασιν.
ιθ'. Περὶ δ τ' μετεώρων σημειώσεως.
κ'. Περὶ ἑβδομάδος, καὶ ὅσον λυσιτελεῖ τὸ σχολάζειν περὶ τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν.

7. Quænam per inerrantes ſtellas ſignificentur.
8. Circa quænam operetur luna.
9. Quare in conjunctionibus jam pluat, jam non pluat.
10. Quænam in eclipſibus luna ſignificet.
11. Quod eclipſes non intendunt damnum inevitabile.
12. Præceptio de ſeptem climatibus, & quousque ſingulorum extendantur.
13. Methodus, eorundem latitudinem deſcribendi.
14. Quare planetæ aſcendant, (& deſcendant).
15. Omnium rerum terreſtrium ſeminales rationes eſſe in cœlo.
16. Animas numero non reſpondere ſiderum.
17. Præceptio de generatione, & quod non extrinſecus anima immittitur.
18. De ventis & unde fiant.
19. De meteororum ſignificatione.
20. De ſeptenario, & quam utilitatem afferat ſcientiæ hujusmodi rerum vacare.

Ex multorum veterum teſtimoniis (*) conſtat PLUTARCHUM inter alia ſcripſiſſe libros tres εἰσαγωγῆς ſive *introductionis de anima*, jam pridem ut videtur deperditos. Ex illis petita eſſe exiſtimo, quæ ex Plutarcho

(*) Adduxi ea lib. 4. hujus Bibl. c. XI. §. 5. p. 368.

2011 Ministerio de Cultura

Plutarcho affert *Olympiodorus* Commentario, quem habeo ineditum, in Platonis Phædonem. Ex illo apponere hoc loco juvat, quæ ex Plutarcho excerpſiſſe Olympiodorum mihi perſvadeo.

ἘΚ ΤΩΝ ΤΟΥ̃ ΧΑΙΡΩΝΈΩΣ.

Ὅπ ἐ Τ Ἀπισηȏν αἴπιον τ Ἀπισήμης, ὡς Ἀρκεσίλαȣ. ἔτω γὰρ κὴ ἡ ἀνεπισημοσύνη, τ Ἀπισήμης αἰτία Φανεῖται.

Ὅπ ἐχ ἡ ψυχὴ τρέπει ἑαυτὴν εἰς τὴν τ πραγμάτων καζάληψιν κ ἀπάτην, κ τ̃ς ἀπὸ τ ϛοᾶς. ὡὼς γὰρ αἰτία ἑαυτῇ γνώσεως ἡ ψυχὴ κὴ ἀγνοίας, μήπω αὐτ̃ς ἔχȣσα ἀρχήν.

Ὅτι μίνῳ τῷ Πλάτωνι ῥᾴϛον ἀποδ̃ναι τ λόγον, εἰς λήθην κὴ ἀνάμνησιν ἀναφερονζι τὴν γνῶσιν κὴ τὴν ἄγνοιαν.

Ὅπ ἔνϵσι μὲν αἱ Ἀπιςῆμαι, κρύπτονται δὲ ὑπὸ τ ἄλλων ἐπεισοδίων, ὁμοίως τῇ ὑπὸ Δημαράτȣ πεμφθείσῃ δέλτῳ.

Ὅτι κὴ τὸ ζητεῖν κὴ τὸ ἐυρίϵκειν δηλοῖ τὴν ἀνάμνησιν. ἔπ γὰρ ζητήσειεν ἄν τις ἔ ἐϵιν ἀνενόητος, ἔπ ἀνεύροι ἀφ᾽ γε ζητήσεως. λέγεται γὰρ ἐυρίϵκειν, ϵ ὁ κ̃ πρείπωσιν.

Ὅτι ἀπόρ ἔνζαȣ, εἰ ϵἰόντε ζητεῖν κ ἐυρίϵκειν, ὡς ἐν Μένωνι πεβέβληται. ἔτε γὰρ ἃ ἴσμεν, μάταιον γὰρ. ἔτε ἃ μὴ ἴσμεν, κἂν γὰρ πειπεϵόμεθ᾽ αὐτοῖς, ἀγνοȣμεν, ὡς τ̃ς τυχȣσι. Οἱ μὲν γὰρ πειπατητικοὶ τ δυνάμει νῦν ἐπενόησαν. ἡμεῖς δὲ ἠπορȣμεν, ἀπὸ τ ἐνεργείᾳ εἰδέναι κὴ μὴ εἰδέναι. ἔϵω γὰρ εἶναι τ δυνάμει νῦν, ἀλλ᾽ ἔτι ἀπορία ἡ αὐτή. πῶς γὰρ ἔτȣ νοεῖ; ἢ γὰρ ἃ οἶδεν, ἢ ἃ ἐχ οἶδεν. Οἱ δὲ ἀπὸ τ ϛοᾶς τὰς φυϵικὰς ἐννοίας αἰτιῶνται. εἰ μὲν δὴ δυνάμει, τὸ αὐτὸ ἐρȣμεν. εἰ δὲ ἐνεργείᾳ, πάτι ζητȣμεν ἃ ἴσμεν. εἰ δὲ ἀπὸ τότων ἄλλα ἀγνοȣμενα, πῶς ἅπερ ἐχ ἴσμεν; οἱ δὲ Ἀπικούρειοι τὰς προλήψεις, ἃς εἰ μὲν διηρθρωμένας, φασὶ, πειδὴ ἡ ζήτησις. εἰ δὲ ἀδιαρθρώτȣς, πῶς ἄλλό τι πρὸ τ̃ς προλήψεις ἐπιζητȣμεν, ὅγε ἐδὲ πρειλήφαμεν.

Ὅτι κὴ ἡ ἀλήθεια τὸ ὄνομα δηλοῖ λήθης ἐκβολὴν εἶναι τὴν Ἀπιστήμην, ὅ ἐϛι ἀνάμνησις. ὅτι κὴ οἱ μητέρα τ μȣσῶν τὴν μνημοσύνην ἐπόντες, αὐτὸ τȣτο ἐνδείκνυνται. αἱ μὲν γὰρ Μȣσαι τὸ ζητεῖν παρέχονται. ἡ δὲ μνημοσύνη τὸ ἐυρίϵκειν.

Ὅτι κὴ οἱ πολλοὶ τὸ ἀγνοεῖν Ἀπιλελῆθαι λέγοντες, τῷ αὐτῷ μαρτυρȣσι. λανθάνειν γὰρ ἡμᾶς Φαμὲν, ἅπερ ἀγνοȣμεν. κ̃ λαθραῖα πράγματα καλȣμεν τὰ ἀγνοȣμενα.

2011 Ministerio de Cultura

Ὅτι καὶ περὶ βιοτῆς ἀναμνήσεις ἱστορῦνται, οἷα καὶ ὁ τοῦ Μύρωνος.

Ὅτι καὶ ὅσοι γαλῆν φοβοῦνται ἢ σαῦρον ἢ χελώνην, οὐκ εἰδέναι αὐλάς. Ὅτι βερέκυς ἀδελφιδοῦς ἄρκτους θηρῶν καὶ λέοντας, ὅμως ἀλεκτρυόνα οὐδὲ ἰδεῖν ἠδύνατο. Φαρμακοπώλην δέ τινα εἰδέναι, τοὺς μὲν ἀσπίδων καὶ δρακόντων, μηδὲν πάσχειν. μύωπας δὲ φεύγειν, μέχρι βοῆς καὶ ἐκστάσεως. Θεμίσων δὲ ὁ ἰατρὸς τὰ μὲν ἄλλα πάθη πάντα μετεχειρίζετο. τὴν δὲ ὑδροφόβαν εἴ τις καὶ ὠνόμασε μόνον, ἐφρίττετο, καὶ ὅμοια ἔπασχε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ καλεχομένοις, ὧν αὐτὸν εἶναι, τὴν ἀνάμνησιν τοῦ παθήματος.

Ὅτι αἱ τῶν παθημάτων σφοδρότεραι, τυπτοῦσι τὰς μνήμας εἰς δύο χωρίσεις. οἷον τὸ πολεμάρχου, καὶ τὸ ἐν Κορίνθῳ ὑπὸ τοῦ μεγάλου σεισμοῦ, καὶ τὸ ἐν Ἀμύργῃ τοῦ Δημητρίου ἐγγεγραμμένον τῷ τάφῳ.

Ὅτι ὅμοια πάσχουσι καὶ οἱ ποταμοὶ μᾶλλον, ἢ θάλατταν δεδοικότες, καὶ οἱ πρὸς τὰ ὕψη περατούμενοι.

Ὅτι τὰ νεογενῆ παιδία ἀμυδρῶς μὲν ἄγχιον βλέπει μέχρι τριῶν καὶ δέκα ἑβδομάδων, ὑπονοίαν τοῦ πλείω χρόνον. ἀλλ' ὅμως ποτὲ καθ' ὕπνους καὶ πολλάκις γελᾷ καὶ διαχεῖται. τίνα δ' ἂν τρόπον ἄλλον τοῦτο συμβαίνει, ἢ τοῦ ψυχῆς τότε ἀπὸ τοῦ δίκης τοῦ ζώου ἀναφερούσης, καὶ τὰς ἑαυτῆς περιπαθείας κινουμένης;

Ὅτι καὶ αἱ πρὸς τάδε ἢ τάδε εὐφυΐαι, τὸν ἀποβαίνουσι τρόπον.

Ὅτι τὸ μὲν λέγειν ἄτω πεφυκέναι, παχύ τε καὶ ἰδιωτικὸν, καὶ ἀρχὴν πρὸς πᾶσαν ἀπόκρισιν. Ἀλλὰ οἷον τὸ πεφυκέναι ζητητέον ὅμως, ἄλλο γὰρ ἄλλως ὡς τοῦ λογικῆς ψυχῆς, τὸ ἀπὸ τοῦ πρεγνωσμένων, τὰ παρόντα ἀναγνωρίζειν.

Ὅτι ἔσωθεν ἐκφέρομεν τὰς τῶν ζητημάτων ἐπιστήμας, δηλοῖ τὸ πρὸς τὴν εὕρεσιν συντεινομένους, εἴσω βλέπειν.

Ὅτι καὶ ἡ εὐφροσύνη ἐπὶ τοῖς εὑρήμασι, δηλοῖ τὸ ἀναγνωρισμὸν τοῦ ὅτι μάλιστα οἰκείας ἡμῖν ἀληθείας, ἐν τῷ μίσῳ χρόνῳ οἷον ἀπολομένης.

Ὅτι βίων ἠπόρει πρεῖ τοῦ ψεύδους, εἰ τὸ αὐτὸ καὶ ἀνάμνησιν, ὡς τὸ ἐναντίον γε, ἢ οὔ, καὶ τί ἡ ἀλογία. ἢ ῥητέον, ὡς τοῦτο γίνεται, καὶ τὸ εἴδωλον τοῦ ἀληθοῦς. Τὸ δὲ εἴδωλον εἶναι τοῦτο ὅπερ ἀληθοῦς, οὐκ ἄν τις νομίσειεν, εἰ μὴ πῆ εἰδείη τὸ ἀληθές.

Ὅτι Στράτων ἠπόρει, εἰ ἔστιν ἀνάμνησις, πῶς ἄνευ ἀποδείξεων οὐ γιγνόμεθα ἐπιστήμονες. πῶς δὲ οὐδεὶς αὐλητὴς ἢ κιθαριστὴς γέγονεν, ἄνευ μελέτης; ἢ μάλιστα μὲν, γεγόνασι τινὲς καὶ αὐτοδίδακτοι. Ἡράκλειτος ὁ Αἰγύπτιος γεωργός.

2011 Ministerio de Cultura

ωργός. Φήμι ὁ Ὅμηρος. Ἀγάθαρχος ὁ ζωγράφος. εἶτα καὶ αἱ ψυχαὶ πολλῷ τῷ κάρῳ κατεχόμεναι τῆς γνώσεως, πολλῆς πρὸς ἀνάμνησιν δέονται τῆς μοχλείας. διὸ καὶ τῶν αἰσθητῶν χρήζουσιν.

Ὅτι ὡς ἡ Φαντασία, ἀφ' ἑνός τινος ὀνόματος ὅλως ἀναμιμνήσκεται βίος, οἷον τοῦ Ἀλκιβιάδου, ὅτω καὶ ἡ λογικὴ μνήμη ἀπὸ τῆς τυχούσης ἀφορμῆς, πρόσεξευρίσκει πλείονα.

Ὅτι ἔοικεν ἡ πρὸς τὸ σῶμα σύνδεσις ἁπλησίᾳ, καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῃ, ἀφέστολε ἀναφέρεσιν αἱ ψυχαὶ τὰ καθεστῶτα.

Ὅτι εἰ μὲν ἀεὶ πρὸς τὰ πρόσθεν ἦσαν ἀναμνήσεων αἱ μαθήσεις, ἐπ' ἄπειρόν εἰσιν αἱ ψυχαὶ ἁπὶ τὰ πρόσω. λείπει δὲ καὶ τὸ ἁπὶ θάτερον μέρος. διόπερ ὅπως ἀθάνατοι. εἰ δὲ ἀπὸ χρόνου γενομένη μετ' ἀπιστήμης γέγονε, πῶς ἀποβάλλει αὐτὴν εὐθέως κατ' ὀσίαν; (*ὅτω γὰρ κάλλιον ἁπλύσασθαι, ἅπερ ὡς ὁ ἐξηγητής. εἰς γὰρ ποικιλίαν ἐξηνέχθη πολλήν.)

Ὅτι σαφῶς ὁ Κέβης, ὃ κατ' αὐτὸν συμπεφόρημαι ἐπάγει ἄλλην ἁπιχείρησιν, ἀλλὰ τὸ ἀντίστροφον. ἐννοεῖ τε τὸ τοῦ Σωκράτην ἀπομιμήσκει, δεικθῆναι δυνάμενον τὸ πρὸ τοῦ σώματος εἶναι τὴν ψυχήν. καὶ ταύτῃ ὃν λέγει τὴν ψυχὴν ἀθάνατόν τι εἶναι, εἰ ἀπυπάρχει χωριστή.

Ὅτι τῶν ἄλλων οἰομένων τὴν ψυχὴν, καὶ συγγίγνεσθαι τῷ σώματι καὶ συμφθείρεσθαι, τοῦτο μὲν ἀναστευάζει ὁ πρῶτος λόγος. ἐκεῖνο δὲ ὁ δεύτερος.

Ὅτι ἡ μαιευτικὴ ἐρώτησις, πρόσκλησις ἦσα τῆς κυομένης ἁπιστήμης, ἀναγκαίως δείκνυσιν αὐτὴν προϋπάρχουσαν. ὡς ἔργῳ δείκνυσι καὶ ὁ Σωκράτης ἐν τῷ Μένωνι.

c) In procœmio Institutionum Justiniani, & Institutiones Caji & rerum cottidianarum libri memorantur. Fragmenta institutionum Caji, illustravit Hieron. Aleander junior, Venet. 1600. 4. Jac. Oiselius Lugd. Bat. 1658. 8. & in Simonis Leeuwii collectione de origine & progressu juris civilis Rom. ibid. 1672. 8. Præcipue vero in Jurisprudentia vetere Nobilissimus Vir Antonius Schultingius Lugd. Bat. 1717. 4. Vide etiam de Cajo, Anton. Augustinum lib. 1. emendation. cap. 5.

d) Verborum.

2011 Ministerio de Cultura

De manumissionibus βιβλια τρια.
Fideicommisson βιβλια δυο.
De casibus βιβλιον εν.
Regularion e) βιβλιον εν.
Dotalicion βιβλιον εν.
ΥΠΟΘΗΚΑΡΙΑΣ f) βιβλιον εν.

21. ΒΕΝΟΥΛΕΙΟΥ g)
Stipulationon βιβλια δεκα εννεα.
Actionon βιβλια δεκα.
De officio Proconsulis βιβλια τεσσαρα.
De pœnis paganorum βιβλιον εν.
Publicon βιβλια τρια.
De interdictis βιβλια εξ.

22. ΤΕΡΤΥΛΛΙΑΝΟΥ.
Quæstionon βιβλια οκτω.
De castrensi peculio h) βιβλιον εν.

23. ΙΟΥΣΤΟΥ.
Constitutionon βιβλια εικοσι.

24. ΟΥΛΠΙΑΝΟΥ.
Ad Edictum βιβλια ογδοηκοντα τρια.
Ad Sabinum βιβλια πεντηκοντα εν.

e) Regularum. Etiam liber tertius regularum Caji citatur l. 43. D. de injur.

f) Ad formulam hypothecariam. Labittus præterea observat in Pandectis laudari Caji ad edictum Ædilium Curulium libros duos, ad edictum Prætoris Urbani sive ad edictum urbicum pluribus titulis, libros duos ad edictum prætoris urbani de testamentis, libros tres ad edictum prætoris urbani de legatis, librum singularem de tacitis fideicommissis, alium ad SCtum Tertullianum, alium ad legem Glitiam, & denique commentarios.

g) Venuleji Saturnini Disputationum liber VII. citatur l. 18. D. judicatum solvi.

h) Citatur etiam in Codice Justinianeo l. 7. de curatore furiosi & prodigi.

2011 Ministerio de Cultura

Ad Leges βιβλια εικοσι.
Diſputationon i) βιβλια δεκα.
Protribonalion βιβλια δεκα.
De officio Proconſulis βιβλια δεκα.
Παυδεκτε βιβλια δεκα.
Regularion k) βιβλια επτα.
Fideicommiſſon βιβλια εξ.
Opinionon βιβλια εξ.
De adulteris βιβλια πεντε.
De appellationibus βιβλια πεντεκαιδεκα.
De officio Conſulis βιβλια τρια.
Inſtituton βιβλια δυο.
Regularion l) βιβλιον εν.
De cenſibus βιβλια εξ.
Reſponſon βιβλια δυο.

Τε αυτε μονοβιβλα.

De ſponſalibus.
De officio Præfecti Urbi.
De officio Præfecti Vigilum.
De officio curatoris reipublicæ.
De officio prætoris tutelaris.
De officio quæſtoris.

25. ΠΑΥ-

i) *Diſputationum publicarum* libros vocat Codex Juſtinianeus l. 11. de quæſtionibus: Et Ulpiani *notas ad Papinianum* laudat l. 13. de ſententiam paſſis & reſtitutis.

k) Regularum. Ex hoc corpore regularum Ulpiani ſuperſunt tituli XXIX. excerpti ab Aniano, & poſt Cujacium noviſſime inſigniter illuſtrati à laudato Schultingio in Jurisprudentia vetere, Lugd. Bat. 1717. 4.

l) Regularum. Citantur præterea in Pandectis, Ulpiani libri II. ad edictum Ædilium curulium: ad legem Æliam Sentiam libri IV. De officio Conſularium liber ſingularis. De officio Quæſtoris liber II. Pandectarum liber ſingularis. Excuſationum liber ſingularis. Digeſtorum liber XLVIII. nec non notæ ad Papinianum, Ariſtonem, Marcellum.

2011 Ministerio de Cultura

25. ΠΑΥΛΟΥ. m)
Ad edictum βιβλια ογδοηκοντα.
Quæstionum βιβλια εικοσι εξ.
Responson βιβλια εικοσι τρια.
Brevion βιβλια εικοσι τρια.
Ad Plautium βιβλια δεκα οκτω.
Ad Sabinum n) βιβλια δεκα εξ.
Ad Leges βιβλια δεκα.
Regularion o) βιβλια επτα.
Regularion βιβλιον εν.
Sentention ητοι facton βιβλια εξ.
Sentention βιβλια πεντε p)
Ad Vitellium βιβλια τεσσαρα.
Ad Neratium βιβλια τεσσαρα.
Fideicommisson βιβλια τρια.
Decreton βιβλια τρια.
De adulteriis βιβλια τρια.
Manualium βιβλια τρια.
Instituton βιβλια δυο.
De officio Proconsulis βιβλια δυο.

m) Pauli *liber tertius fideicommissorum* laudatur in Codice Justinianeo l. 1. de communi servo manumisso. *Notæ ad Papinianum* l. 13. de sentent. pass. & restit. Sed & in Pandectis, citantur Pauli notæ ad libros quæstionum & ad libros responsorum Papiniani, nec non ad Scævolam & ad libros Digestorum Juliani, & epitomatorum Alfeni Digestorum libri quinque: ad edictum Ædilium curulium libri II. & de officiis Consulis liber III.

n) Pauli *ad Plautium & ad Massurium Sabinum libri* laudantur in Institutionibus Justinianeis de hæred. instituend. §. 1.

o) Regularum.

p) Hi libri quinque Pauli receptarum sententiarum ad filium, cum interpretationibus Aniani, tulere ætatem, sæpiusque editi & à Cujacio, Rittershusio, aliisque viris doctis illustrati sunt, novissime ab Jurisconsultissimo Schultingio in opere quod paullo ante laudavi, & juris antiqui studiosis debet esse quam commendatissimum.

2011 Ministerio de Cultura

Ad legem Æliam Sentiam βιβλια γ'.
Ad legem Juliam (†) βιβλια δυο.
De jure fiſci βιβλια δυο.
Regularion q) βιβλιον εν.
De cenſibus βιβλια δυο.

Τα αυτα μονοβιβλα.

De pœnis paganorum.
De pœnis militum.
De pœnis omnium legum.
De uſuris.
De gradibus & adfinibus.
De jure codicillorum.
De excuſationibus tutelarum.
Ad regulam Catonianam.
Ad Senatusconſultum Orfitianum.
Ad Senatusconſultum Tertyllianum.
Ad Senatusconſultum Silanianum.
Ad Senatusconſultum Bellejanum r)
Ad Senatusconſultum Libonianum ſeu Claudianum.
De officio Præfecti Vigilum.
De officio Præfecti Urbi.
De officio Prætoris tutelaris.
De extraordinariis criminibus.
ϒποθηκαρια. (*)
Ad municipalem.
De publicis judiciis.
De inofficioſo teſtamento.
De Septemviralibus s) Judiciis.
De jure ſingulari.
De ſecundis tabulis.

Ad

(†) al. Juniam, minus bene.
q) Regularum, ut ſupra.
r) Vellejanum. Etiam Pauli ad SCtum Turpillianum liber ſingularis citatur l. 68. D. de ritu nuptiar. & aliis in locis.
(*) ὑποθηκαρίας, ad formulam hypothecariam.
s) lege: Centumviralibus.

2011 Ministerio de Cultura

Ad orationem Divi Severi. t)
Ad orationem Divi Marci.
Ad legem Velleam.
Ad legem Cinciam.
Ad legem Falcidiam.
De tacito fideicommiſſo.
De portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur.
De juris & facti ignorantia.
De adulteriis.
De inſtructo & inſtrumento.
* De appellationibus. *
De jure libellorum.
De teſtamentis.
De jure patronatus.
De jure patronatus, quod ex lege Julia & Papia venit.
De actionibus.
De concurrentibus actionibus.
De interceſſionibus feminarum.
De donationibus inter virum & uxorem.
* De legibus. *
De legitimis hereditatibus.
De libertatibus dandis.
* De Senatusconſultis. *

26. TRYPHONINU. u)

Diſputationum βιβλια εικοσι εν.

27. ΚΑΛ-

t) Etiam Pauli ad orationem Divi Severi & Commodi. Et ad Orationem Divi Antonini & Commodi citatur in Pandectis. Nec non μονόβιβλος ad legem Fufiam Caniniam. Et libri ſingulares de aſſignatione libertorum, de officio aſſeſſorum, de variis lectionibus, de cognitionibus, de forma teſtamenti, de conceptione formularum, de dotis repetitione, de literali cauſa, & de articulis liberalis cauſæ.

u) Citantur & Tryphonini hujus notæ ad libros Digeſtorum Scævolæ, l. 17. D. de fideicommiſſariis libertatibus.

2011 Ministerio de Cultura

27. ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ.
De cognitionibus βιβλια εξ.
Edicton monitorion βιβλια εξ.
De jure fisci βιβλια τεσσαρα.
Instituton βιβλια τρια.
Quæstionon βιβλια δυο.

28. ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ.
Militarion βιβλια τεσσαρες.

29. ΜΑΡΚΙΑΝΟΥ.
Instituton x) βιβλια δεκα εξ.
Regularion y) βιβλια πεντε.
De appellationibus βιβλια δυο.
Publicon z) βιβλια δυο.

Τυ αυτυ μονοβιβλα.
De delatoribus μονοβιβλον.
Υποθηκαριας a) μονοβιβλον.
Ad Senatusconsultum Turpillianum μονοβιβλον.

30. ΓΑΛΛΟΥ ΑΚΥΛΑ.
Responsa.

31. ΜΟΔΕΣΤΙΝΟΥ. b)
Responson βιβλια δεκα εννεα.
Πανδεκτυ βιβλια δεκα δυο.
Regularion c) βιβλια δεκα.

Diffe-

x) Ælii Marciani *Institutiones* laudantur in Institutionibus Justiniani tit. de lege Aquilia §. 1.
y) Regularum.
z) Marcianus *libro I. de publicis judiciis* citatur in Codice Justinianeo l. 7. ad leg. Jul. Majestatis. Idem *in Constitutionibus Divi Severi* l. 1. de commu. ser. manumiss. Sed & in Digestis laudari videas Marciani Digestorum librum VII. & notas ad libros Papiniani de adulteriis.
a) Ad hypothecariam formulam.
b) Citatur etiam Modestinus in Codice Justinianeo l. 36. de inoff. test. & l. 5. ad exhibend. In Digestis autem laudantur ejus de præscriptionibus liber IV. ad Q. Mucium Scævolam liber XIV. & XXXI.
c) Regularum.

2011 Ministerio de Cultura

Differention βιβλια εννεα.
Excuſationum d) βιβλια εξ.
De pœnis βιβλια τεσσαρα.

Τϐ αυτϐ μονοβιβλα.

De præſcriptionibus.
De inofficioſo teſtamento.
De manumiſſionibus.
De legatis & fideicommiſſis.
De teſtamentis.
De evrematicis. e)
De enucleatis caſibus.
De differentia dotis.
De ritu nuptiarum.

32. ΤΑΡΡΟΥΝΤΗΝΟΥ ΠΑΤΕΡΝΟΥ.
Militarion βιβλια τεσσαρα.

33. ΜΑΡΚΟΥ.
Militarion βιβλια δυο.
Publicon βιβλια δυο.
De officio Præſidis βιβλια δυο.
Εικοσων f) βιβλια δυο.
De appellationibus βιβλια δυο.

34. ΑΡΚΑΔΙΟΥ.
De teſtibus βιβλιον εν.
De officio Præfecti Prætorio βιβλιον εν.
De muneribus civilibus βιβλιον εν.

d) Antonii Auguſtini liber ſingularis ad Modeſtinum, ſive in fragmenta hujus de excuſationibus, prodiit ad calcem emendationum & opinionum Auguſtini Baſil. 1544. fol. atque ſæpius alibi.

e) Joannis Schilteri & Henrici Brencmanni, Jurisconſultiſſimorum Virorum, commentarii in fragmenta Modeſtini περὶ ευρηματικῶν, ſive de inventionibus, cautelis & remediis temperandi legum rigoris, lucem viderunt ille Argentor. 1687. 4. & hic Lugd. Bat. 1706. 8.

f) Viceſimarum.

2011 Ministerio de Cultura

35. ΡΟΥΦΙΝΟΥ.
Regularion βιβλια δεκα δυο. g)

36. ΑΝΘΟΥ ητοι ΦΩΡΙΟΥ ΑΝΘΙΑΝΟΥ.
Μερ@ εδικτ βιβλια πεντε.

37. ΜΑΞΙΜΟΥ.
Ad legem Falcidiam.

38. ΕΡΜΟΓΕΝΙΑΝΟΥ, h.
Επιτομον (*) βιβλια εξ.
εχουσι σιχ Γλ. i)

g) Liber XIII. citatur l. 34. D. de re judicata.

h) Fideicommiſſorum liber IV. laudatur l. 14. D. ad SCtum Trebellianum.

(*) Ἐπιτομῶν.

i) Sic editio Florentina, licet Amſtelodamenſis, Simonis à Leuwen, habet σλ. Nimirum JCtorum Opera, ex quibus Pandectæ excerpti ſunt, ad librorum duo millia, verſuum tricies centena millia extendebantur; Juſtinianeum vero corpus centum & quinquaginta pæne millibus verſuum conſummatur. Vide D. Burchardi Gotthelf Struvii hiſtoriam Juris p. 286.

III. Index Alphabeticus in ſuperiorem indicem Florentinum Pandectarum.

** additur iis quorum Pomponius in Enchiridio meminit.*

*Aburnus Valens, ſupra num. 12. vide Valens.
Africanus, 16. Hadriani Imp. ſuppar temporibus.
* *Aſfenus* Varus, Conſularis; auditor Servii Sulpitii, 4.
Anthus ſive *Furius Anthianus*, 36. Idem fortaſſe cum Antæo, quem Paulus JCtus citat.
Gallus Aqvila, vide Gallus.
Arcadius, 34. Aurelius Arcadius Charîſius poſt Alexandrum Severum ſcripſit.

* *Cajus*

2011 Ministerio de Cultura

*Cajus, Servii Sulpicii discipulus, 20.
Callistratus, 27. temporibus Severi Imp.
*Celsus, 10. Juventius Celsus pater, qui Pegaso successit, ut patri P.
Juventius Celsus filius Consularis post Vespasiani tempora.
Terentius Clemens, vide Terentius.
*Cornelius Maximus, 37. infra in Maximo.
Florentinus, 19. temporibus Alexandri Severi.
*Gallus Aquila, 30. Julius Gallus Aquila, qvi vixit ante Severum.
Hermogenianus, 38. Alexandri Severi temporibus vixit, si idem est cum Lampridii Hermogene. Sed Gvil. Grotius distinguit, & ad Diocletiani tempora rejicit, non adeo certis argumentis usus.
*Javolenus, 9. Priscus Javolenus, qui Cælio Sabino, Vespasiani temporibus claro successit.
*Julianus, 1. Salvius Julianus, qui successit Javoleno Prisco, proavus Didii Juliani Imp. bis Consul & Præfectus Urbi tempore Hadriani Imp.
Justus, 23. Papyrius Justus, clarus Antoninorum temporibus.
*Labeo, 7. Q. Antistius Labeo, auditor Trebatii, quadringenta reliquit volumina. Hic cum patre inter Sergii Sulpicii discipulos à Pomponio nominantur.
Macer, 33. Æmilius Macer, temporibus Alexandri Severi.
Mæcianus, 13. L. Volusius Mæcianus, præceptor M. Antonini Philosophi. De editionibus libelli de asse, dixi in Bibl. Latina.
Marcellus, 17. Ulpius Marcellus, Antonini Pii ætate.
Marcianus, 29. Ælius Marcianus, tempore Antonini Caracallæ.
Mauricianus, 14. Junius Mauricianus, quem Antoninorum temporibus supparem fuisse, probat Gvil. Grotius.
*Maximus, 37. Q. Cornelius Maximus, Augusti tempore, quem Trebatius audivit.
Menander, 28. Arrius Menander, Antonini Caracallæ à consiliis.
Modestinus, 31. Herennius Modestinus, Ulpiani discipulus.
*Neratius, 8. Priscus Neratius, Consularis, qui Celso seniori inter JCtos successit, clarus Trajani & Hadriani temporibus.

2011 Ministerio de Cultura

Papinianus, 2. L. Æmilius Papinianus, ſub Severo præfectus Prætorio, poſtea occiſus à Caracalla.
Paulus, 25. Julius Paulus, temporibus Helogabali & Alex. Severi.
Pomponius, 11. Sextus Pomponius, Antonini Pii temporibus clarus; haud diverſus opinor à Sexto Pomponio, cujus meminit Salvius Julianus, licet à Gvil. Grotio diſtingui video.
*Priſcus Neratius, 8. vide Neratius.
**Proculus*, 6. Sempronius Proculus, Nervæ patri, Tiberii temporibus claro ſucceſſit, à quo ſecta Labeonem ſecuto Proculejanorum.
Rufinus, 35. Licinius Rufinus, tempore Alexandri Severi, qui adeo auctor libri collationis legum Moſaicarum cum Romanis, longe poſt ſcripti eſſe non potuit.
**Sabinus*, 5. Cælius Sabinus, qui Veſpaſiani temporibus plurimum potuit: in hunc notata Ariſtonis. Alius Maſſurius Sabinus, ex Equeſtri Ordine, qui Atejo Capitoni ſucceſſit, & Tiberii Imp. temporibus publice primus (Reſponſa Juris) ſcripſit teſte Pomponio.
Cervidius Scævola, 18. temporibus Antoninorum.
**Q. Mucius Scævola*, 3. filius Q. Mucii Scævolæ, JCti & Pontificis Max. æqualis & collega Ciceronis.
Tarruntenus Paternus, 32. ante Alex. Severi tempora clarus.
Terentius Clemens, 15. poſt Salvium Julianum ſcripſit, quem ſuum appellat.
Tertullianus, 22. Hunc cum celeberrimo inter Eccleſiæ Doctores Q. Septimio Florente Tertulliano, eundem faciunt viri quidam doctiſſimi, Jac. Cujacius, Antonius Auguſtinus, Bernhardus Rutilius, Gvil. Grotius: mihi probantur magis qui diſtinguunt, ut præter Bertrandum in vitis JCtorum, Hugo Grotius ad Tit. III. 13.
Tryphoninus, 26. Claudius Tryphoninus, temporibus Severi & Antonini.
**Valens*, 12. Aburnus Valens ſucceſſit Javoleno Priſco.
Venulejus, 21. Venulejus Saturninus, temporibus Alexandri Severi.
Ulpianus, 24. Domitius Ulpianus, tempore Helogabali & Alex. Severi.
Voluſius, vide Mæcianus.

IV. Juris-

2011 Ministerio de Cultura

IV. Jurisconsulti alii, quorum in Pandectis vel Institutis mentio.

Stellula addita iis, quorum Pomponius in Enchiridio meminit.

Ælius Gallus, Ciceronis ætate vixit. Ejus de verborum, quæ ad Jus Civile pertinent, significatione citatur l. 157. D. de verborum significatione. Liber secundus à Gellio XVI. 5.

*Publius Ælius, Sexti frater.

*Sextus Ælius, Juris Æliani auctor, edito actionum libro, quas velut supplementum Juri Flaviano addidit. Fuit ejus liber, *tripartita*, quo opere legibus singulis XII. tabularum interpretationem & actiones subjunxit. Alii sub ejus nomine libri tres, dubii.

Antæus, citatur à Paulo JCto.

*Cælius Antipater, laudatur Ciceroni. Idem, qui historias conscripsit, & plus eloquentiæ quam juris scientiæ dicitur dedisse operam.

*Appius Claudius, unus è Decemviris, cujus maximum consilium in legibus ex veteri jure in XII. tabulas transferendis fuit.

*Appius Claudius Centummanus, qui actiones civiles in formam redegit, & librum scripsit de usurpationibus, qui jam Pomponii ætate non exstabat.

*Aquilius Gallus, Q. Mucii Scævolæ discipulus.

Julius Gallus Aquila.

T. Aristo, de quo Plinius lib. 1. Epist. 23. citatur in decretis Frontianis s. Frontonianis, & notatis ad Cassium, Q. Mucium, & Sabinum. Digestorum item libris, quos illustravit Sex. Pomponius.

Arrianus, Plinii junioris æqualis. Citantur ejus libri de interdictis.

*Cajus Atejus Pacuvius, Servii Sulpicii discipulus.

*Atejus Capito, Ofilium secutus, Consularis, tempore Augusti Imp.

Atilicinus, Tiberii suppar temporibus.

*Publius Atilius, sapiens à populo appellatus. Ciceroni L. Acilius, quem in leges XII. tabularum scripsisse ex Festo cognoscimus.

Aufidius Namusa.

*Aufidius Tucca, discipulus Servii Sulpicii.

*Aulus Casoellius, vide Cascellius.

2011 Ministerio de Cultura

*Aulus Ofilius, ex Equeſtri Ordine: Julio Cæſari familiariſſimus, diſcipulus Servii Sulpicii, libros de Jure Civili plurimos ſcripſit, & qui omnem partem operis fundarent: nam de legibus viceſimæ primus ſcripſit, & de jurisdictione; idem edictum Prætoris primus diligenter expoſuit. Citatur libro ſecundo & quinto juris partiti, & libro decimo ſexto actionum & ad Atticum.

*Balbus Lucilius, Q. Mucii Scævolæ diſcipulus.

Blæſus, quem Trebatium audiviſſe & ante Labeonem vixiſſe colligas ex l. 31. D. de uſu & uſufructu legat.

*Brutus, Vir Prætorius, quem cum Publio Mucio & Manilio fundaſſe Jus Civile, & ſeptem libros reliquiſſe Pomponius teſtatur; vide & infra Servius.

Sextus Cæcilius, citatur etiam in Codice Juſtinianeo l. 1. de communi ſervo manumiſſo.

*Cælius Antipater.

*Titus Cæſius, diſcipulus Servii Sulpicii.

*Cajus Atejus Pacuvius, ejusdem Servii Sulpicii diſcipulus.

*Cajus Caſſius Longinus, Tiberii temporibus Conſul, pronepos Servii Sulpicii, magiſtro uſus Maſurio Sabino: citatur libris decem Juris Civilis, & apud Urſejum, & apud Vitellium. Vide & ſupra in Ariſtone.

*Cajus Juventius, Q. Mucii Scævolæ auditor.

*Cajus Scipio Naſica, vide Scipio.

Campanus, Trajani, ut videtur, tempore; diverſus à Juniore Coccejo Campano.

Atejus Capito. Vide Atejus.

Cartilius ab Ulpiano citatur & Proculo, itaque non junior Caligulæ temporibus; antiquior autem Cartilio Severo, qui Trajani temporibus Præfectus Urbi fuit.

*Aulus Caſcellius, tempore Auguſti clarus ſcripſit *librum bene dictorum.*

Caſſianus, idem fortaſſe cum Caſſio, ut Sabinianus cum Sabino, Proculianus cum Proculo, Hermogenianus cum Hermogene.

*Cajus Caſſius Longinus, vide Cajus. Ab hoc Atejum Capitonem ſecuto ſecta Caſſianorum.

*Cato,

2011 Ministerio de Cultura

*Cato, quem à patre M. Catone, principe Porciæ familiæ, Pomponius distinguit.
*M. Cato, princeps Porciæ familiæ, cujus & libri exstabant, sed plurimi, filii ejus. Liber XV. Catonis citatur l. 98. D. de verbor. signif. & Cato in Institutionibus Justiniani tit. de adopt. §. ult.
*Cinna Servii Sulpicii discipulus.
Appius Claudius, vide Appius.
Claudius Saturninus, vide Saturninus.
Pactumejus Clemens, vide Pactumejus.
*Tiberius Coruncanius, primus Romæ scientiam juris professus, sed scripta ejus nulla, responsa autem complura & memorabilia fuerunt. Idem Consul A. U. C. 473.
*Lucius Crassus Mucianus, frater Publii Mucii.
*P. Licinius Crassus, JCtorum, Cicerone teste, disertissimus.

C. Livius Drusus, cum P. Scipione, Consul A. U. C. 606.

Favius Mela, suppar Tiberii temporibus.
Lælius Felix, vide Lælius.
Ursejus Ferox, Vespasianorum temporibus vicinus.
Granius Flaccus, vide Granius.
*Cnejus Flavius, Annii F. Appii Claudii scriba, cui surreptum librum actionum rationes continentem vocarunt jus civile Flavianum. Confer quæ ex Cicerone, Livio, Valerio Max. & Plinio, Gvilelmus Grotius in vitis JCtorum, p. 10.
*Flavius Priscus, Servii Sulpicii discipulus.
Papyrius Fronto, vide in Aristone.
Fufidius, Vespasiani clarus ætate, citatur libro secundo quæstionum.
Priscus Fulcinius, suppar Tiberii temporibus.

Ælius Gallus, vide Ælius.
*Aquilius Gallus, Q. Mucii Scævolæ discipulus.
*Publicius Gellius, discipulus Servii Sulpicii.
Junius Gracchanus, libro septimo de potestatibus, citatur ab Ulpiano l. 1. de officio quæstorum.
Granius Flaccus Licinianus, Ciceronis ætate vixit, libro de jure Papyriano citatur l. 144. D. de verborum significatione.

*Hermo-

2011 Ministerio de Cultura

*Hermodorus, Epheſiorum princeps, exul Romæ, ferendarum legum XII. Tabularum auctor. De hoc Cicero V. 36. Tuſculan. Strabo XIII. p. 642. Laërtius Heraclito &c.

Junius Gracchanus, vide Gracchanus.

*C. Juventius, Q. Mucii Scævolæ auditor.

Lælius Felix, cujus librum (notarum) ad Q. Mucium citat Gellius XV. 27. Hadriani ætati vicinus.

Granius Flaccus Licinianus, vide Granius.

Cajus Caſſius Longinus, vide Cajus.

Longinus junior, Proculi æqualis.

*Balbus Lucilius, Q. Mucii Scævolæ diſcipulus.

Lucius Craſſus Mucianus, Conſul A. U. C. 622.

Varius Lucullus, ante Ariſtonem vixit.

*Manilius, quem tres libros reliquiſſe Pomponius teſtatur, Conſul A. U. C. 604.

Marcus Porcius Cato, vide Cato.

Favius Mela, libro X. & XXXIX. Ejusdem ætatis ac fortaſſe gentis cum Geographo Pomponio Mela.

Meſſius, temporibus Severi clarus. Alius L. Meſſius Ruſticus, ſub Hadriano alvei Tiberis curator.

Minicius Natalis, temporibus Trajani.

L. Craſſus Mucianus, vide Lucius.

*Q. Mucius, Voluſii auditor, tempore Auguſti.

*Publius Mucius, Conſularis & Pontifex Max. & ad Carthaginenſes miſſus Legatus A. U. C. 534. qvem decem libellos reliqviſſe Pomponius teſtatur.

*Publius Mucius, Qvinti Nepos, Voluſii heres.

*Auſidius Namuſa, CXL. libris digeſſit ſcripta condiſcipulorum ſuorum auditorum Servii Sulpicii, Alfeni Vari, Gaji, Auli Ofilii, Titi Cæſii, Aufidii Tuccæ, Flavii Priſci, Gaji Ateji, Pacuvii, Labeonis Antiſtii ejusque patris, Cinnæque & Publicii Gellii.

*C. Scipio Naſica, vide Scipio.

Minicius Natalis, vide Minicius.

Nerva

2011 Ministerio de Cultura

Nerva Pater, qui ſucceſſit Antiſtio Labeoni; Cæſari Tiberio familiariſſimus.

Nerva filius, qui Proculo ſucceſſit; citatur libris de uſucapionibus. Pater Nervæ Imperatoris.

Octavenus, (Hadriani, ut colligit Gvil. Grotius, ætate).

A. Ofilius, vide Aulus: & Q. Tubero.

Paconius, citatur à Paulo JCto.

PactumejusClemens, qvem Antoninorum tempore vixiſſe Gvil. Grotius obſervat.

*C. Atejus Pacuvius, Servii Sulpicii diſcipulus.

Sextus Pædius, libro primo de ſtipulationibus, & libro XXV. ad edictum. Poſt Hadrianum vixiſſe Gvil. Grotio videtur.

Panſa, vide Q. Tubero.

Papyrius Fronto, paullo ante Imp. Severum.

*Publius Papyrius, qui leges regias in unum contulit.

*Sextus Papyrius, auctor juris Civilis Papyriani, Tarquinii Superbi temporibus.

*Sextus Papyrius, diſcipulus Q. Mucii Scævolæ.

*Paulus Verginius, ante Ciceronem clarus, ut videtur.

Sextus Pedius, vide Pædius.

*Pegaſus, Proculo ſucceſſit, & Veſpaſiani tempore Præfectus Urbi fuit.

Plautius, libri Javoleni, Pauli & Pomponii ad Plautium, qui circa Veſpaſiani tempora vixiſſe cognoſcitur.

*Sextus Pompejus, magni Pompeji patruus, laudatus à Cicerone.

*Pontificum Collegium, qvod leges interpretandi ſcientiam & actionum civilium inſtituendarum auctoritatem prope centum annis ſibi Romæ vindicavit.

M. Porcius Cato, vide Cato.

*Flavius Priſcus, Servii Sulpicii diſcipulus.

Priſcus Fulcinius, ſuppar Tiberii temporibus.

*Publicius Gellius, Servii Sulpicii diſcipulus.

*Publius Ælius, Sexti Ælii frater.

*Publius Atilius, vide Atilius.

*Publius Mucius, vide Mucius.

Publius Rutilius Rufus, à P. Mucio edoctus. Meminit cum laude Cicero.

2011 Ministerio de Cultura

Puteolanus, citatur libro primo adſeſſoriorum, vixiſſe creditur circa Antoninorum tempora.

*P. Rutilius Rufus, Romæ Conſul A.U.C.648. & poſtea Aſiæ ProCOS.

Qvintus Mucius, vide Mucius.

Qvintus Saturninus, vide Saturninus.

Qvintus Tubero, vide Tubero.

P. Rutilius Rufus, vide Publius.

*Sabinianus σοφός.

Claudius Saturninus, librum ſingularem de pœnis paganorum ſcripſit temporibus Antoninorum.

Q. Saturninus, citatur libro decimo ad edictum. Vixit eorundem Antoninorum tempore.

*C. Scipio Naſica, optimus à Senatu appellatus. De tribus Scipionibus, ſcientia juris illuſtribus, vide Gvil. Grotium lib. 1. c. 3. de vitis JCtorum.

*P. Sempronius, cognomento Sapiens. Conſul A. U. C. 449.

*Servius Sulpitius, cujus libros duos ad Brutum perquam breviſſimos ad edictum ſubſcriptos memorat Pomponius; citatur libro primo ad Brutum, libro ſecundo de dotibus, in notatis Mutii, & apud Melam & apud Alfenum. Idem libros ſuos, qvos prope centum & octoginta reliqvit, complevit ſcriptis doctorum ſuorum Aqvilii Galli, Balbiqve Lucilii, nec non Sexti Papyrii, Caji Juventii, & ex diſcipulorum numero, Q. Mucii Scævolæ.

Servilius, circa Trajani tempora.

Valerius Severus, Trajani ætate.

Sextus Ælius, Conſul A. U. C. 555.

Sextus Cæcilius. Vide Cæcilius.

Sextus Pædius, vide Pædius.

*Sextus Papyrius, à quo Jus Civile Papyrianum; vide in Papyrio.

*Sextus Papyrius, Q. Mucii auditor.

Sextus Pompejus. Vide Pompejus.

*Servius Sulpitius, vide Servius.

Tiberius Coruncanius. Vide Tiberius.

*Titus Cæſius, diſcipulus Servii Sulpicii, tempore Auguſti.

*C. Tre-

2011 Ministerio de Cultura

*C. Trebatius Teſta, Cornelii Maximi auditor, cujus libros complures, ſed minus freqventatos, extitiſſe Pomponius teſtatur : vixit Auguſti tempore.
*Q. Tubero, Stoicus, auditor Panſæ. (leg. Panætii.)
*Q. Ælius Tubero, Ofilii auditor ; doctiſſimus juris publici & privati, complures utriusque operis libros reliqvit. Q. Ligarium accuſavit nec obtinuit apud Julium Cæſarem, defendente Cicerone.
Aufidius Tucca, diſcipulus Servii Sulpicii.
*Tuſcianus, ſucceſſit Javoleno Priſco. Non audiendi viri docti, qvi Mæcianum reponunt vel Vivianum.
Valerius Severus, Trajani ætate.
Varius Lucullus, citatur à Pomponio l. 19. D. de acqvirendo rerum dominio.
*Paulus Verginius. Vide Paulus.
Vinidius Verus, Antonino Pio à Conſiliis.
Vitellius, qvem Antonius Auguſtinus eundem putat cum Q. Vitellio Auguſti qvæſtore, cujus meminit Sveton. Vitell. c. 1.
Vivianus, clarus circa Trajani tempora.
Voluſius, diverſus à L. Voluſio Mæciano ; vide in Q. Mucio.
Urſejus Ferox, ad C. Caſſium Longinum notata ſcripſit circa Veſpaſiani tempora.

V. Index aliorum quorundam JCtorum ante Juſtinianum.

C. Aculeo, Ciceroni 1. de Oratore memoratus.
P. Ælius Pætus, prætor A. U. C. 550.
Sextus Ælius Pætus Catus, prioris frater, Ciceroni laudatus & Livio.
Antiochus Præfectus Prætorio, ſub Theodoſio juniore, qvi in Codice Theodoſiano componendo ejus uſus eſt opera, uti & Apollodori, Epigenii, Martyrii, Maximini, Procopii, Sperantii & Theodori.
Apollodorus, ProCOS. Africæ ſub Arcadio.
Appius Claudius, ſocer M. Bruti, Collega & familiaris Ciceronis, qui cum auguralis, tum omnis publici juris antiqvitatisqve Rom. bene peritum appellat in Bruto.

2011 Ministerio de Cultura

C. Bilienus, de qvo idem Cicero in Bruto.
M. Bucculejus, L. Craſſi Oratoris familiaris, qvem à Juris ſtudio non abhorrentem Cicero celebrat.
Cæſellius, Q. Mucii Scævolæ JCti & Pontificis Max. æqualis, Conſul A. U. C. 636.
Calviſius, cujus Juris ſcientiam laudat Plinius Lib. V. Epiſt. 7.
Aurelius Arcadius Chariſius, Magiſter libellorum Cari & Carini.
Cicero ipſe in Bruto non diffitetur Juris Civilis ſtudio multum operæ dediſſe ſe Q. Scævolæ, Publii F. Et de Jurisprudentia Ciceronis erudite nuper commentati ſunt Viri Nobiliſſimi Antonius Schultingius, ſingulari Oratione Lugd. Bat. 1714. 4. & Cornelius van Binkershoek in opuſculis varii argumenti, ibid. 1719. 4.
L. Cincius Alimentus, qvi tempore belli ſecundi Punici vixit. Ejus librum ſecundum de officio JCti laudat Feſtus, nec non librum de Conſulum poteſtate & de Comitiis.
P. Conſa, juris non tam peritus quam peritiam profeſſus, teſte Cic.
P. Licinium Craſſum, & à Pontificii & à Civilis juris ſtudio celebrat Cicero in Catone Majore.
C. Livius Druſus, Conſul A. U. C. 606. qvem jus Civile benigniſſime interpretatum ſcribit Valerius Max. VIII. 7. Hujus etſi cœci domum compleri conſultoribus ſolitam teſtis Cicero V. Tuſculan.
Epigenius, Comes & Magiſter memoriæ, ſub Theodoſio jun.
C. Fimbria, temporibus Gracchanis vixit, de qvo Cicero in Bruto & 3. de Offic.
Furius Antianus, citatur libris ad Edictum.
Galba, Servius Sulpitius Galba laudatus ab Scholiaſte veteri ad hæc Horatii lib. 1. ſerm. 1. *jure omnes Galba negabat.*
Gregorius, ProCOS. Africæ ſub Valente, auctor Codicis *Gregoriani*, qvo leges Imperatorum ab Hadriano ad Valentinianum digeſſit.
Hermogenes, ſub Alex. Severo.
Eugenius Hermogenianus, Præfectus Prætorio, ſub Diocletiano. Hunc Gvido Pancirollus auctorem facit Codicis *Hermogeniani*, leges Imperatorum complectente à Claudio usqve ad Diocletianum.
Q. Fabius Labeo, Conſul A. U. C. 570.
Laurenſis Romanus, quem à Juris Pontificii & Civilis ſcientia, ſub Marco Imp. clarum, laudat Athenæus lib. 1. ſub init.
Longus, Ciceronis familiaris, qvi 1. de oratore ejus meminit.

Q. Lu-

2011 Ministerio de Cultura

Q. Lucretius Veſpillo, acutus & jurisperitus, teſte Cicerone in Bruto.
M. Lucullus, de qvo idem Cicero in Bruto.
Martyrius, Comes & Qvæſtor ſub Theodoſio jun.
Maximinus, Qvæſtor palatii ejusdem Theodoſii.
P. Orbius, auditor T. Juventii, jure Civili non inferior Magiſtro. Cic. in Bruto.
Patricius, Qvæſtor circa A. C. 390. & alius junior, Leontii fil. circa A. 490.
Titus Poſtumius, de qvo Cic. in Bruto.
Procopius, magiſter memoriæ, qvi in Codice Theodoſiano digerendo operam ſuam præſtitit.
C. Aminius Rebius, inter primos peritia legum celebratus à Tacito XIII. 30. Annal.
Servius Fabius Pictor, qvem à juris, literarum & antiqvitatis peritia laudat Cicero.
Sperantius, comes Conſiſtorii Theodoſii jun. Imp.
Titus Manlius Torqvatus, Conſul A. U. C. 588.
L. Valerius, de qvo Cicero lib. 1. ad diverſos Epiſt. ult.
C. Viſellius Varro, C. Aculeonis, de qvo ſupra, filius. Cic. in Bruto.

VI. Codices & Imperatorum Leges ante JUSTINIANUM.

DE legibus Regum Rom. & de δωδεκαδέλτῳ ſive legibus XII. Tabularum Decemviralibus, legibusqve aliis libera latis Romana Rep. SCtis item & Plebiſcitis, in promtu eſt conſulere ſcriptores, qvos in Bibl. Latina lib. IV. c. 9. laudare me memini. Imperatorum autem Rom. leges & edicta, qvi ante tempora Diocletiani in unum corpus componi curaverit, neminem reperio. Nam qvod *Hadrianus* per Salvium Julianum juſſit opus condi, edicta prætorum potius continebat. Et cum Juſtinianus ipſe in procœmio Digeſtorum edicti perpetui meminerit quidem, & edicti Hadriani, illudqve ſecuti SCti: cæterum non ex Hadriani collectione, ſed ex duobus millibus pæne librorum, qvos veteres JCti, qvorum texit indicem, ſcriptos reliqverant, Pandectarum opus digeſtum

2011 Ministerio de Cultura

esse testatur, mirum videri potest, qvod in proœmio Basilicorum de Justiniano legitur: καὶ γὰρ ἅπερ ὁ δὲ Ἀδριανὸς ὁ πάλαι Ῥωμαίων ἄρξαντος συνελέγη, λαβὼν καὶ ταῦτα ἐν τεύχεσι πεντήκοντα διατάξας, ἰδίαν καὶ διακεκριμένην ἀπειργάσατο πραγματείαν, Δίγεστα τοῦτοις, ἤτοι πανδεκτῶν ὄνομα θέμενος. *Etenim ea, qvæ* Adrianus *Romanorum Imperator collegerat, accipiens, eaque in libros quinquaginta redigens, proprium & separatum opus confecit, Digestorum seu Pandectarum nomen ei jam ponens.* Porro cum in Digestis raro Imperatorum leges & rescripta laudentur, hisce totus Codex est repletus, in qvo tribus ante se vulgatis Codicibus legum Cæsarearum Justinianus usus fuit, Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano, ad eosque respicit idem Basilicorum proœmium quando subjungit: καὶ ὅσα τε ἐν ΤΟΙΣ ΚΩΔΙΞΙ, καὶ ταῦτα συναγαγὼν ἐν ἰδίῳ ἐδάφει διώρισεν. *Quæcunque autem erant in* Codicibus, *colligens suam quoque sedem eis tribuit.* Antiqvissimus autem Imperatorum, qvorum leges ex illis Codicibus tribus in Codice Justinianeo referuntur, est Hadrianus, de qvo conferre etiam licebit Renati Bottereau Hadrianum legislatorem, editum Pictavii in Gallia A. 1661. 8.

Edictum perpetuum, Hadriani, ut dixi, auspiciis conditum à Salvio Juliano, ex edictis prætorum corpus qvoddam juris qvinqvaginta libris digestum exhibebat, cujus seriem & fragmenta post alios dedit Simon van Leuwen in συναγωγῇ de origine & progressu Juris Civilis Romani, Lugd. Bat. 1672. 8.

Papyrii Justi *Codex Papyrianus*, Constitutiones Divorum fratrum M. Antonini & Veri (ut viri docti colligunt) libris XX. complexus, præter pauca fragmenta in Digestis Justiniani servata totus intercidit.

Codex *Gregorianus* & *Hermogenianus*, Constitutiones Imperatorum ab Hadriano & cæteris deinceps Imperatoribus complectebantur usqve ad Diocletianum & Valentinianum. Vide Jac. Gothofredi prolegomena ad Cod. Theodos. p. 183. seq. Fragmenta ejus ex Augustini lib. 2. de adulterio ad Pollentium c. 8. Papiani responsis, & auctore collationis legum Mosaicarum & Romanarum, aliisqve collecta novissime cum notis celeberrimi JCti Antonii Schultingii prodiere in hujus Jurisprudentia veteri ante-Justinianea p. 681--718.

In Codice *Theodosiano* continentur leges datæ ab Constantino M. & cæteris deinceps Imperatoribus ab A. C. 312. usqve ad A. C. 438. qvo Codex ille fuit confirmatus, auspiciis Theodosii junioris, anno imperii ejus sexto decimo. Hoc opus adhuc exstat, digestum in libros XVI. de

cujus

2011 Ministerio de Cultura

cujus editionibus dixi in Bibl. Latina, ut jam ſufficiat memoraſſe optimam editionem, qvæ elaboratiſſimis Jac. Gothofredi commentariis illuſtrata, poſt ejus obitum lucem vidit Lugd. 1665. fol. ſex Voluminibus.

Franciſci Balduini *Conſtantinus* Magnus, ſive de Conſtantini legibus Eccleſiaſticis ac Civilibus libri II. Baſil. 1556. 8. Argent. 1612. 8. Perſtringuntur ab Antonio Contio lib. 2. lect. ſubceſiv. c. 20. defenduntur à Joachimo Clutenio.

Ej. Balduini *Theodoſius*, quod dolendum, non vidit lucem. *Juſtinianus* autem ſive de jure novo & conſtitutionibus Juſtiniani libri IV. Baſil. 1560. & Genev. 1598. 8. Et in Inſtitutiones prolegomena, quibus Hiſtoria Juris Romani continetur. Pariſ. 1545. 4.

Novellæ *Theodoſii, Valentiniani, Marciani, Majoriani* & *Severi*, cum Codicis Theodoſiani libris editæ à Jo. Sichardo, Baſil. 1528. fol. & à Jac. Cujacio Lugd. 1566. fol.

Imperatorum *Theodoſii, Valentiniani, Majoriani, Anthemii*, novellæ conſtitutiones XLII. tunc primum in lucem editæ Pariſ. 1571. 4. apud Rob. Stephanum juniorem, & inter Petri Pithœi opera, ibid. 1609. 4. Et cum Codice Theodoſiano Lugd. 1593. 4.

Novellæ Imperatorum Juſtiniano anteriorum, cum notis Conradi Rittershuſii, Francof. 1615. 8. Joannis antiqui gloſſatoris ſumma in novellas &c.

Appendix Codicis Theodoſiani, ex duobus MSS. edita à Jac. Sirmondo, Pariſ. 1631. 8. & Tomo primo ejus operum, ibid. 1696. fol. recuſa, quindecim conſtitutiones continet Conſtantini, Arcadii, Honorii, Theodoſii, Valentiniani.

Veteris ſcriptoris *Collatio legum Moſaicarum & Romanarum*, fragmenta inſignia veterum JCtorum, Papiniani, Pauli, Ulpiani, Modeſtini, & Codicum ante-Juſtinianorum continens, præter alias editiones, quas in Bibliotheca Latina retuli, exſtat etiam in Volumine Henrici Stephani, quod A. 1580. 8. vulgavit, inſcripſitqve: *Juris Civilis fontes & rivi*; atque arrham eſſe juſſit editionis, quam paravit Corporis totius Juris Civilis novo ſtudio recenſiti & caſtigati, ſed quæ nunquam in lucem prodiit. In eodem volumine præmittuntur loca aliquam multa Legis Moſaicæ, ab Henrico Stephano collata cum legibus Ægyptiorum, Græcorum & Romanorum.

ZENONIS

2011 Ministerio de Cultura

ZENONIS *Imp. qui Leonis Magni filius, imperitavit ab Novembri A. C. 474. ad April. 491.*

Constitutio ad Adamantium, præfectum urbis, de novis operibus ædificandis, Græce edita ab Henrico Scrimgero cum Novellis Justiniani, Paris. apud H. Stephanum 1558. fol. & Latine ab Henrico Agylæo cum constitutionibus Leonis Philosophi, ibid. 1560. 8.

De constitutione Zenonis ad Ælianum Præfectum Prætorio, qvæ in Codice Justinianeo divisa est in partes tres; vide Cujacium XVI. 14. Observ.

Zenonis ἑνωτικὸν sive *unitivum* in causa Eutychiana A. C. 482. editum apud Evagrium III. 14. & Nicephorum XVI. 12. & Latine apud Facundum XII. 4. & Liberatum c. 18. de quo scripto consulenda, præter Annalium scriptores & Jo. Forbesium lib. III. Instruct. Hist. Theol. cap. 9. seq. D. Balthasaris Bebelii Συμμαχίτης differt. Argentorat. 1673. & Venerandi D. Gottlieb Wernstorfii Witeberg. 1695. 1719. 4. Vide & T. XI. hujus Bibl. p. 548.

Basilisci Imperatoris Epistola circularis henotica, quam Timothei Æluri svasu A. C. 476. ad Episcopos misit, exstat apud Evagrium III. 4. & Nicephorum XVI. 3. itemque altera, qua priorem revocant, & Nestorii & Eutychis pariter damnant hæresin *Basiliscus* & *Marcus*, apud Evagrium III. 7. & Nicephorum XVI. 7. De his Epistolis dissertatio laudati D. Bebelii exstat, edita Argentor. 1666. 4.

De studio Pacis *Anastasii* Imp. qui Zenonis henoticon confirmavit A. C. 512. dissertatio M. Joannis Christiani Ludwig, Witeb. 1723. 4.

Heraclii ecthesis sive expositio fidei, svasu Patriarchæ CPol. Sergii, Monothelitæ publicata A. C. 639. exstat in Actis Concilii Lateranensis A. 649. actione 3. De hac ecthesi quemadmodum & de superioribus scriptis irenicis Basilisci ac Zenonis V. C. Jo. Gvil. Bergerus in dissert. de Henoticis Orientis, Witeb. 1723. 4.

Constantis II. typus persvasione Patriarchæ CPol. Pauli, Monothelitæ promulgatus A. C. 648. exstat in Actis ejusdem Concilii Lateranensis A. 649. actione 4. De eo dissertatio M. Christiani Ludovici Seileri, Hamburgensis, Witeb. 1723. 4.

JUSTI-

2011 Ministerio de Cultura

JUSTINIANI tempore celebres JCti & Anteceſſores, (*) qvibus Imperator ad Jus condendum fuit uſus.

Anatolius, Magiſter, qvi Beryti (†) jus docuit, & deinde Agathia teſte periit in terræ motu CPoli: genus trahens ex tertia ſtirpe ab JCtis apud Phœnices celeberrimis, Eudoxio, Leontiis duobus, duobusqve Patriciis.

Baſilides, Patricius.

Conſtantinus, Comes ſacrarum largitionum.

Conſtantinus alius, Rhetor ſive advocatus Præfecti Prætorii.

Cratinus, Comes ſacrarum largitionum.

Dioſcorus, advocatus fori Prætoriani.

Dorotheus, Qvæſtor palatii & Doctor in legum civitate Beryto, ac deniqve CPoli.

Eutolmius, advocatus Præfecti Prætorii.

Jacobus, qvi item.

Joannes, Conſularis & Patricius.

Iſidorus, qvi jus docuit CPoli vel Beryti.

Julianus, *νομικῆς φάος* in veteri epigrammate, qvi Beryti primum, deinde CPoli docuit, & Novellas Juſtiniani è Græco vertit Latine.

Leonides, *Leontius*, *Mennas*, *Plato*, *Proſdocius*, } Rhetores ſive advocati Præfectorum Prætoriorum Orientalium.

Phocas, Patricius.

(*) Confer procœmium Pandectar. & Codicis, ac Inſtitution. & præfat. ſecundam in Digeſta Latinam, Græcamque Pandectis præmiſſam Florentinis, quam Latine vertit Antonius Contius: nec non Cujacium XII. 40. Obſervationum: Gvid. Pancirollum lib. 1. de claris juris interpretibus c. 86. &c.

(†) De inclyta JCtorum Academia, quæ ab Auguſti usque temporibus per multas annorum centurias Beryti floruit, exſtat erudita diſſertatio Nobiliſſimi Viri Jacobi Haſæi, in flore ætatis A. 1721. Bremæ extincti. Prodiit illa Halæ Saxonum 1716. 8.

2011 Ministerio de Cultura

Præsentinus, advocatus fori Prætoriani.
Salaminius, qvi jus docuit Beryti sive CPoli.
Stephanus, advocatus Præfecti Prætorii.
Theodorus, Præfectus Urbi CPol.
Thomas, Quæstor sacri palatii.
Theophilus, Juris Doctor CPoli, & Magister scrinii libellorum.
Timotheus, Rhetor sive advocatus Præfecti Prætorii.
Tribonianus, Exconsul & Magister.

Chronologia Annorum & Consulum, ac Indictionum Imperii Justiniani,

In qua continetur, quas, quibus annis, leges, & quos Juris libros promulgarit aut composuerit,

ANTONIO CONTIO, Juris in Metropoli Biturigum Doctore, auctore.

Cujus notatis Patriarchas CPolitanos adjunxi.

A. C.	A. Imp. Just.	Consules.	Indictiones	Gesta.	Patriarchæ CPol.
527 Sigebert. Chr.	1	Mavortio V. C. solo in Occidente.	5	Indictione quinta moritur Justinus Imp. mense Augusto, cum jam ante quartum mensem, id est, Kalend. April. Justinianus declaratus esset Augustus ab eodem Justino patre adoptivo, & avunculo. Hæc ex Marcellino, Niceph. lib. Eccl. Hist. 17. c. 7. & notitia quadam manuscripta, & Novell. 47. ut præponatur nomen Imperatoris, documentis, excerpsi. Extremo hoc anno, terræ motu concussam civitatem Antiochenam reparat,	Epiphanii annus 8.

A. C.

2011 Ministerio de Cultura

A. C.	A. Imp. Just.	Consules.	Indictiones	Gesta.	Patriarchæ CPol.
				reparat Justinianus, & Theopolin vocat propter hanc inscriptionem: *CHristus nobiscum state*; qua in singularum ædium ejusdem civitatis valvis affixa, sedatus est terræ motus. Niceph. lib. 17. c. 3.	Epiphanii annus.
528	2	Justiniano A. II. & solo.	6	(*) Hoc anno Justinianus cœpit componendo & emendando juri operam dare, & priorem suum Codicem fieri mandavit l. 1. C. de novo Codic. fac. idib. Febr.	9
		Decio V. C.		(†) Editur prior Codex Idib. April.	
529	3	solo in Occidente.	7	lib. 1. Cod. de Just. Cod. confirm. ubi nominatur septima indictio.	10
		Lampadio &		Mense Decembri mandat Justinia-	
530	4	Oreste VV. CC. in Occidente.	8	nus Digesta componi. Hoc anno edita est l. 18. & 19. C. de episc. audiend. l. 11. C. de hæret. & aliæ numerosæ.	11
		Post Consulatum Lamp. & Orest.	9	Digesta componuntur.	Hoc anno lata est l. ult. C. de episc. aud. l. penult. C. de hær. & aliæ numerosæ. 12
		Post Consul.			Hoc anno lata est l.
532	6	Lampadii & Orestis anno secundo.	10	Digesta componuntur.	ult. C. de hæret. l. ult. C. de repud. hæred. l. ult. C. ad leg. Jul. de adulter. & aliæ multæ. 13

(*) Hoc anno edita l. 17. C. de episc. audiend. & aliæ multæ.
(†) Hoc anno lata est l. ult. C. de legib. & aliæ multæ.

2011 Ministerio de Cultura

A. C.	A. Imp. Just.	Indictiones	Consules.	Gesta.	Patriarchæ CPol. Epiphanii annus
533	7	11	Justiniano A. III. solo.	Mense Novembri eduntur Institutiones, & sequenti mense Decembri eduntur Digesta. Hoc anno Marcellinus computat Indictionem 11. nec contraria est l. tanta C. de vet. jure enucl. quæ numerat 12. illa enim scripta est mense Decembri, quo jam 12. indictio currebat, quæ cœperat ab 8. Kal. Octobr.	14
534	8	12	(*) Just. A. IV. & Decio Theodoro Paulino V. C. Consul hic Paulinus fuit ultimus consulum veteris Romæ: nam post hunc nulli creati sunt, obstante scilicet bello Gotthico.	(†) Editur novus Codex Justiniani mense Novembri, priore abrogato, l. 1. C. de emendand. Cod. Justin. & secunda ejus edit. Hoc anno composita est l. ult. C. de jurejurando propter calumniam, & l. unica, C. de caduc. tollend. & l. ult. C. de legitim. hæred. &c.	15
535	9	13	In 2. tom. Conciliorum epist. Silverii Papæ sic subscripta est, Justiniano V.	Hoc anno variæ Novellæ leges à Justiniano sunt editæ, & statim Kal. Januar. emissa est Novell. 1. de hæred. & Falc. & deinde Martio mense Novella 2. & sequent. diebus	16 Anthimus à 5. Junii.

(*) Mortuo Athalarico Theodatus cum Amalsiunda Italiæ, & Ostrogotthis imperare cœpit. Sigebert.

(†) Bellum Gotthicum Italicum. Hoc anno Italiam fames urget. Sigebert. Ejus meminit Justin. in edictis, de formula artificum & de contractu argentariorum.

2011 Ministerio de Cultura

A. C.	A. Imp. Just.	Indictiones	Consules.	Gesta.	Patriarchæ CPol.
			& Bilisario V. C. COSS. Bilisario V. C. Consule & solo in Oriente.	bus & mensibus, Novell. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & sequ. usque ad 17. Epiphanius Episc. Regiæ urbis CPol. moritur, cujus episcopatum contra canones Anthemius Trapezuntina ecclesia relicta, invadit. Marcellin.	
	10		Post Consul. Bilisarii V. C. 14	Hoc anno editæ sunt Novellæ 17. 18. 19. 20. & seq. usque ad Novell. 38. Vitiges V. Italiæ Rex à 13. Mart. regnat annis IV.	Menas,
537	11		Post Consul. Bilisarii V. C. 15 anno secundo.	Hoc anno editæ sunt Novellæ 38. 39. & seq. usque ad 64. Eodem anno Bilisarius Romam expulsis Gotthis in Justiniani ditionem reducit mense Decembri, sine cæde, artificio Silverii Papæ. Procop. Niceph.	2
538	12		Joan. V. C. Consul.	1 Eduntur Nov. 64. & seq. usque ad Nov. 78.	3
539	13		Appio V. C. solo: in Novell. scribitur: Arione consul.	Eduntur Novell. 78. 79. & seq. usque ad Novell. 98. 2	4
540	14		Fl. Justino Juniore V. C. consul. in Oriente.	Eduntur Novell. 98. & seq. usque ad Nov. 107. Ildonaldus VI. Italiæ Gotthorumqve rex, ann. 1. 3	5
541	15		Fl. Basilio(*) V. C. consul. solo in Oriente.	Eduntur Novell. 107. 108. & seq. usque ad Novell. 116. Aratius 4	6

(*) Hic Basilius postremus fuit omnium Consulum ordinariorum, tam Orientalium, quam Occidentalium.

2011 Ministerio de Cultura

A.C.	A. Imp. Just.	Indictiones	Consules.	Gesta.	Patriarchæ CPol.
				cus Rogus VII. Italiæ rex regnat menses 3. cui succedit Totilas Baduilla.	Menæ annus.
542	16		Post C. Bas. V. C.	5 Eduntur Novellæ 116. & 117.	7
543	17		Post cons. Basil. anno 2.	6 Editur Novell. 118. ut ex ejus textu colligo. Totila urbem Romam cæpit. Sigeb.	8
544	18		P.c.Bas. an.3.	7	9
545	19		P.c.Bas.an.4.	8	10
				Narses Totilam occidit, post quem	
546	20		P.c.Bas.an.5.	9 extinctum Theias Ostrogotth. regnum resuscitare nititur.	11
547	21		P.c.Bas.an.6.	10	12
				Novell. 137. Theias rex Ostrogot-	
548	22		P.c.Bas. an.7.	11 thorum à Narsete perimitur. Sigebert.	13
549	23		P.c.Bas.an.8.	12	14
550	24		P.c.Bas.an.9.	13 Theodeberto regi succedit Theobaldus filius.	15
				Edictum de Vicario Ponticæ.	
551	25		P.c.B.an.10.	14 Quinta synodus universalis celebratur. Sigeb.	16
552	26		P.c.B.an.11.	15 (*) Hucusque historia Jordani E- piscopi pervenit.	Eutychius.
553	27		P.c.B.an.12.	1 Novell. 148.	2

A.C.554

(*) Pelagius Episcopus Romanus eligitur. Hic insimulatus de morte Vigilii Papæ: tenens sancta Evangelia & crucem jurejurando publice se purgavit. Sigeb. & Marcell. Eodem anno S. Medardus Noviomensium & Tornatensium Episcopus obiit.

2011 Ministerio de Cultura

A. C.	A. Imp. Just.	Consules.	Indictiones	Gesta.	Patriarchæ CPol.
554	28	P.c.B.an.13.	2	Narses Bucellinum & Amingum, Duces Francorum, peremit. Sigebert. & Marcellin.	Eutychii annus. 3
555	29	P.c.B.an.14.	3		4
556	30	P.c.B.an.15.	4	(†) Lotharius rebellantes contra se Saxones, & ei auxiliantes Thuringos & filium Chrannum, fratrem quoque Childebertum eidem Chranno conjurantem vicit. Sigeb. & Marcell.	5
557	31	P.c.B.an.16.	5		6
558	32	Post Conf. Bas. anno 17.	6	Novell. 142. De luxuriantibus contra naturam, in edit. Scrimg. Gregorius filius Gordiani Senatoris Romæ adolescit, qui sex monasteriis in Sicilia fundatis, & septimo Romæ in domo sua, ex prætore urbano factus monachus, claret postea Papa Romanus.	7
559	33	P.c.B.an.18.	7	Edictum Justiniani de Ægyptiis libripendibus, in Scrimgerian. editione. Childeberto Francorum regi successit frater ejus Lotharius, atque ita duplex regnum Francorum in unam monarchiam coaluit. Idem scribit Marcellinus, & addit Hildebertum sepultum Parisiis in Basilica S. Vincentii à se constructa.	8
560	34	P.c.Bas.an.19.	8		9

(†) Theobaldus Rex Franc. moritur.

A. C. 561.

2011 Ministerio de Cultura

A. C.	A. Imp. Just.	Consules.	Indictiones	Gesta.	Patriarchæ CPol. Eutychii annus 10
561	35	P.c.Bas. a.20.	9		
562	36	P.c.Bas. a.21.	10	Quidam Imperatorem extinguere conantur, quo nomine Bilisarius accusatus ab Imperatore absolutus est. Sigebert.	11
563	37	P. cons. Bas. anno 22.	11	Lotharius Francorum Rex Chrannum filium suum diu contra se rebellantem, in Britanniam fugientem persecutus, primum quidem Chombrum Regem, vel (ut [*] Sigebertus ait) ducem Britannum, qui Chrannum juvabat, peremit, filium vero Chrannum captum cum uxore & filiabus vivum comburi jussit, igne in vilem casam, qua eos includi jusserat vinctos, immisso.	12
564	38	P. cons. Bas. anno 23.	12	Justinianus jam antea mente captus moritur, cum 38. annos & octo menses regnasset. Nicephorus lib. 17. cap. 31. post quem imperium tenuit Justinus, junior filius	13

[*] Hæc ex Sigeberto manuscripto, & Chronico Gallica Lingua manuscripto, & Marcellino Comite, qui tamen impressus vitiose Christianum nominat, qui est Chrannus, & hæc ad annum CHristi 558. referre videtur.

Anno Domini 564. Lothario Franc. Regi succedunt quatuor filii, Chilpericus, qui Suessione, Herebertus qui Parisiis, Guntrannus qui Aurelianis, Sigebertus qui Metis sedem regni constituerunt. Sigebert.

In Sigeberto meo manuscripto fidelissimo scribitur, mortuo Justiniano, successisse filium ejus Justinum Juniorem, anno Domini 565. quo anno Chilpericus, Franc. Rex, regnare cœpit. *Hæc Contius.*

2011 Ministerio de Cultura

A. C.	A. Imp. Just.	Indictiones	Gesta.	Patriarchæ
			lius sororis Dn. Justiniani, qui nihil dignum Imperatore egit, nisi quod Episcopos ob causam fidei, Justiniani jussu exules, restituit. Nicephorus ibidem cap. 33. Post hæc cœptum est numerari tempus per annos Christi: deficientibus Consulibus, in veteri præsertim Roma.	CPol.
565. 39 P. c. Bas. a. 24. 13				Joannes Scholasticus.

Quatuor Libri INSTITUTIONUM, à Theophilo Græce versi.

QUatuor Institutionum libros à *Triboniano*, *Theophilo* & *Dorotheo*, ex omnibus antiquorum Institutionibus, & præcipue ex Commentariis *Caji* tam Institutionum quam rerum quotidianarum, aliisque commentariis excerptos & compositos, Latine Justinianus Imperator, tertium Consul, præmisso Confirmationis edicto promulgavit XI. Cal. Dec. A. C. 533.

Theophilum (*) autem, sive ut appellat Cujacius, *Theophilitzem*, Græcum Institutionum Juris interpretem Theophilo illo Justiniani æquali, quo Imperator in Institutionibus & Pandectis componendis usus fuit, longe esse juniorem, & circa Constantini Porphyrogeniti demum tempora vixisse disputat Fabrottus Præf. ad suam edit. Græco-Lat. Paris. 1638. 4. Non tamen facit cum iis, qui volunt juniorem esse Accursio, ejusque insistere vestigiis, ut Alciatus pridem lib. V. parergorum juris cap. 23. & post eum Cujacius aliique annotarunt.

Theophili versio sive paraphrasis (**) Græca Institutionum, Po-

(*) Vide D. Nic. Hieron. Gundlingii Gundlingiana T. I. p. 106. seq. Bernhard. Hermannum Reinoldum ad Jo. Merceri conciliatorem Juris p. 51. seq.

(**) Petrus Daniel Huetius lib. 2. de claris interpretibus p. 133. *Justiniani Institutiones Græce retulit Theophilus Antecessor, eleganti quidem & erudita, sed prolixissima paraphrasi, in quo sapientissimi Imperatoris sapientissimæ sanctioni*

2011 Ministerio de Cultura

litiano (†) cap. 84. Miſc. pridem laudata, prodiit primum Baſileæ (††) ex officina Frobeniana 1534. fol. mox integrior collatis MSS. eodem anno Pariſiis 8. apud Chriſtianum Wechelum ſub ſcuto Baſileenſi, cum repetita præfatione *Viglii Zwichemii* ab Ayta, (*) Phryſii ad Carolum Quintum Imp. data Patavii 1533. prid. Cal. Junii, qui Zvichemius ex Bibl. Veneta S. Marci exemplar ſibi Beſſarionis à Petro Bembo communicatum teſtatur, altero etiam Jo. Baptiſtæ Egnatii uſus: deinde recuſa eſt Græce Lovanii 1536. 4. ex Rutgeri Reſcii officina, adjunctis aliquot *Petri Nannii* annotatiunculis. Latina autem verſio *Franciſci Craanenveldii*, quam laudat Petrus Nannius in Apologia adverſus Jacobum Curtium Tom. I. lampadis Artium Gruterianæ pag. 1378. non vidit lucem. Sed exſtat Latina interpretatio *Jacobi Curtii* Brugenſis JCti ſeparatim edita Pictavii 1539. ac deinde Coloniæ, Lugd. 1557. 12. & 1581. curante Ludov. Miræo, & Lovanii, noviſſime etiam Pariſiis 1681. 12. cum Jo. Doujatii notis impreſſa: verum una cum Græcis, ſine editoris nomine (quem *Dionyſium Gothofredum* eſſe non dubito) Genev. apud Jacobum Stœr 1610. 12. additis notis brevibus: & in calce voluminis ſubjuncto utroque titulo de verborum ſignificatione & regulis Juris, cum fragmentis ad eos ex Græcis auctoribus hinc inde collectis. Et notæ illæ & fragmenta hæc auctiora etiam exſtant in editione Græco-Latina altera optima, in qua Græca paraphraſis media poſita eſt inter textum Latinum Inſtitutionum & Curtii verſionem. Hæc Dionyſii Gothofredi nomen præfixum habens, excuſa Genevæ 1587. 4. apud Euſtathium Vignon, repetita 1598. 1620. 4. Denique *Carolus Annibal Fabrottus* in duplici ſua editione, Pariſ. 1638. & 1657. 4. quam Petro Segvierio Franciæ Cancellario inſcripſit, Græca emendavit ad tres Codices Bibl. Regiæ, & Petri Nancelii & Jacobi Mentelii caſtigationes: Latinam Curtii verſionem recognovit ac concinnavit ut Græcis preſſius reſponderet, Græca denique ex MSS. ſcholia & ſuas notas addidit, in quibus & hallucinationes quasdam Theophili notat, ut fecerat etiam Antonius Auguſtinus lib. 3. emendationum capite 8. nullum tamen librum alium exſtare profeſſus, ad Inſtitutionum libros intelligendos aptiorem.

Anti-

ſanctioni minime paruit, quæ legum vetitis interpretationibus reliquis & interdictis, ſolam eam quæ eſſet κατὰ πόδα probavit. Præf. 2. & 3. in Pandectas. Antiquitatis Romanæ peritiam majorem quandoque in eo deſiderari probat Antonius Auguſtinus III. 8. emendationum.

(†) Politianum primum Theophili præconem vocat idem Auguſtinus IV, 14.

(††) Mich. Maittaire Annal. typogr. T. 2. pag. 801.

(*) De Viglio hoc Suffridus Petri de ſcriptoribus Friſiæ p. 182 - 218.

2011 Ministerio de Cultura

Antiquiſſima *Inſtitutionum* editio Latina Ao. 1468. excuſa in membrana: *Præſens inſtitutionum præclarum opus alma in urbe Moguntina inclyte nationis Germanicæ &c.* per Petrum Schoyffer de Gernsheym. Confer Dialogos menſtruos W. E. Tentzelii & μαναείτε A. 1698. p. 505. ſeq. & Michaëlis Maittaire Annales typograph. T. I. p. 64. Hanc inſecutæ Lovanii 1473. Romæ 1475. cum gloſſa, & Mogunt. 1476. fol. Venet. 1478. fol. cum gloſſa per Jacobum Rubei, natione Gallicum; Baſil. 1486. & aliæ infinitæ ſimiliter gloſſis & commentariis illuſtratæ, ut Lugd. 1557. 8. Venet. 1568. &c. Infinitas etiam editiones cum recentiorum JCtorum notis prudens prætereo, nec memorabo in præſenti niſi unicam ſed luculentam illam quam cum integris *Theodori Marcilii* & M. *Antonii Mureti* notis atque *Jani à Coſta* commentario adornavit Joannes van de Water, Trajecti ad Rhenum 1714. 4.

Inter commentatores uſibus ſtudioſorum aptiſſimi Arnoldus Vinnius, Joach. Hoppius, & Juſtus Henningus Bœhmerus. Valde etiam propter perſpicuitatem mihi placuerunt Conradi Wolfii erotemata in Inſtitutiones, jam quartum edita Colon. 1598. 12. & Latino Germanica D. Henrici Conſtantini 1568. 1594. 12. &c. Sed exſtant & alia aliorum his non inferiora.

Germanice redditæ Inſtitutiones prodiere Cothenis 1632. 8. der Rechten des Kayſers Juſtiniani IV. Anweiſungs-Bücher. Sed videtur præſtare quam Latinis è regione poſitam Dillenburgi jam A. 1551. 8. vulgaverat, & Wilhelmo Naſſovio Principi inſcripſerat, etiam ex ſecunda recognitione 1565. 8. D. *Juſtinus Goblerus.* Exſtat & vetuſtior *Ortholphi Fuchſpergeri à Ditmoning*, Judicis & Secretarii Mænſenſis, quam habeo excuſam (*) Francof. 1535. fol. Nec non Andreæ Pernederi Inſtitutiones ſive illarum epitome potius, Kayſers Juſtiniani, nebſt der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung Caroli V. Ingolſtad. 1549. 1592. fol. Henr. Cnauſtini erotemata Latino-Germ. 1627. 12. Sed longe nitidior nuper accuratiorque cum perſpicuis commentariis, neſcio quo auctore emiſſa in lucem, Auguſtæ Vindelic. 1716. 4. ſeq. ut *Belgica* verſio C. Ortwini, Lugd. Bat. 1715. 4. & *Gallica* M. N. L. Lugd. 1625. 12. Du Teilii, Latinis è regione poſitis, Pariſ. 1670. 12. 2 Vol. & M. Claudii Joſephi de Ferriere

(*) Editionem Ingolſtadienſem verſionis Fuchſpergerianæ memorari video in Biblioth. Thomaſiana edita Germanice Tom. 2. p. 534.

2011 Ministerio de Cultura

re (**) Pariſ. 1719. 12. cum notis, & Juris Gallici collatione, ſex Volum. Inſtitutiones cum legibus Venetis confert paraphraſis poſtuma *Italica*, compoſita à Julio Marchione de Pozzo (†) Venet. 1697. 4. His duos adhuc libros addam, quos ſtudioſis juris & humanitatis commendem, unum *Jo. Gottlieb Heineccii*, Antiquitatum Romanarum Syntagma ſecundum ordinem Inſtitutionum, Halæ Saxon. 1719. 8. & alterum D. *Joannis Schilteri*, JCti Argentoratenſis, Inſtitutiones Juris ex principiis Juris Naturæ, Gentium & Civilis, tum Romani, tum Germanici, ad uſum fori hodierni accommodatas. Lipſ. 1685. 8.

Digeſtorum ſive Pandectarum libri quinquaginta.

Hosce promulgavit confirmavitque Imperator conſtitutionibus editis 17. Calend. Januar. A. C. 533. in quibus profitetur ſe ex veterum JCtorum infinitis commentariis eos concinnari feciſſe à viris peritiſſimis: νῦν δὲ τὰς ἁπάντων τῶν ἔμπροσθεν νομοθετησάντων συναγαγόντες γνώμας ἐκ τῶν πλήθους ἀπὸ τῶν βιβλίων, ἅπερ ἦν μὲν ἀμφὶ τὰ δισχίλια, ἀριθμὸν δὲ εἶχεν στίχων μυριάδων τριακοσίων, ὅπερ ἔμμετρόν τε ἅμα καὶ εὐσύνοπτον συνηγάγομεν ἄθροισμα. Πεντήκοντα οὖν τὰ πάντα πεποιήμεθα βιβλία τὰ νῦν, ἄνωθεν συναγαγόντες τὸ χρήσιμον, καὶ ἁπάσας τὰς ζητήσεις τεμόντες καὶ μηδὲν καταλιπόντες ἐπὶ τὸ σασιαζόμενον - - - - ὃ περαιτέρω τι πέντε καὶ δέκα μυριάδων στίχων αὖπω διδόντες. *Poſtea vero* (poſt Codicem editum) *maximum opus aggredientes, ipſa vetuſtatis ſtudioſiſſima opera jam pæne confuſa & diſſoluta eidem viro excelſo* (Triboniano, Magiſtro officiorum & exquæſtori) *permiſimus tam colligere, quàm certo moderamine tradere. Sed cum omnia percontabamur, à præfato viro excelſo ſuggeſtum eſt duo pæne millia librorum eſſe conſcripta, & plus quam trecenties decem millia verſuum à veteribus effuſa, quæ neceſſe eſſet omnia & legere & perſcrutari, & ex his ſi quid optimum fuiſſet eligere. Quod cœleſti fulgore & ſummæ Trinitatis favore confectum eſt ſecundum noſtra mandata, quæ ab initio ad virum excelſum fecimus, & in quinquaginta libros omne quod utiliſſimum erat collectum*

(**) Journal des Sav. 1721. Sept. p. 314. Idem Ferrerius Pariſ. 1676. 12. 2 Volum. Inſtitutiones ſingulari methodo illuſtratas, & cum jure Gallico collatas ediderat.

(†) Galleria di Minerva Tom. I. p. 357.

2011 Ministerio de Cultura

ctum est, & omnes ambiguitates decisæ nullo seditioso (*) relicto - - - - in quinquaginta pæne millia versuum totum opus consummantes & in septem partes eos digessimus non perperam neque sine ratione, &c. Ἅπερ ἅπαντα συντέθειταί τε καὶ ἐκπεπόνηται καλῶς τε ϛ τ παρ' ἡμῶν κελεύσεως ἀξίως ϖρὸς τὴν ΤΡΙΒΩΝΙΑΝΟΥ τ ἐνδοξοτάτ καὶ σοφωτάτ Μαγίστρ καὶ ἀπο Κυαιστόρων τ ἡμετέρων βασιλείων καὶ ὑπατικῶν ἀνδρὸς ὄντε τῷ ῥητορεύειν ἔνδε τῷ τὰς νόμας χαρίεν εὐδοκιμοῦντος, τ δὲ ἡμετέρων ἔμπροσθεν ὀδὸν ϖεπατημένων ϖροστάξεων, καὶ τ κ' ἀπ' αὐτὸν τὸ πρᾶγμα ἡμῖν ἐκπονησαμένων, τυτέστιν ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ λε τ μεγαλοπρεπεστάτ Κόμιτ τ θείων λαργιτίονων καὶ ἀντιγραφέως τ θειστ σκρινίτ τ τε θείων λιβέλλων ϛ τ βασιλικῶν διαγνώσεων, χρησὴν ἑαυτῷ δόξαν ἡμῖν ἐν ἅπασιν ϖροσχομένω, καὶ πρός γε ΘΕΟΦΙΛΟΥ τ μεγαλοπρεπεστάτ Μαγίστρ, καὶ νόμας ἀπὸ τ βασιλίδ τ ταύτης πόλεως σεμνῶς τε καὶ ἀγρύπνως, καὶ τ διδασκαλικῆς ἀπαιδεύτως ἀξίως διδάσκοντος. Καὶ ΔΩΡΟΘΕΟΥ τ μεγαλοπρεπεστάτ Κυαιστωρίτ καὶ διδασκάλτ ἐν τῇ τ νόμων ἀναδεδειγμένῃ πόλει, Φαμὲν δὲ τὴν ἀοίδιμόν τε καὶ ϖερίφανῆ τ Βηρυτίων μητρόπολιν, ὃν ἡ ϖρὶ αὐτ χρηστὴ δόξα καὶ εἰς ἡμᾶς ἤγαγεν, καὶ τ παρόντων μεταχεῖν ϖροτρέψατο πόνων. Καὶ ΑΝΑΤΟΛΙΟΥ λε τ μεγαλοπρεπεστάτ Μαγίστρ, ὃς δὴ καὶ αὐτὸς ϖρὸ Βηρυτίοις τ ἐκ νόμων παιδεύει καλῶς, ἀνὴρ ἐκ τριγονίας σεμνῆς τὸς ϖρὸ Φοινίξιν τ νόμων διδασκάλς καταβαίνων (ἀναφέρει γὰρ εἰς Λεοντίον τε καὶ Εὐδόξιον, ἄνδρας ἐπὶ νόμοις, μετὰ Πατρίκιον τ πανεύφημον ἀπὸ ὑπάρχων ὑπάτων, καὶ Πατρίκιον τὸς αὐτ παῖδας ὅτε θαυμάζομεν) ΚΡΑΤΙΝΟΥ λε τ μεγαλοπρεπεστάτ καὶ σοφωτάτ Κόμιτ τ θείων λαργιτίονων, νόμων τε καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς ἐξηγητὴς ἀπὸ τ βασιλίδ ταύτης ὁσὶ πόλεως. Καὶ ϖρὸς τούτοις ΣΤΕΦΑΝΟΥ, ΜΗΝΝΑ, ΠΡΟΣΔΟΚΙΟΥ, ΕΥΤΟΛΜΙΟΥ, ΤΙΜΟΘΕΟΥ, ΛΕΟΝΙΔΟΥ, ΛΕΟΝΤΙΟΥ, ΠΛΑΤΩΝΟΣ, ΙΑΚΩΒΟΥ, ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ, ΙΩΑΝΝΟΥ, τ σοφωτάτων, ὑπερ πάντες ῥήτορες μὲν εἰσιν τ ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων τ ἱερῶν ἡμῶν παιδευτηρίων, δόξαν δὲ ϖᾶσι τὴν ἐπὶ σοφίᾳ δικαίως ἔχοντες, εἰκότως παρ' ἡμῶν ἐκρίθησαν ἄξιοι κατεστᾶναι ϛ τοστ μεταχεῖν ἀγῶνος. *Quæ omnia confecta sunt per virum excelsum nec non prudentissimum Magistrum ex-Quæstore & ex-Consule* TRIBONIANUM, *qui similiter eloquentiæ & legitimæ (†) scientiæ artibus decoratus, & in ipsis rerum experimentis emicuit, nihilque majus nec carius nostris unquam jussionibus duxit: nec non per alios viros magnificos & studiosissimos perfecta sunt, id est* CONSTANTINUM *virum illustrem, Comitem sacrarum largitionum, & Magistrum scri-*

(*) controverso. (†) Legum scientiæ.

2011 Ministerio de Cultura

nii libellorum ſacrarumque cognitionum, qui ſemper nobis ex bona opinione & gloria ſeſe commendavit: nec non THEOPHILUM *virum illuſtrem, Magiſtrum jurisque peritum in hac ſplendidiſſima civitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem: &* DOROTHEUM *virum illuſtrem, & facundiſſimum Quæſtorium, quem in Berytienſium ſplendidiſſima civitate leges diſcipulis tradentem propter ejus optimam opinionem ad nos deduximus, participemque hujus operis fecimus: Sed &* ANATOLIUM *virum illuſtrem Magiſtrum, qui & ipſe apud Berytienſes Juris interpres conſtitutus, ad hoc opus allectus eſt, (Vir ab antiqua ſtirpe legitima* (*) *procedens, cum & pater ejus* Leontius, *& avus* Eudoxius, *qui poſt* Patricium *inclytæ recordationis quæſtorium & anteceſſorem, &* Leontium *virum glorioſiſſimum præfectorium conſularem, atque* Patricium *filium ejus, optimam ſui memoriam in legibus reliquerunt:) qui omnes ad prædictum opus electi ſunt una cum* STEPHANO, MENNA, PROSDOCIO, EUTOLMIO, TIMOTHEO, LEONIDE, LEONTIO, PLATONE, JACOBO, CONSTANTINO, JOANNE, *viris prudentiſſimis, qui patroni quidem ſunt cauſarum apud maximam ſedem præfecturæ quæ Orientalibus prætoriis præſidet - - - - & cum omnes in unum convenerunt gubernatione* TRIBONIANI *viri excelſi, ut tantum opus nobis auctoribus poſſent conficere, DEO propitio in prædictos quinquaginta libros opus conſummatum eſt.*

Græce Digeſta è Latino vertit, qui in illis componendis etiam ſuam Juſtiniano præſtiterat operam *Thalelæus*, cujus verſio magnam adhuc partem ſupereſſe videtur in Baſilicis, quemadmodum & in iisdem exſtant multa excerpta ex interpretatione *Stephani* κ῎ πλάτῳ & alterius κ῎ πόδα, & ex tertii expoſitione qui per modum *indicis* plura explanaverat, nec non ex epitome *Cyrilli* & explanatione *Dorothei* qui mediam rationem inter epitomen & uberiorem expoſitionem fuit ſectatus: & ex aliorum ϖ῎ κεφαῖς, ϖ῎ πομπαῖς & ϖ῎ πίτλοις, ut ex indice in Baſilica, quem infra exhibeo, apparebit. Præfatio Græca Digeſtis in editione Florentina Taurellii atque inde in paucis aliis, ut Genev. 1587. Pariſ. 1628. & Amſtelodamenſi 1663. fol. cum verſione Antonii Contii præmittitur. De Codice Pandectarum Piſano ſive Florentino, ex quo Taurellii editio expreſſa eſt, prodiit nuper commentarius elaboratiſſimus eruditiſſimi viri Henrici Brencmanni, quem Hiſtoriam Pandectarum inſcripſit & Trajecti ad Rhenum ſuperiore anno 1722. 4. edidit, velut prodromum accuratiſſimæ,

(*) legum perita.

2011 Ministerio de Cultura

simæ, quam ab illo exspectamus, Pandectarum editionis. Interim ex eo, quem pag. 263. seq. dedit, mutuari placet syllabum editionum Pandectarum ab exordio typographiæ ad annum 1600. quem cum notatis nuper à me in Bibliotheca Latina conferre licebit.

Antiquissimum exemplar, quod videre me memini, est:

Digestum infortiatum, sine loco aut anno impressionis. in fol.

Sequentia his annis impressa reperiuntur:

Digestum novum, per Petrum Mauser. *Paduæ* anno 1479. in fol.

Digestum infortiatum & novum. *Venetiis* per Joan. & Gregor. fratres Furlivienses, anno 1485. item Institutiones & Novellæ. in fol. Hac editione Politianus usus est.

Digestum novum; editio *Venetæ* Andreæ Calabrensis de Papia, anno 1489. in fol.

Digestum vetus; per Baptistam de Tortis. *Venetiis*, anno 1498. in folio.

Corpus Juris; *Venetiis*, apud Bapt. de Tortis, quinque tomis. in fol. Prior tomus, seu Digestum vetus, prodiit anno 1499. idemque esse reor cum Digesto veteri, quod præcedit, ac proinde errorem esse in numeris. Alter tomus editus demum anno 1501. reliqui vero tres anno 1500.

Libri Juris *Mediolani* prodierunt circa initium seculi sextidecimi; hos laudavit Alciatus.

Corpus Juris civilis. *Venetiis* per Baptist. de Tortis, anno 1506. & 1507. quinque voluminibus. in fol.

Corpus Juris civilis; *Lutetiæ*, anno 1508. in fol.

Digestum vetus & infortiatum, opera magistri Andreæ Boucard; *Parisiis* apud Joan. Bonhomme, Joan. Petit & Tilemannum Kerver. in 4. Prius autem volumen prodiit anno 1509. alterum 1511. In editione illud singulare est, quod Digestum infortiatum pro libris XXV. XXVI. XXVII. Pandectarum &c. habet libr. I. II. III. &c.

Corpus Juris civilis. *Lutetiæ* apud Jodocum Ascensium, an. 1511. quinque tomis. in 4.

Corpus Juris civilis. *Parisiis* itidem quinque tomis. in 4. Digestum vetus prodiit an. 1513. novum 1514. postea demum infortiatum an. 1515. Codex autem an. 1516. denique Authenticum &c. 1515. ordine præposterо.

Corpus

2011 Ministerio de Cultura

Corpus Juris. *Parisiis*, per Bartholdum Rembolt, an. 1515. & 1516. in fol. Codex, Digestum vetus & infortiatum impressa sunt priore anno; altero Digestum novum, etiam Novellæ, Institutiones & reliqua. Ex bibliopolio Remboltiano prodierunt item IX. libri Codicis anno 1521.

Corpus Juris civilis. *Lugduni* apud Jacobum Mareschal, an. 1515.

Corpus Juris civilis, secundum correctiones Ludovici Bolognini ex Pandectis Pisanis. *Lugduni* impressum, opera Francisci Fradin, impensis vero Aimonis de Porta an. 1516. quinque voluminibus. in fol.

Digestum vetus & novum, ex castigatione Ludovici Blaublommii, Gandensis. *Lutetiæ* apud Claudium Chevallonium, an. 1523. & 1524. in fol.

Digestorum seu Pandectarum Juris civilis volumina quinque. *Parisiis* ex officina Roberti Stephani. in 8. Non adsunt glossæ. Præterea character Romanus est.

Corpus Juris civilis, ex inclyta Parrhisiorum *Lutetia*, apud Claudium Chevallon; quinque voluminibus. in fol. Digestum vetus typis absolutum est anno 1528. infortiatum & novum an. 1529. item Authentica, tres posteriores libri Codicis, Feuda &c. at novem priores libri Codicis demum an. 1530. Digesto veteri præmittitur præfatio Ludovici Blaublommii; præterea ad marginem locantur libri & tractatus, unde leges desumptæ: non tamen in duobus seqq. Digestorum voluminibus.

Digestorum seu Pandectarum libri L. ex editione Gregorii Haloandri. *Norembergæ*, an. 1529. tribus voluminibus. in 4. Litera est Romana. In fronte hujus editionis post nomen Haloandri sequitur: *Qui primus omnium Florentinas Pandectas edidit, quanquam non per omnia illarum fidem secutus sit, sed aliorum etiam antiquorum codicum, ut ipse profitetur.* Sed ea de re ex professo agit laudatus Brencmannus libro V. Historiæ Pandectar. cap. 3.

De corpore Juris glossato agens Clariss. Struvius,(*) ac de variis illius editionibus, ait inter alia: *Ut taceamus antiquiores istas, quæ literis monachalibus adparent, frequentiores sunt Lugdunenses 1530. 1548. 1550. in fol. Parisienses de anno 1559. &c. in fol. & 1535. in 4.* Prodiit igitur *Lugduni* anno 1530. Corpus glossatum: sed apud quem, quo curante, quotve tomis, non addit.

Corpus Juris civilis, edente Ægidio Daurigny. *Parisiis* apud Franc. Regnault, an. 1531. in 8. Literulis Gothicis rubro nigris.

Corpus

(*) Struv. Hist. Juris c. 5. §. 13. in notis.

2011 Ministerio de Cultura

Corpus Juris civilis. *Parisiis*, apud Claudium Chevallonium, an. 1534. curante Ægidio Perrino. Digestum novum prodiit anno 1534. forma est in folio.

Corpus Juris glossatum. *Parisiis*, an. 1535. in 4.

Corpus Juris civilis; excudebat *Lugduni* Franciscus Fradin, impensis Hugonis de Porta, an. 1536. in fol. quinque tomis. Dicitur hoc Corpus: *Ad doctissimorum Virorum annotationes, exemplariumque vetustorum fidem recognitum.* Adsunt in margine (præter varias lectiones, in quibus crebra mentio Pand. Flor.) etiam tractatus Jurisconsultorum, & librorum numerus ante singulas leges è regione nominis uniuscujusque JC. *Fradinianorum* librorum meminit Augustinus II. 5. III. 1. & 6. emendatt. quos alibi *Lugdunenses* videtur appellare, aut certe *Lugdunenses antiquiores.*

Corpus Juris civilis. *Parisiis* apud Chevallonium, an. 1536. in 8. septem voluminibus. Ad hanc aut unam è proxime antecedentibus pertinere arbitror oppido notabilem Alciati admonitionem *lib. VI. Parerg. cap. 9.*

Corpus Juris, ad exemplar Gregorii Haloandri, qua licuit fide castigatum. *Parisiis*, apud Carolam Guillardam, an. 1540. undecim voluminibus. in 8.

Corpus Juris civilis. *Lugduni* apud Hugonem & hæredes Æmonis à Porta, an. 1540. & 1541. quinque tomis. in fol. Hac editione usus est Robertus, neglecta Florentina Taurelli.

Pandectarum seu Digestorum libri L. non solum ad editionem Gregorii Haloandri diligenter collati, sed & Andreæ Alciati consilio judicioque in quamplurimis locis feliciter recogniti, adjectis ejusdem beneficentia *Modestini* responsis Græcis in tit. De excusat. tutor. hactenus desideratis. Item Codex, Novellæ &c. *Basileæ* apud Joan. Hervagium, an. 1541. duobus voluminibus, in fol. Est autem satis cognita hæc editio, sed quam plerique confundunt cum Haloandrina seu Norica.

Corpus Juris civilis &c. collatis non paucis venerandæ fidei exemplaribus, adhibitoque doctissimorum Jurisconsultorum judicio. *Lugduni* apud Hugonem & hæredes Æmonis à Porta, anno 1547. quinque tomis in fol.

Corpus Juris civilis, ex emendatione Antonii Augustini. *Parisiis* apud Carolam Guillard, viduam Claudii Chevallonii, & Gulielmum des Bois, an. 1548. Digestum infortiatum & novum, ut & Codex cum Institutionibus &c. non ante an. 1550. prodierunt. Elegans editio est,

2011 Ministerio de Cultura

forma in quarto, quinque voluminibus. Vulgo audit: *Corpus Juris Auguſtini*; ſed præter emendationes ex Auguſtini libris deſumptas, quæ ex Pandectis Florentinis petitæ, ut notum: puto eam nihil habere, quod ab Auguſtino profectum ſit. Satis id indicant hæc verba in fronte prioris voluminis: *Multa ſunt reſtituta, cum doctorum Virorum opera, tum vero maxime Antonii Auguſtini emendationibus.* Eædem emendationes & à Vintimillio receptæ ſunt in editione, quæ eodem tempore prodiit, & proxime memoratur.

Digeſta ſeu Pandectæ Juris civilis libri L. nunc primum ad fidem Pandectarum Florentinarum ſexcentis locis emendatis ſupra Gregorii Haloandri editionem, curante Jacobo Vintimillio-Rhodio; item Codex & Novellæ &c. *Pariſiis* apud eandem Carolam Guillard & Guliel. des Bois, an. 1548. novem voluminibus. in 8. Vidi ejusdem editionis exemplum, in quo ſolum Codex & Novellæ &c. præferunt an. 1548. Pandectæ vero 1550.

Corpus Juris civilis. *Lugduni* apud Hugonem à Porta, an. 1549. quinque tomis. in fol. Eo autem anno prodiit Digeſtum vetus; at infortiatum & novum demum anno ſequenti: Codex & Novellæ jam prodierant anno 1548.

Corpus Juris civilis, ad Florentinarum (quæ prius Piſanæ) prototypon, & ad Avenionenſe archion emendatum. *Lugduni* apud Sennettonios fratres, an. 1550. voluminibus quinque, in fol. Character eſt rubro niger, cum figuris ante ſingulos libros. In præfatione plenius dicitur: *Collatum fuit non ad aliud, quam ad ſui ipſius proprium & antiquum exemplum, nimirum ad Florentinarum (quæ olim Piſanæ fuerunt) Pandectarum prototypon, item ad antiquiſſimum venerabilis collegii Avenionenſis archion.* Quum autem eſſem Avenione, diligenter ſciſcitatus ſum, an, & ubi eſſet illud *archion*; ſed incaſſum.

Corpus Juris civilis, ex Pandectis Florentinis recognitum & emendatum, ut nihil, quod ad puram putam eorum librorum lectionem attinet, deſiderari poſſit. Adjecimus pluribus locis annotationes ex doctiſſimorum Virorum commentariis. *Lugduni* apud Hugonem à Porta Anton. Vincentium, an. 1551. quinque voluminibus. in quarto.

Antonii Syphriani Pandectæ manuales, in minori forma. *Lugduni* apud Gulielm. Rovillium, an. 1551. cum Codice & Novellis, ſtudio atque opera Bernardi Rollandi Caſtrenſis. Dicuntur autem Pandectæ, *poſt omnium*

2011 Ministerio de Cultura

omniuu editiones & Haloandri castigationem ad librorum Florentinorum fidem innumeris in locis emendatæ.

Corpus Juris civilis, cura Haloandri. *Parisiis*, apud Carolam Guillard, viduam Claudii Chevallonii, & Guliel. Desboys, an. 1552. & 1553. septem voluminibus, in 8. solus autem Codex posteriore anno typis descriptus. Pandectæ sic inscribuntur: *Digestorum seu Pandectarum Juris civilis libri* L. *ad exemplar Florentinum & Haloandrinum, nec non vulgatas editiones quam diligentissime collati, passimque emendati, additis omnibus inscriptionibus.* Immo illud singulare ac præcipuum habet hæc editio, quæ ex tribus illis conflata est, quod signa quædam in contextu collocantur, quibus singulæ dignosci queant. Editionem hancce curavit Lud. Miræus Rosetanus, consulto in difficilioribus Emaro Ranconeto. Hic inter alia Græcam constitutionem, quæ Pandectis præfixa est, pluribus locis mancam & corruptam, quatenus licebat, restituit.

Pandectarum seu Digestorum libri L. ad archetypum Florentinum recogniti per Lælium Taurellium, edente ejus filio Francisco. *Florentiæ* ex officina Laurentii Torrentini, anno 1553. in fol. tribus voluminibus magnifice ac pereleganter perque accurate impressis.

Post enumeratas varias editiones Corporis Glossati sic pergit Clar. Struvius: *Præstant vero reliquis ea quæ sub signo Salamandræ prodiit Lugduni 1554. fol. quinque tomis, atque rubricis est distincta: Ea quæ & sub signo Leonis prodiit Lugduni 1580. &c.*

Corpus Juris civilis. *Lugduni* apud Hugonem à Porta, an. 1560. quinque tomis, in fol. Digestum autem infortiatum pridem antea typis absolutum fuit, anno videlicet 1556. Codex vero an. 1557. præterea Institutiones & Novellæ cum tribus ultimis libris Codicis an. 1558. denique Digestum vetus & novum an. 1560.

Jus civile, manuscriptorum librorum ope - - - - - infinitis locis emendatum, & notis perpetuis illustratum, Ludovico Russardo auctore, consilio tamen & auctoritate Francisci Duareni, qui summaria in Pandectas præscripsit. *Lugduni* apud Rovillium, an. 1561. duobus voluminibus, in fol. Secuta est editio Plantiniana *Antwerpiæ*, an. 1567. in 8. ut & tertia apud eundem Plantinum, an. 1570.

Corpus Juris civilis, juxta exemplar Florentinum examinatum. *Lugduni* apud Hugonem à Porta, an. 1562. quinque voluminibus, in fol.

Corpus Juris civilis, cum notis Antonii Contii, & summariis Franc. Hotmanni. *Parisiis*, an. 1562. novem voluminibus. in 8. Prodiit & Contii

2011 Ministerio de Cultura

Contii editio *Lugdunenſis*, an. 1581. apud Rouillium, quatuordecim tomis, in decimo ſexto: quæ omnibus nota eſt.

Corpus Juris civilis. *Lugduni*, an. 1565. quinque tomis. in fol.

Corpus Juris Gloſſatum. *Venetiis*, apud Nicol. Bevilaqua, an. 1569. quinque tomis. in 4. Rubricæ & inſcriptiones minio expreſſæ ſunt; eſtque nitidiſſima inſcriptio.

Corpus Juris civilis, ex editione Gregorii Haloandri. *Baſileæ*, apud Thomam Guarinum, an. 1570. tribus tomis, in fol.

Corpus Juris civilis, cum notis Franc. Hotomani. *Pariſiis*, anno 1572. decem voluminibus. in 8.

Laudatus ſupra Struvius ibidem ſubjicit: *Optima vero eſt editio, quæ Venetiis 1574. in 4. prodiit quinque tomis. Pandectas hæc continet cum Florentinis collatas, Codicem, &c. adjectis gloſſis & rubricis, diſtincta una cum ſcholiis Antonii Perſii, indice materiarum Ægydii Perrini &c. Hæc editio ob chartæ literarumque nitorem, accuratam imprimendi rationem, diſtinctiones rubricarum, atque adjectum indicem ſatis locupletem reliquis præſtat.*

Corpus Juris civilis, accurante Ludov. Charonda. *Antverpiæ* apud Chriſtoph. Plantinum, an. 1575. duobus voluminibus, in fol.

Corpus Juris, ſtudio & opera Julii Pacii; excudebat Euſtat. Vignon *Atrebat.* an. 1580. in fol. Prodiit apud eundem, eodem anno, novem voluminibus. in 8.

Corpus Juris civilis, cum notis Dionyſii Gothofredi. *Lugduni*, in officina Barthol. Vincentii excudebat Jacob Stœr 1583. in 4. Eadem editio totidem verbis, totidemque paginis repetita, ſi non plane eadem cum novo titulo, prodiit an. 1594. Vide quæ infra dicentur ſub anno 1598.

Corpus Juris civilis. *Venetiis*, anno 1591. quinque tomis. in 4. Priori tomo præmittitur: *Pandectarum tomus primus cum Pandectis Florentinis, quæ olim Piſanæ dicebantur, diligentiſſime collatus, lectionum varietatibus, quibus à Florentinis diſcrepabat (communem enim lectionem retinere maluimus) in margine rite collocatis, commentariis Accurſii, & multorum inſuper aliorum Juriſconſultorum, tam veterum, quam neotericorum, præcipue autem Antonii Perſii, Philoſophi & J. U. D. ſcholiis atque obſervationibus illuſtratus.*

Univerſi Juris civilis, in quatuor tomos diſtributi, Corpus; cum gloſſis & variis lectionibus, opera & ſtudio Petri ab Area Baudoza Ceſtii. *Genevæ*, apud Carterium, an. 1593. quatuor voluminibus, in 4. Character eſt rubro niger, isque minutior, nitidiſſimus tamen. Sed & hæc vulgatam ſequitur.

Corpus

2011 Ministerio de Cultura

Corpus Juris civilis, à Dion. Gothofredo recognitum, editio ſecunda. Additus eſt breviculus index, MDCCCCXXV. regulas Juris continens. Excudebat G. Læmarius, impenſis hæredum Euſtachii Vignon & Jo. Chouet, an. 1598. in octavo majore, absque notis. In hac editione expreſſit Gothofredus majuſculas, & cetera Taurelli ſigna. Dedicatio habet ſubſcriptum annum 1588. ut proinde error eſſe videatur, aut in eo, aut in altero annorum numero. Quod ſi vero recte habet numerus in fronte editionis hujus, manifeſtiſſime comprobatur, editionem anni 1594. eandem eſſe cum prima Gothofredi, quæ prodiit anno 1583. additur enim huic, *editio ſecunda.*

CODEX JUSTINIANEUS repetitæ prælectionis.

EX conſtitutionibus Principum quæ in tribus corporibus, Gregoriano, Hermogeniano & Theodoſiano comprehendebantur, & ex iis quæ deinceps à Theodoſio juniore usque ad Juſtinianum Imperatores ſanxerant, idem Juſtinianus 7. Id. April. A. C. 529. (*) Codicem novum promulgavit, ad quem componendum delegiſſe ſe profitetur JOANNEM *virum exeellentiſſimum, ex quæſtore ſacri noſtri palatii, conſularem atque patricium:* LEONTIUM *virum ſublimiſſimum magiſtrum militum ex præfecto prætorio conſularem atque patricium:* PHOCAM *virum eminentiſſimum magiſtrum militum, conſularem atque patricium:* BASILIDEM *virum excellentiſſimum, ex præfecto prætorio Orientis atque patricium:* THOMAM *virum glorioſiſſimum, quæſtorem ſacri noſtri palatii & ex-conſule:* TRIBONIANUM *virum magnificum, magiſteria dignitate inter agentes decoratum:* CONSTANTINUM *virum illuſtrem, Comitem ſacrarum largitionum inter agentes, & magiſtrum ſcrinii libellorum ſacrarumque cognitionum:* THEOPHILUM *virum clariſſimum, Comitem ſacri noſtri conſiſtorii & juris in hac alma urbe* (CPoli) *doctorem:* DIOSCORUM & PRÆSENTINUM, *diſertiſſimos togatos fori ampliſſimi prætoriani.* Poſtea etiam hunc Codicem emendari & deciſionibus atque conſtitutionibus novis ſuppleri juſſit per eundem TRIBONIANUM *virum excelſum, magiſtrum ex-quæſtore & ex-conſule legitimum operis noſtri miniſtrum: nec non virum magnificum quæſtorem & Berytienſium legum Doctorem* DOROTHEUM: MENNAM *inſuper,*

(*) Decio ſolo Conſule, Chron. Paſchale p. 335. pro 7. Id. April. habet 16. Cal. April.

2011 Ministerio de Cultura

& CONSTANTINUM & JOANNEM, *viros elegantissimos & togatos fori amplissimæ sedis.* Hic Codex repetitæ prælectionis, abrogato priore, promulgatus est 16. Cal. Dec. Justiniano quartum (†) & Paulino COSS. A. C. 534. divisusque ut prior editio in libros duodecim. Distinctio librorum titulorumque memoratur quoque apud Evagrium lib. 1. Hist. Eccl. c. 12. γέγραπται δ' ἓν τῷ Θεοδοσίῳ πανευσεβὴς Διάταξις ἀνὰ τὸ πρῶτον βιβλίον κειμένη, Ἰουστινιανῆ Κώδιξ ὠνόμασται, τρίτη τ' ἀριθμὸν ἔχ πρώτης τύπλης τυγχάνουσα.

Etiam hunc in gratiam plurimorum, qui Latinam linguam non intelligebant, Græce versum multi testantur, eumque vidisse se in Creta insula fuerunt, qui Frid. Adamæo Svallembergio referrent, ut ipse narrat præfat. ad Harmenopuli epitomas. *Quem & ipsi vidimus, eo-jusque interpretem, κωδικεύτην dictum, legimus;* inquit Marquardus Freherus, dedicatoria Juris Græco-Romani. Etiam hujus Græci interpretis vestigia aliquam multa in Basilicis licet reperire, atque inde *Antonius Augustinus* Ilerdæ 1567. 8. vulgavit constitutionum non paucarum Codicis Græcam interpretationem, quæ etiam addita apparet in editionibus quibusdam Corporis Juris, ut *Dionys. Godofredi* 1587. & Paris. 1628. & *Simonis à Leuwen*, Amst. 1663. fol. *Theodori* Hermopolitæ σύνοψις καὶ ἐκλογὴ ἐκ τ̃ Κωδίκων per interrogationes & responsiones, capitibus digesta octoginta duobus, MS. exstat in Bibl. Cæsarea, teste Lambecio VI. p. 15. seq. Incipit: ὅτε τελευτῶν ὁ ἡγούμενος. Non modo epitomes hujus Theodori, sed interpretationis εἰς πλάτος compositæ à *Thalelæo*, & aliarum duarum *Anatolii* & *Isidori* meminit Matthæus Blastares Hieromonachus, (††) qui circa A. C. 1335. scripsit, præfatione ad syntagma Canonum Legumque alphabeticum, cujus locum integrum, historiam Juris veteris Romano-Græci breviter perstringentem, infra apponam:

Περὶ

(†) quintum; auctor Chronici Paschal. p. 343.

(††) De hujus Blastaris syntagmate dixi Volum. X. pag. 493. Codex MS. qui olim fuit Is. Vossii, servatur in Bibl. Leidensi, scriptus à Joanne Sanclamone Cyprio, LXXIV. annos nato Romæ A. 1512.

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ τ πολιτικῶν νόμων πόθεν ἔσχον τὴν ἀρχήν, καὶ ὅπως συνέστησαν.

Οὐδὲν δὲ οἷον καὶ περὶ τῶν πολιτικῶν νόμων βραχέα διαλαβεῖν, καὶ ὅθεν ἔσχον καὶ ὅτοι τὴν γένεσιν ὡς ἐφικτὸν, ἱστορῆσαι, ἐπειδὴ κ τούτων ἐνίοις τοῖς τ ἱερῶν κεφαλαίοις κανόνων, ὡς ἄν λίνας ἐπικόρους, δεῖν ᾠήθημεν παρεσκευάσθαι. κ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα καθ' ἣν ὄγδοον μὲν τὸ ἑπτακοσιοστὸν κ τετρακισχίλιοστὸν ὁ κόσμος ἔνυεν ἔτος Ῥωμύλου βασιλεύοντος Ῥώμης. μεθ' ὃν ἕτεροι τ ἀριθμὸν ἐξ ἀλλήλους ἦσαν διαδεχόμενοι. κ χρόνος αὐτοῖς ὁ τ βασιλείας ἐμέτρει πεπρτος κ πρακοστὸς πρὸς τοῖς διακοσίοις. ὑφ' οὓς βασιλείαν τίνυν ἰθηνομένης τ πόλεως, ῥῆγες μὲν τ πολιτείας διῴκουν, δεύτερον μετά γε τ βασιλέα τὴν ἐξουσίαν ἀνηρημένοι. ὃ τὸ ἐκείνοις δοκοῦν νόμος δύναμιν εἶχε τῇ πολιτείᾳ. οὐδέπω γὰρ ἐν γράμμασι νόμος ἦν. κ τὴν ὀγδόην ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα εἰς δημοκρατείαν τ βασιλείας ἐμπεσούσης, καὶ τ ῥήγων γενομένων ἐκ μέσου, τ δὲ τ ὑπάτων εἰσαχθείσης ἡγεμονίας, ὁ δῆμος Ῥωμαίων ἀορίστῳ τινὶ νόμῳ, ἢ συνηθείᾳ μᾶλλον εἰπεῖν ἐκέχρητο. ἀλλὰ πρὶν εἴκοσι χρόνους ἐξήκειν, ἄνδρας ὁ δῆμος ἐκλεξάμενοι δέκα, ὧν ἄρχων Ἄππιος Κλαύδιος, νόμους τοῖς ἁπτεραίοις θείους. οἱ δὲ συναγαγόντες τὰ σποράδην κείμενα, ὥσπερει νόμιμα τ Ῥώμης ἔθη, ἐκτασάμενοι

De Politicis Legibus, unde ortum habuerunt, & quomodo constitutæ sunt.

Nihil autem vetat quo minus & de Politicis Legibus breviter differamus, & unde ipse quoque ortum habuerunt pro viribus describamus; si quidem & earum nonnullas sacrorum canonum capitibus, tanquam auxiliares quasdam adnectere visum est. Prima circiter (*) Olympiade, cum mundus quater millesimum septingentesimum octavum annum peregisset, Romulus Romæ imperabat, post quem alii numero sex alter alteri succedebant: & annus CCXLIV. regnum iis emensus est. Urbe igitur regni more gubernata, Reges res politicas administrabant, proximam post Imperatorem potestatem exercentes, & quod iis visum est legis in republica vires obtinebat. Lex enim literis nondum mandata fuit. Circiter LXVIII. Olympiade regno in democratiam delapso, & regibus è medio sublatis, & introducta Consulum præfectura, populus Romanus indefinita quadam lege, vel consuetudine, ut melius dicam, usus est: prius autem quam viginti transacti sunt anni, populus decem eligentes viros, quorum præcipuus fuit Appius Claudius, divinas iis leges committebant: Hi autem consuetudines, tanquam Romæ leges, sparsim jactas

(*) imo in Olympiade sexta ac deinceps.

2011 Ministerio de Cultura

μενοί τε καὶ Ἀθήνηθεν οὐκ ὀλίγους τῶν ἑλληνικῶν νόμων, ὅσοι τε εἰς Σόλωνα τὴν ἀναφορὰν αὐχοῦσι καὶ Δράκοντα. πρὸς δὲ καὶ ὅσους τὸν Λυκοῦργον λόγος ἐσχηκέναι πατέρα, καὶ Μίνωνα καὶ τοὺς τοιούτους, βίβλους ἐκ ἑκάτων συντάττουσι δυοκαίδεκα. Σόλων μὲν γὰρ καὶ Λυκοῦργος παλαιὸς ἦν. τῷ γὰρ ἑξηκοστῷ καὶ πέμπτῳ ἔτει τὸν Ἰλίου ἁλώσεως ἐγνωρίζετο, Λατίνων βασιλεύοντος Πρόκα Σιλουίου. Σόλων δὲ τοῖς Ἀθηναίοις νόμους ἐτίθει τῇ ἕκτῃ καὶ πεντηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, τοὺς τῶν Δράκοντος θεσμοὺς, πλὴν φονικῶν. ταύτας οὖν αἱρημένους βίβλους ὁ δῆμος ἐχρῆτο ἕως ὑπατείας ἦγετο καὶ δημοκρατίας, ὡς εἴρηται. καθ' ἑνιαυτὸν γὰρ ὁ δῆμος δύο τῶν εὐπατριδῶν προϊστάμενοι, ὥστε τὰ πολιτικὰ πάντα καὶ τὰ τῆς στρατείας διοικεῖν πράγματα, ὑπάτους τούτους ὠνόμαζον. καὶ τὸ σχῆμα τοῦτο τῆς πολιτείας ἐπὶ χρόνοις ἤρκεσε τέτταρσι καὶ ἑξήκοντα πρὸς τοῖς τριακοσίοις. Γαΐῳ δὲ τὴν ὑπατείαν τε καὶ δημοκρατίαν εἰς βασιλείαν αὖθις ἀμείψαντος, καὶ τὰ τῆς πολιτείας ἐπιδιδόντος, αὐξάνεσθαι καὶ τὰς ὑποθέσεις συνέβαινε καὶ τὰς δίκας, ὡς καὶ ποικιλωτέρων καὶ καινοτέρων δεῖσθαι νόμων τὴν πολιτείαν. τά δή τοι καὶ ὁ σέβαστος Αὔγουστος ἐκεῖνος Καῖσαρ, ὃς μετὰ Γαΐον ἐβασίλευσεν οὐχ ὅπως ὅσοι σοφίᾳ τῶν πολλῶν ἦσαν κρείττους, ἐφῆκε νομοθετεῖν, ἀλλά γε καὶ τοῖς τοῦ δήμου καὶ στρατηγοῖς καὶ ὅτι ἂν ἕκαστος εἴποι, παρὰ

jactas colligentes, & ex Athenis non paucas Græcarum legum, quæ Soloni & Draconi jactanter acceptæ referuntur, & quas præterea Lycurgum habuisse Patrem, & Minonem & ejusmodi, fama fuit attrahentes, duodecim ex iis libros componebant. Solon enim, ut & Lycurgus antiquus erat. Etenim LXV. Trojani excidii anno hic notus erat, Proca Sylvio Latinis imperante. Solon autem XLVI. Olympiade leges Athenienſibus ferebat, Draconis leges, exceptis iis quæ de cædibus tractabant, tollens. Dictis itaque libris uſus eſt populus usque dum ſub conſulatu fuit, & democratia, ut dictum eſt. Populus enim duos è nobilibus, ut civilia quæcunque ac militaria adminiſtrarent negotia, quotannis eligentes, Conſules eos nominabant. Et hæc publicæ adminiſtrationis forma CCCLXIV. annos ſuffecit. At Cajo* conſulatum ſimul ac democratiam in regnum iterum commutante, & republica aucta, cauſas quoque & publicas actiones augeri contigit, adeo ut plurium generum & recentioribus legibus reipublicæ opus eſſet. Quapropter auguſtiſſimus ille Auguſtus Cæſar, qui poſt Cajum regnabat, non tantum iis qui multis erant ſapientiores, leges ferre permiſit, ſed & populis, & militibus, & quod unusquisque dixerit, ab omni-

* Cajo Julio Cæſare.

2011 Ministerio de Cultura

ωᾶσι δὲ πᾶσιν ἐδοκιμάζετο. Ἐ εἰ τ χρησίμων ἔδοξε, τοῖς ωροληφθεῖσι τ νόμων εὐθὺς ἐνεγράφετο. ταῦτα πάλιν ὁ πολὺ μ Αὔγουστον ἄρξας Ἀδριανὸς ἀθροίσας εἰς ἕν, τὰ μὲν τ ἄλλων πάντων ἰδίαν ἐποιήσατο πραγματείαν ἐν βίβλοις θεωρουμένην ωεντήκοντα, Δίγεστα τοῦτο ἤτοι ωανδέκτην ὄνομα θέμενος, ὡς ἐκ ωολλῶν δηλαδὴ συλλεγέντα. ἰδίᾳ δὲ ὅσα οἱ βασιλεῖς διωρίσαντο, ἐν βιβλίοις ἔγραψε δώδεκα, ἅπερ ὀνόμασε κώδικας, ἤτοι βασιλικὰς Διατάξεις. ἀλλὰ Ἐ ὅδ' ἦν δυσχερὴς ἡ τ νόμων καταληψις, ωλάτος ἐχόντων τοῖς λογισμοῖς ὐκ ὁριζόμενον. κ μάλιστα τ καθὰ καιροὺς βασιλέων τὰ δοκοῦντα σφίσι ωεριπιπτόντων τοῖς κώδιξι, ωρὶ ὧν ὅπω πρότερον ἔκειτο νόμος. ὁ μὴν ἀλλὰ κ Λατινικὴ λέξις Ἐ φράσις εἰσέτι τοὺς νόμους κρύπτουσα τοὺς συνεῖναι ταύτην μὴ δυναμένους, ἰσχυρῶς ἀπεῖργε, Ἐ τ ἐξ αὐτῶν ὠφελείας ἐστέρει ωρὶ ἓν ἔθνος ταύτην ἱσᾶσα. ὁ δὲ ωρωνυμος ἐν βασιλεῦσιν Ἰουστινιανὸς τ ωλήθους τ τ νόμων κεφαλαίων, Ἐ τῷ καιρῷ κ τοῖς ωράγμασι μόνον χρήσιμα ἐκλεξάμενος. ὁ μὴν ἀλλὰ Ἐ τὸ ωλάτος ὡς οἷόν τε ὀλιγωθὲν κ τὸ δὶς ωρὶ αὐτῶν κείμενα ἐξελὼν, ἔτι κ πρὸς

mnibus discutiebatur, &, si utile visum est, præcedentibus legibus protinus inserebatur. Hæc iterum *Adrianus* (*) qui multo post Augustum imperavit in unum colligens, aliorum quidem omnium præscripta unum opus effecit, in quinquaginta libros distributum, Digesta, sive Pandectam ab eo nominatum; ut quæ ex multis collecta sunt. Quæcunque autem Imperatores privatim decreverant in duodecim libris scripsit, quos Codices sive Constitutiones Imperiales nominavit. Verùm eo quoque modo difficile erat, leges intelligere latitudinem habentes cogitationibus non definitam. Et præsertim cum Imperatores rerum pro tempore potiti, quæ sibi visa sunt, de quibus lex antea non lata fuerat, Codicibus inseruissent. Quin etiam Latina dictio & phrasis illos qui eam intelligere non possunt, tanquam muro fortiter excluſit, & utilitate ex iis percipienda privavit, in una gente eam includens. Celeberrimus autem inter Imperatores *Justinianus*, cum è legis capitum multitudine, ea sola, quæ tempori ac negotiis commoda sunt selegisset, & magnitudinem præterea quantum licuit, contraxisset, & quæ bis de iisdem rebus posita fuerant, abstu-

(*) De his Pandectis & Codice Adriani altum apud veteres & Justinianum ipsum silentium. Confer quæ supra p. 341. seq.

2011 Ministerio de Cultura

πρὸς τὴν ἑλληνικὴν τά τε τῶν κωδίκων καὶ τὰ τ διγέστων μεταβέβληκε φράσιν. πρὸς δὲ καὶ νόμων εἰσαγωγὴν ποιησάμενος, ὥσπερ τινα πρῶτα στοιχεῖα, ἰνστιτοῦτα τὸ βιβλίον ὠνόμασεν. εἰσαγωγὴν δὲ τοῦτο δηλοῖ. ἀλλ' ἐπεὶ τὸ σύνταγμα τ διγέστων καὶ ἐπιτομὴν, ὡς εἴρηται, συνετέθη, ἔδοξέ τισι πολλὰ τ καιριωτέρων ἐκ τ παραδραθείσης συντομίας παραλελεῖφθαι. διὸ πάλιν ὠρίσθη καὶ ἐγράφη τὰ λεγόμενα παράτιτλα, καθ' ἕκαστον τίτλον ἀναπληρώσεις ἔχοντα τῶν παραλελειμμένων χρησίμων. ἐξηγηταῖς δὲ ὑπηρετοῦσιν ὀλίγοις ὁ βασιλεὺς εἰς ταῦτα ἐχρήσατο. Στέφανος δέ τις εἰς πλάτος τὰ δίγεστα ἐξηγήσατο. Θαλέλαιος Κένσωρ (*) τοὺς κώδικας εἰς πλάτος ἐκδέδωκε. Θεόδωρος ἑρμουπολίτης συντετμημένως. ἕλι δὲ συντομώτερον Ἀνατόλιος. ὁ δὲ Ἰσίδωρος στενώτερον μὲν τ Θαλελαίου, πλατύτερον δὲ τῶν λοιπῶν δύο. ἀμεῖψαι δὲ θελήσας ὁ βασιλεὺς τινας τ παλαιῶν διατάξεων, νεαρὰς ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐφιλοπόνησε διατάξεις, καὶ ἰδίαν ταύταις χώραν ἀπένειμε. ἤμειψε γὰρ τὸ περὶ γάμων, καὶ τὸ περὶ φαλκιδίου, καὶ τῶν τοιούτων. καὶ δὲ καὶ τὸ περὶ νόθων, ὅπερ ὁ μέγας πρῶτον ἐδεδέξατο Κωνσταντῖνος, συμπαθέστερον περὶ τοὺς τοιούτους διαθείς. ταύτας δὲ τὰς

lisset, in linguam etiam Græcam tam Codices quam Digesta transtulit. Insuper autem & cum legum introductionem tanquam prima quædam elementa feciſſet, librum istum vocavit Instituta: id autem introductionem significat. Cum autem Digestorum syntagma & Epitomen, uti dictum est, composuisset, visum est nonnullis multa magni momenti in elaborato compendio prætermitti: Quocirca constituta rursus & perfecta sunt ea quæ dicuntur Paratitla, quæ in singulis titulis rerum utilium, quæ omissæ sunt, supplementa continent. Non paucis autem interpretibus & subministris ad hæc usus est Imperator. Quidam autem Stephanus Digesta in latitudine interpretatus est. Thalelæus Censor (*) Codices in latitudine edidit: Theodorus Hermupolita contracte, contractius autem & Anatolius, Isidorus vero arctius quidem quam Thalelæus, latius autem quam reliqui duo. Imperator autem veterum nonnullas constitutionum immutare volens, Novellas septuaginta & centum constitutiones studiose effecit, & proprium iis locum attribuit. Commutavit enim leges de matrimoniis, de falcidia, & istiusmodi, ut & de Nothis, quam magnus Constantinus primus admisit, majori commiseratione in tales affectus.

(*) lege ἀντικένσωρ, antecessor.

2011 Ministerio de Cultura

τὰς νεαρὰς διά τινος ἐξέθετο Τριβωνιανοῦ, δεξιῶς μὲν ἄλλως τὴν φύσιν, καὶ εἰς ἄκρον πᾶσαν παιδείαν ἐξησκημένος, φιλοχρηματίᾳ δὲ δαιμονίως ἁλισκομένος. διὸ καὶ ἐν τῷ ταύτας συγγράφειν, πολλοὶ τ' ἐχόντων δίκας χρήμασιν αὐτὸν διαφθείροντες, παρέσπων τὰ μὲν πρὸς τὸ συμφέρον αὐτοῖς μεταρμόττειν, τὰ δὲ πρὸς ἀσάφειαν καὶ διχόνοιαν σχεδιάζειν. τελευταῖος δὲ πάντων ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος Λέων ὁ σοφὸς, μίαν τὰ πάντα ποιησάμενος πραγματείαν διά τινος Σαββατίου πρωτοσπαθαρίου, καὶ τὰ διέχοντα τῇ θέσει συναίψας εἰς ἕν, τά τε δίγεσα τοῦ κώδικας, καὶ πολλὰ τ' ἰνστιτούτων, καὶ αὐτὰς τὰς τοῦ Ἰουστινιανοῦ νεαρὰς, ἐν βιβλίοις μὲν ἑξήκοντα, τεύχεσι δὲ ὠργάνωσεν ἓξ, πᾶν ἐναντίον τὴν χρῆσιν ἢ παρεχόμενον ἐν τοῖς πράγμασιν ἀποκρίνας τε καὶ ὑποξελών, διὰ τὸ εἰκὸς πολλὰ τ' ἀρχαίων νομοθετημάτων παρευδοκιμηθῆναι τοῖς ὑστερον. ἀλλὰ καὶ τ' ἐκλεγέντων τὴν συνθήκην τοῦ φράσεως μηδὲν ἀνιτὸν ἔχειν καὶ παρέλκον ἐφρόντισεν. ἐπειτα τὰ ἀνὰ μέρος τοῦ διεσπαρμένως περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος εἰρημένα, εἰς μίαν κατέστησε τίτλου ἀνιοχήν. πεποίηκε δὲ καὶ ὅτος νεαρὰς διατάξεις εἴκοσι πρὸς τοῖς ἑκατόν. ἀλλ' οὐ πᾶσαι σήμερον πολιτεύονται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τοῦτον.

affectus. Has autem Novellas emisit per quendam Tribunianum, natura quidem aliter idoneum, & in omni disciplina summe exercitatum; avaritia autem diabolice correptum: Quapropter & dum iis conscribendis incumbebat, multi eorum, qui causas judicandas habebant, eum pecunia corrumpentes, hæc quidem ipsorum commodo adaptare; ea vero ita tumultuario opere congerere, ut obscura essent, & duplicis sententiæ, persuadebant. Ultimus vero omnium inclytus ille inter Imperatores *Leo* Sapiens, cùm unum ex omnibus per quendam Sabbatium Protospatharium opus fecisset, & quæ loco distabant in unum conjunxisset, Digesta & Codices, & multa etiam ex Institutis, & ipsas Justiniani Novellas, in libris quidem sexaginta, sex autem voluminibus aptè disponebat, omne quod contrarium erat, & nullius in negotiis usus, rejiciens & subducens, idcirco quod multa veterum institutorum posteris improbata fore veri non sit dissimile. Sed & ne in eorum quæ selecta sunt interpretandi formula redundaret quippiam aut supervacaneum esset, curam impendit: siquidem quæ sigillatim & sparsim de eodem argumento dicta sunt, in una tituli periocha collocavit. Et hic autem centum viginti Novellas constitutiones feeit. Omnes autem hodie non observantur. Sed hæc quidem hucusque.

Hactenus Blastares.

2011 Ministerio de Cultura

De Codicis Juſtinianei editionibus dicere nihil attinet, niſi quod univerſæ illam alteram Juſtiniani ἔκδοσιν repetitæ prælectionis, non priorem, quæ abrogata eſt, & intercidit, exhibeant. Novem priores libri Codicis ſoli reperiuntur in antiquioribus editionibus, juncti deinde etiam poſteriores tres, atque ita univerſi duodecim quam frequentiſſime cum Pandectis excuſi. De authenticis Codicis, ſive locis Novellarum, leges Codicis emendantibus aut reſtringentibus, quos Irnerius vel alius quicunque Codici hinc inde adtexuit; vide, ſi placet, nobiliſſimi Struvii hiſtoriam Juris cap. 3. §. 13. p. 326. ſeq.

Novellæ Justiniani Imp.

Novellarum, quæ Græce maximam partem, paucæ Latine vel utraque lingua a) à Juſtiniano promulgatæ ſunt, diverſus numerus, diverſus ordo eſt in diverſis editionibus & verſionibus. Matthæus Blaſtares non pauciores quàm LXX. commemorat. Recentes poſt Contium editiones & verſio conſultiſſimi Hombergii exhibent conſtitutiones CLXVIII. Authentica tantum XCIX. Epitome Juliani CXXV. Haloander Græce pauciores dedit, minusque integras; Scrimgerus plures & integriores. Sunt & nonnulla inſerta Juſtiniani edicta b) & Novellæ Juſtini c) atque Tiberii II. d) qui Juſtino ſucceſſit: nec non ex ἐπαρχικοῖς depromta edicta e) Præfectorum Prætorio. Sed hæc rectius patebunt ex indice, quem ſubjunxi.

ΓΝΟΣΙΣ

a) ut Novell. IX. XI. XVII. XVIII. XXIII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XLI. LXII. LXV. CXIV. CXXXVIII. CXLIII.

b) Novell. VIII. CXI. CXXII. CXXXVI.

c) Novell. CXL. CXLIV. CXLVIII. CXLIX. His perperam Novella CXVII. adjungitur in Ampliſſimi viri hiſtoria Juris pag. 321.

d) Novell. CLXI. CLXIII. CLXIV.

e) Novell. CLXV. CLXVI. CLXVII. CLXVIII.

2011 Ministerio de Cultura

ΓΝΩΣΙΣ ΤΙΤΛΩΝ,

Τᾶς ἑκάστοτε Νεαρᾶς ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ βασιλέως ἐπιγραφέντων ἐν τάξει τιθειχῶν.

Index Titulorum,

Qui ſingulis Dn. JUSTINIANI, Sacratiſſ. Principis & Auguſti, novellis Conſtitutionibus argumentorum loco præfixi ſunt.

Quibus præfixus aſteriſcus, eas in avthentica ſcias deſiderari.

COLLATIO I.

Tit. I. 1. Περὶ κληρονόμων, καὶ Ϛ Φαλκιδίου. De Hæredibus & lege Falcidia, (& ſi hæres legata ſolvere noluerit); ad *Joannem* Prætoriorum Orientis Præfectum.

II. 2. Περὶ Ϛ μὴ ἐπιλέγεσθαι τὰς δευτερογαμούσας γυναῖκας. καὶ περὶ ἄλλων κεφαλαίων. Ne mulieres, quæ nuptias iterant, electionem habeant, in quem filiorum donationem ante nuptias conferant: deque aliis capitulis; ad *Hermogenem*, Magiſtrum ſacrorum officiorum Ex-Conſulem & Patricium. *Deeſt Græcè apud Haloandrum.* In avthentica titulus eſt: *de non eligendo* &c.

III. 3. Περὶ Ϛ ὡρισμένον εἶναι τὸ ἀριθμὸν τῶν κληρικῶν τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τῆς παρευδαίμονος ταύτης πόλεως. Ut determinatus ſit numerus clericorum ſanctiſſ. majoris eccleſiæ, neque non cæterarum ſanctiſſ. eccleſiarum hujus auguſtiſſ. urbis CPolitanæ; ad *Epiphanium* Patriarcham CPol. œcumenicum.

IV. 4. Περὶ Ϛ τὰς δανειστὰς πρότερον χωρεῖν κ᾽ τῶν πρωτοτύπων χρεωστῶν, καὶ ἐν δευτέρᾳ τάξει λοιπῶν τινων εὑρηθέντων, κ᾽ τῶν μανδατώρων, ἢ τῶν ἀντιφωνητῶν, ἢ ἐγγυητῶν. Ut creditores primum aggrediantur principales debitores, mox illis ſolvendo non exiſtentibus, ſecundo loco mandatores etiam, aut conſtitutæ pecuniæ reos, aut fidejuſſores; ad *Joannem* Præf. Prætor. In avthentica titulus eſt: *de fidejuſſoribus* &c.

V. 5. Περὶ μοναστηρίων, καὶ μοναχῶν, & ἡγουμένων. De monachis & monaſteriis, & eorum antiſtitibus ſive Abbatibus; ad *Epiphanium* Patriarcham CPol. *Deeſt Græce apud Haloandrum.*

2011 Ministerio de Cultura

VI. 6. περὶ τ πῶς δεῖ χειροτονεῖσθαι τὺς ἐπισκόπυς καὶ πρεσβυτέρυς καὶ διακόνυς ἄρρενας καὶ θηλείας, καὶ ποῖα ἐπίμια κ τ ὠδαβαινόντων τ τύπον τ διατάξεως. Quomodo oporteat epiſcopos & cæteros clericos ad ordinationem perduci, & de expenſis eccleſiarum; ad eundem *Epiphanium.* *Deeſt Græce apud Haloandrum.*

COLLATIO II.

Tit. I. 7. Περὶ τ μὴ ἐκποιεῖσθαι ἢ ἀλλάττεσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, ἢ εἰς ἰδικὴν ὑποθήκην δίδοσθαι τῷ δανειστῇ, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι αὐτὸν ταῖς γενικαῖς ὑποθήκαις. De non alienandis aut permutandis rebus eccleſiaſticis immobilibus, aut in ſpecialem hypothecam dandis creditoribus, ſed ut ſufficiant generales hypothecæ; ad eundem *Epiphanium.* *Deeſt Gr. apud Haloandrum.*

II. 8. Περὶ τ τὺς ἄρχοντας χωρὶς τ οἰασῦν δόσεως γίνεσθαι. Ἔδικτον γεγραφὲν πρὸς πανταχῦ θεοφιλεστάτυς δεχιεπισκόπυς καὶ ὁσιωτάτοις πατριάρχαις. ὅρκος διδόμενος καὶ τ τὰς δέκας λαμβανόντων. Ut Præſides a) absque ulla datione pecuniæ ad officia mittantur; ad *Joannem* Præf. Prætor. Subjicitur Edictum ad Archiepiſcopos & Patriarchas ubique locorum conſtitutos, & *Jusjurandum* quod præſtatur ab his, qui adminiſtrationem ſuſcipiunt. *Hoc Haloandro eſt Novella IX. & in Authentica Collat. 2. tit. III.*

III.

IV. 9. Ὥστε τὴν ἐκκλησίαν Ῥώμης ἔχειν τὴν τ ρ' ἐνιαυτῶν προγραφήν. Ut eccleſia Romana centum annorum gaudeat præſcriptione. *Hæc conſtitutio* (ad *Joannem* Archiepiſc. & Patriarcham veteris Romæ data) *Latine tantum exſtat in verſione veteri authentica: deinde abrogata per Novellam CXI.*

V. 10. Περὶ τῶν ῥεφερενδαρίων. De referendariis ſacri palatii; ad *Hermogenem*, Magiſtrum ſacror. Officiorum.

* II. Ὥστε τὰς περὶ τ Βιμινάκιον γενομένας ὑπὸ Ῥωμαίων πόλεις ὑπὸ ἰδικὸν ἀρχιεπίσκοπον εἶναι, μὴ μὴν ὑπὸ τ Θεσσαλονίκης. Ut quæ circa Viminacium ſunt Eccleſiæ, ſub proprio Archiepiſcopo ſint, non autem amplius ſub Archiepiſcopo Theſſalonicæ. *Latine*

a) Authentic. *ut judices.*

2011 Ministerio de Cultura

Latine tantum exſtat, à Cujacio edita, hoc titulo: De Privilegiis Archiepiſcopi Juſtinianæ primæ, & ſede Præf. Prætor. Illyrico in Pannoniam ſecundam, id eſt, Juſtinianam primam transferenda; ad *A. Catellianum*, Archiepiſcopum primæ Juſtinianæ. *Epitome occurrit apud Julianum Patricium. Græce deſideratur.*

VI. 12. περὶ ἀθεμιτογαμιῶν. De inceſtis & nefariis nuptiis; ad *Florum*, Comitem rerum ſacrarum privatarum.

* 13. περὶ πεδιλώρων ⁊ δήμου. De plebejis prætoribus; ad CPolitanos.

COLLATIO III.

Tit. I. 14. περὶ ⁊ μὴ εἶναι πορνοβόσκους ἐν μηδενὶ τόπῳ τ ⁊ Ῥωμαίων πολιτείας. b) Ne quo in loco per imperium Romanum lenones ſint; ad CPolitanos.

II. 15. περὶ ⁊ ἐκδίκων. De defenſoribus civitatum; ad *Joannem* Præf. Prætor.

III. 16. Περὶ ⁊ τοὺς κληρικοὺς ἐξ ἑτέρας ἐκκλησίας μεταπίθεσθαι εἰς ἑτέραν εἰς ⁊ τῶν ἐλλιπόντων κατὸν ἀριθμόν. Ut clerici c) ex una eccleſia in aliam transferantur ad ſupplendum deficientium ſtatutum numerum; ad *Anthemium* Patriarcham CPol.

IV. 17. Διαγγέλματα τῶν ἀρχόντων. De mandatis Principum; ad *Tribonianum*, Quæſtorem ſacri palatii & Exconſulem. *Græce promulgata & Latine. Latina Præfatio deeſt apud Haloandrum & Scrimgerum.*

V. 18. Ὥστε τὴν νόμιμον μοῖραν τῶν παίδων εἶναι, εἰ μέχρι μὲν τεσάρων εἴησαν οἱ παῖδες, ὑγκίας τέσσαρας: εἰ δὲ ὑπὲρ τοὺς τέσσαρας εἰσὶν οἱ παῖδες, ὑγκίας ἓξ. Εἰ ὅλη ἐξ ἀδιαθέτου οἱ φυσικοὶ παῖδες, γνησίας μὴ ὑπούσης γονῆς, δύο ὑγκίας λαμβάνουσιν σὺν τῇ μητρί. καὶ ὅλη καὶ ἐκ διαθήκης, Εἰ ἐξ ἀδιαθέτου ἁρμόττει ἡ συνεισφορά, εἰ μὴ κωλύσειε ῥητῶς ὁ διαθέμενος. καὶ περὶ διαιρέσεως γινομένης ἀπὸ γονέων εἰς παῖδας. καὶ περὶ ⁊ δεκαμένου τὴν ἰδίαν συγγραφήν, καὶ περὶ ἑτέρων κεφαλαίων. d) Ut ſi plures filii non ſint, quam quatuor,

b) in Avthentica titulus eſt *de lenonibus.*

c) de menſura ordinandorum clericorum, *Avthentic.*

d) id. *de triente & ſemiſſe.*

2011 Ministerio de Cultura

habebatur. Quæ tamen non multo poſt deſiit, aut certe non ab omnibus obſervabatur, ſed gladii vel ignis pœna. Ita namque capio Caſſiodori verba ſuper illud Pſalmi: Iniquos odio habui: *Filios & parentes, ſi adverſi ſunt, alienata debemus voluntate contemnere: ſæpe tamen, quos flamma non terruit, quos ferrum non ſubdidit, neceſſitudinem blandimenta flexerunt.* Plura de hac Adriani ſententia Cujacius *Paratit. C. de his qui par. &c.* & præceptor meus Chriſtoph. Colerus *in Parergis Juris.* Sed heic occurrit difficultas. Nam quod heic dicitur Adrianus reduxiſſe veterem legem, ſeu potius morem, id negat Modeſtinus *in d. l. pæ.*, qui parricidas ex conſtitutione Adriani ad beſtias damnari ſcribit. Ejus verba ſunt: *Deinde in mare profundum culleus jactetur: hoc ita, ſi mare proximum ſit: alioquin beſtiis obiciatur, ſecundum Divi Hadriani conſtitutionem.* Sed facilis eſt reſponſio. Adrianus veterem legem voluit frequentari in locis continentibus mari: quod ſi mare non eſſet vicinum, beſtiis voluit obici, ne diuturniori præſentia tanti ſceleris Dii offenderentur. Quod periculum in mari non eſt metuendum. Theophilus *Paraphraſi*: ὥστε παντὸς στοιχείου στερεῖσθαι αὐτὸν καὶ ζῶντα καὶ τελευτῶντα. ζῶν μὲν γὰρ τῷ κεκαλύφθαι ὑπὸ ξ ἀσκοῦ, καὶ εἶναι ἐν τῷ ὕδατι τ ξ ἀέρος ἤτοι ξ πνεύματος στερεῖται χρήσεως. τελευτήσας δὲ τ γῆς οὐκ ἅψεται, ξ ἀσκὸς φερομένου κατὰ τῶν ὑδάτων. Vetuit etiam fluvio immitti, quomodo mihi perſuadeo, & eamdem quidem ob cauſſam, ne in ripam projectus ſcilicet ignaris in locis Dii tanto piaculo proritarentur. Atque ideo plauſtro quoque nigros boves junxit, non luctus publici declarandi cauſſa ſaltem, ſed vero etiam placandi Deos infernales, quibus, opinor, hos boves ſacrificabant: qua ſuperſtitione ſolutus Conſtantinus, Princeps Chriſtianus, & amnem præcepit, & reliquos ritus ſuſtulit. Solitos autem nigros boves immolari Dis infernalibus, notum. Præterea in piaculo parricidii expiando, famem quoque ſtudebant averruncare, quam inde portendi perſuadebantur. Ita intellego locum Plauti *in Vidularia*: *Jube hunc inſui culleo, atque in altum deportari, ſi vis bonam annonam.* Quo referrem Sudæ locum: Βόας θεωρεῖν, εἰς καινὴν πρᾶξιν φέρει. νεκροὶ βόες δηλοῦσι τοὺς λιμοὺς χρόνους: legeremque μελανοὶ βόες, niſi ὀνειροκριτικοὶ noſtri refragarentur.

130) Πατροκτονίαν, *patricidium*] Rectius heic ſcribatur *parricidium*; quæ vox utrumque parentem complectitur. Iſidorus *Etym. lib. V. cap. 26. Parricidii actio non ſolum in eum dabatur, qui parentem, id eſt, qui patrem*

2011 Ministerio de Cultura

130) πατροκτονίαν 131) πεποιήκει, δημοσίως 132) εἰς μολγὸν πεμφθεὶς

cidium feciſſet, publice in culleum miſſus

patrem vel matrem interemiſſet: ſed & in eum, qui fratrem occiderat: & dictum parricidium quaſi parenticidium. Ceteroquin *Patricida* dicitur, ut *Matricida.* Gloſſæ B. Germani: *Matricida.* μητραλῴας. Et Cyrilli: μητροκτόνος *matricida.* B. Paulus *1. ad Timoth. I. v. 9.* πατραλῴαις καὶ μητραλῴαις, ἀνδροφόνοις, Interpres: *Patricidis & matricidis, homicidis.* Item ut *Fratricida.* Gloſſæ Cyrilli: Ἀδελφοκτόνος, *fratricida.* Sic & *Sororicida* memini me apud neſcio quem legere. Male vero in utroque Gloſſario ſcribitur, πατρολῴας, μητρολῴας. Heſychius: πατραλοίας, ὁ τὸν πατέρα ἀτιμάζων, πατροτύπης, καὶ τὸ μητραλοίας ὕτω συνῄθεται. Idem: πατραλοίας, ὁ τὸν πατέρα τύπτων, ἢ κλείνων. Etymologus: Ἀλοιτὸς &c. ἢ ὁ ἀνδροφόνος, ἀπὸ τοῦ ἀλοιᾶν τὸ τύπτειν ἔνθεν καὶ πατραλοίας, ὁ τὸν πατέρα τύπτων. Jul. Pollux *lib. III. cap. 1.* καὶ μὲν οἵ γε περὶ τὰς γονέας ἐξαμαρτάνοντες, πατραλοίας, ἢ μητραλοίας ἑκάτερος αὐτῶν καλεῖται. Ἰσαῖος δὲ, καὶ πατροτύπας λέγει. Πλάτων δὲ, πατροφόνον, καὶ μητροφόνον. Σοφοκλῆς δὲ, πατροκτόνον. ὁ γὰρ πατροφόντης, καὶ μητροφόντης, ποινικόν. De parentibus verberandis quæ narrant, pertinent ad explicationem *cap. 20. & 21.* Exodi, & Proverb. *cap. 23.*

131) Πεποιήκει] Lego, ἐπεποιήκει.

132) Εἰς μολγὸν, *in culleum*] MS. εἰς μολσὸν. Stephan. *in culleo.* Fulgentius Plantiades *de priſco ſerm: Culleus dicitur ſaccus, in quo rei concluſi in mare mittuntur.* Fiebat autem ex corio bovino. Anianus vetus Interpres ad *l. un. C. Th. de parricidis: Si quis patrem, matrem, ſororem, filium, filiam, vel alios propinquos occiderit, remoto omnium aliorum genere tormentorum, facto de coreis ſacco, qui culeus nominatur, in quo cum miſſus fuerit, cum ipſo etiam ſerpentes claudantur, & ſi mare vicinum non fuerit, in quolibet gurgite projiciatur, ut tali pœna damnatus nullo tempore obtineat ſepulturam.* Hinc *Culleum* vel *Colleum* exponitur ταύρειος ἀσκὸς, tribus locis Gloſſarum. Et in Germani: *Culleus*, ἀσκὸς βόειος, λάρναξ. Pollux *lib. X. cap. 50.* Ἐπεὶ δὲ ἀσκὸν, καὶ ἀσκίδιον, καὶ τὰ τοιαῦτα προειρήκαμεν, ἴδὲν κωλύει καὶ μολγὸν εἰπεῖν. ὅ ἐστι καὶ τὴν τῶν Ταραντίνων γλαῦκαν, ὁ βόειος ἀσκός. Heſychius: Ἄλλοι δὲ μολγὸν τὸν βόειον ἀσκὸν, τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν: plane

ad

2011 Ministerio de Cultura

θεὶς 133) συῤῥαφῆναι μὴ ἐχίδνης, missus consueretur cum vipera, καὶ &

ad istum locum. Suetonius *Ascoperam* vocat in Nerone: *Alterius collo & ascopera deligata, simulque titulus: Ego quid potui? sed tu culeum meruisti.* Quod μολγὸς Xiphilino in Nerone: Μολγὸν τέ τινα ἀπ' ἀνδριάντος αὐτὸς νύκτωρ ἀπεκρέμασαν, ἐνδεικνύμενοι ὅτι ἐς ἐκεῖνον αὐτὸν δέοι ἐμβεβλῆσθαι. Erat enim matricida Nero. Nec tamen ex omni corio, sed recenti fiebat. Unde Cedrenus vocat δέρμα βόειον νεόδαρτον. Illiniebaturque pice & bitumie. Auctor Hermenevmatum: *Culeus, tunica ex partu in modo eronis facta, quæ liniebatur pice & bitumine, & in ea includebantur homicidæ cum simia, serpente, & uno capone, ac insuta mittebantur in mari, contendentibus se animalibus, quo ire se dicuntur ab invicem, homo majoribus pœnis afficiebatur*, ita MS. codex, quem februabo, ubi brevi in publicum dedero. Quod ait, ea propter consutas istas animantes, quo pejorem & miserabiliorem in modum reus excruciaretur, id abs te est, doctissime Burckharde, qui eamdem rationem quæsitus reddidisti: sed quam ego falsam arbitror: est enim res μυστηριώδης, cujus Symbolicam rationem adferunt Cælius Rhodiginus *in Antiquis lection.* Steph. Forcatulus *in Necyomantia juris*, & Fr. Balduinus *ad §. alia deinde lex, Instit. de publ. jud. Impia animalia impiis hominibus* junguntur, ait Adrianus heic. Vipera patrem & matrem occidit, Simia ex catulis suis, quem maxime amat, compressu brachiorum & osculis enecat, Gallus & Canis cum parentibus & liberis pugnant. Theophilus *paraphrasi Institt.* Τὰ δὲ πεφαρμένα θηρία ἐμβάλλεται διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ὁμοιότροπα αὐτῷ ἐστιν. Τὸ μὲν γὰρ ἀναιρεῖ τοὺς γονεῖς· τὸ δὲ τὸ πρὸς αὐτοὺς οὐκ ἀπέχεται μάχης. De vipera addendus locus eximius, quem apud Etymologum observavi. Ait autem: πᾶς δέ τοι ὀξυκάρηνος ἰδεῖν ἔχις: κυφώτερον δὲ τὴ θηλείας, διὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὴν γονήν, ἄχρι θανάτου. ὠοτοκούντων γὰρ τῶν ἄλλων ἑρπετῶν, αὕτη δεξαμένη τῷ στόματι τὴν τοῦ ἄῤῥενος κεφαλήν, ὅτως ἔγκυος γίνεται, καὶ τὴν μίξιν ἀπεθίσατο. διαβρωθεῖσα δὲ ὑπὸ τῶν ἐντὸς τὴν γαστέρα ἀπόλλυται, &c. Cur autem quidam Dd. *felem* loco simiæ, quæ haberi non possit, conjungendum scripserint, fugit eos ratio: quod *cuculum* pro gallo veteres non consuerint, causa est, quod minimam anni partem sit parabilis.

133) Συῤῥαφῆναι] Steph. συραφῇ. MS. συγραφῆναι, & pro *consueretur*, legit *conscriberetur*: nos ex Theophilo emendavimus.

2011 Ministerio de Cultura

καὶ πιθήκῳ, καὶ ἀλεκτορι, καὶ κυνὶ, 134) ἀσεβῶν ζώων ἀσεβὴς ἄνθρωπος, 135) εἰς ἅμαξαν ἐζευγμένην μελανῶν βοῶν κατενεχθῆναι εἰς θάλασσαν, καὶ εἰς βύθονα βληθῆναι. 137) ἔδειξαν γὰρ ὑπόδειγμα τιμωρίας, ἵνα μᾶλλον φοβηθῶσιν 138) οὕτως ἀνόσιον ἔργον ποιῆσαι. --- Νῦν οὖν δίκαια ποιεῖτε, καλὸν γὰρ ὑπόδειγμα πᾶσιν ἀποδείξετε. ----

& ſimia, & gallo, & cane, impiis animalibus impius homo, 136) & in plauſtrum junctum nigris bobus deportaretur ad mare, & in profundum mitteretur. Oſtenderunt enim exemplum pœnæ, ut magis timeant tam crudele opus facere. --- Nunc ergo juſta facite; bonum enim exemplum omnibus oſtendetis. ---

17. 17. Nunc

134) Ἀσεβῶν ζώων] MS. ἀσεβέσι ζώοις.

135) Καὶ εἰς ἅμαξαν ἐζευγμένην μελανῶν βοῶν &c.] Stephani codex: καὶ ἐπὶ ἁμάξης ἐζευγμένης μελανοῖς βυσὶν κατενεχθῇ εἰς θάλασσαν, καὶ ῥιφθῇ εἰς βαθύ. Pro εἰς βύθονα, MS. habet εἰς βύθονι. Vero ſimile fit priſcos dixiſſe βύθων, pro quo hodie βυθὸς. Gloſſæ Cyrilli, βυθὸς, *hoc altum, profundum, gurges*: quod & βύθιον. Gloſſæ Germani: *profundum*, βύθιον, βαθυα, βυατὸν. Pro βαθυα, lego βάθων, quod & βαθὺ. *Profundum* etiam Seneca appellat loco, quem ſupra laudavi: *Imaginabar mihi culeum, ſerpentem, profundum.* Ita pridem eſt quum tibi, Nobiliſſime Bukuwka, dixi accipiendam illud Juſtiniani *Confirmat. Inſtit. Quaſi per medium profundum euntes*: idque ex auctoritate Theophili, παραφεράζοντες: ὥσπερ διὰ μέσου βαθίζων πελάγους.

136) *Et in plauſtrum junctum.*] Stephani Codex: *Et ſuper plauſtro juncto nigris bubus deferretur in mare, & projiceretur in profundum.* MS. pro *deportaretur* habet *deportari*; pro *mitteretur*, *mitti*.

137) Ἔδειξαν γὰρ ὑπόδειγμα] Hæc in utroque codice corruptiſſima, ita reſtituenda putavimus.

138) Οὕτως ἀνόσιον ἔργον ποιῆσαι, *tam crudele opus facere*] Stephani Codex, ἄνομον ἔργον ἐργάζεσθαι, *nefarium opus operari*. MS. pro *tam* legit *ſic*, pro ποιῆσαι *facere*, ἐποιήσεν, *fecit*. Quæ obelo notavimus, MS. non agnoſcit, nec nos genuina arbitramur, ſed ex ſuperioribus iterata. Atque hucusque Adriani Sententiæ: ſequuntur nunc alia.

2011 Ministerio de Cultura

17. 139) Νῦν ἓν ὃ ἐὰν ἁπβαλῇ, ἅπὶ πέρας ἄξεις. Διὸ ἐν παντὶ πράγματι 140) φιλοπονεῖν δεῖ ἀπὸ τῶν θελόντων πλέον τι εἰδέναι, ὃ ἔυ-χρησόν ἐσιν ἀνθρωπίνῳ βίῳ, τύτυ μάλισα ἀπηγορία κυριεύσει. 141) ὅθεν δεῖ

17. Nunc ergo quod conatus fueris, ad finem adduces. Propterea in omni re ſtudere oportet à volentibus plus aliquid ſcire, quod utile eſt humanæ vitæ: hujus præcipue oratio dominabitur. Unde opor-

139) Νῦν ἓν ὃ ἐὰν ἁπβαλῇ] Non pauca videntur deſiderari: & hæc ipſa pravata ſunt, quibus induſtria noſtra ſubvenire utcumque laboravimus. Vult nos hortari ad Linguæ Latinæ & Græcæ, quod occœperimus, ſtudium; idque ne deſereremus, argumentis ſuadet ab utilitate ductis & honeſtate.

140) φιλοπονεῖν δεῖ ἀπὸ τῶν θελόντων] Non ſatis, quid velit, intellego, nec ſenſus fallor tamen: absque codicis pellacia foret, hac colligendi formula videretur concludere:

Res utiliſſimæ in vita humana ſunt præcipue addiſcendæ: Literatura eſt res utiliſſima in vita humana. Ergo &c.

Poſſet itaque ſine curioſitatis adfectione locus emendari: φιλοπονεῖν δεῖ τὰς θέλονΤας: quibus verbis propoſitio ſyllogiſmi continetur: τύτυ μάλισα, quod aſſumtionis principium eſt, non recte interpretatur, *hujus præcipue*, quod Latinum non eſt; ſed vero, *in hoc præcipue*: id namque ſignificat apud Græcos κυριεύειν τινὸς: quod imitati ſunt priſcorum Theologi. Juvencus *lib. IV. hiſt. Evangel.*

- - - - - *Dominantur eorum*
Exercentque trucem ſubjectis urbibus iram.

Et Alcimus Avitus *lib. I. de orig. mundi:*

Solus habe, ſoliſque prior dominare fruendo.

Quibus exemplis & Doſitheus, ſi obſcuratio ſententiæ abforet, & vetus Latinus Bibliorum interpres poſſent excuſari. φιλοπονεῖν ἔν τινι dixere item alii. B. Gregorius Nazianzenus *hom. in ſacrum Paſcha:* ἄξιον δὲ μηδὲ τὸ τῆς βρώσεως τρόπου παραμελεῖν, ὅτι μηδὲ ὁ νόμος, ἄχρι καὶ τύτυ τὴν θεωρίαν φιλοπονεῖν ἐν τῷ γράμματι. ſic Plato *lib. VII. de Repub.* dixit: ἐν πᾶσι τύτοις μισοπονῇ. ſic & *Studere in aliquare*, dicunt Latini. Anſegiſus *lib. II. cap. 1. In hac præcipue ſtuduerunt, ut honor ſanctæ Dei Eccleſiæ & ſtatus regni decens maneret.* Et *cap. 2. In his quippe maxime ſtudere, & de his in omnibus placitis, quæ vobiſcum habituri ſumus, vos ammonere optamus.* Plura ſuper hac phraſi in Collectan. ad Lucretium Dominus meus Giphanius.

141) ὅθεν δεῖ γραμμάτων τέχνην ἐκμαθεῖν] De litteratura adverſum

2011 Ministerio de Cultura

δεῖ γραμμάτων τέχνην ἐκμαθεῖν. καὶ γάρ ἐστιν 142) ὅραμα ἀπηγορείας. ἔνθεν γὰρ πάντα 143) καταυγάζονται. εὖ καὶ μαθὼς γὰρ ὁ εἰδέναι θέλων Ῥωμαϊστὶ λαλεῖν καὶ Ἑλληνιστὶ, ἐπιμελῶς 144) προσεχέτω. τοῦτο γὰρ παραδείγματος χάριν προθήσομεν, ἀπη-

oportet litterarum artem perdiscere. Etenim est visus orationis: hinc enim omnia inluminantur: non indocte enim qui scire velit Latine loqui & Græce, diligenter attendat: hoc enim exempli gratia adponemus, orationem quæ est Minervæ

te, Bukuwka, pluribus in epistola dixi. Divale rescriptum qui auctoritate sua validius corroboret, eccum R. David Kimchi, Doctissimus Judæorum, in libro quem ea de re inscripsit. Adscribam verba Latina, quia Ebræa pauci sunt qui intellegant: *Qui studet*, inquit, *Legis Divinæ scientiam sibi comparare, neque discit fundamentum Litteraturæ, similis est aratori, qui agit boves, & in manu ejus nulla est virga, aut stimulus aculeatus.*

142) Ὅραμα ἀπηγορείας, *visus orationis*] Inepte. Ὅραμα ἀπηγορείας est notus Ebraismus, pro eo quod nos dicimus, ἀπηγορεία ὅ ἐστιν ὁρατικὴ. *Lumen orationis*, id est, *oratio est illuminativa.* De quo loquendi genere consulendus Beza *Annotat. in Matth. cap. 24. v. 15. in Act. 5. v. 10. in Ephes. 1. v. 14.* Ἀπηγορεία, quod heic iterato ponitur, nusquam à me lectum ἀντὶ τῆς λαλιότης ἢ λόγου. Hesychius, Etymologus, Sudas, Phavorinus, alii, quos videre fuit, interpretantur ἀπολογίαν. Etymologus: Ἀπαγορεύω] ἡ ἀπὸ θέσις ἐνταῦθα δηλοῖ τὸ χωρίζεσθαι. ὁ δὲ ἀπαγορεύειν, ἐκτὸς γίνεται τοῦ λέγειν. Qui locus est corruptus, & ita reponendus: τὸ δὲ ἀγορεύειν ἐκτὸς γίνεται τοῦ λέγειν. Sed ἀπηγορεία quid sit, nemo melius Cicerone nos docere poterit *in Bruto: Quamquam omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est.* Et *lib. II. de Orat. Illa, quæ à bono poëta dicta est flexanima, atque regina rerum oratio.*

143) Καταυγάζονται, *illuminantur*] Id est, καταφωτίζονται. Hesychius: καταυγάσας, φωτίσας. Sudas: καταυγάζω, καταυθαδίζω, γενικῇ. ubi legendum videtur, καταφωτίζω. Gregor. Nazianzenus: τῷ φωτισμῷ τῆς γνώσεως κατηυγάσθησαν.

144) Προσεχέτω] Quum MS. habeat, προσέσχε, *attende*, puto scriptum fuisse, προσέχῃ, *attendat.*

2011 Ministerio de Cultura

ἀπηγορίαν ἥτις ὄξιν Ἀθήνης χάριν, 145) τῆς διδάσης πᾶσιν τὴν μάθησιν, καὶ τύχην πρῶτον, ἔπειτα εἰδέναι. ποιῶν γὰρ ποιεῖ ἀνθεῖν τάτας τὰς μὴ ἀμελξάντας, 147) καὶ ποιξάντας, ἀ ἔμαθον. Τέχνη γὰρ μεβαίνεται ἀπὸ ἀνθρώπα εἰς ἄνθρωπον· καὶ διὰ τᾶτο τέχνη ὐκ ἀποθνήσκει. 148) ἐπείτοι ποία ἦν χάρις μαθεῖν, εἰ ὁ διδάσκων ἦν ἀθάνατος; ταῦτα γὰρ εἶναι Θεοὶ ἠθέλησαν, ἀναμιμνήσκοντες πρῶτον 149) πάντων Θεὰς σέβεσθαι, ὐ λιβάνῳ, ἀλλὰ συνειδήσει. (πλέον γάρ ἐστιν καλῶς ζῆν, ταῦτα ποιξντα:) 150) γονεῖς τιμᾶν

Minervæ gratia, quæ dat omnibus doctrinam, & fortunam primum, deinde ſcire: faciens enim facit florere eos, qui non 146) neglexerunt, & faciunt, quæ didicerunt. Ars enim transfertur ab homine in hominem: & propterea ars non moritur. Denique quæ erat gratia diſcere, ſi qui docet, erat immortalis? hæc enim eſſe Dii voluerunt, admonentes primum omnium, Deos colere, non ture, ſed conſcientia: (Plus enim eſt, bene vivere, hæc facientem.) Parentes dili-

145) τῆς διδάσης] MS. ἡ διδᾶσα.

146) *Neglexerunt*] Lego, *neglegunt.*

147) Καὶ ποιξντας] MS. καὶ ποιξσιν.

148) Ἐπείτοι] Fort. ἔπειτα.

149) Πρῶτον μὲν Θεὰς σέβεσθαι] Scis, Nobiliſſime Bukuwka, his dictis nihil frequentius & ſollemnius in Sapientum ſcriptis, ea ubi tu ingenue (quo ingenio gnatus es) inſtillaris, poſſeſſione hujus ſervitutis ſatis ditatus ad lares redibis.

150) Γονεῖς τιμᾶν] Maximus Planudes in paraphraſi libelli Dionyſii, quem Cato inſcripſit ſeu de Moribus ad filium: Γονέας ἀγάπα. ex quo heic legendum exiſtimo, γονεῖς ἀγαπᾶν, *parentes diligere.* Oſtendi jam olim tibi, Bukuwka, conſimilia vetuſti Sapientis dicta in Schobingeri menbrana. Ea vel nunc in memoriam tibi redigas rurſum licet. Sunt vero iſta: *Præſtabis parentibus pietatem; cognatis dilectionem. Præſtabis amicis fidem; omnibus æquitatem. Pacem cum hominibus habebis, bellum cum vitiis. Pejora ſunt tecta odia, quam aperta: propterea te loquax inimicus minus, quam tacitur-nus offendet: perturpe eſt enim, quod obicitur, in obiciente cognoſci. Semper diſſenſio ab alio incipiat, à te reconciliatio. Succurre paupertati amicorum, immo potius occurre. Talem diligentiam exhibe in amici-*

tiis

2011 Ministerio de Cultura

πμᾶν: 151) Τέκνοις ἐγγαυκαίνειν: φίλους φιλεῖν: καὶ 152) ἁπλῶς ὑποδεικνύειν, καὶ ἀνυπόπλως πάντα ποιεῖν,

diligere: Natis indulgere: Amicos amare: Et ſimpliciter demonſtrare, & ſine ſuſpicione omnia facere,

tiis tuis comparandis. Ne incipias amare, quem deinceps poſſis odire. Tu primum exhibe te bonum, & ſic quære alterum ſimilem tui. Turpius nihil eſt, quam cum eo bellum gerere, cum quo familiariter vixeris. Vires tuas amici beneficiis, inimici injuriis ſentiant. Res magnæ dementiæ eſt, indulgendo corrigere peccata, quam vindicando.

151) Τέκνοις ἐγγαυκαίνειν] Ita MS. in interſtitio linearum corrigit verbum ἐνταυκαίνειν, quod in contextu eſt. Aliquid monſtri alunt, quod dum haruſpex quiſpiam expiaverit, interim haruga mea inſpecta ita faciendum dico, ut τῷ ἐνταυκαίνειν exterminato, recipiamus ἐνδαψιλέυειν, ne malam manum periculemur. Gloſſæ B. Germani: *Indulgetur*, ἐνδαψιλέυεται. Gloſſæ Cyrilli: ἐνδαψιλέυομαι, *indulgeo, largo.* Iterum Germani: *Indultum*, ἐπιδαψιλευθὲν. *Induſſata*, ἐπιδαψιλευθέντα. Lego, *indultata*: niſi ſi malis, *indulgitata*, de quo verbo Nonius. Eſt vero *indulgere* heic, clementem ſe præbere, temperare, ut exponit idem Nonius. Cic. *lib. III. Officior. Magnus vir in primis, & qui perindulgens in patrem, idem acerbe ſeverus in filium.* Phocylides dixit ἤπιον εἶναι. *Nuthetico:*

Παισὶ δὲ μὴ χαλέπαινε πεοῖς, ἀλλ' ἤπιος ἴσθι.

Hæc cum ita ſcripſiſſem, venit ad me Jo. Tornæſius, Typographus clariſſimus, & de ſtudiis meis non mediocriter meritus, qui mihi ſignificavit, omnino videri ſibi heic legendam, τέκνοις ἐγγλυκαίνειν, *liberis indulcere*, ut eſt in Gloſſis Cyrilli, id eſt, dulcem & amabilem ſe reddere. Pervulgatum jam eſt, τὸ Λ, cum A ſolitum migrationes facere in libris Græcorum, quod nulla in pingendo differentia. Judicet Lector eruditus.

152) Ἁπλῶς ὑποδεικνύειν, *ſimpliciter demonſtrare*] Ἁπλῶς in laudata ſignificatione heic ponitur pro aperte, libere, & non fucate aut doloſe: cui opponitur διπλῶς, id eſt, vafre, verſute, doloſe: cui rei auctoritates memini dari à Clariſſimo Scherbio in acroaſibus Topicis. Jul. Pollux *lib. V. cap. 21.* Ἔ δὲ, ἁπλῶς, ἀκάκως, ἁπλάστως, ἐκφανῶς, ἐλευθέρως, εὐθυρρήμόνως, εὐήθως. Videndus P. Faber in

2011 Ministerio de Cultura

ποιεῖν, 153) καὶ μὴ ..... ἵνα ἐν παντὶ πράγματι εὔχρηστος ἦς, καὶ πάντα 154) τὰ ἔθιμα ζωῆς σῆς θεραπεύῃς, καὶ θαυμάσεις 155) ὅπ τὸν καλῶς ποιοῦντα 156) καλῶς ἀκολουθεῖ.

cere, & non malignè, ut in omni re utilis sis, & omnia quæ solent vitæ tuæ observes, & miraberis, quomodo bene facientem bene sequitur.

18. Νῦν ἂν ἄρξομαι Μύθους γράφειν Αἰσωπείους, καὶ ὑποτάξω ὑπόδειγμα. 157) Διὰ τούτους γὰρ 158) αἱ ζωγρα-

18) Nunc ergo incipiam fabulas scribere Æsopias, & subiciam exemplum. Per eas enim picturæ constant.

in Semestribus. Verbum ὑποδεικνύειν mirificam vim habet, quam & B. Matthæum puto observasse, *cap. 3. v. 7.* τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; Interpr. *Quis demonstravit vobis fugere à futura ira?* Vidi quid Erasmus, quid Camerarius, quid Stephanus: sed Bezæ expositio magis est. Inde ὑπόδειγμα, pro παράδειγμα. Glossæ B. Germani: *Exemplum, ἀντίγραφον, ἀνάτυπον,* ὑπόδειγμα. Et Cyrilli: ὑπόδειγμα, *exemplum exemplar.* Dositheus supra, ὑπόδειγμα ὑμωρείας, *exemplum pœnæ.* Et infra: ὑποτάξω, ὑπόδειγμα. Paulus *ad Ebræ. 4. v. 11.* ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας. Interpr. *Ut ne in id ipsum quis incidat incredulitatis exemplum.* Phavorinus: ὑπόδειγμα. οὐδὲ τοῦτο ὀρθῶς λέγεται, παράδειγμα δὲ. Quam bene, intellexisti.

153) Καὶ μὴ ....] Supple, πονηρῶς, aut taliter.

154) Τὰ ἔθιμα, *quæ solent*] Lego, πάντα τὰ ἔθιμα, *omnia sollemnia.* Glossæ Cyrilli: ἔθιμα, *sollemnia, hæc sueta; singularia non habet.*

155) Ὅτι, *quomodo*] Lego, *quod.*

156) Καλῶς, *bene*] Lego, καλὸν, *bonum:* præterea Græca ne sit phrasis ἀκολουθεῖν τινα, haut scio.

157) Διὰ τούτους, *per eas*] MS. Διὰ τοῦτον, *per eum.*

158) Αἱ ζωγραφίδες συνέσησαν] Sic Plutarchus *de defect. oracul.* μύθῳ παλαιῷ καθάπερ ζωγραφήματι ἀφῇ ἀποστιλβόμενον. De utilitate fabularum hic insignis est locus. Nomen ζωγραφὶς nusquam alibi à me lectum, sed γραφὶς, ὑπογραφὶς, & similia. Videndus Pollux *lib. VII. 28.* Philostratus *epist. XXXIX.* ζωγρα-

2011 Ministerio de Cultura

ζωγραφίδες 159) συνέσησαν. Εἰσὶν γὰρ λίαν ἀναγκαῖαι πρὸς ὠφέλειαν τῦ βίυ ἡμῶν. Πρώτῳ ὖν τόπῳ μῦθον ἄρξομαι ἀπὸ ἐλάφυ.

19. 160) Ἔλαφος εὐμεγεθὴς ὥρᾳ θέρυς δίψει λιπαρόμενος πρόσγίνεται ἐπί τινα πηγὴν διαυγῆ καὶ βαθεῖαν, καὶ πιὼν ὅσον ἤθελεν, 161) προσεῖχε τὰ τῦ σώματος, 162) καὶ μάλιστα μὲν ἐπῄνει τὴν φύσιν τῶν κεράτων ἀναστησαμένων εἰς πολὺν ἀέρα.....

19. Cervus bonæ magnitudinis æstivo tempore siti deficiens advenit ad quendam fontem linpidum & altum, & cum bibisset quantum voluerat, adtendebat à corpore, & maxime quidem laudabat naturam cornuorum exurgentium in multum aërem.....

Cetera desunt.

Φία παρειῶν καὶ χειλέων βαφαί. Phavorinus: ὑπόδειγμα, ἀπὸ τῦ ὑπογραφεῖ. ὑποδεῖξαι βέλομαι τῷ λόγῳ καθάπερ ἐπί τινος γραφῆς. Elegantissime & peraccommodanter ad istum locum.

159) Συνέσησαν] MS. συνέσηκαν.

160) Ελαφος εὐμεγεθὴς] Non exstat inter Æsopi fabulas. Eam jambis Latinis fecit Phædrus *lib. 1. fab. 12.* ubi Rigaltius, vir Doctissimus, nos mittit ad Aphthonii *fab. 18.* cujus librum videre necdum contigit. Similem habet Gabrias, cum Ignatii Diaconi epimythio: ὅτι πολλάκις τις ὠφελεῖται, ἐξ ὧν δοκεῖ βλάπτεσθαι.

161) Ἐπεῖχε τὰ τῦ σώματος] Male vertit, *attendebat à corpore*, quod Latinum non est, sed ἐπέχειν heic est contemplari, quod Gabrias dixit ὁρᾶν.

162) Καὶ μάλιστα μὲν ἐπῄνει &c.] Ita totum locum emendavimus, cum in MS. esset καὶ μαλ. μὲν ἐρηλιτὴν φύσιν τῶν κεράτων ἀνατεταμένων τε εἰς πολὺν ἀέρα: *Et maxime quidem laudabat naturam cornuorum excelsissimam in multo aëre.*

Et hæc ad Dositheum paucis diebus scripsi, quæ ubi in usum tuum fore intellegam, Nobilissime Bukuwka, minus laborum meorum pœnituerit: & punctum autem Amplissimi Lectii, hospitis nostrum utriusque si ferent, liquido auspicio foras prodierint in dias auras luminis. Tu have & fave.

In

2011 Ministerio de Cultura

In Volumine decimo hujus Bibl. p. 502. pauca quædam dixi de *Thoma Diplovatatio*, Græco homine, sed qui Juris utriusque Doctor, Latine & in Italia scripsit sub extremum sæculi XV. Hujus opus de claris JCtis non exstare, valde dolendum esse mecum existimabit, qui vitam Bartoli ab eo traditam atque ideo à me infra subjunctam cognoverit. Etsi enim spinosius paullo atque incultius scripta est, tamen ex diligentia, quam in ea auctor adhibuit, apparet, de JCtis suæ maxime ætatis & aliquot ante se sæculorum multa eum nos fusse edocturum, quæ nunc omnes fugiunt. Citat ipse in capite XIV. vitæ Bartoli, *librum nonum operis sui de claris JCtis*, nec non quem ab illo distinguit *tractatum de præstantia Doctorum*. Utriusque etiam his verbis facit mentionem Mich. Neander in præclara illa præfatione ad erotemata Græcæ Linguæ, sive potius introductione ad notitiam litterariam p. 157. *Scripsit autem Baldus Perusinus etiam de commemorationibus famosissimorum Doctorum in utroque Jure*, & Thomas Diplovatacius, *patricius CPolitanus libros XII. de præstantia Doctorum & clarissimis Jureconsultis, in quibus diligentissime vir ille, teste Baptista Egnatio, Juris Civilis dignitatem explicavit, & authores ejus interpretesque omnes, à Phoroneo ducta serie, ad nostra usque tempora deduxit: sed utrumque utriusque opus aut periit jam olim, aut alicubi ab aliquibus supprimitur, ne in manus multorum veniat.*

VITA BARTOLI JCTI
*scripta à THOMA * DIPLOVATATIO, Patricio CPolitano.*

I.

BArtolus natione Picenus, patria Saxoferratensis, vir illa ætate omnium consultissimus ac copiosissimus, jurisque monarcha, natus fuit Saxoferrati, ex patre nomine *Francisco*, anno Domini 1313. Audivit grammaticam sub Reverendo Patre Fratre *Petro de Assisio*, viro experto, & miræ sanctitatis, qui Venetiis erexit domum Pietatis, & ipsum sua doctrina talem reddidit, quod in tertio & decimo anno suæ ætatis sub Domino *CYNO* de Pistorio, Doctore excellentissimo in Academia Perusina profitente, jura Civilia audire incepit, & ejus perseverante gratia taliter continue studendo profecit, quod in vigesimo anno Bononiæ repetendo, ac disputando

* Filius hic videtur fuisse unius ex tribus illis Diplovatatiis, qui ex Imperatoris Joannis Vatatzæ A. C. 1255. defuncti genere oriundi, post captam CPolin in Italiam venerunt A. 1454. teste Cangio p. 224. famil. Byz. ex Philelfi lib. XII. Epist. p. 243. Διπλοβατατζίνης mentio apud Pachymerem in Mich. Palæologo lib. III. cap. 3. Διπλοβατάτζης protovestiarii & præfecti Berrhœæ apud Cantacuzen. l. IV. 779.

2011 Ministerio de Cultura

tando publice de jure reſpondit, prout ipſe Bartolus refert in l. *quidam cum filium* in princ. in penult. col. ff. *de verb. obligat.* licet Angelus de Peruſio in l. 1. §. *puericiam.* ff. *de poſtulando,* dicat ſe audiviſſe, quod Bartolus in XVII. anno publice de jure reſpondit ad inſtar Nervæ Jurisconſulti. Fuit ergo auditor Cyni Peruſii, prout etiam ipſe Bartolus refert in l. *qui Romæ,* §. *Callimachus,* in princ. ff. *de verb. oblig.* & in l. 1. §. *ſuſpecti,* §. *de ſuſpectis tutor.* & in l. *quod Nerva.* in 2. col. *depoſiti.* & in l. *omnes populi,* in 7. col. ff. *de juſtitia & jure.* & dicit Baldus in c. *vaſallus, ſi de feudo fuerit controverſ. inter dominum, & agnatos,* Bartolum ſibi dixiſſe, illud quod ſumme fabricaverat ingenium ſuum, fuit lectura Cyni dubitanter reſpondentis, & relinquentis cogitandum. Fuit etiam auditor *BUTRIGARII* & *JAC. DE BELLOVISU,* prout ipſe Bartolus pluries in ſuis lecturis refert, & maxime in repet. l. *ſi is, qui pro emptore.* circa fin. ff. *de uſucap.* & in l. *ſub prætextu,* in 2. col. *de tranſact.* Audivit etiam *OLDRADUM DE LAUDE,* ut ipſe Bartolus refert in auth. *hoc locum,* in 3. col. C. *ſi ſecundo nupſ. mulier.* & etiam *RAYNERUM DE FORLI,* (Forolivienſem) ut ipſe Bartolus refert ind. auth. *hoc locum,* in 4. col. & alibi ſæpe, & poſtea fuit ejus concurrens, ut infra dicam.

II. Bartolus XXI. anno fuit doctoratus, ut ipſe refert in d. l. *quidam cum filium.* in penult. col. & fuit Bononiæ, anno Domini 1334. & die 27. Septembr. habuit in punctis l. *illud,* ff. *quod met. cauſ.* quam dedit ſibi D. Jacobus de Belloviſu, & l. 1. C. *quemadm. teſtam. aperiant.* quam ſibi dedit D. *PETRUS DE CERETIS* Bonon. prout vidi manu propria Bartoli ſcriptum.

III. Exercuit Bartolus officium aſſeſſoris, & primo fuit aſſeſſor Tuderti, & poſtea Piſis, ut ipſe refert in l. 1. §. fin. in princ. ff. *de verb. obligat.* & Baldus in l. 1. in 9. col. C. *qui accuſ. non poſſunt.* & Joan. de Anania in rubr. extra, *de delict. puer.* Fertur etiam, quod fuit Bartolus judex maleficiorum Bononiæ, & cum tunc male perpendiſſet leges, & reum quendam male examinaſſet, & furcæ ſupplicio præter meritum condemnaſſet, non bene audire cœpit: quamobrem in ædibus S. Victoris in Apennino duobus millibus paſſuum à Bononia ſitis, ubi nunc etiam ejus camera apparet, per ſeipſum revidit libros, ut ipſemet refert in procœmio ff. §. *hæc autem tria.* licet illa lectura in d. §. ſit Cyni. Poſtea ivit Piſas, & fuit aſſeſſor Poteſtatis, ut ipſe refert in d. l. 1. §. fin. & in l. *ſi is qui.* §. *quod ſi ſervus.* ff. *de acq. rer. dom.* & ibi in generali ſtudio Piſano legere incepit anno ætatis ſuæ 26. & anno Domini 1339. & repetiit d. l. *ſi is,*

qui

2011 Ministerio de Cultura

qui pro emptore. ff. *de usucap.* prout ipse Bartolus in fin. dictæ suæ repetitionis refert, & Baldus in d. l. 1. in 9. col. & ibi multis annis legit concurrens cum dicto Raynero de Forli, ut ipse Bartolus refert in l. *interdum.* §. fin. ff. *de verb. obligat.* ubi asserit se legere Pisis cum Raynero prædicto. & Jason in d. l. *omnes populi,* in repet. Ticinensi, dicit, quod Raynerus fuit præceptor Bartoli, & postea ejus concurrens, & fecit in d. l. unam repetit. contrariam; in qua, ut opinor, studio æmulationis, & invidiæ scripsit, & in omnibus de uno in unum contra Bartolum tenet, & dubitat ne evenerit Raynero id, quod præclare subdit Jo. Andreas in procem. Sexti, in novella, quod Machabæi studio contradicendi perdiderunt sanum intellectum, & ideo Raynerus in l. fin. C. *de sententiam passis,* loquendo de Bartolo, appellat ipsum quendam magistellum.

IV. Fuit etiam collega in ordinaria vespertina cum Domino SIGNOROLLO DE HOMODEIS, solemni Doctore ante tempora Bartoli secundum Card. Alexandrum in cap. 2. in fin. *de donat. inter vir. & uxor.* & propterea dicit idem Signorollus propter concurrentiam, quam habebat cum ipso in consil. 257. quod incipit, *Dicimus, & consulimus,* in 4. col. Bartolus habuit opiniones fantasticas. Et adde, quod Bartolus Pisis disputavit plures quæstiones, & præcipue anno Domini 1342. quæstionem, quæ incipit, *Statuto civitatis Lucanæ,* & anno Domini 1345. quæstionem, quæ incipit, *An per sententiam,* & anno Domini 1346. quæstionem, quæ incipit, *Judex maleficiorum,* & anno Domini 1347. quæstionem, quæ incipit, *Mulier habens amplum patrimonium,* ut in fin. dictarum disputationum apparet. Item de anno Domini 1350. legebat Pisis infortiatum, ut ipse Bartolus refert in l. *Mævius.* §. 2. in fin. ff. *de leg.* 2. & in l. *hoc art.* in 3. & ult. col. in fin. ff. *de hær. instit.* & in l. *de pupillo.* §. *qui opus.* ff. *de oper. nov. nunciat.* & in l. *in suis.* in princip. ff. *de lib. & posth.* dicit audivisse bis Infortiatum sine alia immixtione. Et cum legisset Pisis per annos XI. fuit conductus Perusium de anno Domini 1351. ad legendum, & effectus fuit civis Perusinus, & ibi legendo factus est optimus, secundum Baldum in l. 1. in 9. col. *qui accus. non poss.* & Jo. de Anania in d. Rubr. *de delictis puerorum,* & cum ibi noviter legeret, repetiit l. *testamento.* C. *de impub. & aliis substit.* & prout ibi refert Paul. de Castro, Bartolus recitavit totam materiam juris accrescendi, quam ipse posuerat in l. *re conjunct.* ff. *de legat.* 3. quam ipse repetierat Pisis plenissime ultra omnes alios, & tunc Perusii acquisivit magnam famam, & incepit vocari COMMENTATOR, & de tota Italia illuc concurrebant omnes scholares, & dicit hæc audivisse viva

2011 Ministerio de Cultura

voce à Baldo. Et adde, quod Perusii Bartolus composuit Tractatum *repræsaliarium*, anno Domini 1354. & Tractatum *Tyberiadis*, anno Domini 1355. ut in dicto tractatu, in princ. refert Bartolus.

V. Fuit statura mediocris, & habebat oculos veluti fixos, & speculationi diu intentos, & eundem in locum diu directos ad formam cujusdam cogitabundi, secundum Baptistam de S. Severo in suo tractatu de modo studendi, in 21. collatione in fin. ubi dicit, quod ita vidit depictam imaginem Bartoli cogitabundi in domo recolendæ memoriæ D. Angeli de Perusio. Et ita ego vidi depictam ejus imaginem Urbini in studio Excel. tunc Principis D. Federici de Montefeltro, Urbini Ducis. Et fuit Bartolus adeo frugi vita, quod comedebat ad pondus, ut haberet intellectum pariter dispositum, & nunquam alteratum, secundum Lud. Romanum in singular. 719. quæ incipit, *Quæro à te.* Et didicit etiam literas Hebraicas, ut ipse Bartolus refert in tract. *de insigniis, & armis*, in ult. col. in verb. *pro cujus declaratione.*

VI. Fuit etiam Consiliarius Regis Caroli Quarti Romanorum Imperatoris, qui inter cætera sibi concessit, ut ipse, & cæteri de agnatione sua Leonem rubeum cum caudis duabus in campo aureo portaret, ut ipse refert in Extravag. *ad reprimendum*, in princ. & in tractat. suo *de insigniis, & armis*, circa princ. & vide Angelum in l. *quisquis*, C. *ad l. Jul. majest.* & vide, quæ scribit Bartolus de seipso, in l. 1. §. fin. ff. *de dote præleg.* ubi nominat se BARTOLUM DE SAXOFERRATO.

VII. Bartolus fuit SPECULUM & LUCERNA JURIS CIVILIS, & edidit mirabilia Commenta in jure nostro, secundum Bapt. Severum in dicto tract. *de modo studendi*, 22. col. & idem Baptista ibi in 6. col. dicit, & proponit scholaribus duorum solidissima ingenia, in quorum dictis rarius invenitur error, ut illos eligant tanquam principatum tenentes inter Commentarios juris, scilicet Joan. Andream in jure Canonico, & Bartolum in jure Civili: dicit tamen Angelus de Aretio in §. *extraneo*, in 3. col. Inst. *de pup. subst.* quod creditur magis Bartolo in jure Civili, tanquam magistro omnium, & magis experto, quam Joanni Andreæ in Jure Civili, quod aliqua opinio Legistarum ita se habeat.

VIII. De Bartoli vita, & auctoritate plura ponit D. Franc. de Curte, in l. *admonendi*, in 1. col. ff. *de jurejur.* in consil. 47. quod incipit *super controversia*, in 5. col. & in consil. 26. quod incipit, *Super eo*, in 4. col. & Jo. Abbas Spanheimensis, in lib. *de Scriptorib. Ecclesiasticis*, fol. 137. & D. Nic. D. Alexander gener

2011 Ministerio de Cultura

gener Bartoli in repetit. l. *ſed ſi filium.* ff. *de muner. & honor.* D. Tindarus de Peruſio in tractat. *de teſt. lib.* 1. c. 9. & Bapt. Severus in d. tractat. *de modo ſtudendi,* & Jaſon in l. *quidam cum filium.* in 12. col. & ſeq. usque ad finem, ff. *de verb. oblig.* Et adde, quod Angelus in l. 1. C. *de judiciis,* & in conſil. 59. quod incipit, *Factum tale eſt,* dicit, quod Bartolus eſt LUCERNA JURIS: & idem Angelus in cõſil. 207. quod incipit, *Viſa dicta cauſa,* allegat Bartolum virum excelſum, & præceptorem ſuum: & idem Angelus in conſil. 166. quod incipit, *Pro deciſione quæſitorum,* dicit, Bartolum fuiſſe virum recolendæ memoriæ: & idem Angelus in conſil. 186. quod incipit, *Super hoc puncto,* dicit Bartolum virum excelſum, & præceptorem ſuum: & ſumum Doctorem appellat Petr. de Anchorano in conſil. 415. quod incipit, *contra hæredes,* in fin. & Baldus in c. *quam contra falſam.* in 10. col. *de probat.* dicit, quod Bartolus fuit ſummus Doctor & præceptor ſuus, & ipſum longo tempore audivit, & diſcendi cupiditate raro ab eo diſceſſit: & idem Baldus in l. *rationem.* C. *de probat.* dicit, Bartolum fuiſſe ſupremum Doctorem. Et Paulus de Caſtro in conſil. 288. quod incipit, *præſuppoſito quodam ſtatuto.* in fine, dicit, quod conſulendo temerarium videtur recedere à determinatione Bartoli: Et id. Paulus in l. *ſi adverſus,* in fin. C. *ſi adverſus rem judicatam,* dicit, quod Bartolus generaliter ſequitur plus veritatem, quam Baldus: & Alexander de Imola in conſil. 55. in 4. vol. quod incipit, *perſpectis his, quæ in them.* in 16. col. dicit, Bartolus, qualis Doctor fuerit, & nemo eſt, qui neſciat ſecundum ipſum, quod in ſimili dicit vates vulgaris: *Moſtrô cio che poteva far la lingua noſtra.* Et dicit D. Andr. Barbatia in c. *cum tibi.* in 31. col. *de teſtam.* quod opinio Bartoli eſt tanquam Apollinis oraculum veriſſimum: & idem Andr. Barbatia in c. fin. in 11. col. *de ſucceſſ. ab inteſt.* dicit, quod Bartolus fuit lumen ardentiſſimum juris Civilis. Et Bapt. Severus in d. l. *omnes populi,* in 95. col. dicit, quod Bartolus fuit excellentis ingenii, cui nullum numen abfuit: & fuit in eo, ultra aliam ſcientiam legum, admirabilis prudentia: Et Barth. Socinus in conſil. 876. quod incipit, *Inter fratres,* in 2. col. dicit, quod Bartolus fuit optimus auriga in hac civili ſcientia: & Petrus de Ubaldis Moder. in c. *Rayn.* in fol. 51. *de teſt.* dicit, quod Bartolus ut plurimum ſequitur veritatem, æquitatem, & omnia vidit: & dicit D. Jaſon in Rubr. C. *de jure emphyt.* quod poſt gloſſam ſequitur ordinem Bartoli, cujus veſtigia ſemper adorat. Et idem Jaſon in Rubr. ff. *de offic. aſſeſſoris,* dicit, quod Bartolus fuit lucerna juris, & idem Jaſon. in l. fin. in 2. col. C. *de inſtit. & ſubſtit.* dicit, quod Bartolus fuit vir divini ingenii: & idem Jaſon in l. *admonendi.* in repetit. Paduana, in 1. col. ff. *de jurejur.* dicit, ergo ordine Bartoli obſervato, cujus veſtigia venerari ſolitus ſum. Et idem Jaſon in

2011 Ministerio de Cultura

in d. l. *quidam cum filium*, in fin. dicit, ſemper in legibus Bartolum, ut terreſtre numen colui, & ejus veſtigia quantum licuit, obſervavi. Memini etiam Jaſonem Paduæ cum legeret l. *cum mota, de transact.* dixiſſe viva voce, quod Bartolus fuit illuminator juris, & lux cœcorum, & ubi ponit manum, vel quando dicit caſus, vel textus eſt, dicit ipſam veritatem, & ſi aliquando per aliquos reprehendatur, in hoc vere ingenium noſtrum non eſt ſufficiens inducendo, & ſpeculando prout ipſe faciebat, & *ſi non fuiſſet Bartolus, certe fuiſſemus in abrupto.*

IX. Dicit etiam D. Anton. de Prato, Doctor ſui temporis ſingularis, in ſuo repertorio Bartoli in princ. quod auctoritas Bartoli tanta ante nos, & his temporibus noſtris extitit, ut vere deficiente lege, ejus opinio pro jure ſervetur: de cujus laudibus dicere poſſumus, quod de laudibus Lucii Craſſi dicitur, quem Cicero lib. *officiorum*, Jurisconſultorum diſſertiſſimum appellat l. 1. §. *etiam.* ff. *de orig. jur.* & dicit Bapt. Severus in d. tract. *de modo ſtudendi*, in 15. col. quod in Hiſpania, & Luſitania, decreto regio, & communi illarum partium eſt ſancitum, quod in caſibus in quibus reperitur contradictio Doctorum, opinio Bartoli prævaleat tanquam principalior, & ſecundum illam judicetur. Valde etiam commendatur Bartolus per Abbatem in cap. *non minus.* in 11. col. *de immun. eccleſ.* & in conſil. 3. in 1. vol. incipit, *Caſus talis eſt*, ubi dicit, Bartolum fuiſſe juris Civilis illuminatorem: & Baldus in l. *ſcriptum*, C. *de fide inſtrument.* & Raph. Fulgoſus in cõſ. 180. incipit, *Viſo proceſſu.* in 2. col. & in conſil. 206. incipit, *pro ejus, de quo quæritur.* in 2. col. & per Antoninum Archiepiſc. Flor. in *ſua tertia parte hiſtoriæ*, tit. 21. c. 8. in fin. & Blondum Forlivienſem lib. 1. *de Italia illuſtrata*, in Etruria 2. regione, & in Piceno 5. regione: & dicit Baldus in l. ſuo tract. *de commemorationibus famoſiſſimorum Doctorum in utroque jure*, in pen. col. quod Bartolus fuit plusquam excelſus, & ſubtilis.

X. Legit Piſis, ſed continuavit ſemper in Peruſio, & ibi domicilium habebat: quo tempore ibi legebat Franc. Tigrini de Piſis, & erant ita amici, ut fratres: fuit enim Bartolus ſatis ſubtilis, ſed non memorioſus, in tantum, quod quando aliquid cogitabat, & non reperiebat leges ad propoſitum, ibat ad dictum D. Franciſcum, & ille ſibi dicebat leges: & dicunt Angelus & Paul. de Caſtro in l. *ſi quis ſervo.* ff. *de ſolut.* quod Bartolus de dictis D. Franciſci Tigrini fecit ſibi multum honorem, & parum ipſi D. Franciſco, quia ipſum nunquam allegabat, vel raro. Tamen D. Franciſcus prædictus in conſil. ſuo, quod incipit, *Ego Franciſcus*, num. 52. inter conſilia Bartoli dicit, Bartolum fuiſſe excellentiſſimum Doctorem.

XI. Com-

2011 Ministerio de Cultura

XI. Composuit Bartolus mirabilia Commentaria in jure Civili, & super ff. *Veteri, Infortiato, ff. Novo, & Codice*, quæ modo sunt impressa: & quia sunt aliqua, quæ non sunt Bartoli, in margine suis locis sunt notata. Scripsit etiam super *tribus lib. Cod.* tamen advertendum puto, quod Bartolus solummodo scripsit usque ad tit. *C. de peric. eorum, qui pro magistrat.* l. 11. secundum Angelum ibi, cum concord. de quibus per Jasonem in d.l. *quidam cum filium*, in 14. col. & in repet. d.l. *omnes populi.* in Ticinensi lectura in princ. & adde, quod idem dicit Alexander consil. 192. incipit, *Visis actis causæ.* in ult. col. excepta repetitione l. 1. C. *de dignit.* lib. 12. quæ vere est Bartoli, ut apparet ex dictis per Bartolum l. 1. *C. de condit. in public. horreis* lib. 10. & in l. fin. C. *de incol.* & stilus, & ordo Bartoli ibi bene convenit. Item quæ modo scripsit super Authenticas, de quibus refert Bartolus in auth. *hoc si debitor*, in fin. & in l. *prosecutione.* C. *de pignor.* & in l. *si eum*, ff. *de excusat. tutor.* scripsisse, hoc etiam testatur Baldus in auth. *cessante.* C. *de legit. hær.* tamen in veritate, licet scripserit Bartolus super auth. ista lectura impressa, quæ attribuitur Bartolo, non est Bartoli, secundum Alexandrum in rubr. ff. *de acq. hæred.* & plene Jason. d.l. *quidam cum filium.* in pen. col. & ultra alios plenissime per Bapt. Sever. in repet. l. *edita*, in 59. col. C. *de edend.* licet Alex. In l. *post consanguineos. §. legitima*, in addit. Bartoli ff. *de suis, & legit.* alleget pro lectura Bartoli.

XII. Item scripsit secundum aliquos *super Instituta*, & ita affirmat dictus D. Joan. Abbas in d. lib. *de script. ecclesiasticis*, fol. 177. quæ lectura à paucis annis sub nomine Bartoli est impressa, tamen rei veritate illa non est Bartoli, quia non convenit stilo, quo in lecturis suis utitur, præterea ibi, in pluribus locis allegatur Bartolus, & præcipue in §. 1. Instit. *de libertinis*, circa medium, & in §. 1. Instit. *de auth. tut.* in princ. & sic per consequens non potest dici, esse Bartoli lecturam. Item scripsit plures Tractatus, qui sunt impressi, & quia sunt aliqui, qui attribuuntur Bartolo, qui vere non sunt, ibi scripsi in addit. meis, & addidi nonnullos alios Tractatus Bartoli, qui non fuerunt impressi: & ideo dicit Andreas Siculus in c. *cum sit generale.* in 68. col. *de constitutionibus*, quod multa attribuuntur Bartolo, quæ re vera non sunt, & illud accidit ex modica diligentia moderna, quæ vigilias antiquorum apud Canonistas attribuit Joanni Andreæ, & apud Legistas Bartolo: & nos cœci secundum ipsum modo sequimur communem errorem.

XIII. Scripsit plura *consilia*, quæ ex modica diligentia non fuerunt recollecta, de quibus multa sunt impressa, sed non omnia. Habeo plurima consilia Bartoli manu propria cum ejus sigillo, & alia recollegi plus-

2011 Ministerio de Cultura

quam 150. quæ cito impressioni dabuntur cum Additionibus, & locis notatis per Doctores allegantes dicta consilia. Ultimo loco Bartolus glossavit Extravagantes, *Ad reprimendum*, & *qui sunt rebelles*, & suæ glossæ textui sunt insertæ, quæ omnibus notæ sunt, de quibus dicit Bapt. Severus in tract. *de modo studendi*, in 30. col. ver. *vidistis usque nunc*, quod dicta Bartoli super dictis Extravagantibus putat majoris esse authoritatis aliquibus aliis dictis ejusdem: quia magis digeste edidit, & tanquam glossam, & dicit Bartolomæus Veronensis in auth. *sed novo jure*, in 7. col. C. *de serv. fugit.* quod Imperatores dederunt potestatem Bartolo, ut glossaret dictas Extravagantes, & sic ipse de voluntate ipsorum glossavit.

XIV. Bartolus habuit fratrem, nomine BONACCURSUM, cui insignia Doctoratus Perusii dedit, & extat Bartoli *sermo Doctoratus* ipsius, qui incipit, *Bonum est nomen tuum.* Accursus hic fuit excellentissimus Doctor, extant plura ejus consilia, & aliqua originalia ex ipsis cum sigillis sunt penes me. Habuit Bartolus duas filias, quarum alteram tradidit nuptui D. Nicolao D. Alex. de Perusio, viro domi nobili, sed scientia legum nobiliori, quem solemnem Doctorem, & generum Bartoli appellat Franc. de Curte in consil. 27. in 7. col. incipit, *Magnificus vir*, hic in jure Civili plura composuit, & scripsit, de quo scripsi in Tractatu meo *de præstantia Doctorum*, in lib. 9. *de claris Jurisconsultis.* Alteram vero nuptui tradidit D. Guilielmo de Perusio, excellent. legum Doctori, quem solennem Doctorem, & generum Bartoli & patrem Domini Salustii allegat Angelus de Aretio in §. fin. in 1. col. Instit. *de Senatusconsl. Tertul.* & in §. *actionum*, in 7. col. Instit. de *actionibus*. & Laurus de Fano. in §. *cæterum.* Inst. *de legit. agnat. succeff.* in 7. col. & vide Petrum de Ancharano in consil. incipit, *Hæc quando vulgaris*, de quo etiam in d. Tract. *de præstantia Doctorum*, scripsi.

XV. Tandem mortuus est Perusii anno salutis Dominicæ 1359. & die 13. Julii, anno ætatis suæ 46. & sepultus in Ecclesia Fratrum Minorum, ad latus dextrum altaris majoris, licet D. Tindarus in d. tract. *de testib.* 2. lib. c. 8. attestetur eum citius obiisse. Nam dicit, quod Bartolus 43. annum suæ ætatis agens, vita functus est, & in illa paucula ætate, tot & tanta, tam obscura, tam obtenebrata, & penitus incognita, mirabili quadam memoria, ac incredibili perspicacia in apertum duxit. Qua fere ætate cæteri omnes vix littora profunditatis scientiæ nostræ tetigissent. Quid fabricasset, inquit, si 90. annum attigisset, sicut fuere multi civilis sapientiæ professores? profecto nihil ambiguitatis, aut obscuritatis

2011 Ministerio de Cultura

tis in jure Civili relictum esset, unde ipsa secula lugenda sunt, secundum eum, & Archiepiscopus Florentin. in d. 3. parte suæ historiæ, lib. 21. cap. 8. & Bapt. Severus in d. tract. in 11. col. dicunt, Bartolum obiisse anno Domini 1355. & anno ætatis suæ 46. & Joan. Abbas prædictus in d. lib. *de scriptoribus ecclesiasticis*, dicit, ipsum obiisse anno Domini 1355. & anno ætatis suæ 56. Indictione octava tempore Caroli Imperatoris.

Hactenus Diplovatatius.

THEODORI Hermopolitæ synopsis & ecloga Codicis Justinianei erotematica sive per interrogationes & responsiones, in capita LXXXII. divisa MS. exstat in Bibl. Cæsarea (teste Lambecio VI. p. 15. seq.) cum præfixo Indice capitum. τίναξ τῶν συνόψεων τῶν Κωδίκων, Θεοδώρου Ἑρμοπολίτου. Κεφάλαιον ά, περὶ πίστεως &c. Finito indice, incipit: σύνοψις καὶ ἐκλογὴ ἐκ τῶν Κωδίκων Θεοδώρου Ἑρμοπολίτου. Βιβλίον ά, τίτλος γ'. κεφάλαιον ά περὶ πίστεως. Πότε τελευτῶν ὁ ἡγούμενος ὁ μετ' αὐτὸν ἃ ποιεῖ; Ὅτε ὁ ἔχατος μαρτυρηθῇ ἐναρέτως, καθὼς φησιν ὁ νόμος. τελευτῶντος ἡγουμένου μοναστηρίου, προβληθῇ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ὁ πρὸς ἀρετὴν ἐπιτήδειος, καὶ μὴ πάντως ὁ δευτερεύων. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν ταῖς νεαραῖς εἴρηται.

Πότε ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν κρίνει καὶ δικάζει ὁ Ἐπίσκοπος; Ὅτε οἱ πολιτικοὶ ἀρεσθῶσι ἐπ' αὐτοῦ δικασθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, καθὼς φησι ὁ νόμος· τοῖς ἐθέλουσι καλῶς δικάζει ὁ Ἐπίσκοπος· ἄκων γὰρ &c. Alter Codex MS. integro folio in fine auctior, recensetur apud eundem Lambecium p. 33. sq. Hujus Theodori ἐκλογαῖς Basilicorum, ἤγουν δέκα βιβλίοις τῆς ἑξηκοντα-βίβλου, MSS. in Bibl. Regis Christianissimi, Cod. 2519. usus est Cangius, qui notat, vixisse post Alexium Comnenum, cujus novellam laudat, quique obiit A. C. 1118.

Idem Lambecius p. 11. refert in Anonymi Collectione Græca MS. legum laudari *Stephani* Antecessoris libros κώδικος συντόμου: nec non *Anonymi* τὸ βιβλίον τῶν ὀκτὼ τίτλων, & referri quædam ἐκ τῆς ποινικῆς Ἰωάννου Κυβιδίου ἀντικένσορος.

Nomen Δαπανήβου, quod pro nomine JCti *Datianebis* idem Lambecius p. 8. & 65. ponit, non dubito esse Græcis litteris male expressa verba Latina tituli *de actionibus*, additurque Græca versio περὶ ἰδικῶν ἀγωγῶν.

Libellus *Eustathii* Antecessoris *de actionibus* occurrit in eadem Cæsarea Bibl. αἱ ἐν συνόψει ἀγωγαί. τί ἐστιν ἀγωγή; ἀγωγή ἐστιν δίκαιον τοῦ ἀπαιτεῖν ἐν δικαστηρίῳ τὸ &c. Vide Lambecium VI. p. 25. Eustathium

2011 Ministerio de Cultura

Magiſtrum Romanum *de Hypobolo* MS. in Codice Regio Pariſ. 2023. laudat Cangius in gloſſario, quemadmodum etiam *Georgium Phorbenum* Dicæophylacem Theſſalonicenſem, (quem Phobenum dixi ſupra p. 483.) ex Codice 2227. περὶ ὑποβόλου, ϗ διϰαιοφύλαϰος Θεσσαλονίϰης Γεωργίου ϗ Φορβηνοῦ.

Indiculus Scriptorum Juris Græco-Rom. editorum & ineditorum, de quibus hoc capite a me dictum.

LEONIS & ALEXANDRI Impp. Conſtitutiones. pag. 415. ſeq.
Anaſtaſius JCtus. 436.
Anatolius JCtus. 437.
ANONYMI Compendium Legum. 492.
Athanaſii Patriarchæ Novellæ. 433.
Athanaſius Scholaſticus, Emeſenus. 438. Ejus Epitome MS. ex Codice, Novellis &c. 477. Scholia in Euſtathii libellum de temporibus in foro obſervandis. 490. 493.
MICHAELIS ATTALIATÆ Compendium Legum, ſive ſynopſis ſynopſeos Baſilicon. 494. 469. ſq. 489.
Antiochus Balſamo, nomen commentitium. 470.

Baphius judex Veli, JCtus. 481.
BASILII Macedonis Imp. Conſtitutiones. 407. 495.
BASILII, CONSTANTINI & LEONIS Impp. Conſtitutiones. 407. 494.
Eorundem Ἐϰλογὴ ſive πρόχειρον νόμων. 408. 429. 468.
BASILICA. 425. ſeq. 439. 467. 478. ſeq. 494. τὸ πλάτος, τὸ χῦ πόδας. 457. Index JCtorum & aliorum in Baſilicis memoratorum. 435.
Synopſis Baſilicorum. 426. 471. 472.
Scholiaſtæ. 437. 453. 454. 480. ſeq. *Joſephi Mariæ Suareſii* Notitia Baſilicorum. 467. ſeq. Confer Ægidii Menagii Anti-Baillet. c. 40.
BASILII Porphyrogeniti Imp. Conſtitutiones. 419. ſeq. 495.
Beſtes Conoſtaulus JCtus, judex Veli, Epitomator Novellarum. 433. 435. 439.

MAT-

2011 Ministerio de Cultura

MATTHÆUS BLASTERES. Vide MATTHÆUS.
Enimundi Bonefidii Juris Orientalis Libri III. pag. 484.

Calocyrus Sextus, JCtus. 440.
Campanus, JCtus. 440.
MICH. CHUMNI de gradibus cognationis. 515. Scholia Attaliatam. vide Vol. X. hujus Bibl. p. 225.
Cobides ſive Gobides, JCtus. 443. 446.
Codices Legum ante Juſtinian. 342. 446.
Codonis JCti Ἐξήγητα MSS. 478.
ISAACI COMNENI Conſtitutio. 420.
ALEXII COMNENI Conſtitutiones. 421. ſeq. 492. ALEXII COMNENI ſecundi. 492.
JOANNIS COMNENI Conſtitutiones. 422. 502.
MANUELIS COMNENI. 422. ſeq. 504.
ISAACI ANGELI COMNENI. 424.
CONSTANTINI Copronymi Conſtitutio. 406.
CONSTANTINI Porphyrogeniti Conſtitutiones. 417. ſeq. 497. Vide & in BASILIO, & in Leone.
CONSTANTINUS HARMENOPULUS. vide HARMENOP.
Conſtantinus Nicæus, JCtus. 452. Ejus expoſitionem Novellarum citat Nicolaus Comnenus p. 371. prænotion. Myſtagog.
COSMAS, Magiſter officiorum. 434. Ejus Reſponſa duo. 497.
Joannes Cubidii (al. Convidii) JCti, ποινάλιον MS. 477. 563.
Cyrillus JCtus. 442. 443.

Datianibes, nomen JCti commentitium. 563.
Demetrii Chartophylacis & poſtea Archiep. Bulgariæ, Quæſtiones MSS. 483.
Demetrius Chomatenus. 498.
Demetrius Syncellus. 498.
Diplomata Græca. 425. De Bullarum & Diplomatum Græcorum ſubſcriptionibus Cangius ad Alexiadem. p. 253. ſq. ubi etiam p. 260. exhibet ſigillum Bullæ aureæ Balduini, Imperatoris CPol.
Tho. Diplovatatius. 555.
Docimus JCtus. 498.
Domninus Nomicus ſive JCtus, quem ad Novellas Iſaaci Comneni citat Nic. Comnenus Papadopoli prænot. myſtagog. p. 372. 402.

2011 Ministerio de Cultura

Dorotheus JCtus. 444.
Doxapater JCtus. 444. Sacellarium vocat Nic. Comnenus, & poſtremum JCtorum Græcorum p. 372. ubi citat ejus ſcholia ad novellas Conſtitutiones Iſaaci Angeli.

Eclogæ Legum. 428. vide ſupra in BASILIO.
Ὁ Ἐναντιοφανής. 444. 480.
Ἐπαρχικά. 431. 476.
Eudoxius, JCtus. 445. Hunc puto Eudoxium eſſe Nomicum, judicem Veli, cujus ſynopſin legum citat Nic. Comnenus p. 402. prænot. myſtagog. & ſcholia ad novellas Alexii Comneni p. 345. 435.
EUSTATHIUS JCtus. Magiſter. 445. Ejus liber de temporum articulis in foro obſervandis. 477. 490. Euſtathii Patricii Romani de nuptiis conſobrinorum. 499. Scripta alia inedita. 563. ſeq.

Marquardi Freheri editio Juris Græco-Romani Leunclaviani. 487.
FRIDERICI III. Imp. Βασιλικῶν Διατάξεων libri III. MSS. 424.

Garidas JCtus. 445. Nic. Comneno Leo Garidas ſive Zaridas. Vide Vol. X. hujus Bibl. p. 514.
Georgius Dicæophylax & poſtea Quæſtor ſub Alexio Comneno. 500. Alius Georgius, Sacerdos & Nomophylax Eccleſiæ CPol. cujus explicationem in omnes Imperiales leges memorat Allatius de Georgiis p. 349. Georgius Phobenus. infra Phobenus.
Gloſſaria Græca Juris. 427.
Gobidæ Logothetæ JCti ſcholia ad novellas Leonis Sapientis citat Nic. Comnenus p. 372. prænot. myſtigog.
Gobidas ſive Cobidas JCtus. 443. 446.

CONSTANTINI HARMENOPULI Πρόχειρον νόμων. 429. 469. epitome Canonum. 488. libellus de ſectis. 489. expoſitio fidei. p. 501. index ſcriptorum in prochiro citatorum. 433.
Hagiotheodoretus, Monachus & JCtus. 446. Epiſtola lugens ejus obitum, Græce primum edita p. 483. De ejus ſynopſi novellarum, & ſcholiis ad novellas Leonis, Vol. X. hujus Bibl. p. 515.
HENOTICA edicta Imperatorum Orientis. 344.
HERACLII Imp. Conſtitutiones. 405. 406. 501.

Impe-

2011 Ministerio de Cultura

Imperatorum ante Juſtinianum, Leges. 342. ſeq.
poſt Juſtinianum, 404. ſeq. 485. 488. 489.
Index in Baſilicis citatus Stephanum JCtum habuit autorem. 447. 481.
JOANNIS DUCÆ Vatatzæ Imp. Conſtitutiones. 424. 502.
Joannes Nomophylax. 447.
Joſephi Tenedii πρόχειρον Βασιλικῶν καὶ στοιχεῖον MS. 470.
Iſidorus JCtus. 447. Iſidorum Anteceſſorem vocat Nic. Comnenus & Logothetam Dromi, citatque ejus ſcholia in novellas Alexii Comneni p. 403.
JUSTINIANI Imp. Inſtitutiones earumque editiones & interpretes. 353. 473.
Digeſta. 356. interpretes Græci. 358. 473. editiones Digeſtorum. 359. ſeq.
Codex repetitæ prælect. 365. 473. ὁ Κωδικευτής. 442.
Novellæ. 372. ſeq. editiones & interpretationes. 398. ſq. 474. ſq.
Conſtitutiones & edicta alia. 404. 503.
Chronologia imperii Juſtinianei. 346. ſeq.
JCti, Juſtiniani tempore. 345. 357. 365. ſeq.
JCti ante Juſtinianum. 318. ſeq.
JUSTINI Imp. edicta. 404. ſeq.
Leges Georgicæ ab Harmenopulo expreſſæ. 432. 477. 490. Militares à Rufo. 490. Rhodiæ navales à Docimo. 403. 459. 491. 509.
LEONIS Armenii Conſtitutio. 406.
LEONIS Sapientis Διάταξις Epiſcopatuum Patriarchæ CPol. ſubjectorum. 503. Conſtitutiones. 408. ſeq. 434. 449.
LEONIS & CONSTANTINI. 427. Ἐκλογὴ νόμων. 489. 503.
Vide & ſupra, in BASILIO.
LEONIS & ALEXANDRI Conſtitutiones. 415. ſeq.
Leo Sebaſtenus, Monachus & JCtus, cujus Synopſis Legum & ecthefis Canonum citatur à Nic. Comneno. Vide Volum. X. hujus Bibl. p. 528.
Joannis Leunclavii editio paratitlorum juris. 403. Eclogæ Baſilicorum & Conſtitutt. Imperatorum. 426. Jus Græco-Romanum. 487.

Magiſter. 430. 434. 445. 450. 459. Vide Coſmas & Euſtathius, & Stephanus.
Marinus Patricius. 503.

MAT-

2011 Ministerio de Cultura

MATTHÆI BLASTARIS Hiſtoria Juris. 367. Quæſtiones nuptiales. 489.
Matthæi Monachi Scholia in Attaliatam circa A. C. 1187. ſcripta.
MICHAELIS Stratiotici Imp. Conſtitutio. 420.
MICHAELIS Parapinacei. 421.
MICHAELIS Palæologi. 424.
MICHAEL ATTALIATA. Vide ATTALIATA.
MICHAEL CHUMNUS. Vide CHUMNUS.
Μικρὸν κῆ ſοιχεῖον. 428. 434.
Modeſtinus nomophylax, de cujus Scriptis Vol. X. hujus Bibl. p. 540.

Nicæus JCtus. Vide Conſtantinus.
NICEPHORI Imp. Conſtitutiones. 406.
NICEPHORI Phocæ. 419. 506.
NICEPHORI Botaniotæ. 421. 506.
Nicetas Metropolita Heracleenſis. 507.
Nicetas Metropolita Theſſalon. 507.
Nicetas Patricius. 503.
Nicetas protoſyncellus & chartophylax CPol. 506.
Nicolai Patriarchæ CPol. Sententiæ ſynodales. 507.

Pactomejus Clemens, JCtus. 441.
Paratitla, paragraphæ, parapompæ. 454. 480.
Paratitlorum libri à Jo. Leunclavio editi. 403. 477.
Patriarcharum CPol. decreta. 486. 488. 508.
Patricius, JCtus. 454.
Patzus, JCtus. 545. Gregorium Patzonem vocat Nic. Comnenus. Vide Volum. X. hujus Bibl. p. 515.
Pegaſus JCtus. 456.
Philotheus, Patriarcha CPol. 508.
Philoxenus JCtus, qui Novellas illuſtravit. 457.
Georgii Phobeni vel Phorbeni JCti Scripta inedita. 483. 564. Joannis Phobeni Scholia ad Novellas Conſtantini & Leonis citat Nic. Comnenus p. 394.
Phocas JCtus. Vol. X. hujus Bibl. p. 544.
Pinalius JCtus. 407. An ποιναλιον Joannis Cubidii de quo 563?
MICH. PSELLI Synopſis Legum. 470.

Rhodia

2011 Ministerio de Cultura

Rhodia lex nautica. 403. 459. 491.
Rhodion JCtus. 407.
ROMANI Senioris Imp. Conſtitutiones. 416. ſeq. 509.
ROMANI Junioris Porphyrogeniti. 420. 509.
Romanus JCtus. 459. Magiſter Euſtathius.
Rufus, JCtus. 407.
Rufi leges militares. 490.

Sergius, Patriarcha CPol. 510.
Calocyrus Sextus, JCtus. 440.
Sextus Cæcilius, JCtus. 460. Sixtum ſive Sextum Nomophylacem ad Novellas laudat Nic. Comnenus p. 371. prænot. myſtagog.
Siſinnius, Patriarcha CPol. 510.
Stephanus JCtus indicis auctor in Baſilica. 461. Lingua Legum. 510. Adde Joſephi Nerii analecta T. 4. Miſc. Italic. erudit. Gaudentii Roberti p. 832. Stephanos duos JCtos laudat Nic. Comnenus; unum, quem Nomicum appellat, & alterum Magiſtrum, Judicem Veli.
Stupa, Patriarcha CPol. 511.
Joſephi Mariæ Suareſii Notitia Baſilicorum. 467. ſeq.

Taraſius, Patriarcha CPol. 512.
Joſephus Tenedius, JCtus. Vide Joſephus.
Thalelæus ὁ τῆς νομικῆς ὀφθαλμός. 472. Anteceſſor. 370. 481. Thalelæi anteceſſoris ſyntagma Novellarum omnium & ſcholia ad Novellas Baſilii Macedonis laudat Nic. Comnenus p. 345. & 403. prænot. Myſtagog.
Theodorus Critopulus metropolita Heracleenſis. 512.
Theodorus Hermopolites JCtus. 473. Stephani diſcipulus. 461. Ejus Synopſis erotematica in Codicem Juſtiniani MS. 563. Ecloge Baſilicorum libris X. ibid.
THEOPHILI Imp. Conſtitutiones. 406.
Theophilitzes Nomicus. Vide X. Volum. hujus Bibl. p. 547.
THEOPHILUS, Græcus Interpres Inſtitutionum Juſtiniani Imp. 353. ſq. 464. 473.
Thomas Diplovatatius. 555.

2011 Ministerio de Cultura

Thomas Magiſter, JCtus. Vide Volum. X. hujus Bibl. p. 547.
TIBERII Thracis Imp. Conſtitutiones. 405.
Tipucitus JCtus. Vide Volum. X. hujus Bibl. p. 547.

ZENONIS Imp. Conſtitutiones. 344. 467.
ZOES, Romani, Imp. uxoris Conſtitutio. 420.

CAPUT VII.

De PAULO Ægineta, ALEXANDRO Tralliano & aliis Medicis Græcis editis.

Catalogus Medicorum & Phyſicorum Græcorum editorum, de quibus ſparſim hactenus dictum in præſenti Bibl. 1. Medici principes Henrici Stephani. 2. Paulus Ægineta. 3. Index Scriptorum ab eo laudatorum. ib. Dioclis Caryſtii Epiſtola ad Antigonum Regem. 4. Alii Dioeles. ib. Alexander Trallianus. 5. Index Scriptorum ab eo laudatorum. ib. Sextus. 6. Actuarius. 7. Oribaſius. 8. Philaretus de pulſibus & Anonymus de podagra. 9. Theophilus. ib. Medici in illa H. Stephani collectione non obvii, ut Soranus. 10. Nonus. 11. Joannes Alexandrinus. 12. Capita Critonis κοσμητικῶν. ib. Græcus Rhazis interpres. 13. Stephanus Athenienſis. 14. Moſchio & alii Gynæciorum ſcriptores. 15. Chirurgici. 16. Chymici. 17. De balneis. 18. De febribus. 19. Notitia ſcriptorum recentium, qui de Medicis eorumque vitis ſcriptisque & de Medicorum hiſtoria commentati ſunt. 20.

I.

POſt JCtos non prætereundi mihi ſunt Medici, Phyſicique, quorum non paucos & celebriores jam dixiſſe me & notitiam eorum ſparſim in prioribus hujus Bibl. voluminibus tradidiſſe memini. Hi, ut uno conſpectu ſtatim oculis tuis, chariſſime Lector, offerantur, neque velut omiſſi hoc loco à me, poſſint deſiderari, en tibi illorum ſyllabum:

Ada-

2011 Ministerio de Cultura

Adamantii & Polemonis phyſiognomonica. lib. 3. cap. 6. §. 38. p. 170. ſeq.
Æliani hiſtoria animalium. lib. 4. c. 21. §. 3.
Aëtius Amidenus. Volum. VIII. p. 318. ſeq.
Alexandri problemata, liber de febribus &c. lib. 4. c. 25.
Anatolius περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν. lib. 4. c. 29.
Andromachus lib. 3. c. 26.
Anonymus poëta de herbis Deo alicui ſacris. lib. 3. c. 26. p. 629. ſeq.
Anonymus à Petro Laurenbergio Gr. Lat. editus Hamb. 1616. 4. de partibus corporis humani. lib. 3. c. 7. p. 136.
Aretæus Cappadox lib. 4. c. 3. §. 7. p. 100. ſeq.
Ariſtoteles lib. 3. cap. 6.

Caſſius Scriptor problematum. lib. 3. cap. 6. §. 38. p. 169. ſeq.
Curanidum ſcriptor. lib. 1. cap. 9. §. 8. ſeq.

Demetrius Pepagomenus de podagra. Vol. X. p. 398.
Democritus lib. 2. c. 23. §. 5. ejus περὶ συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν. lib. 4. c. 29.
Dioſcorides lib. 4. c. 3.

Epiphanii Phyſiologus. Vol. VII. p. 427. de gemmis p. 424.
Erotianus & alii lexicorum Medicorum ſcriptores. lib. 4. c. 36. p. 572. ad 581.
Eutecnius Sophiſta, Oppiani Metaphraſtes. lib. 4. c. 20.

Galenus. lib. 4. c. 17.
Gregorius Nyſſenus de opificio hominis. Volum. VIII. p. 145. ſeq.
Geoponici. Volum. VI. p. 500. ſeq.

Heliodorus de Chryſopoeia. Volum. VI. p. 789. ſeq.
Hermetis iatromathematica & alia ſcripta. lib. 1. cap. 9. ſeq.
Hippiatrici ſcriptores. Volum. VI. p. 493. ſeq.
Hippocrates lib. 2. cap. 24.

Marcelli Sidetæ medicina ex piſcibus. lib. 1. cap. 3.
Melampus. lib. 1. cap. 15. §. 2.
Meletius de natura hominis. Volum. VIII. p. 405. ſeq. & poſt præf.

2011 Ministerio de Cultura

Nemeſius de natura hominis. Volum. VII. p. 549. ſeq.
Nicander poëta. lib. 3. c. 26.
Nicolaus Alexandrinus myrepſus. Volum. X. p. 292.

Oppianus poëta. lib. 4. c. 20.
Oribaſii quædam. Volum. IX. p. 451. ſeq.
Orpheus de lapidibus &c. lib. 1. c. 18. §. 5. ſeq.

Palladius iatroſophiſta. Volum. IX. p. 12.
Manuel Phile de animalibus. Volum. VII. p. 696. ſeq.
Philotheus in Aphoriſmos Hippocratis. lib. 2. cap. 24.
Polybus. lib. 2. cap. 24. §. 5. p. 865.
Mich. Pſellus de victus ratione, περὶ χρυσοπροίας, de lapidum virtute &c. Allatius libro de Pſellis §. 34. & 51. §. 38. 47. Volum. V. hujus Bibl.

Rufus Epheſius. lib. 4. c. 3. §. 9. p. 102. ſeq.

Simeon Sethi de cibariorum facultate. Allatius lib. de Pſellis §. 51. & 34. Volum. V. hujus Bibl. & Volum. X. p. 320. ſeq.
Syneſius de arte magna. Volum. VIII. p. 232. ſeq.

Theodoritus lib. 2. ſeq. De providentia differens de hominis opificio. Vide Volum. VII. p. 437.
Theophraſtus. lib. 3. c. 9.
Theophylacti Simocattæ Problemata phyſica. Volum. VI. p. 283.

Xenocrates de alimento ex aquatilibus. Volum. IX. p. 454.

II. Quod itaque mihi adhuc reſtat perſequendum Græcorum Medicorum editorum ſpicilegium, hoc capite complecti eſt animus, atque deinceps proximo ineditos, Chemicorum maxime MSS. corpus ac Chirurgorum, & alio deinde capite Medicos deperditos in veterum ſcriptis memoratos ſtrictim tradere. Placet autem facere initium ab *Henrici Stephani* de omni genere litterarum immortaliter promeriti Viri collectione inſigni, quam *Medicæ artis principes* inſcripſit, & duobus Voluminibus cum locupletiſſimo indice in majore Folii forma edidit, Guilelmoque Plancio Medico inſcripſit A. 1567. Licet enim tota Latina ſit, & Latinos etiam veteres Medicos junctos habeat Celſum, Scribonium, Largum

2011 Ministerio de Cultura

Largum & Marcellum Empiricum: de quibus uti de *Aldina* Medicorum veterum (Latinorum duntaxat excepto Sorano) *συναγωγῇ*, Venetiis vulgata A. 1547. fol. dixi in Bibliotheca Latina lib. IV. cap. 12. tamen multorum Græcorum Medicorum Latinas versiones, cum Græci Codices satis emendati non essent ei ad manus, complectitur, hac serie:

1. *Aretæi* Cappadocis de causis & signis acutorum morborum libri II. Junio Paullo Crasso, Patavino interprete. p. 1.
   Ejusdem de causis & notis diuturnorum affectuum, eodem interprete, libri II. p. 19.
   Ejusdem de morborum acutorum curatione libri II. interprete eodem Crasso. p. 51.
   Ejusdem de morborum diuturnorum sive chronicorum curatione, libri II. ex laudati Crassi interpretatione. p. 81.
2. *Rufi* Ephesii de appellationibus partium corporis humani, libri III. quorum primus ex duplici auctoris editione, uberiore altera & altera breviore, eodem Crasso interprete. p. 101.
   Ejusdem de vesicæ renumque affectibus, interprete Anonymo. p. 122.
   Ejusd. fragmentum de medicamentis purgantibus, Anonymo interprete. p. 126.
3. *Alexandri* Tralliani de arte Medica libri XII, ex versione Joannis Gvinterii Andernaci. p. 131.
4. *Pauli* Æginetæ de re Medica libri septem. p. 344. interprete Jano Cornario, cujus etiam Libri totidem dolabellarum sive castigationum in Æginetam subjiciuntnr. p. 703.
5. *Cassii* Medicæ quæstiones sive problemata, interprete Adriano Junio, Hornano. p. 754. cum ejusdem castigationibus adjunctis ad libri calcem. p. 767.
6. *Oribasii* Sardiani Synopseos ad Eustathium filium libri IX, interprete Joanne Baptista Rasario, Novariensi Medico ad Cosmum Medicem ex edit Veneta Anni MDLIII. p. 1. cum Rasarii castigationibus. p. 679. seq.
   Ejusd. de laqueis sive fasciis ad vulnera obliganda ex Heracle. p. 154. & de machinamentis chirurgicis ex Heliodoro aliisque, p. 161. Vido Vidio, Florentino interprete.
   Ejusdem Medicinalium collectorum ad Imp. Julianum (ex LXX.) super-

2011 Ministerio de Cultura

ſuperſtites libri XIV. decimus quintus item ſed in fine mutilus, cum vigeſimo quarto & vigeſimo quinto, quibus de humani corporis partibus differitur. Interpretc Jo. Baptiſta Raſario. pag. 205.

Ejusdem ad Eunapium libri IV. primus eoporiſton ſive de remediis facile parabilibus. p. 574. ſecundus de facultate ſimplicium. p. 592. tertius de morborum. p. 618. quartus de locorum affectorum curatione. pag. 640. eodem Raſario interprete.

7. *Sexti* Platonici de Medicina ex animalibus libri duo ex verſione Gabrielis Humelbergii. p. 684.

8. Medici Latini: a) Aurelii Cornelii Celſi de re Medica libri octo, operis ab eo ſcripti de artibus * pars ſexta. p. 1. b) Scribonii Largi liber compoſitionum Medicinæ ad C. Julium Calliſtum. p. 187. c) Marcelli viri inluſtris ex magno officio Theodoſii ſenioris liber de Medicamentis, ex editione Jani Cornarii. p. 240. præmiſſis de qualitate & obſervatione Medicinæ Epiſtolis 1) Largii Deſignatiani ad filios, 2) Hippocratis ** ad Antiochum Regem, 3) Hippocratis ſive Antonii Muſæ potius ad Mæcenatem, 4) Plinii Secundi ad amicos. 4) Cornelii Celſi ſive Scribonii Largi potius ad C. Julium Calliſtum. 5) Cornelii Celſi ad Publium Natalem, & 6) Vindiciani Comitis Archiatrorum ad Valentinianum Imp. Verſus LXXV. hexametros, quibus liber Marcelli clauditur, non Sereni Sammonici, ut alibi viſum mihi fuit, ſed ipſius Marcelli utique eſſe, argumentis

* Ita quidem Henricus Stephanus, ut videtur ex MSto Codice, niſi in illo numerum ſextum reperiens, quod de libris intelligendum erat, de partibus operis Stephanus præter rem accepit. Sane libri quinque de agricultura libros octo Celſi de re Medica anteceſſerunt. Totum corpus diſciplinæ ruſticæ quinque libris complexum eſſe Celſum teſtis locuples eſt Columella libro & capite primo. Jam his à Celſo ſubjectos fuiſſe, quos de arte Medica ſcripſit, videtur ſuadere exordium horum, quod incipit his verbis: *Ut alimenta ſanis corporibus agricultura, ſic ſanitatem ægris Medicina promittit.* His accedit, quod in erudita Epiſtola Medici Patavini celeberrimi, Jo. Baptiſtæ Morgagni ad V. C. Jo. Baptiſtam Vulpium de Celſi & Sereni Sammonici editionibus & interpretibus edita Hagæ Comitis 1723. 4. video p. 40. notari, quod in codice Celſi membranaceo Forolivinenſi Alexandri Paduani ad calcem libri IV. ſubſignatum legitur: *Artium Aurelii Celſi liber nonus, idem Medicinæ liber quartus incipit feliciter.*

** Dioclis ad Antigonum, infra, §. 4.

2011 Ministerio de Cultura

mentis probabilibus facile perſuadebit lectori vir humaniſſimus atque eruditiſſimus Jo. Baptiſta ** Morgagnus. d) Q. Sereni Sammonici de Medicina præcepta ſaluberrima, verſibus hexametris. p. 415. e) Q. Rhemnii Fannii, ſive Remi Favini Palæmonis de ponderibus & menſuris liber, itidem hexametris verſibus. p. 432. Sammonico & Q. Rhemnio additæ ſunt in margine variæ lectiones.

9. *Actuarii*, Zachariæ F. de ſpiritu animali libri duo ad Joſephum Racendytam: Julio Alexandrino, Tridentino interprete. p. 1.
Ejusdem libri VII. de urinis, ex verſione Ambroſii Leonis, Nolani per Jacobum Gopylum recenſita. p. 42.
Ejusd. de methodo medendi, libri VI. interprete Cornelio Henrico Mathiſio, Brugenſi, p. 139. cum paucis ejusdem annotationibus. p. 334. ſeq.

10. *Nicolai* myrepſi Alexandrini opus de compoſitione medicamentorum in ſectiones XLVIII. digeſtum, interprete Leonhardo Fuchſio, Medico Tubingenſi, cum ejusdem annotationibus. p. 353.

11. *Incerti auctoris* de podagra libellus, è Græco ſermone in Latinum verſus à Marco Muſuro. p. 835.

12. *Aetii* Amideni contractæ ex veteribus Medicinæ tetrabibli quatuor, ſive libri XVI. interprete Jano Cornario, p. 1.

13. *Philareti* de pulſuum differentia libellus, Albano Torino Vitodurenſi interprete. p. 834.

14. *Theophili* de exacta retrimentorum veſicæ cognitione libellus, interprete eodem Torino. p. 851.

Poſt indicem locupletiſſimum denique clauditur hoc opus locis Hippocratis quos Celſus Latine expreſſit, addita ejus interpretatione.

III. Ex his ſcriptoribus dicendi adhuc mihi reſtant Paulus Ægineta, Alexander Trallianus, Actuarius, Sextus, Theophilus, Philaretus & Anonymus de podagra.

PAULUS à patria Ægina inſula dictus *Ægineta*, a) in MSto Codice

** In laudata Epiſtola pag. 91. ſeq.

a) Stephanus Byz. notat patronymicum ab Ægina inſula Straboni eſſe Αἰγινεὺς, vulgari autem uſu, ὡς οἱ πολλοὶ, Αἰγινήτης. In numis apud Holſten. ΑΙΓΕΙΝΗΤΩΝ.

2011 Ministerio de Cultura

dice Bibliothecæ Segvierianæ b) (hodie Coislinianæ) ὠφελευτής, h. e. qui obeundis ægrotorum decumbentium ædibus Medicinam c) faceret: in aliis apud Labbeum d) Paulus ἰατροσοφιστής. Claruit poſt medium ſæculi à CHriſto nato ſeptimi, tempore Conſtantini Pogonati, ut teſtatur Gregorius Abulpharajus, Medicus Malatienſis in hiſtoria dynaſtiarum p. 114. *E medicis autem, qui hoc tempore floruerunt, fuit* Paulus Ægineta *Medicus ſuæ ætate celebris: inſigniter autem peritus fuit in mulierum morbis, multumque illis curæ impendit. Convenire ipſum ſolebant obſtetrices, & eum de rebus, quæ mulieribus poſt partum acciderent conſulere, quibus reſpondere dignabatur & quid facerent, in iis, de quibus quæſierant, indicare, unde eum* alkawabeli (h. e. obſtetricium) *appellarunt. Scripſit librum in Medicina, in novem* e) *diſtinctum tractatus, quem transtulit* (in Arabicum ſermonem) *Honain* f) *Ebn Iſaak: & librum de affectibus mulierum.* Falluntur adeo Bibliothecarum Medicarum ſcriptores, qui Paulum referunt ad Theodoſii junioris tempora A. C. 420. vel Renatus Moreau ad A. C. 380. Meminit ejus etiam Suidas: Παῦλος Αἰγινήτης ἰατρός. ἔγραψεν ἰατρικὰ βιβλία ᾱ. Citatur à Matthæo Silvatico in pandectis Medicinæ, à Joanne Serapione, apud quem corrupte Paulus Alagenitus vocatur tractatu 7. cap. 9. aliisque junioribus. Chriſtianum fuiſſe libenter aſſentior Caſpari Barthio hoc in Adverſariis affirmanti, licet argumentum ille nullum addiderit, & ab ætate petitum fortaſſe non adeo poſſit firmum atque omni exceptione majus videri.

Hoc

b) Montfaucon. Bibl. Coislinian. p. 225.

c) Vide Menagii amœnitates juris c. 35.

d) Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 126. ubi memorat ejus de fracturis, de lethiferis pharmacis & de colica affectione: nec non antiballomenna ſive de ſuccedaneis medicamentis, & de ponderibus ac menſuris ac chirurgica quædam, quæ omnia ex libris, quos editos habemus, excerpta ſuut apoſpaſmatia.

e) In editis ſunt tantummodo ſeptem. Sed videntur Arabes librum ſextúm & ſeptimum, qui prioribus longe prolixiores ſunt, unumquemque in binos diſtinxiſſe.

f) De hoc Honaino, qui Joannis Meſuæ diſcipulus, circa A. 260. Hegiræ (CHriſti 873.) claruit, quique præter Æginetam etiam Hippocratis & Galeni plura, nec non Euclidem Arabice vertit & Almageſtum Ptolemæi, vide Herbeloti Bibl. Orientalem p. 456. Ex hac Arabica Æginetæ verſione profluxuiſſe videtur barbara vetus Latina verſio, quam memorat Jo. Georgius Schenckius in Bibl. Medica pag. 433. falliturque in Pandectis Brandenburgicis Chriſtophorus Hendreichius, qui Torinianm pro illa barbara venditat.

2011 Ministerio de Cultura

Hoc quod dixi insigne *artis Medicæ compendium* exhibent, qui exstant ejus *libri VII.* collecti ex antiquioribus Medicis, Galeno imprimis, Aëtio* Alexandro Tralliano & Oribasio. Libro *primo* hygiines institutionem sive ὑποτύπωσιν & præcepta de valetudine conservanda tradit. Libro *secundo* & *tertio* de morbis internis: *quarto* & *quinto* de venenis, morsibus, ictibus, læsionibus & malis externis corpus afficientibus: *sexto* præclarissimo, totam chirurgicam disciplinam: *septimo* denique materiam medicam ordine alphabetico & de simplicibus ac compositis medicamentis, de antidotis, smegmatis, emplastris, de medicamentis succedaneis & de mensuris ac ponderibus. Ac morborum quidem omnis generis dignotiones causas & curationes ait se satis explicate fuisse complexum, τὸ δὲ παρὸν σύγγραμμα διαγνώσεις τε καὶ αἰτίας καὶ θεραπείας ἁπάντων περιέχει τῶν νοσημάτων, ὁμοιομερῶν, ὀργανικῶν, ἐν λύσει συνεχείας θεωρουμένων. ἀνακεφαλαιωδῶς μόνον ἀλλὰ καὶ κατ' ἐγχωροῦν πλάτος. περὶ δέγε τούτων τὴν ὑγιεινὴν ἅπασαν ἐξεθέμεθα δίαιταν. Ἔχεται δὲ τὸν περὶ ἀπλῶν τε καὶ συνθέτων φαρμάκων ἐποιησάμεθα λόγον.

Prodierunt primum *Græce* ex ædibus Aldi & Andreæ Asulani soceri, A. 1528. fol. Præmittitur operi hoc distichon jambicum:

Παύλᾳ πόνον με γνῶθι, γῆς τὸ πλέον
Διαθραμόντᾳ, φύντᾳ ἐκ γῆς Αἰγίνης.

Hujus editionis Codicem nactus sum à capite ad calcem emendatum & suppletum è MS. Fuit is olim V. C. Marquardi Gudii: & ante eum Ælii Everhardi Vorstii, ad quem è testamento Josephi Scaligeri pervenerat.

Altera editio Græca, melior, Basileensis ex officina Andreæ Cratandri 1538. ** fol. debetur *Hieronymo Gemusæo*, qui in Epistola præfixa ad Philippum Cossejum, Constantiæ Galliarum Episcopum, ita profitetur hunc se scriptorem instauasse, ἃ λέγω, inquit, μεγαλοπρεπῶς ἁδὲ τραγικῶς, ἀλλ' ἀπλούστερον καὶ ἀληθέστερον φράσω, *ut si conferatur cum priore editione, dici profecto id posset, quod est apud Poëtam: quantum mutatus ab illo est.* Etiam titulus voluminis præ se fert, illud *collatione vetustissimorum exemplarium magna fide ac diligentia*

* Non minus frequenter Aëtii quam Galeni verba sequi Paulum, notat Cornarius, dolabell. in lib. 1. c. 58. seq. lib. 2. c. 20. 36. seq. &c.

** In Catalogo Bibl. Bodlejanæ hæc editio perperam traditut lucem vidisse in forma quarta.

2011 Ministerio de Cultura

gentia emendatum & reſtitutum, nec non aliquot locis auctum: ut hic liber plane nunc primum è tenebris erutus in lucem prodiiſſe dici poſſit. Ad calcem voluminis extant quædam editoris Gemuſæi notæ, in quibus loca complura Pauli emendata, & interpretum notati errores. Diligentiſſime autem teſtatur ſe conſuliſſe veterem Codicem, quem communicavit ſecum Joannes Ruellius, & quo Copus pridem uſus fuiſſet: cæteros Codices tantum adhibuiſſe, *quoties id exigeret locus aut varius, aut difficilis, aut alioqui ſaucius. In paucis uſi ſumus conjectura, ita tamen, ut omnibus oporteat placere, quæ affirmavimus.* Video tamen ex lectionibus marginum Codicis, quem dixi Gudiani, non pauca etiam in hac Baſileenſi editione meliora & integriora dari poſſe. Eamque dum Paulum ſtudet emendare, vitioſius interdum quædam expreſſiſſe notat Cornarius ad lib. 3. c. 20. 30. lib. 6. c. 9. &c.

Latine ex verſione *Albani Torini*, Vitodurenſis Helvetii, omiſſo ſexto libro, Baſil. 1532. atque ex nova recognitione, additis etiam notis, quibus verſionis ſuæ reddit rationem. ibid. 1534. 4. qua in editione enchiridii totius Medicinæ ſextus etiam liber acceſſit, ſicut etiam in tertia, quartaque, Baſil. 1546. 1555. 8. apud Jo. Oporinum. Ejusdem Torini Epiſtola Apologetica ad Andernacum cum verſionis ejus reprehenſione, Græcorum vero Æginetæ locorum plurium emendatione ex Chriſtophori Oroſcii, Hiſpani obſervationibus. ibid. 1539. 8. Hujus *Chriſtophori Oroſcii* ſive *de* * *Horozco* caſtigationes in interpretes Pauli Æginetæ Torinum & Gvinterium prodierant Venet. 1536. fol.

Ex verſione *Joannis Gvinterii Andernaci*, qui Joannis Laſcaris antiquo exemplari, alteroque Ruellii, & aliis inſuper Codicibus MSS. Pauli & antiquiſſimo Oribaſii volumine litteris Longobardicis ** ſcripto uſum ſe profitetur, interpretationem ſuam & præmiſſas operi notas dicavit Joanni Bellajo, præſuli Pariſienſi, nitideque curavit excudi Pariſ. 1532. fol. typis Simonis Colinei, recuſam Coloniæ 1534. fol. apud Joannem Soterem, (& ex *Remberti Dodonæi* recognitione, *** A. 1546.) atque additis notis *Jac. Goupyli* Lugd. apud Rovil-

* Male Roſcius dicitur in Catalogo Bibl. Bigotianæ pag. 32. & in Heinſianæ pag. 164. Croſcius.

** Veterem Latinam Oribaſii verſionem, non Græcum Codicem his verbis deſignat Andernacus, quod ex notis etiam ejus in Æginetam eſt perſpicuum.

*** Franciſcus Sweertius Bibl. Belgic. p. 656. Anton. Teiſſierius elog. Thuan. T. 3. 354.

2011 Ministério de Cultura

illium 1551. & 1563. 1589. 8. in qua poſtrema editione præter notas Jani Cornarii, acceſſerunt & *Jacobi Dalechampii* Scholia, quæ lucem viderant Lugd. apud Guil. Rovillium 1567. 8.

Ex interpretatione *Jani Cornarii*, adjunctis dolabellarum ſive caſtigationum libris ſeptem dedolata, ut ait eruditus auctor, ac lævigata. Baſileæ * 1556. fol. ex officina Johannis Hervagii: & cum iisdem notis ſive dolabellis in præclaro Medicorum principum opere, apud Henricum Stephanum. 1567. fol. In hiſce dolabellis Cornarius lib. 2. cap. 16. ſperare jubet editionem Galeni totius Latinam à ſe factam, & c. 54. emblemata in Dioſcoridem, & lib. 3. c. 42. &c.

Joannis Baptiſtæ Camütii editas in Æginetam caſtigationes memorat Jo. Georgius Schenckius, Bibl. Medicæ p. 433.

De ratione victus præcepta ſalubria *Gvilelmo Copo* interprete, ex libro Æginetæ primo, Pariſ. 1512. 4. apud Henr. Stephanum, & 1527. *Sebaſtiani Auſtrii Rubenaquenſis* explanationem in Æginetæ præcepta de valetudine tuenda, Argentorat. 1538. 4.

De ſimplicibus Medicamentis, ex libro ſeptimo Æginetæ, interprete *Othone Brunsfeldio* Argentorat. 1531. 8. addito apoſpaſmatio de ratione victus ex laudata Copi interpretatione.

Paulus Ægineta de alimentorum facultatibus cum Apicio & Platinæ de tuenda valetudine Baſil. 1541. Lugd. 1541. 8.

Librum ſextum Æginetæ interpretatus eſt Latine *Jo Bernardus Felicianus* A. 1533. Gallice *Jacobus Dalechampius*, commentariosque addidit, quibus vetus ac recens Chirurgia illuſtratur. *Bartholomæi Maggii* in eundem ſextum librum commentarios ſed ineditos memorat Jo. Georgius Schenckius.

Excerpta de balneis. Latine in collectione Veneta de balneis pag. 487.

De febribus, itidem Latine, in opere Veneto de febribus pag. 39.

De criſi & diebus decretoris, cum Actuario Baſil. 1529. 8.

Nicolaus Rorarius, Medicus Utinenſis, Venet. 1566. 8. edidit contradictiones, dubia & paradoxa in libros Hippocratis, Celſi, Galeni, Aëtii, *Æginetæ* & Avicennæ, cum eorundem conciliationibus: quo in ſcripto loca Æginetæ octo ad examen revocat, p. 560--573.

* In Catalogo Bibl. Heinſianæ pag. 157. hæc editio perperam traditur eſſe Græco-Latina.

2011 Ministerio de Cultura

Capitum diſtinctiones titulique ab ipſo ſunt ſcriptore, ut patet ex lib. VII. c. 18. & lib. 2. c. 26. πλατυκωτέραν δὲ τὴν ἴασιν εὑρήσεις τούτων ἐν τῷ περὶ ῥίγους ἀμέτρου καὶ ψύξεως κεφαλαίῳ μέ. Et tractationem de compoſitis medicamentis ultimi libri locum occupare teſtatur lib. 3. c. 37. citat etiam librum quartum VI. 83. Primum III. 37. Alexandriæ ſe verſatum narrat lib. 4. c. 49.

IV. INDEX SCRIPTORUM,

compoſitus à me ad numeros librorum capitumque.

Acron Acrigentinus. lib. 2. c. 35.
Adamantius. ὁ δὲ Ὀειβάσιος φησὶ κατὰ Ἀδαμάντιον. VII. ult.
Adrianum vinum. lib. 3. c. 35.
Ægyptii. VI. 88. VII. 20.
Æſculapii ſmegma. IV. 1.
Agapeti antidotum. lib. 3. c. 78. podagricum. lib. 7. c. 11.
Alexander Medicus. lib. 3. c. 28. 78. VII. 19. ubi acopa ἐκ γραφικῆς μέλανος ex atramento ſcriptorio. In Latina verſione Cornarii nomen Alexandri omiſſum eſt, quem intellige Trallianum. l. I. p. 41.
Amazonum paſtillus. lib. 3. c. 37. lib. 7. c. 12.
Ammonii collyrium. VII. 16.
Amythaon. IV. 32. Ejus emplaſtrum. VII. 17.
Andronius paſtillus. lib. 3. c. 26. 42. IV. 1. 19. 20. 58. VII. 12.
Antiochi hiera. VII. 8.
Antyllus chirurgus. VI. 33. 40. 53. 62. 67. Ejus infuſum per clyſterem ad vomitum concitandum. VII. 10. 24. De coctura medicamentorum, quæ in emplaſtra mittuntur. VII. 17. (edit. Gr. Baſil. pag. 301. ſeq.) epithema. lib. 3. c. 40. malagma. VII. 18.
Apollophanis epithema. lib. 3. c. 46. malagma. VII. 18.
Archigenes lib. 1. 1. c. 46. lib. 2. c. 12. (ubi de pulſibus) 46. lib. 3. c. 35. IV. 5. 6. 16. 34. V. 9. 12. epiſtola ad Atticum. III. 45. hiera. III. 68. VII. 8.
Aretæus Cappadox IV. 1.
Ariobarzanium emplaſtrum. lib. 3. c. 22. VII. 17.
Ariſtophanium medicamentum. IV. 55. emplaſtrum. VII. 17.
Aſclepium balneum. lib. 3. c. 77. panaces. VII. 3. pag. 636. pulvillus. VII. 13.
Azanitæ medicamentum. IV. 55. VII. 19. Baſilii

2011 Ministerio de Cultura

Basilii medicamentum. lib. 3. c. 78. IV. 55. VII. 19.
Berenicarium nitrum. VII. 17.

Chironia ulcera, qui Chirone opus habent ad sanationem. IV. 46. Chironeum panaces. VII. 3. p. 636. edit. H. Steph.
Cleonis collyrium. VII. 16.
Cleopatræ scripta. lib. 3. c. 1. (ubi de tingendis capillis) ejus mors ab aspide. V. 18.
Constantini sapo. lib. 3. c. 24. 28. lib. 7. c. 13.
Criogenis pastillus. VII. 12.
Crito. lib. 1. c. 46. lib. 3. c. 1. IV. 7. ejus pulvillus. VII. 13.

Dacæ & Dalmatæ. VI. 88.
Dioclis Carystii Epistola ad Antigonum. lib. 1. c. 100.
Dionysia emplastrum. IV. 18.
Dioscorides. VII. 3. (pag. 616. 619. 631. 632. 635.) VII. 4.
Dioscorides Alexandrinus. IV. 24.

Erasistratus V. 19. ejus panchrestos. lib. 3. c. 22. collyrium. VII. 16.
Esdra antidotus. lib. 3. c. 32. lib. 7. c. 11.

Faustini pastillus. VI. 79. VII. 12.

Galenus. præf. lib. 1. & lib. 2. c. 1. 7. 12. 36. 46. lib. 3. c. 22. 34. IV. 18. 21. 22. 39. 48. 49. 54. V. 2. 14. 18. 24. 36. VI. 20. 21. 37. 40. 45. 52. 86. 87. 90. VII. 3. (p. 626. 627. 633.) 12. 19.
Ἐν τῷ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδῳ. VI. 20. de compositione medicam. secundum loca. VII. 18. secundum genera. 19. libro de theriaca. VII. 3. p. 639. de antidotis. VII. 11.
Galeni hiera. VII. 8. antidotus. VII. 11. collyrium. 16. emplastrum. 17. pastillus. VII. 12.
Vetustiores Galeno. lib. 3. c. 6.

Pastillus Nere ex libris Heræ ἐκ τῶν Ἥρας. VII. 12.
Hippocrates. præf. lib. 1. lib. 2. c. 4. 7. lib. 3. c. 18. 20. 31. 67. 78. IV. 1. 22. 57. VI. 45. 79. 88. 91. 99. 112. 115. 117. 118.
Homerus. VI. 88.

2011 Ministerio de Cultura

Iceſii emplaſtrum. lib. 3. c. 62. 64. IV. 48. VII. 17.
Iſis emplaſtrum. VII. 17.
Julianum mulſum. III. 37.
Iſ& ophthalmicus Galeni tempore. VI. 20. Juſti hiera. VII. 8. paſtillus. VII. 12.

Leonides. IV. ult. VI. 32. 44. 64. 67. 78.
Lycus. V. 3. 12.
Lyſimachium. lib. 3. c. 24. lib. 7. c. 3. p. 631.

Machærionis malagma. lib. 3. c. 44. IV. 48. emplaſtrum. VII. 17.
Magni collyrium. VII. 16.
Manethonis pulvillus. VII. 13.
Marcellus. lib. 3. c. 41. 79. IV. 11. VI. 48. paſtillus Marcellius. VII. 12.
Marciaton malagma. lib. 3. c. 37.
Maſſaliotæ pulvillus ſiccus. IV. 25. VII. 13.
Mendes in Ægypto colitur. VII. 20.
Mithridatis regis antidotus. lib. 3. c. 32. V. 27. VII. 11.
Mnaſeæ emplaſtrum. lib. 3. c. 23. 46. 64. VII. 17.
Muſæ paſtillus. III. 42. 81. VI. 25. VII. 12.

Τῦ Νεαπολίτυ contra diuturnas palpebrarum affectiones. lib. 3. c. 22.
Neronis emplaſtrum. VII. 17.
Nicander. V. 18.
Nicolaus. IV. 37. ejus emplaſtrum. VII. 17.
Nilammonis collyrium. III. 22. VII. 16.
Nili, Νείλυ Ἀμάροδον ſive collyrium ex roſis. III. 22. VII. 16. malagma. VII. 18. Νήλεως Nilei epithema lib. 3. c. 37. 46. malagma. c. 49.
Nymphodori paſtillus. VII. 12.

Oribaſii ἑβδομηκονταβίβλῳ, præf. libri 1. Epitomen ejus ad filium Euſtathium. ibid.
Oribaſii ex Galeno compendiaria tractatio lib. 2. c. 1. athanaſia dolorem ſedans pleuriticum. VII. 11. antidotus. ibid. paſtillus. 12. pulvillus. 13. emplaſtrum. 17. dropax. 19. Citatur & lib. III. 22. IV. 7. 16. 20. V. 3.

Paſionis paſtillus. IV. 25. VII. 12.

Pelops

2011 Ministerio de Cultura

Pelops Medicus. l. 3. c. 20.
Philagrii epithema. lib. 3. c. 46. malagma. VII. 18. apomeli ex Philagrio. VII. 15.
Philippi paſtillus. lib. 3. c. 42. lib. 7. c. 12.
Philonis antidotus. lib. 3. c. 45. 46. lib. 7. c. 11.
Philoxeni compoſitum. lib. 3. c. 32. lib. 7. c. 11.
Polles. IV. 16.
Polyidæ ſigillum. lib. 3. c. 40. paſtillus. IV. 25. 51. VII. 12.
Poſidonius. VII. 20. 22.
Procli antidotus podagrica. VII. 11.

Rhetorum σύντομα καὶ συνέκδημα δικανικὰ συντάγματα, ἐν οἷς ἁπάντων ἐμφέρεται τῶν νόμων τὰ κεφάλαια πρὸς τὸ τῆς χρείας ἕτοιμον. præf. libri 1.
Rufus. lib. 2. c. 36. lib. 3. c. 22. V. 3. Rufi hiera. VII. 8.

Sarapionis emplaſtrum. lib. 3. c. 64. IV. 25. VII. 17.
Soranus. IV. ult. VI. 98.
Syri. VII. 3. p. 634.

Telephia ulcera. IV. 46.
Thaidis ceratum. lib. 3. c. 25.
Themiſon decimo Epiſtolarum libro. lib. 3. c. 15.
ἡ Θεοδώρητος antidotus. libr. 3. c. 46. 50. l. 7. c. 11. Θεοδότου collyrium. VII. 16.
Timocrates. VII. 17. p. 683.
Titianus peſſus. VII. 24.
Tonſoris malagma τὸ τοῦ κειρέως. lib. 3. c. 49. lib. 7. c. 18.

Zopyrium medicamentum. lib. 7. c. 11.
Zoſimi unguentum. lib. 7. c. 21. VII. 19.

IV. DIOCLES Caryſtius, ex Caryſto Euboeæ, nomen inter Medicos celeberrimum, cujus hoc loco facienda à me mentio eſt, quoniam Epiſtolam ejus προφυλακτικὴν ſive de conſervanda valetudine ad Antigonum Regem ſervavit Paulus Ægineta lib. 1. capite ult. Atque ὑγιεινὰ παραγγέλματα ad Antigonum Regem compoſuiſſe, teſtis etiam hippiatricorum ſcriptor lib. 2. c. 97. ἐνέτυχόν ποτε συγγράμματι Διοκλέους δοκιμωτάτου,

2011 Ministerio de Cultura

τάτῳ, προσφωνῶντι τινὶ τῶν βασιλέων, ἀντιγόνῳ οἶμαι, ὑγιεινὰ ἀπαγγέλματα, οἷς χρώμενός τις εὐδοκιμήσει. Fuit etiam Antigonus Caryſtius ſuppar temporibus Ptolemæi Philadelphi, ſcriptor hiſtoriarum mirabilium, de quo dixi lib. 3. c. 27. §. 8. Sed Antigonus, ad quem Diocles ſcripſit, fuit Rex Macedoniæ Gonatas, cujus ad Zenonem Citieum Epiſtola cum Zenonis reſponſione exſtat apud Laërtium VII. 7. ſeq. Huic enim Antigono optime convenit, quod Diocles non modo eum laudat à ſingulari Philoſophiæ ſtudio, ſed etiam à longævitate, καὶ πλεῖστον χρόνον βεβιωκέναι, regnavit enim per annos XLIV. defunctus circa annum 240. ante natum CHriſtum, unde etiam de ætate Dioclis conſtare poteſt, quem alii male antiquiorem faciunt &, Suidæ fidem habentes, Darii Hiſtaſpis tempore vixiſſe ſcribunt. De aliis hujus Dioclis ſcriptis deperditis Tiraquellus de nobilitate p. 253. Meurſius in Bibl. Græca T. 10. theſauri Gronoviani pag. 1363. Jo. Harduinus ad Plinium T. 1. p. 108. Sunt autem hæc:

Ὑγιεινῶν libri ad Pliſtarchum. Hos citat Athenæus & Τὸ πρὸς Πλείσταρχον ὑπόμνημα laudans Dioſcorides. Librum primum etiam Galenus T. 4. edit. Græcæ Baſil. p. 303. 312. Themiſtius Orat. 2. ἔχοι δὲ λέγειν καὶ ὅσα Ἱπποκράτης ὁ Κῷος, καὶ ὅσα Ἐρασίστρατος, καὶ ὅσα Διοκλῆς ἐν τοῖς συγγράμμασι παραγγέλλουσιν ὑπὲρ ὑγείας.

Liber *de paſſionibus, cauſis & curationibus.* Πάθος, αἰτία, θεραπεία. Cœlius Aurelianus pluribus locis, & Galenus T. 3. p. 278. T. 5. p. 301. Librum trigeſimum octavum laudat Octavius Horatianus lib. 4. de phyſica ſcientia ad Euſebium filium, capite de ſemine teſtatus Dioclem hunc *ſectatorem Hippocratis, quem Athenienſes juniorem Hippocratem vocaverunt.* Secundum Hippocrati ætate famaque extitiſſe Dioclem ſcribit etiam Plinius XXVI. 2.

Anatomica. Galen. T. 5. p. 21.

Ἀρχίδαμος. Galen. T. 2. p. 19. 20. 22. 24. 25.

Περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον. Galenus T. 5. p. 661. 667. Erotianus in ἄμβην.

Ῥιζοτομικόν. Schol. Nicandri p. 30.

Περὶ πυρίων. Eutocius in Archimeden de ſphæra, niſi alium Dioclem reſpicit.

Prognoſticus liber. Cœlius Aurelian. lib. IV. Chronicar. paſſ. c. 8.

Περὶ γυναικείων. Galenus T. 5. p. 475.

De egeſtionibus. Cœlius Aurelianus loco laudato.

Περὶ λαχάνων. Galenus T. 5. 649.

Περὶ

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ ἑβδομάδων. Galen. T. 5. p. 649.
Περὶ ἐπιδέσμων. id. T. 5. p. 615.
De febribus liber. Cœlius Aurelian. lib. 1. auctor. morbor. cap. 12.
De alimentorum præparatione. Oribaſ. IV. 3. medicinal. collect.
Περὶ θανασίμων φαρμάκων. Athenæus XV. p. 320.

Denique ὀψαρτυτικῶν ſcriptoribus Diocles annumeratur ab eodem Athenæo lib. XII.

Ut autem ad editam ejus ad Antigonum Epiſtolam redeam, parum illa quidem differt ab Epiſtola, quæ *Marcelli* veteris Medici Latini libro de Medicamentis præfigitur ſub nomine *Hippocratis ad Regem Antiochum.*

Cæterum ſub Dioclis nomine, ut Pauli Æginetæ verſiones omittam, etiam *Albano Torino* interprete prodiit cum verſione librorum Alexandri Tralliani, Baſil. 1541. fol.

Latine vertit præterea *Nicolaus Petrejus*, Corcyreus & ad calcem Meletii Philoſophi de natura hominis p. 184. vulgavit Venetiis 1552. 4.

Ex verſione *Antonii Mizaldi* denique Pariſ. 1573. 8. prodiit cum Arnoldi Villanovani conſilio ad Regem Arragonum de ſalubri hortenſium uſu, & variis ejusdem Mizaldi ſcriptis de Sena herba, de artificioſa comparatione hortenſium fructuum, olerum, uvarum, hortoque Medico. Et ad Scholæ Salernitanæ calcem Francof. 1612. 12. atque Hagæ Comitis 1683. 12. p. 462.

Græce & Latine exſtat ad calcem Syllogarum Phyſicarum Michaëlis Neandri. Lipſ. 1591. 8. T. 2. p. 451. Quoniam autem brevis eſt nec contemnenda, rariusque Græce obvia, eam hoc loco cum Mizaldi verſione ſubjungere juvat.

ΔΙΟΚΛΗΣ ΑΝΤΙΓΟΝΩ, ΒΑΣΙΛΕΙ.

I.

Ἐπειδή σοι συμβαίνει μεστικωτάτῳ πάντων βασιλέων γεγονέναι, καὶ πλεῖστον χρόνον βεβιωκέναι, φιλοσοφίας τε πάσης ἔμπειρον ὄντα τυγχάνειν, καὶ τοῖς μαθηματικοῖς πρωταγωνιστήν.

DIOCLES ANTIGONO Regi *ſalutem.*

I.

QUoniam ſumma tibi inter omnes Reges, ANTIGONE, comparata eſt eruditio, & jam ſenilis procedit ætas, univerſæque Philoſophiæ ac Mathematicarum non vulgaris tribuitur cognitio, quibus ſingulis

2011 Ministerio de Cultura

γιεήν. Ὑπολαμβάνων βασιλικὴν καὶ οἰκείαν εἶναι τὴν φιλοσοφίαν, τὴν περὶ τῶν ὑγιεινῶν ἀκοήν τε καὶ θεωρίαν, γέγραφά σοι πόθεν αἱ νόσοι τοῖς ἀνθρώποις συνίστανται, καὶ τίνων προγενομένων σημείων, καὶ πῶς ἄν τις αὐτοῖς βοηθῶν ἐπιτυγχάνοι. ὅτε γὰρ χειμὼν ἐν τῷ ἀέρι συσταίη ποτὲ μὴ ἀχὶ σημείων τινῶν προγενομένων, οἵσπερ παρακολουθοῦσιν οἱ ναυτικοὶ, καὶ οἱ πολύπειροι τῶν ἀνθρώπων. ὅτε πάθος ἐν ἀνθρώπου φύσει συσταίη ποτὲ μὴ ἀχὶ σημείου τινὸς προγενομένου. σὺ δὲ πειθεὶς τοῖς ὑφ' ἡμῶν λεγομένοις, παρακολουθήσεις τῇ ἀκριβείᾳ τῇ περὶ αὐτῶν. Διαιρέμεθα δὴ τὸ σωμάτιον τοῦ ἀνθρώπου εἰς μέρη τέσσαρα, κεφαλὴν, θώρακα, κοιλίαν, κύστιν.

gulis clarissimus haberis, & palmam aliis longe præripis: Ego regiam quoque & familiarem tibi esse debere existimans eam philosophiæ partem, quæ ad tuendam sanitatem pertinet, idcirco tuæ Majestati hac nostra Epistola paucis complecti volui, undenam infirmitates hominibus contingant: & quibus indiciis præcedentibus augurentur, quibusve præsidiis oportune eis prospiciatur. Quemadmodum enim signa quædam minime obscura, cœli tempestatem fere semper præveniunt, quibus nautæ, & alii rerum naturæ periti, quid faciendum sit, ut tutiores evadant, facile colligunt: sic nullus præter naruram affectus homines corripit, nisi certis præcurrentibus signis ille indicatus fuerit. Tu itaque nostris ea de re præceptiunculis admonitus illas ad unguem observare minime dedignaberis. Distribuimus humanum corpus in partes quatuor: Caput, Thoracem, Ventrem & Vesicam.

II. Ἐπειδὰν γὰρ μέλλῃ πάθος περὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιπλέον συνίστασθαι, προσημαίνειν εἴωθεν σκοτώδινος, καὶ ἀλγηδὼν κεφαλῆς, καὶ βάρος ἐν ταῖς ὀφρύσιν, ἦχοι ὤτων, νυγμοὶ κροτάφων. οἱ ὀφθαλμοὶ δὲ πρωὶ δακρύουσι μετὰ δὲ ἀμβλυώττειν, καὶ ὀσφραίνεται ἀδενός. τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ὀδόντων μετέωρα γίγνεσθαι, ὅταν δὲ

II. Cum itaque morbus quispiam caput præhensurus est, certa præsagia & signa illum magna ex parte solent prædicere. Cujusmodi sunt capitis ad supercilia usque gravitas, aurium murmurans sonitus, & temporum pulsatio. Mane lachrymantur oculi & caligant: hebetatur odoratus, ac gingivæ intumescunt. Itaque dum ejusmodi præsagiorum & si-

2011 Ministerio de Cultura

ἂν τοιοῦτόν τι προσημαίνῃ, τὴν κεφαλὴν δεῖ καθαίρεσθαι, φαρμάκῳ μὲν μηδενί. λαβὼν δὲ ὑσσώπου ἢ ὀρίγανου τὰς κεφαλὰς, τρίψας καὶ ἀναζέσας ἐν χυτριδίῳ μετὰ γλυκέως ἢ ἐψήματος ἡμικοτυλίου, ἔτι νῆστις ἀπορροφῶν διαβλύζε τὸ στόμα, καὶ ἀναγαργαρίζων ἀποροφυμάπιζε. Ταύτης γὰρ ἔστιν ἐλαφροτέρα θεραπεία τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν παθῶν. ἄριστον δὲ καὶ τὸ σίνηπι διειμένον μελικράτῳ θερμῷ. τοῦτο νῆστις ἀποροφῶν, ἀναγαργαρίζε καὶ ἀποροφυμάπιζε. δεῖ δὲ προθερμαίνειν τὴν κεφαλὴν, συσκευάσαντα ὅπως ταχὺ τὸ φλέγμα, εὐκόπως ἐπανήσῃ πρὸς τὴν ἔκρυσιν. τοῖς δὲ ἀμελοῦσι τῶν τοιούτων σημείων τάδε ἐώθεν ἐπιγίγνεσθαι τὰ ἀῤῥωστήματα. ὀφθαλμίαι, ἀπογλαυκώσεις, τὰ ὦτα ῥήγνυσθαι, χοιράδες ἐν τῷ τραχήλῳ γίνεσθαι, ἐγκεφάλου σφακελισμός, κόρυζα, συνάγχη νύκτωρ, τερηδόνες, σαφυλὴ, τριχῶν μάδησις, ἕλκωσις κεφαλῆς, ὀδόντων πόνος.

& ſignorum quippiam animadverteris, caput confeſtim repurgandum eſſe judicato, nullis, inquam, pharmacorum præſidiis, verum, ſumptis hyſopi, vel origani ſummitatibus tritis, & in ollula ebullitis cum paſſo vel juris ſemiſextario, quibus os jejunum collues: &, quoad pituita educatur, gargarizabis. Hoc ſane morborum capitis facillimum eſt remedium. Saluberrimum quoque fuerit decocto ſinapi in aqua mulſa & calente præmacerati, jejunum os itidem colluere, & gargarizando humorem è capite deducere. Oportet autem caput ipſum antea perblande fricare, & tegumento quopiam calefacere: ut liquefacta pituita ſublato obſtaculo, melius fluere poſſit. Quisquis prævisa ſigna & poſita remedia neglexerit, ſe morbis iſtis oportunum fore certo ſciat: nempe ophthalmiæ glaucomati, aurium dolori, ſtrumis in cervice, tabi cerebri, & ſphaceliſmo, coricæ, raucedini, anginæ nocturnæ, lapſui uvulæ, capillorum defluvio, ulcuſculis capitis & dentium cruciatui.

III. Ὅταν δέ τι περὶ τὸν θώρακα μέλλῃ γενέσθαι, τούτων τι προσημαίνειν ἐώθεν. ἱδρὼς ἐπιγίγνεται εἰς ὅλον τὸ σῶμα, καὶ τὸν θώρακα, καὶ τὴν γλῶτταν παχεῖαν ἔχειν. πίνειν ἁλυκὰ, ἢ πικρὰ, ἢ χωλώδη. ὑπὸ τὰς πλευρὰς ἢ ὠμοπλάτας, ἀλγήματα

III. Quando vero mali quidpiam thorax paſſurus eſt, his præſagitur & præſignificatur notis. Sudor quidem per corpus undique diffluit: ſed omnium maxime ad thoracis regionem. Lingua craſſeſcit, & ſalſa, amara, aut bilioſa expuuntur: ſpontanei dolores in lateribus & ſcapulis

2011 Ministerio de Cultura

μαζα γίγνεσθαι δίχα σφοφάσεως. χάσμαι συνεχεῖς. ἀχρυσπνίαι. πνιγμοί. δίψος ἐξ ὕπνου. ἀηδῶς ἔχειν τὴν ψυχὴν. ψυγμοὶ σήθους καὶ βραχιόνων. χειρῶν τρόμος. βοηθεῖν δὲ δεῖ αὐτοῖς ἐμφρόνως τόνδε τὸν τρόπον. ἐμεθστοιείσθω ὡς βέλτιστα ἀπὸ δείπνου ἄνευ πλησμονῆς, ἄνευ φαρμακείας. χρήσιμοι δὲ καὶ οἱ νήστεις ἔμετοι, ὃς καλοῦσι τινὲς συρμαϊσμός. δεῖ δὲ τ μέλλοντα συρμαΐζειν προφαγεῖν ῥαφανίδας λεπτάς, κάρδαμον, ἔρυζωμον, σίναπι, ἀνδράχνην. εἶτα ἐπιπίοντα ὕδωρ χλιαρὸν, ὅτως ἐμεῖν. τοῖς δὲ καταφρονοῦσι τῶν τοιούτων σημείων, τάδε εἴωθεν ἐπιγίγνεσθαι τὰ ἀῤῥωστήματα. πλευρῖτις, περιπνευμονία, μελαγχολία, πυρετοὶ ὀξεῖς, φρενίτις, λήθαργος, καῦσος λυγμώδης.

IV. Ἐπειδὰν δέ τι μέλλῃ περὶ τὴν κοιλίαν πάθος ἐπιτελεῖσθαι συνίεσθαι, τέτων τι προσημαίνει. πότερον ἡ κοιλία συσρέφεται, καὶ φλεγμαίνεται αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ. τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ πικρὰ φαίνεται. γονάτων βάρος. ὀσφὺν μὴ δύνασθαι κάμψαι. πόνοι ὅλου τ σώματος, καὶ δίχα προφάσεως. νάρκη σκε-

citra manifeſtam cauſam oboriuntur, oſcitationes crebræ fiunt, vigiliæ fatigant, urgent ſuffocationes. ſitis adeſt, & ex ſomno labor & animi anxietas, infeſtant pectoris anguſtiæ, & brachiorum laſſitudo, ac manuum tremula affectio. Quibus nec male, nec imprudenter ad hunc ſuccurritur modum. Imprimis vomitus haudquaquam crapuloſus, à cœna, quoad ejus fieri poteſt, proritandus eſt ac movendus: ſed abſque medicamento. Proſunt etiam vomitus ante paſtum matutini, & jejuni, à Græcis συρμαϊσμοὶ nuncupati. Quibus igitur hoc pacto vomere placuerit, radiculas tenues, ſeu raphanos, naſturtium, erucam, ſinapi, aut portulacam devorent, deinde aqua tepida affatim hauſta vomant. Qui dicta præſagia & præſidia negligendo prætermiſerint, hos metuant affectus, pleuritidem, peripnevmoniam, melancholiam, febres acutas, phrenitidem, veternum, & cum ſingultu faucium ardorem & phlegmonem.

IV. Si quis autem morbus ventrem invaſurus eſt, his detegitur indiciis. Venter in primis convolvitur, obmurmurat, & perturbatur: eſculenta cum poculentis amarorem præ ſe ferunt: genuum adeſt gravitas, ſpinæ, & lumborum rigor inflexilis, cum univerſi corporis laſſitudine, citra manifeſtam cauſam. Ubi hæc ſigna obſervas, venter, nullo

2011 Ministerio de Cultura

σκελῶν. πυρέτια μικρά. ὅταν τι τούτων προσημαίνει, τὴν κοιλίαν δεῖ μαλακὴν προσκαταγκάζειν μὴ διαφθορᾶς, ἄνευ φαρμακείας. ἔστι δὲ πλείω καὶ ἀσφαλῆ, οἷς ἔστι χρώμενος ἂν ἐν ἁμαρτοῖς. σεύτλια μελικράτῳ καθηψημένα, σκόρδια ἐφθά, μαλάχη, λάπαθα, λινόζωστις, μελιλώτα. πάντα γὰρ ὑπαγωγὰ κοιλίας ἐστίν. ἐὰν δὲ ὀπτείνῃ τῶν σημείων, κνήκου χύλισμα προσμιγνύειν εἰς ἅπαντα τὰ ἑψήματα, ἡδύτερα γάρ ἐστι καὶ ἀκίνδυνα. χρήσιμος δὲ καὶ ἡ λεία κραμβη καθηψημένη ἐν ὕδατι πολλῷ, παύτης ὁ χυλὸς πινόμενος μετὰ μέλιτος καὶ ἁλός, ἔναι δὲ δεῖ ὡς κοτύλας τέσσαρας. ἢ τῶν ἐρεβίνθων ἢ ὀροβίων καθηψημένων τὸ ὕδωρ πινόμενον, τὸν αὐτὸν τρόπον ποιεῖ νήσει. τοῖς δὲ ἀμελοῦσι τῶν τοιούτων σημείων, τάδε εἴωθεν γίγνεσθαι τὰ πάθη. κοιλίας ἀῤῥοια, δυσεντερία, λειεντερία, εἰλεός, ἰσχιὰς, πυρετὸς τεταρταῖος, ποδάγρα, ἀποπληξία, αἱμορροΐδες, ἀρθρῖτις.

nullo quidem medicamento, ſed victus ratione emolliendus ac lubricandus eſt. Nam & melius, & longe tutius eſt iis uti, quibus non facile poteſt delinqui. Ex horum claſſe & numero ſunt beta, aqua mulſa incocta, allia elixa, malva, rumex, mercurialis, & omnia melle condita, cuncta enim hæc alvi excrementa clementer ac benigne dejiciunt. Quod ſi præſagiorum quidpiam magis atque magis intendatur, enici ſeu cartami liquorem omnibus decoctis infundes, nam is & ſuavior & tutior eſt. Utilis etiam fuerit lævis braſſica, multa aqua elixata. Hujus etenim juſculum heminæ dimidiæ, ſeu unciarum quinque menſura cum melle & ſale hauſtum, ſumme juvabit, perinde atque cicerum decoctum jejuno ſtomacho eadem menſura potum, nam eundem habet effectum. Hæc ſigna & auxilia parvipendentibus affectiones iſtæ ſæpenumero ſuccedere ſolent, diarrhœa, dyſenteria, lienteria, volvulus, coxarius morbus ſeu iſchias, tertiana febris, podagra, apoplexia, hæmorrhoïdes, & articularis cruciatus.

V. Ὅταν δέ τι μέλλῃ πάθος περὶ τὴν κύστιν ἐπὶ πλέον συνίστασθαι, τάδε προσημαίνειν εἴωθεν. ἀπὸ σιτίων ὀλίγων πλήρη δοκεῖν εἶναι, φύσαι, ἐρυγαὶ, ἄχροιαι ὅλου τοῦ σώματος, ὕπνοι βα-

V. Quando autem veſicæ mali aliquid imminet, his indiciis dignoſcitur. Poſt exiguum cibum plenitudo infeſtare deprehenditur: oboriuntur flatus & inflationes, ructus & pallor univerſi corporis. Somni adſunt graves, urinæ tenues, aquoſæ

2011 Ministerio de Cultura

βαρεῖς, καὶ τὰ ἕρπα πελιὰ καὶ μόλις ἐμπορευόμενα, οἰδήματα περὶ τὰ αἰδοῖα γίγνονται. ὅταν ἔν τοιοῦτόν τι προσημαίνῃ, βοηθεῖν δεῖ τοῖς διερπτικοῖς ἀρώμασιν ἀσφαλέσταις. ἔστι δὲ μαραίθρων καὶ σελίνων τὰς ῥίζας ἀποβρέχειν ἐν οἴνῳ λευκῷ εὐώδει, τοῦτο πίνειν ἑκάστης ἡμέρας νῆστιν πρωὶ κυάθους δύο μετ' ὕδατος δαύκου, σμύρνης, ἐλαινίου, ὅ τι ἂν ἔχεις τῶν τοιούτων, ἅπαντα γὰρ ὠφελεῖ. καὶ τῶν ἐρεβίνθων τῶν ἀποβεβρεγμένων τὸ ὕδωρ πινόμενον μετ' οἴνου τὸν αὐτὸν τρόπον. τοῖς δὲ ἀμελήσασι τῶν τοιούτων σημείων, τάδε εἴωθεν ἐπιγίγνεσθαι. ὕδρωψ, σπλὴν μέγας, ἧπαρ πόνος, λιθίασις, νεφρῖτις, στραγγουρία, κωλικὸς κοιλίας. ἐφ' ἁπάντων δὲ τῶν τοιούτων σημείων, τοῖς μὲν νηπίοις, ἡπίους καὶ τὰς θεραπείας προσάγειν. τοῖς δὲ μείζοσιν, ἐνεργεστέρας. γέγραφα δέ σοι καὶ περὶ τῶν τροπῶν τῶν εἰς τὸ ἐνιαυτὸν, ἐν αἷς ἕκαστα γίγνεται. πίνα σε δεῖ προσφέρεσθαι, καὶ ἵνων ἀπέχεσθαι. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τροπῶν χειμερινῶν.

& ægerrime ſtillantes, nec non circa pudenda bubones, vel œdemata. Ubi ſeſe proferent ejusmodi ſigna & præſagia, auxiliis lotia impellentibus & promoventibus, opportune ſuccurrendum erit. Id quod ſine periculo præſtabunt apii & fœniculi radices, in vino albo, tenui & odorato, maceratæ & decoctæ: modo cyathi duo juſculi, ſeu unciæ tres quotidie exhibeantur, mane nimirum & veſperi, cum aqua dauci, ſmirnii, vel enulæ campanæ: quodcunque horum ad manum fuerit, nam æque ſingula proſunt. Cicerum quoque præmaceratorum & coctorum aquam, ſi cum vino biberit ægrotans, idem prorſus conſequetur. Qui vero ſcripta ſigna & auxilia imprudenter neglexerit, à ſequentibus morbis ſibi metuat: Nimirum ab hydrope, lienis tumore, hepatis dolore, lithiaſi, nephritide, ſtranguria, colico cruciatu & torminibus. Cæterum, in omnibus ſignis & malis, quæ hactenus propoſuimus, infantibus quidem junioribus, clementiora medicamenta, grandioribus vero, & natu majoribus, validiora ac efficaciora exhibere conveniet. Cæterum, quoniam ſtatis anni temporibus certi quidam morbi ingruere ſolent, quæ in ſingulis alimenta tibi ſumenda fugiendave ſint, paucis exequar, auſpicatus à ſolſtitio hyberno.

VI. Τροπὴ χειμερινή. αὕτη ἡ ὥρα αὔξει

VI. Solſtitium itaque hyemale usque

2011 Ministerio de Cultura

αὔξει ἐν ἀνθρώποις καταῤῥύσιν, ὑγρασίαν, ἕως ἰσημερίας ἐαρινῆς. δεῖ ἂν προσφέρεσθαι τὰ θερμότερα, καὶ ἀκρατέστερον πίνειν, καὶ ἀκρατοποτεῖν, καὶ διὰ τ ὀριγάνου πίνειν, καὶ συνουσιάζειν. εἰσὶ δὲ εἰς ἰσημερίαν ἡμέραι νί.

usque ad vernum æquinoctium auget in hominibus deſtillationes, humiditatesque: ac propterea calidioribus uti cibis, parciore potu, ſed meraciore, atque ex origano bibere oportet, nec non Venere uti. Numerantur ad æquinoctium dies nonaginta.

VII. Ἡ ἰσημερία ἐαρινή. αὔξη ἡ ὥρα αὔξει ἐν ἀνθρώποις φλέγμα, ἕως τοῦτο γλυκεῖς ἰχῶρας καὶ αἵματος ἕως πλειάδος ἐπιτολῆς. χρὴ οὖν οἷς ὀπωδεσάβις καὶ ἁλμέσι, καὶ φιλοπόνει, καὶ συνουσίαζε. εἰσὶ δὲ εἰς πλειάδος ἐπιτολὴν, ἡμέραι μς.

VII. Æquinoctium vernum. Hoc tempore pituita in hominibus creſcit, & dulce ſerum ſanguinis usque ad Vergiliarum ortus: eoque tum maxime ſuccoſa acriaque aſſumi debent, corpus exerceri & Venus. Sunt autem adusque Vergiliarum ortum dies ſex & quadraginta.

VIII. Πλειάδος ἐπιτολή. αὕτη ἡ ὥρα αὔξει ἐν ἀνθρώποις χολὴν πικράν, καὶ ὅτως πικροὺς ἰχῶρας, ἕως θερινῶν τροπῶν. χρὴ οὖν τοῖς γλυκέσι πᾶσι, κοιλίας λυτικοῖς, καὶ ὡς ἐλάχιστα συνουσίαζε. εἰσὶ δὲ εἰς τροπὰς θερινὰς ἡμέραι μέ.

VIII. Vergiliarum exortus. Hoc tempore bilis amara augetur, amarumque ſerum usque ad æſtivum ſolſtitium: dulcia omnia tunc quæ alvum moveant, conveniunt. Venus quam parciſſime exercenda. Hinc ad ſolſtitium æſtivum dies quinque & quadraginta exiſtunt.

IX. Τροπαὶ θερινάι. αὕτη ἡ ὥρα αὔξει ἐν ἀνθρώποις χολὴν μέλαιναν, ἕως ἰσημερίας φθινοπωρινῆς. χρὴ οὖν ψυχρῷ, καὶ τοῖς εὐώδεσι πᾶσι, καὶ ὡς ἥκιστα συνουσίαζε, ἢ προσφέρου ἀκρατότερον ἢ γέγραπται περὶ τῶν ἀφροδισίων. εἰσὶ δὲ εἰς ἰσημερίαν φθινοπωρινὴν ἡμέραι υιγ.

IX. Solſtitium æſtivum. Hoc anni tempus atram bilem ad usque Æquinoctium autumnale promovet: Quapropter aqua frigida atque odoratis omnibus utendum eſt, Venus pernicioſa, aut innocentius ſaltem quam de ea præſcriptum, adhibeto. Porro ſunt ad Æquinoctium autumnale, dies tres & nonaginta.

X. Ἰσημερία φθινοπωρινή. αὕτη ἡ ὥρα αὔξει ἐν ἀνθρώποις φλέγμα, καὶ τὰ λεπτὰ ῥευμάτια. ἕως πλειάδος δύσεως. δεῖ οὖν διαῤῥευματίζειν, καὶ

X. Æquinoctium autumnale. Hæc anni pars pituitæ copiam generat, tenuesque defluxiones, donec Vergiliæ occidant. Convenit igitur tunc

2011 Ministerio de Cultura

καὶ προσφέρεσθαι ἁλιμύτατα καὶ ὠμωδέστατα. καὶ ἐμετοποιεῖσθαι ὡς ἐλάχιστα, φιλοπονεῖν τε καὶ γυμνασιάζειν ἀπέχεσθαι. εἰσὶ δὲ εἰς πλειάδος δύσιν ἡμέραι μς'.

tunc humores ex capite elicere, atque acerrima maximeque succosa assumere, vomitum rarissime citare, exerceri, atque concubitum vitare. Numerantur ad Vergiliarum occasum, dies sex & quadraginta.

XI. πλειάδος δύσις. αὕτη ἡ ὥρα αὔξει ἐν ἀνθρώποις φλέγμα ἕως τροπῶν χειμερινῶν. δεῖ οὖν προσφέρεσθαι τὰ τρυφνόταλα. καὶ πίνειν οἰνάριον ὡς ἥδιστα. καὶ τοῖς λιπαροῖς χρῆσθαι. καὶ φιλοπονεῖν. εἰσὶ δὲ εἰς τροπὰς χειμερινὰς, ἡμέραι μέ.

XI. Vergiliarum occasus. Hoc tempore pituita ad usque Solstitium hyemale in hominibus redundat, quamobrem acerbissima quæque, vinum suavissimum assumere oportet, pinguibusque uti & exercitari. Sunt autem ad Solstitium hiemale, dies quinque & quadraginta.

Alii Diocles.

Diocles Athenienſis, poëta Comicus, de quo dixi lib. 2. hujus Bibl. c. 22.

Diocles Caryſtius Rhetor, ex quo Seneca pater in Suaſoriis ſuis & Controverſiis.

Diocles Elaites, Alcidamantis (mortis laude clari) pater, quem Muſica ſcripſiſſe narrat Suidas in Ἀλκιδάμας.

Diocles Grammaticus, cujus ſomnium refert Artemidorus IV. 72. onirocrit. Alius Diocles Grammaticus & Philoſophus ac deinde eremita Chriſtianus, de quo Palladius Lauſiaca. p. 144.

Diocles ὁ Μάγνης, Magneſius, cujus Ἀποδρομὴν ſive Βίους φιλοσόφων laudat Laërtius pluribus locis. vide IV. 19. hujus Bibl. p. 616.

Diocles Peparethius, cujus περὶ Ἡρώων σύνταγμα allegat Plutarchus quæſt. Græc. p. 301. Hic inter primos res Romanas tradidit, laudatus olim Fabio Pictori, teſte eodem Plutarcho in Romulo pag. 19. 22. Laudat & Feſtus in *Roma*.

Diocles peripateticus Philoſophus, de quo Lucianus Eunucho T. I. p. 842. ſeq.

Diocles Phliaſius, Pythagoreus, Laërt. VIII. 46. Jamblichus de vita Pythag. c. 35.

Dio-

2011 Ministerio de Cultura

Diocles Rhodius Αἰτωλικῶν ſcriptor, citatus à Plutarcho de flum. Δευτέραν Περσικῶν Dioclis laudat Joſephus, pro quo Freculfus librum *ſecundum de Coloniis*, ut Meurſius obſervavit.

Diocles Sybarita Pythagoreus, eidem Jamblicho laudatus.

Diocles Syracuſanorum legislator, de quo Diodorus Sic. XIII. p. 347.

V. ALEXANDER Trallibus Lydiæ civitate, Phlegontis & aliorum virorum celeberium * patria, Trallianus: iatroſophiſta Paulum Æginetam (qui eum plus ſimplici vice laudat, ejusque ſcriptis uſus eſt) longe ætate anteceſſit, clarus temporibus Juſtiniani Imp. Patrem *Stephanum* ipſe memorat lib. IV. p. 230. ex quo loco Medicinam & ipſum exercuiſſe videtur colligi poſſe. ἀναγαργάρισμα συναχικοῖς, ᾧ ἐχρήσατο Στέφανος ὁ πατήρ μου κἀγώ. *gargariſma, angina preſſis ſalutare, quo Stephanus pater meus uſus eſt & ego.* Fratres ipſius laudat & tam inclyta prole beatam prædicat eorum matrem Agathias libro V. Hiſtoriar. pag. 144. *Dioſcorum* Medicum, *Anthemium* ** Mathematicum celeberrimum & Architectum, *Glympium* JCtum & *Metrodorum* Grammaticum. Πατρὶς μὲν ὑπῆρχεν αὐτοῖς Τράλλεις ἡ πόλις -- κοινὴ ἐν τοῖς καλουμένοις γραμματικοῖς ὁ ἀδελφὸς ὁ τούτου (Ἀνθεμίου) Μητρόδωρος. Καὶ μακαρίσαιμι ἂν ἔγωγε αὐτῶν τὴν μητέρα, ὅτῳ ποικίλης παιδείας ἀνάπλεων γονὴν ἀποκυήσασαν. Τούτω τε γὰρ τῷ ἀνδρε τέτοκε κοινὴ Ὀλύμπιον, νόμων τε ἀσκήσει καὶ ἀγώνων δικαστικῶν ἐμπειρίᾳ πεσσεχηκότα. Καὶ πεῤῥύγε ΔΙΟΣΚΟΡΟΝ καὶ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ, ἄμφω ἰατρικῆς δαημονεστάτω. Τούτων δὲ Διόσκορος μὲν ἐν τῇ παιδιᾷ καταβίω, τὰ ἐκ τῆς τέχνης μάλα εὐτόχως ἐπιδεικνύμενος ἔργα. ἄτρεος δὲ ἐν τῇ πρεσβύλιδι Ῥώμῃ κατώκησεν ἐντιμόταθ' μεταχειρισμένος. Inde Janus Guilielmus in epigrammate, quod legitur T. 3. delic. poëtarum Germanicorum p. 463.

Patria Alexandro Tralles, domus inclyta Roma,
Ars eadem quæ fratri medicina fuit.
Ætas, quæ Regem venerata eſt Juſtinianum,
Hoc ſatis: ingenium ſcripta operoſa docent.

Itine-

* Strabo XIV. p. 649.

** Anthemio hoc Tralliano & Iſidoro Mileſio uſus Juſtinianus Imp. ad templum celebre S. Sophiæ condendum CPoli A. C. 532. Vide Procopium in Combefiſii manipulo rerum CPol. p. 284. Agathiam lib. V. p. 144. ſeq & è recentioribus Cangii CPolin Chriſtianam lib. III. pag. 11. Anſelmum Bandurium ad Antiquitates CPol. pag. 772. Huic Anthemio Eutocius dedicavit ſuos in Apollonii Conica com-

2011 Ministerio de Cultura

Itinerum ſuorum ipſe facit mentionem Alexander: in Tuſcia enim verſatum ſe narrat lib. 1. p. 80. in Gallia p. 81. in Hiſpania p. 82. Alius in Lydia Alexander Medicus, & antiquior in Herophili ſchola ſucceſſor Zeuxidis, cognomento φιλαλήθης, cujus Strabo meminit in extremo libri XII. Idem præceptor Demoſthenis Ophthalmici, & Ariſtoxeni Herophilii citatur à Galeno pluribus locis, qui & ejus librum quintum τῶν ἀρεσκόντων ſive placitorum allegat, ut notavi libro IV. pag. 560. Citatur & à Joanne Alexandrino in Galenum de ſectis. Antiquior etiam noſtro fuit Alexander Medicus Peregrini Philoſophi, de quo Lucianus ſub extremum libri de morte Peregrini, T. 2. p. 590. Alius etiam & antiquior noſtro Alexander philoſophus peripateticus Aphrodiſeus, ſub cujus nomine *Problemata* ſæpius edita, Alexandro potius Trallia-no tribuenda quibusdam viſa ſunt, ſicut & liber de febribus ad Apollonium, à noſtri libro de febribus (qui eſt in opere ejus duodecimus) longe-diverſus, ut dixi libro IV. hujus Bibl. cap. 25. p. 73. & 74.

Exſtat ejus opus Therapevticum, ſive de dignoſcendis & curandis morbis & affectibus corporis humani, diviſum in veteri verſione Latina in libros tres, in editione Torini in libros quinque, in aliis Græcis Latinis & Græco-Latinis editionibus in libros duodecim, lib. 1. de affectibus capitis & cerebri, 2. oculorum, 3. aurium, narium, faciei, dentiumque, 4. de angina, 5. tuſſi, 6. pleuritide, 7. ſanguinis rejectione & affectibus pulmonis, ventriculi ac ſtomachi, 8. jecoris, lienis & aliorum inteſtinorum, 9. de hydrope & affectibus renum, urinæ, ſeminisque, 10. de affectu colico, 11. de podagra & 12. de febribus. Inſtitutum ſuum ipſe exponit l. X. p. 574. πολλὰ μὲν εἴρηται τοῖς παλαιοῖς· ὧν δὲ καὶ ἡμεῖς ἔχομεν πεῖραν ἄριστα ποιεῖν δυναμένων, τούτων ἁπάντων ἐνθήσομαι τὰς γραφάς. *Multa quidem ab omnibus veteribus prodita ſunt, quorum autem nos quoque experientiam habuimus optime efficacium, horum omnium formulas apponam.* Et p. 591. ἐπεχείρησα καὶ περὶ τούτων ἐνθεῖναι ὑμῖν, ὧν τε αὐτὸς ἔσχον πεῖραν καὶ ὅσα παρὰ φίλων ἀληθινῶν ἔγνων ὠφελεῖν δύναθαι. *Conatus ſum etiam de his vobis mentionem facere, quorum & ipſe experientiam habui, & quæ à veris amicis juvare poſſe cognovi.* Βιβλίον θεραπευτικὸν appellat lib. 2. p. 122. In gratiam *Coſmæ* cujusdam amici ſui laborem illum in ſe ſuſcepiſſe, docet in limine libri 12. p. 666. αἰτήσαντί σοι, Κοσμᾶ φίλτατε, τὰς ἐκ πείρας ἡμῖν

commentarios, ut dixi lib. 3. cap. 22. §. 21. atque etiam de inedito Anthemii libro περὶ παραδόξων μηχανημάτων, §. 11. ejusdem capitis, ex Lambecii VII. pag. 191. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

ἡμῖν πολλάκις ἀνυθείσας ὑπὲ διαφόρων νοσημάτων ἐκθέσθαι θεραπείας, ἐπίμως ὑπήκοα. Profitetur autem & ipsi ad omnia officia obligatum se ac devinctum, & parenti ejus, à quo & in arte Medica & in aliis vitæ negotiis egregie adjutus fuerit, nihil non debere, adeoque licet ætate jam provectum, libenter hanc operam ipsorum in gratiam in se suscipere. χάριτας ἀμφοτέροις εἰκότως ὁμολογῶν, σοί τε καὶ τῷ σῷ πατρὶ τῆς εἰς ἐμὲ παρ' ἡμῶν φιλοφρόνως ἑκάστοτε γενομένης εὐνοίας. Ὁ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἀ μόνον ἐν τοῖς ἔργοις τ τέχνης, ἀλλὰ κ τῶν κ' βίον πραγμάτων ἁπάντων δεξιὸς ὑπουργὸς ἐγένετο. σὺ δὲ μ' βαρβάρων * τὴν ἀναστροφὴν μὲν ποιούμενος, διὰ τὴν τῶν βιασαμένων ἡμᾶς πραγμάτων περίστασιν, παιδεῖν δ' κεκαρέρησας. διὸ κὴ γέρων λοιπὸν πειθαρχῶ, κὴ κάμνειν οὐκ ἔτι δυνάμενος τοῦτο τὸ βιβλίον ἔγραψα, συντάξας τὰ μ' πολλῆς τριβῆς ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων νόσοις καταληφθείσας μοι πείρας.

Methodicæ addictum fuisse sectæ multa operis loca produnt. Et qualem lib. I. p. 85. intelligat μέθοδον τεχνικὴν, exponit lib. IX. p. 528. αἱ γὰρ καλούμεναι μέθοδοι τ ἰατρικ τέχνης, αὗταί εἰσιν, ὡς ἀεὶ τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων εἰσὶν ἰάματα. *Nam quæ Medicæ artis methodi vocantur, hæ sunt: nempe contraria contrariorum semper esse remedia.* Lib. XII. pag. 745. τὰ φθάσαντα ὑπὸ θερμότητος παγῆναι, οὐκ ἀπὸ θερμότητος, ἀλλ' ὑπὸ τ ἐναντίου διαλύεσθαι πέφυκε. Et p. 759. hoc ait præcipuum esse boni Medici officium ut calida refrigeret, sicca humectet, ac vicissim; πάντα τὰ κατὰ φύσιν, τῶν ἐναντίων χρήζει πρὸς τὴν θεράπειαν. Τὰ δὲ κ' φύσιν, μᾶλλον τῶν ὁμοίων. Ἰατρικ γὰρ τοῦτο ἀρίστου ἔργον, τὸ θερμὸν μὲν ψύξαι, τὸ δὲ ξηρὸν ὑγράναι, τὸ δὲ ψυχρὸν θερμάναι, κὴ τὸ ὑγρὸν ξηράναι. De hoc præcipuo illius sectæ dogmate multa erudite Prosper Alpinus in libris, quos edidit tredecim de Medicina Methodica, post editionem Patav. 1611. fol. nitide nuper recusis Lugduni Batav. 1719. 4. in quibus nullum inter Methodicos Alexandro nostro datum locum aliquis mirabitur.

Inter præclara ac probata medicamenta aliquibus etiam superstitiosis dat locum, aitque recte se id facere, modo per illa hominem possit servare ἕνεκα τ σῶσαι ἄνθρωπον, κὴ δυνηθῆναι νικῆσαι πάθος. Bonum enim esse vincere morbum & ægris succurrere quovis modo. Καλὸν γὰρ νικᾶν, κὴ πάσῃ μηχανῇ βοηθεῖν. Lib. IX. p. 538. quo in loco ait suffragari se Galeno, qui in libro περὶ τ καθ' Ὅμηρον ἰατρικῆς testatus fuit antea se ἐπῳδὰς & incantationes fabulis annumerasse anilibus, uti etiam in libro de morbo sacro sapienter facit Hippocrates: sed inde ἐκ

* An Cosmæ Indopleustæ tangit itinera?

2011 Ministerio de Cultura

ἐκ πολλῶ χρόνω ἐκ μακρᾶς πείρας longi uſu temporis & experientia compe-riſſe μεγάλως δύναθαι αὐτάς, magnam eſſe earum efficaciam. Sic ad-verſus colicos dolores lib. X. pag. 592. inter alia amuleta Alexander commendat ferre in annulo inſcultum lapidi Medico Herculem erectum, à quo leo ſuffocatur. Pag. 593. annulum ferreum circello octangulari inſcriptisque ei verbis, φεῦγε φεῦγε ἰὸ χολὴ ἡ κορύδαλ@ ἐζήπι, atque impoſita loco apoſphragiſmatis figura, quam qui inſpicit, nihil ad rem facere videbit. Et tamen teſtatur magnam hujus ſe remedii efficaciam expertum, additque talia non eſſe propalanda temere, ſed tantum-modo dignis communicanda, laudatque dictum Hippocratis τὰ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα ἱεροῖσιν ἀνθρώποισιν δείκνυται, βεβήλοισι δὲ ὐ θέμις. *Res, quæ ſacræ ſunt, ſacris hominibus oſtenduntur, nam profanis nefas.* Lib. XI. p. 656. adverſus podagram jubet laminæ aureæ, quando luna eſt libra, vel in leone potius, inſcribere verſum Homericum Iliad. β. 95.

Τετρήχει δ' ἀγορὴ ὑπὸ δ' ἐστοναχίζετο γαῖα.

Et p. 657. præſervari ait à podagra, qui ad talos geſtent laminæ aureæ luna deſinente inſcripta verba, μεί, θρέυ, μόρ, φόρ, τεύξ, ζά, ζών θέ, λᾶ, χρί, γέ, ζέ, ών. addito magno nomine, ἰάζ, (leg. ΙΑΩ,) ἀζύφ, ζύων, θρεύξ, βαίν, χωώκ. Pag. 658. jubet effodere herbam ſacram, quum luna eſt in aqua-rio, pronunciatis his verbis: λέγω σοι, λέγω σοι ἱερὰ βοτάνη. ἄγειρον καλῶ σε εἰς τὸν οἶκον τῆ Φιλεᾶ, ἵνα στήσῃς τὸ ῥεῦμα τῶν ποδῶν καὶ τῶν χειρῶν τοῦδε ἢ τῆσδε. ἀλλ' ὁρκίζω σε τὸ ὄνομα τὸ μέγα ΙΑΩ ΣΑΒΑΩΘ, ὁ Θεὸς ὁ στερέξας τὴν γῆν, καὶ στήσας τὴν θάλασσαν ῥεόντων ποταμῶν πλεονάζων, ὁ ξηράνας τὴν τῆ Λωτ γυναῖκα καὶ ποιήσας αὐτὴν ἁλατίνην. λάβε τὸ πνεῦμα τῆς μη-τρός σου γῆς καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς, καὶ ξήρανον τὸ ῥεῦμα τῶν ποδῶν ἢ τῶν χειρῶν τοῦδε ἢ τῆσδε. *Ajo tibi, ajo tibi herba ſacra, cras voco te in domum Phileæ, ut ſiſtas fluxionem pedum & manuum hujus viri, vel hujus mulieris. Sed adjuro te per nomen magnum JAO SABOTH, Deus qui terram firmavit & fixit mare, quod fluviis abundare facit fluentibus, qui exſiccavit uxorem Loth & fecit eam ſtatuam ſalinariam, accipito ſpiritum matris tuæ terræ & vires ejus, & ſiccato fluxionem pedum aut manuum hujus viri aut mulieris.* Addit deinde, craſtina die ante exortum ſolis accepto oſſe cujuscunque animalis mortui effodiendam illius herbæ radicem, & accepta illa dicen-dum: ὁρκίζω σε κατὰ τῶν ἁγίων ὀνομάτων, ΙΑΩ ΣΑΒΑΩΘ ΑΔΩΝΑΙ ΕΛΩΙ, *Adjuro te per ſanctanomina, JAO SABAOTH ADONAI ELOI,* in radicem vero injiciendum pugillum ſalis, additis verbis: ut ſales hi non cre-ſcent

2011 Ministerio de Cultura

ſcent, nec augebuntur, ſic nec morbus hujus viri aut hujus mulieris &c. Et lib. XII. p. 757. multis experimentis probatum ſibi narrat amuletum contra febrem, ſi folio oleæ, communi atramento inſcribatur ϰα, ροι, α. foliumque, quod ante ſolis ortum carpſeris, ſuſpendatur collo. Quod autem ad nomina Divina attinet, petita ab Hebræis, eorumque uſu ad morbos dæmonasque averruncandos etiam à non Chriſtianis adhibito operæ pretium eſt videre Grotium & Hammondum ad Matthæi XII, 27. Mericum Caſaubonum ad Marcum Antoninum p. 11. ſeq. Jo. Spencerum ad Origenem contra Celſum p. 17. ſeq. & 53. & quæ ex Geoponicis congeſſi Vol. VI. hujus Bibl. p. 504. ubi etiam amuleta quædam Homerica, & alia ſuperſtitioſa hujuſcemodi reperies, qualia collegit etiam Rob. Keuchenius præfat. ad Serenum Sammonicum. A CHRISTI ſacris tamen alienum fuiſſe Alexandrum Trallianum non crediderim.

Inter præcipuos ſcriptores *de urinis* etiam Alexandrum noſtrum laudat Actuarius lib. 1. de differentiis urinarum c. 2. unde mihi perſuadeo, alio opere deperdito uberius de argumento illo tractaſſe, neque Actuarium reſpicere ad pauca illa, quæ de urinis in Therapevtico hoc traduntur lib. IX.

De morbis & affectibus oculorum tractaſſe alio opere ipſe nos docet Alexander initio libri 2. p. 122. ἤδη μὲν ἔν ἐν ἄλλοις ποὶ βιβλίοις ἀναγέγραπταί μοι περὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς παθῶν. Sed & hoc nunquam lucem vidit.

Aphoriſmos ejus, neſcio an excerptos ex libris, quos habemus, MSS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi memorat Labbeus Bibl. nova MSS. pag. 123.

Alexandri Tralliani Therapevticorum editiones.

Græca, typis luculentis ex Bibliotheca Regia Pariſ. apud Rob. Stephanum 1548. fol. cum caſtigationibus *Jacobi Goupili* ad calcem voluminis, qui Galenum, Paulum Æginetam & Aëtium utili ſtudio contulit, ſed fallitur, quando Alexandrum ex Paulo putat profeciſſe, cum Paulus (tanto junior) Alexandro paſſim ſit uſus, & eum plus ſimplici vice etiam laudet de nomine, ut ſupra demonſtravi. Addit Goupilus p. 243--259. Rhazem de peſtilentia (de quo infra,) Græce ex eadem Regia Bibl. ſuppeditatum à Petro Caſtellano, totum-

2011 Ministerio de Cultura

totumque volumen dedicavit ampliſſimo apud Pariſiorum Lutetiam Medicinæ Profeſſorum Collegio.

Latinæ. Veterem ac barbaram verſionem in tres digeſtam libros (ex Arabico, ut par eſt credere compoſitam, nam & Arabibus haud ignotus noſter Alexander) cum expoſitione gloſſæ interlinearis *Jacobi de Partibus* & *Simonis Januenſis* in margine poſita, impreſſam ſub titulo *Alexandri Yatros Practica*, * Lugduni 1504. 4. & Papiæ 1520. 8. Venet. 1522. fol. jam notavit Jo. Georgius Schenckius. De codicibus MSS. hujus verſionis vide Cangii gloſſar. in *Heraclea* & Labbeum p. 213. Bibl. nov. MSS.

Albani Torini interpretatio Latina vel metaphraſis potius, ut jam Geſnero ſuboluit, veteris Latinæ verſionis, Baſileæ apud Henricum Petri, 1533. fol. & 1541. fol. in qua poſteriore editione Torinus ipſe, qui libris quinque diviſit, profitetur ſe paraphraſin dare, uſum duplici translatione Latina, ſed barbara, MSta & typis excuſa: Græci codicis vix tantulum fragmentum ſibi exhibitum fuiſſe ab Epiphanio, equite aurato Veneto, Alexandri Benedicti filio, initio truncatum, medio atrociſſimo vulnere ſaucium, fine ſuo mutilatum, toto alias corpore vulneratum, laceratum, carioſum, à tineis ac blattis undique deroſum, & lituris interlitum, atque uno verbo, plerisque locis illegibile. Confer Reineſii Epiſtolas ad Daumium pag. 135. & 137.

Jacobum Goupilum etiam libros Alexandri latinitate donaſſe, multo quam à Torino factum terſius ac politius, & doctiſſimis illuſtraſſe ſcholiis refert Andreas ** Tiraquellus, Goupili amicus, à quo ad edendum emendandumque Græcum opus inpulſum ſe non diffitetur in præf. Porro publicaſſe illam verſionem (quod addit J. G. Schenckius,) non dicit, neque editam eſſe exiſtimo.

Joanne Gvinterio Andernaco interprete, Argentorati apud Remigium Guidonem 1549. 8. & Lugduni apud Antonium Vincentium 1560. 12. Atque in H. Stephani artis Medicæ principibus Pariſ. 1567. fol. & cum Joannis Molinæi annotationibus Lugd. 1575. forma minore.

Excerpta *de balneis*, p. 481. Operis Veneti de balneis, A. 1594. fol.

De

* Inter Conſtantini Africani ſcripta; qui variorum Medicorum lucubrationes circa A. C. 1070. ex Arabico Latine vertit, apud Petrum Diaconum de viris illuſtribus Caſinenſibus c. 23. memoratur Practica duodecim libris.

** Tiraquellus libro de Nobilitate p. 334. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

De febribus, liber (ultimus sive duodecimus) in opere Veneto de febribus p. 45. A. 1553. fol.

Gallice librum undecimum cum Rhaze de pestilentia vertit *Sebastianus Collinus*. Paris. 1556. 8.

Græco-Latina librorum Alexandri editio hactenus exstat unica cum versione & observationibus Andernaci, qui Goupili etiam castigationes addidit, & Græcam illius editionem cum alio Græco MS. non paucis locis meliore collatam emendavit, Basileæ apud Henricum Petrum 1556. 8.

Indiculus Medicorum & Scriptorum ab Alexandro Tralliano memoratorum.

Compositus à me ad paginas editionis Græco-Latinæ Basileensis 1556. 8.

Æsculapium smegma, ἀσκληπιόν. pag. 629.
Aëtius de erysipelate. 779.
Agapeti antidotus contra podagram. 620.
Τὰ Ἀλεξανδρέων βηχία, καὶ μαινομένια καὶ μεμβήδια. 766.
Amazonum trochiscus. 358. 516.
Amythaonis malagma. 499.
Andronius pastillus. 207.
Apollonius Medicus. 79.
Ἐκ τῶν Ἀπολλωνίου ἐυποριστῶν. 78.
Apollophanes. 98. ejus epithema. 394. malagma. ibid.
Archigenes. 80. Τοῦτα μὲν ἐκ τῶν Ἀρχιγένους. ibid. 82. de Archigene Galenus (T. 2. edit. Basil. p. 177.) *homo cum sit, difficile, non errare in multis.* 245.
Ariobarzanium emplastrum. 195. 395.
Aristotelis dictum: φίλος μὲν ὁ Πλάτων, φίλη δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια. 245. laudatur Aristoteles 360. 745.
Asclepiades ὁ Φαρμακευτής. 82. ejus μάλαγμα. 500.
Atlas cœlum gestans. 109.

Allia apud Barbaros ἴσκαι. 625.
Bithyni pastillus. 207.
Buphati medicamentum. 653.

Cosmæ,

2011 Ministerio de Cultura

Coſmæ, quem φίλπατον vocat, libros ſuos inſcripſit Alexander Trallianus. 666.

Democrates Athenienſis. 83.
Didymus ἐν τῇ ὀκτάτομῳ αὐτοῦ βίβλῳ ὕστω καλυμένῃ. 368.
Dioſcorides. 239.

Eraſiſtratus. 667.

Fauſtinus trochiſcus. 452.

Galenus. 205. 208. 210. 216. 477. 493. 500. ὁ θειότατος. 175. 223. 228. 244. 249. 250. 299. 328. 368. 527. 538. 642. 667. 675. 678. 682. 700. 703. 758. 768. ὁ σοφώτατος. 52. ὁ νόμῳ τὴν τέχνην ἀσκήσας, εἴπερ τις καὶ ἄλλων ἰατρῶν. 732. (ubi eum oppugnat Alexander Trall. quod & alibi facit.) diu nihil eſſe incantationes credidit, deinde experientia convictus aliter ſenſit. 538.
Ejus ἱερά. 112. epithema Γαλήνειον, ſive κηρωτή. 353.
Ἐκ τῆς Γαλήνου θεραπευτικῆς. 503. ἐν τῇ θεραπευτικῇ πραγματεία. 675. τὸ περὶ τροφῶν. 733. ἐν τοῖς τοὺς Γλαύκωνα φιλόσοφον. 738. 744.
Περὶ τῶν καθ' ὅμηρον ἰατρικῆς. 538.

Heraclidis Philoſophi antidotus. 618.
Herculeus morbus epilepſia. 62. *Herculum collyrium.* 144. Hercules ſuffocans leonem, amuletum contra colicam paſſionem. 592.
Hermolaus, & magnus Hermolaus, nomen collyrii. 132. 133. 141. 153.
Hippocrates. 19. 273. 305. 482. 496. 667. 682. ὁ θεῖος. 102. θειότατος. 268. 276. 306. 683. 736. 739.
Ejus dictum *ſancta ſanctis.* 593.
Ars Hippocratis, pro arte Medica. 528.
Homerus. 370. 656.

Jacobus Pſychreſtus. 645. 649. μέγας ἀνὴρ καὶ θεοφιλέστατος περὶ τὴν τέχνην γενόμενος. 249.
Pſychreſtus dictus, ὅτι ὑγραινούσῃ τροφῇ ἐκέχρητο. 249.
Indum ſmegma. 629. 630.
Julianium ὀξύμελι. 189. 614.

Λημνία

2011 Ministerio de Cultura

Λημνία σφραγίς. 226. 293. 195. suppositicia. 302.
Livianum collyrium. 139. 148.

Magnus, Medicus. Ἐκ τῶν Μάγνου. 260.
Marcelli trochiscus. 452. antidotus. 577.
Μαρκιάτου. 357.
Marsinus Thrax. 81. Thraces. 592.
Medici antiqui. 433. 454. 744. 767. &c.
Mithridatium antidotum. 244.
Mnaseæ medicamentum. 294. 427. 433.
Moschio. 84. Vide Theodorus.
Musurium collyrium ἐκ τῆς ἰερατικῆς τόμου. 129.
Musæ trochiscus. 483.

Nicolai (Damascæni) palmulæ. 230. 259. 462.
Nili epithema. 493.

Oraculum Democrati Athenienſi datum de morbo comitiali curando. pag. 83.
Oribasii aliquoties meminisse Alexandrum & Aëtii scribit Andernacus: sed Aëtium semel, Oribasium laudatum ab eo nunquam memini.
Orphei contra morbum comitialem. 81.
Oftanes. 83.

Passionis pastillus. 207.
Philagrius. 228. 472.
Philo. Φιλώνειον. 271. Philonis antidotus. 577.
Philodotus Medicus. 110.
Philumenus. 413. 423.
Pollucis (Πολυδεύκους) collyrium. 129.
Proteus, collyrii nomen. 147.
Polyidi pastillus. 207.

Παρὰ Ῥωμαίοις φαρίχυλος, farris cremor. 290. εὗρον ἐγὼ πολλοὺς τῶν ἐν Ῥώμῃ ἰατρῶν. 733.
Rufus. 744.

Σεβήρου ξηρίον. Severi pulvis. 146.

2011 Ministerio de Cultura

Stephanus Medicus, Alexandri Tralliani pater. 230.
Strato. 84. medicamentum contra comitialem morbum ὅπερ κεῖται ἐν τῷ τρίτῳ Στεφάτωνος. 80. ἐν τοῖς Στεφάτωνος, λέγει δὲ Ὄρφεως εἶναι. 81.

Θεοδώρητος ἀντίδοτος. 70. 457. collyrium Θεοφίλιον. 131. Θεᾶς χειρ. 534.
Theodorus Medicus. ἐκ τῆς δευτέρας, Θεοδώρας. 79. Theodorum Priscianum hunc esse suspicatur Reinesius p. 137. Epist. ad Danmium.
Theodorus Moschio. Ejus liber LVIII. p. 81.
Theodótius philosophus. Ejus antidotum. 645. 148. 149. 159. 260.
Theognostus, Democratis præceptor. 83.

Xenocrates Medicus. 79. Ejus trochiscus. 772.

Zalachthes. 83.
Zoili collyrium. 143.

In nulla Alexandri editione, neque collectione veterum Medicorum exstat ejusdem *ad Theodorum*, quem Φίλτατον appellat *Epistola*, περὶ ἑλμίνθων, *de lumbricis*, hominis corpori infestis eorumque curatione, quam qui primus edidit vertitque Latine ad calcem quatuor librorum Variar. lectionum, Venet. 1570. 4. Hieronymus Mercurialis, *Quod*, inquit, *Alexandri sit Epistola, primo indicat Codicis Vaticani, à quo illam accepi vetustas, deinde scribendi modus, atque orationis character, postremo Arabum scriptorum fides, qui cum quædam quæ solum in hac Epistola reperiuntur, eo pacto citent, quo res Tralliani consueverunt, sane videntur ipsam veluti illius genuinam agnovisse.* Hanc licet recusam subinde cum Mercurialis Variis Lect. & aliis scriptis Venet. 1644. fol. & ad calcem libri ejus de morbis puerorum Francof. 1584. 8. tamen rarius obviam dare hoc loco non dubito, cum sit brevis & de auctoris diligentia & candore testetur.

ἘΠΙΣΤΟΛΗ ἈΛΕΞΆΝΔΡΟΥ ΤΡΑΛΙΑΝΟΥ, Περὶ ἑλμίνθων.

I.

Γέγραφάς μοι φίλτατε ΘΕΟΔΩΡΕ περὶ τοῦ σοῦ παιδὸς ἀπολέσθαι κινδυνεύοντος, ὅπως ἄν τι τῶν ἑλμίνθων ἀναι-

ALEXANDRI TRALLIANI De Lumbricis Epistola.

I.

PEr literas à me THEODORE amicissime efflagitasti, ut puero tuo jam à ventris animalibus jugulari pericli-

2011 Ministerio de Cultura

ἀναιρεῖν δυναμένων ὑμῖν δοκεῖλαι φάρμακον χρώμεθα βοηθεῖν αὐτῷ. ἐχρῆν δὲ ὑμᾶς μὴ μόνον τοῦτο γράψαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸ ἄῤῥωστον ἐπισκοπεῖσθαι, εἰ πάρεστι πυρετὸς, ἢ ἔμετος, ἢ τοῦ γαστρὸς ῥύσις, καὶ πῶς ἔχει τὰ τῆς ὀρέξεως, ἢ δίψης. αὐτῶν τε τῶν ὀφθέντων τὸ εἶδος τῶν ἑλμίνθων, καὶ ἁπλῶς ἅπαντα διελθεῖν, ὅσα τε τὴν νῦν διάθεσιν συνεφρόνει, καὶ ὅσα προηγήσατο. οὕτω γὰρ αὐτός τε εὐχερέστερον τὰ παρ' ἡμῶν ἔδοξεν, ἐγώ τε οὐκ ἂν ἐδεήθην πλείονα συναθροῖσαι. νῦν δὲ τὸ ἀπροσδιόριστον τῶν ὑπὸ σοῦ γεγραμμένων ἀναγκάζει μὴ πρὸς ἕν, ἀλλ' εἰς πολλὰ βλέποντα ποιεῖσθαι μᾶλλον τὴν ἔκθεσιν. πρῶτον δίνυν ὑμᾶς εἰδέναι δεῖ, ὡς τριττὸν εἰρήκασιν οἱ παλαιοὶ τῶν ἑλμίνθων εἶδος, ἓν μὲν τὸ μικρὸν πάνυ καὶ λεπτὸν, ὃ καλεῖν εἰώθασιν ἀσκαρίδας, δεύτερον δὲ τούτων, στρογγύλον. καὶ τρίτον ἄλλο τὸ τῶν πλατειῶν. ἔχουσι δὲ τὴν γένεσιν, αἱ μὲν λεπταὶ, καὶ μικραὶ πρὸς τὰ κάτω μέρη τοῦ παχέος ἐντέρου. αἱ δὲ στρογγύλαι, πρὸς τὰ ἄνω μᾶλλον τῶν ἐντέρων, ὥστε, καὶ ἐπαναβαίνειν αὐτὰς ἄχρι τοῦ γαστρὸς, ὅθεν καὶ ἐμοῦνται πολλάκις. αἱ δὲ πλατεῖαι εἰς τοσοῦτον ἥκουσι μέγεθος, ὡς καὶ ὅλῳ συμπαρεκτείνεσθαι τῷ ἐντέρῳ. οἶδα δὲ ἐγγὺς πηχῶν ἐκρίθησαν, καὶ αὐτὴ μὲν αὐτῶν ἐστιν ἡ διαφορά, πίπτουσι δὲ ἀπὸ διαφθορᾶς σιτίων, καὶ σήψεως ὠμῶν χυμῶν. διαγνῶναι δ' ἂν πρότερον τίνες τέ εἰσι

clitanti, medicamento aliquo ex iis, quæ lumbricos necant, miſſo ſuccurrere velim. Atqui non hoc ſolum vos ad me ſcribere opus erat, ſed & ægrotum ipſum conſpici, ſi febre tentetur, ſi vomitus, aut ventris fluxus adſit; nec non quo pacto fame, ſitive teneatur; Ad hæc vermium ipſorum inſpectorum formam, ac (ut univerſim dicam,) omnia enarrare conveniebat, quæ affectionem præſentem comitantur, quæque eandem præceſſerunt. Sic enim, & tibi ſcripta noſtra viſa fuiſſent faciliora, nec plura ſimul congerere mihi neceſſum fuiſſet. Nunc vero cum ſcriptis tuis nil diffinitum habeatur, non unius tantum, ſed multorum conſideratione habita ſententiam meam exponere cogor. Itaque vobis primo ſciendum eſt: veteres tria vermium genera tradidiſſe, unum parvum admodum, atque tenue, quod aſcaridas nuncupare conſueverunt; alterum rotundum; tertium teniarum, ſive latiorum. Generantur autem tenuia, & parva animalia circa inferiores craſſi inteſtini partes: rotunda potius in inteſtinis ſuperioribus, ita, ut ipſa usque ad ventriculum aſcendant: unde & ſæpenumero vomitu rejiciuntur; ceterum lati vermes interdum ad tantam magnitudinem accedunt, ut univerſo inteſtino coextendantur. Conſtat quandoque excretos eſſe,

2011 Ministerio de Cultura

εἰσι καὶ περὶ ποῖα μᾶλλον μέρη οἱ πλεονάζοντες ἕλμινθες καὶ πολὺ πρότερον αὐτῷ τούτῳ οἱ πλεονάζοντες ἕλμινθες, ἔρχου ὅτως ἐπὶ τὴν θεραπείαν αὐτῶν. συμβαίνει γὰρ δάκνεσθαι τὴν ναυλίαν τὸν παῖδα, καὶ στρόφασθαι: ἐνδέχεται δὲ καὶ διὰ χολώδεις χυμοὺς, καὶ μοχθηροὺς καὶ διαφθορὰν, τὰ αὐτὰ γίνεσθαι, μὴ ὂν ἐξ ὑποψίας, ἀλλὰ μετὰ σκέψεως ἅμα πάντα εἰ φανῇ ἀκριβῶς, τότε καὶ αὐτὸς ἔρχου ἐπὶ τὴν θεραπείαν θαῤῥῶν.

qui ſexdecim pedum longitudinem prope æquarunt. Atque hæc eſt ipſorum differentia. Gignuntur porro ex ciborum corruptione, ac humorum crudorum putrefactione. Cum igitur primo cognoveris qui ſint, & circa quas potiſſimum partes ſint vermes qui abundant, tum curationem ipſorum aggredere. Accidit namque, ut puer nauſea mordeatur, ac torqueatur, at idem etiam à bilioſis, & pravis humoribus, nec non à corruptione efficitur: ſi igitur tibi non ſuſpicanti, ſed diligenter conſideranti ſimul omnia exacte apparuerint, tunc ipſe ad curationem confidenter accedito.

Σημεῖα τοῦ ὑπάρχειν ἕλμινθας.

II. Διαγνώσῃ δὲ τοὺς ἕλμινθας ἔκ τε τῶν προηγησαμένων ἀγρυπνιῶν τε πολλῶν καὶ ἀπεψιῶν ὧν προηγεῖσθαι παχυτέρας τε καὶ πλειότερας τῶν ἐδεσμάτων ἐδωδὰς, καὶ βαλανείων συνέχειαι, καὶ μετὰ τροφὴν, γίνονται δὲ αὐτοῖς τρόφοι, καὶ νύξεις, καὶ δήξεις, καὶ συσολαὶ ἴνες ἀναιδεῖς εἰς ἄρθρα. ἤδη δὲ συνεχομένοι τῷ πάθει καὶ τῶν ἑλμίνθων αὐξανομένων ὑπερπλέον, καὶ οἱ σφυγμοὶ μικροὶ γίνονται, καὶ ἀμυδροὶ, καὶ τοῖς ἐκλείπουσι, καὶ παλινδρομοῦσιν, οἱ δὲ ἀφῆκται ψύχονται, καὶ παραφρονοῦσιν, καὶ τρίζουσι τοὺς ὀδόντας. καὶ τῇ γλώσσῃ τὰ χείλη τρίβουσι, καὶ λοιμώδες, καὶ σηπεδονώδες ἀναπνέουσι διὰ τοῦ στόματος, καὶ ἀνορεκτοῦσι καὶ ἢν ἂν

Signa animalium in ventre exiſtentium.

II. Lumbricos cognoſces, tum vigiliarum, tum cruditatum præcedentium copia, quas plurimorum, atque craſſiorum eduliorum eſus, nec non aſſiduæ eæque poſt cibum & balinea antecedunt. Fiunt vero ipſis tormina, punctiones, morſus, & quædam ad articulos turpes contractiones; ſunt etiam, qui hac affectione detenti lumbricisque plurimum creſcentibus, pulſus parvos, & obſcuros habeant; aliquibus deficientes, rurſumque redeuntes fiunt. Alii frigefiunt, delirant, dentibus fremunt, labiaque lingua premunt. Ad hæc ab ore peſtiferum neſcio quid, & putridum efflant, inappetentia laborant, & quemcunque cibum

2011 Ministerio de Cultura

ἂν προσενέγκωσι, τροφὴν ἐμοῦσι ταύτην εὐθὺς, καὶ τρέφονται συνεχῶς καὶ ἀπορροῦντες ἀνακλήσεως ἄλλο τε ἐν ἄλλῳ τόπῳ εἴπισθεν ἢ μέχρι πολλοῦ, καὶ τελευταῖον ὅταν ἔχωσιν ἐφάλως ἱδρῶντες ψυχρόν τε, καὶ συγκοπικόν. ταῦτα ἐστὶ τῶν ἐχόντων ἕλμινθας σημεῖα, μηκέτι δὲ μηδὲν ἄλλως βοηθεῖν, καὶ προσφέρειν ὀρθῶς, ἢ ὅσα πείσεται τοὺς ἕλμινθας ἀναιρεῖν.

bum offeras, eum ſtatim vomunt. Continuo vertuntur, & quaſi nullum decumbendi commodum ſitum invenientes in alium, atque alium ſubinde locum ſeipſos diu jactant. Denique cum in extremo ſunt, frigidis ſudoribus, ac animi defectionibus ſollicitantur. Hæc ſunt eorum, quos ventris animalia infeſtant, indicia; quibus nulla alia ratione auxiliaberis, nec quicquam aliud cum fructu præbebis, niſi ea, quæ lumbricos necare creduntur, exhibeas.

Θεραπεία ἑλμίνθων μετὰ πυρετοῦ.

III. Ὅτι μὲν λεπτύνουσα διαιτα πᾶσι τοῖς ἔχουσιν ἕλμινθας ἁρμόζει, παντὶ που δῆλον, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς πολλοῖς τῶν λεπτυνόντων ἁπάντων οὐ μία τις διαφωνία, ἀλλὰ ποικίλη καὶ διάφορος, τὸ μὲν αὐτῶν μετέχον σαφοῦς θερμασίας, καὶ πολλῆς, τὸ δὲ μετρίως καὶ ἀνεπαισθήτως, καὶ ἄπαγε ἐστιν εὑρεῖν τοὺς πυρετοὺς ὅτῳ παροξύνοντας, εὔδηλον ὡς εἴγε πυρετοὶ ἅμα τε ἕλμινσιν ἐνοχλεῖν φαίνοιτο, ὡς οὐδὲ τοῖς σφόδρα καὶ λεπτύνειν δυναμένοις χρῆσθαι καὶ ἀναιρεῖν αὐτοὺς καὶ φθείρειν εἰώθασιν, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς μετρίως ὡς ἐνδέχεται, θερμαίνειν, καὶ λεπτύνειν δυναμένοις. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα, τοῦ τε σελίνου ἡ ῥίζης τὸ ἀπόβρεγμα, καὶ τοῦ χαμαιμήλου, καὶ τῶν μιχλιλίων καλουμένων, ὧν ἡ ὕλη μᾶλλον, τὸ καλάγλιχρον κέκληται μὴ λεπτύνον. εἰσὶ δὲ διάφορα τὰ τοιαῦτα

Lumbricorum cum febre curatio.

III. Attenuantem vivendi rationem omnibus lumbricos habentibus convenire, unicuique clarum eſt: ſed quoniam etiam apud vulgares attenuantium quorumlibet non unum diſcrimen eſt; ſed variæ, ac diverſæ differentiæ, quando eorum aliud manifeſta ac inſigni caliditate pollet; aliud moderate, & inſenſibiliter calefacit; Item raro contingit quin febres exacerbentur; Conſtat quod ubi febris cum lumbricis vexat, non rebus magna attenuandi facultate præditis, etiam ſi animalia illa interimere, & corrumpere conſueverunt; ſed potius cum iis, quæ utcunque contingit moderate calefacere ac attenuare poſſunt; cujusmodi ſunt aqua, in qua radix apii, & chamemelum, & ea, quæ vocantur miſchilia, ſint macerata,

2011 Ministerio de Cultura

τοιαῦτα ἢ τὰ πάνυ θερμαίνοντα τὰς πυρετὰς αὔξει καὶ καταβάλλει τὴν δύναμιν, διόπερ εἰκότως ὄντων πυρετῶν, ἀνοίκεια εἰσὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα δὴ πάνυ τὸ πικρὸν καὶ δριμὺ κέκτηται.

quorum materia potius visciditatem, quam attenuandi vim possidet (ejusmodi autem diversa sunt) quandoquidem, quæ multum calefaciunt, ut febres augent, sic virtutem dejiciunt; iccirco merito febre existente, ea minime congruunt, quemadmodum amara, & acria sunt.

Περὶ ὑπαγωγῆς γαστρός.

IV. Ὑπαγωγή ἐστι γαστρὸς ἀπὸ ὑδρελαίου, ἢ μελίκρατι ὑδαρεῖ ἢ χαμαιμήλου μετὰ μέλιτος. ἔξωθεν δὲ τῷ οἰνελαίῳ δεῖ βρέχειν τὸ σπλάγχνον ἀποθεραπείας πρὸς ὀλίγον ἀψινθίου.

De ventris subductione.

IV. Liquatur venter cum hydrelæo, vel cum melicrato aquoso, vel cum chamemelo, & melle: extrinsecus vero madefaciendum est viscus vino, & oleo, in quibus absinthii modicum sit maceratum.

Περὶ τῶν σφόδρα πυρεσσόντων.

V. Εἰ δὲ σφόδρα ὁ πυρετὸς εἶναί σοι φαίνοιτο πάνυ, καὶ τὸ ῥοδόμελι δίδου, καὶ γὰρ εὐστόμαχόν ἐστιν καὶ ἐλμίνθων ἀναιρετικὸν διὰ τὸ ἐν αὐτῷ ὑποπικρον. ἔστι δὲ καὶ ἄδιψον, καὶ λῃξοπύρετον. τοῦτο δὲ μὴ παρόντος ὑδροροσάτου δίδου ἢ ὑδροροδίνου: ἔξωθεν δὲ κηρωτὴ ῥοδίνη καλῶς σκευασθεῖσα. δεῖ γὰρ τὸ κηρὸν ἐν ὕδατι πολλάκις ἀποπλύνειν, καὶ οὕτως τὸ ῥόδινον ἐπιβάλλειν κάλλιστον, ἥρεμά τε ἑψεῖν, ὥστε μὴ καῆναι τὸ ῥόδινον. ἔστω δὲ τὸ ἴσον τοῦ κηροῦ. μετὰ δὲ τὸ μιγῆναι καλῶς, ὀλίγον ἀφίεσθαι ἕως οὗ ψυχθῇ. ψύξας αὐτὸ κατὰ μικρὸν ὡς ἂν ἐνωθῇ, ἐκ δὲ χαλκῆς ἐπίβαλε πάντα ἐν τῇ θυείᾳ καὶ τρίβε συντόνως, ἐπιβάλλων ὀλίγον ὑδροροδίνου, ἕως οὗ γένηται μελανὸν πάνυ,

De iis, qui vehementer febriunt.

V. Si vehemens febris adesse tibi videatur, tum rosaceum mel præbeto; nam & stomacho accommodatum est, & ob exiguam quandam sibi inexistentem amaritudinem lumbricos interimit: Præter hæc sitim levat, & febrem solvit. Eo vero deficiente, hydroroſatum propinato. Extrinsecus ceratum rosarum optime paratum conveniet. Oportet enim ceram in aqua sæpius abluere, atque ita optimum rosaceum injicere, atque lente coquere, ita, ut rosaceum non comburatur, (sint autem ceræ, & rosacei pondera paria) tum postquam exacte mixta fuerint, parum desistes, quousque refrigeretur; cum autem paullatim ipsum refrigeraveris, donec

2011 Ministerio de Cultura

πάνυ, ϵ δ'ὑγρον. ἐὰν ἔν ἅτως σκευασθῇ, καὶ τῷ πυρετῷ μάχεται, ὑπέρ τι καὶ ἄλλο παρενοχλεῖ, καὶ τὰς ἕλμινθας ἐκπυάσει διὰ τ καίτω γαστρός, καὶ νεκρὰν τὴν ὄρεξιν, καὶ ἀσθενοῦσαν ἐπεγείρει. καὶ πρὸς ἄλλα δὲ πάθη διακαῆ ποιεῖ καλῶς οἷον ὀπὶ ἐρυσιπέλατ@, καὶ ἀνθράκων, ϵ τὰς ἐν δακτυλίῳ γνομένας φλεγμονὰς, καὶ ὀπὶ ῥευματισμῷ δὲ ποδῶν δριμὺ, καὶ χολῶδες ὄντι τ ὀπιῤῥέον, καὶ κεφαλαλγίαν δὲ χρονίαν, διὰ θερμότητα γινομένην ὠφελεῖ καὶ ἀπλῶς ἅτω πολύχρηστον κηρωτὴν οὐκ ἂν εὕροις. καὶ διὰ τ ἀγχόσης δὲ ἐὰν καίτω σκευασθῇ, χρησιμωτάτη ὅλων ἐφ' ὧν ἐστι πυρετὸς, καὶ ῥᾶκη εἰς ὑδρέλαιον ἄρισα. ποιεῖ δὲ τ ἔλαιον εἰ ὅτι χαμαιμήλιον. ἐν δὲ τῷ ὕδατι τῷ ὀπιμιγνυμένῳ δεῖ ἐμβάλλειν μελίλωτα, καὶ χαμαίμηλον, κ ὀλίγον ἀψίνθιον, καὶ ὅλως ἀποζέννυσθαι. ῥᾶκος δὲ προσφερέσθω, μὴ πάνυ θερμῷ. εἰ δὲ θεραπεύσεις ὠφελήσει δὲ, ἐκτὸς μέντοι ἀψινθίνου. πικρῶν γὰρ ὑ δεῖ θεραπεύειν ὑδενὶ τὴν κάτω γαστέρα, τοὐναντίον γὰρ ἀναδεδυμένας αἱ ἕλμινθες μᾶλλον ἐν τοῖς ἄνω. διόπερ εἰ μὴ πάνυ κωλύει ὁ πυρετὸς, ὀπιβάλλειν δεῖ μέλι. ὅλως γὰρ ἅμα, καὶ τὰς ἕλμινθας προάγει τὰ κάτω, καὶ τὰ τοῖς τρέφειν δυνάμενα πρόσθεν παχέα, καὶ γλίσχρα ὄντα. εἰ δὲ καὶ τῶν γινομένων, ὀπιμένει τὰ τῶν πυρετῶν,

nec unitum ſit, ex æneo vaſe omnia in mortarium conjice, ac valenter tunde: roſacei parum infundens, quousque admodum molle, & liquidum evadat: ſi igitur in hunc modum paratum ſit, febri, ſi quid aliud, adverſatur, & lumbricos per inferiorem ventrem ducit, emortuam & imbecillam appetendi vim excitat: ad alias ſimiliter fervidas affectiones veluti eryſipelata, carbones belle facit: & inflammationes ano innaſcentes, & acres, bilioſasve pedum fluxiones, inveteratosque capitis dolores, ex caliditate ortos juvat: Et (ut uno verbo dicam) nullum aliud ceratum ita multis uſibus accommodatum reperies. Ceratum etiam ex Anchuſa ſi eodem modo paretur, ubi febris ſollicitat, utiliſſimum eſt: Panni etiam hydrelæo imbuti optimi ſunt. Efficax autem eſt oleum, ſi ſit chamemelinum; in aquam vero quæ oleo miſcetur, melilotum, chamemelum, & abſinthii modicum injicere oportet, atque ita fervere; ſed lana non multum calida applicanda eſt. Quod ſi etiam ventrem laveris, remoto tamen ſi voles abſinthino, utilitatem attuleris: neque ulla amara per inferiorem ventrem, cuiquam adminiſtrabis, quoniam animalia ex adverſo potius ad ſuperiores partes in hiſce recurrunt: & iccirco niſi febris multum prohibeat, mel injiciendum eſt, nempe quod

2011 Ministerio de Cultura

τῶν, καὶ δίψα πολλὴ ὑπάρχει, κέχρησο καὶ τῇ ἄλλῃ δίαίτῃ τῇ ψύχειν τε, καὶ ὑγραίνειν δυναμένῃ. ὁ γὰρ σφοδρὸς τε πυρετὸς, χολώδη ὑπιμιξίαν χυμῶν δείκνυσι ἐν τῷ σώματι. ὑπὸ τούτων ἂν προσφέρειν δεῖ πτισάνην μετὰ ψυχροῦ καὶ τοῦ ὑγροῦ, καὶ τοῦ λεπτύνειν δυναμένου. καὶ μὴ θαυμάσῃς εἴ τι πρὸς ψύξιν, ἐχρησάμην, ἀεὶ γὰρ πρὸς τὸ καλεπαῖγον ἐνίστασθαι, χρὴ καὶ διδάζειν εὐκρασίαν ἀεὶ προσποιεῖν τῷ σώματι. ταύτης γὰρ παρούσης ἐξόν ἐστι καὶ τοῖς λεπτύνουσιν ἀβλαβέστερον κεχρῆσθαι, λοιπὸν ὄξους τε βραχυ, καὶ ῥίζης σελίνου ἐν τῇ ἐψήσει αὐτῆς, ἐμβάλλοντας. ὅλως καλλιστος, καὶ ὠφελιμώτατος ὁ χυλὸς αὐτῆς. εἰ δὲ μηδὲν προσλάβῃ τῶν εἰρημένων, ὅδεν ἄλλο ἢ τροφὴ τῶν ἑλμίνθων γενήσεται μᾶλλον. ἀλλὰ καὶ τῶν λαχάνων ἐσθιέτω τὰ ἔντυβα. καὶ τὰς θριδακίνας τὰ καλούμενα μαρούλλα ἑφθὰ εἰς ὀξύκρατον αὐτὰ ὑδαρὲς ἀναβάπτειν. εἰ δὲ ἀκαίρως ἔχει καὶ διψώδης ὁ κάμνων, τὸ πέπονος τὴν ἐντερώνην δίδου. ἔχει γὰρ τὸ ῥυπτικὸν, ἀλλὰ καὶ συκάμινα. ταῦτα δὲ μὴ τὴν γαστέρα ὑπάγειν, τὸ ἄλλως πως ἑλμίνθων εἰσὶν ἀναιρετικά. δίδου πάντα εἰς κόρον. ἀλλὰ πολλάκις τὸ διὰ ἀπορίαν τροφῆς αὐτῶν τῶν ἐντέρων εἰς τοῦτον ἥψανται, ὥστε τὸ διὰ τοῦ δέρματος αὐτοῦ ὀφθῆναι διεξιόντας, νυνὶ δὲ τὸ πρὸς τὸ πυρετὸν καὶ

quod ſimul, & lumbricos, & quæcunque craſſa & vivida ipſos nutrire apta ſunt, deorſum trahat. His autem omnibus peractis, ſi febris, & ſitis magnitudo adhuc perſeveret, utere etiam reliquo victu, qui refrigerare & humectare queat. Vehementia namque febris, bilioſi ſucci mixtionem in corpore indicat. Quamobrem his ptiſſanam cum aliquo quod refrigerare & humectare, atque attenuare valeat offerre neceſſum eſt; nec te admiratio capiat, ſi refrigerantium uſum commendem, quoniam ſemper ei quod magis urget, obſiſtendum eſt; ſtudendumque ſemper, ut corporis bona temperies inducatur, nimirum qua præſente tutius de cetero attenuantibus uti licet, veluti ſi parum aceti, apiive radicis inter coquendum injeceris, ſic optimus ac utiliſſimus ejus ſuccus evadet. Verum enimvero ſi nihil prædictorum inſit, nil aliud efficietur, quam lumbricorum nutrimentum. Ex oleribus intybum, & lactucas marullas vulgo dictas, coctas, oxicrato aquoſo intinctas comedat. Quod ſi ægrotus vexetur, ſitique exerceatur, peponis interiora offer: abſterſoria enim facultate non caret, quin &, mora exhibeas, quippe quæ non modo alvum ducant, verum etiam aliquo pacto animalia ejus interimant. Omnia usque ad ſatietatem concedito. Quando-

quidem

2011 Ministerio de Cultura

καὶ περαίας ἰχθύας δίδε προσελήφοτας ἐν τῇ ἑψήσει ὄξος, ἀλλα προτερεάς. τοσαῦτα, καὶ περὶ τῶν ἐχόντων ἕλμινθας μετὰ πυρετῦ.

quidem sæpe observatum est ea ob alimenti inopiam ita intestina laceravisse, ut per cutim ipsam egredi visa sint. Ad hæc propter febrem saxatiles quoque pisces, qui in coctura acetum præhabuerint dabis, similiter, & palumbos. Atque tot dicta sint de iis, qui à lumbricis, & febre simul tentantur.

Περὶ τῶν ἐχόντων ἕλμινθας ἄνευ πυρετῦ.

De iis, quos sine febre lumbrici vexant.

VI. Εἰ δὲ ἀπύρετος ὑπάρχει, μηκέτι τὸ ῥοδόμελι δίδε. μήτε πέπονα εὐχερῶς. ἀλλὰ καὶ τὸ πόμα, καὶ ἡ τροφὴ πᾶσα, γινέσθω λεπτύνουσα. οἷον ἀπὸ σελίνων τε, καὶ πράσων. ἢ καυκαλίδος. ἢ γιγγιδίου. ἔστι δὲ καὶ σκορόδων, ἀμυγδαλέων πικρῶν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. μελάνθιόν τε ἐπὶ κύμινον μετ' ὄξους συγκείμενον. καὶ μαστίχη ἢ κάππαρις ἁρμόζει τούτοις, καὶ τὸ τοῦ ἀβροτόνου ζέμα, τὸ κόμης τοῦ ἀψινθίου, καὶ τὸ τοῦ ἡδυόσμου καὶ τὸ τοῦ δικταμνου, καὶ τὸ καλούμενον κύφι ἱερατικόν. καὶ ἡ θηριακὴ καὶ πρὸς ταῦτα ἁρμόζει. οὐ μόνον τοὺς ὄντας φθείρειν, ἀλλὰ καὶ ἄλλους οὐ συγχωρεῖ ἀποληφθῆναι εἴγε ποτοῦνει τις ἅπαξ ἢ δὶς τοῦ μηνός. καὶ ἔγωγε πολλάκις ἐπέτυχον δεδωκὼς αὐτὴν ἐπὶ τῶν πολλοὺς ἐχόντων ἕλμινθας μετ' ἀναστροφῆς στομάχου. καὶ ὁ γαγάτης δὲ λίθος, πάνυ ποιεῖ. καλῶς δὲ ποιεῖ, εἰ καί τι καὶ ἄλλο, κοκκία διδόμενα ἔσωθεν, καὶ ἔξωθεν ἐπιτιθέμενα.

VI. Si æger febre careat, neque rhodomel, neque peponem prompte concedas, sed tam potus, quam cibus omnis attenuatorii sint, veluti apium, & porrum, vel caucalis, vel herba bisacutum vocata. Interdum etiam allia, amygdalæ amaræ, atque similia. Melanthium, ciminum aceto conditum, nec non mastiche, vel capparis. Convenit his, & decoctum abrotani, comæ absinthii, majoranæ, dictamni. Cyphi item sacrificiorum vocatum. Præter hæc theriaca non solum ad existentes lumbricos, interimendos valet, verum etiam eorum generationem inhibet, si quis semel, vel bis in mense eam bibendam præbeat. Et ego sæpius eam in magnam cum stomachi subversione lumbricorum copiam habentibus felici successu exhibui: facit multum, & lapis gagates. Belle quoque faciunt, si quæ alia granatorum grana data intus exteriusque applicata. Multum

καλῶς

2011 Ministerio de Cultura

καλῶς δὲ ποιεῖ καὶ ἡ ταυρεία χολὴ μετὰ μυελοῦ ἐλαφείου ὡσαύτως καὶ μετὰ κεδρίας μιγνυμένη. ὁμοίως δὲ ποιεῖ καὶ τὸ θέρμινον ἔλαιον, μετὰ μυελοῦ ἐλαφείου, καὶ ἐπιθέμενον ὀμφαλῷ ἐπιτιθέμενον. καὶ ἡ κηρωτὴ δὲ ἡ γαληνία ὁμοίως ποιεῖ. καὶ ταῦτα μὲν ἀρκούντως δοκεῖ μοι εἶχειν. ἐγὼ γὰρ εἰρῆσθαι περὶ αὐτῶν εἰκότως ὁποίοις δεῖ βοηθήμασι χρῆσθαι πρὸς τὰς ἐν τῷ σώματι πλεοναζούσας ἕλμινθας, εἰ μετὰ πυρετοῦ ὑπάρχοιεν. ἵνα δὲ καὶ ἑτοίμως ὑπομιμνήσκωμεν τῶν κατὰ μέρος, καὶ μηδὲν πολλῶν βιβλίων ἐκθήσομαί σοι πολὺν εἰς ἴσα τοῖς τε ἀρίστοις τῶν ἰατρῶν καὶ τῶν ἄκρως ὑπ' ἐμοῦ μεμαρτυρημένων τῇ πείρᾳ, ἐξεῦρον, καὶ πρῶτον γε τῶν τὰς πλατείας ἕλμινθας ἀναιρεῖν δυναμένων μνημονεύσομεν. ἐπειδὴ τῶν ἄλλων μᾶλλον αὗταί ἐπικίνδυνοί εἰσί.

valet, & fel taurinum, medullæ cervinæ, quemadmodum, & cedriæ commixtum. Pariter juvat oleum lupinorum: cum medulla cervina umbilico inunctum, ſicut & Galeni ceratum. Atque de his ſatis mihi dictum videtur. Nam de ipſis ſufficienter dictum eſt, quibus auxiliis adverſus animalia in corpore exuberantia uti oporteat, ſi febris adſit. Quædam tamen particularia libenter monebo, neque multis libris tradenda exponam, ſed ea tantum, quæ, & ab optimis medicinæ auctoribus, & à me ſumma experientia comprobata inveni. Primum igitur eorum mentionem faciam, à quibus lati lumbrici occiduntur, cum ab iis majus, quam ab aliis periculum impendeat.

Περὶ τῶν τὰς πλατείας ἀναιρούντων ἕλμινθας, Ἀλεξάνδρου.

De iis, quæ latos lumbricos necant.

VII. Καρδαμον ἕλμινθας πλατείας ἕλκει καταπινόμενον. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ κόστος καὶ τὸ κίκινον ἔλαιον πινόμενον. καὶ κάρυα βασιλικὰ πλείονα βρωθέντα, ἕλμινθας πλατείας ἐκβάλλει καὶ ἀναιρεῖ: ἕλμινθας ἐκβάλλει φλοιὸς ῥοδακινέας, φύλλα μυρσίνης, ῥοιᾶς ἄνθη. καὶ ἑλμινθοβότανον τρίψας πότιζε, συκαμινέας δὲ ῥίζης ὁ φλοιὸς ἐν ὕδατι ἑψηθείς, καὶ τὸ ἡλιοτρόπιον πινόμενον τὸ πικρὸν μετὰ σπέρματος σὺν νίτρῳ, καὶ ὑσσώπῳ. καὶ καρδαμον, σὺν ὕδατι πινόμενον

VII. Naſturtium potu ſumptum latos lumbricos extrahit, ſimiliter & coſtus, ac oleum ricininum bibita. Nuces quoque regiæ magna copia devoratæ, lata ventris animalia jugulant, atque expellunt, ſicut & mali perſicæ cortex, myrti folia, malique punici flores. Ad hæc herbam lumbricariam, ſive corallinam tritam bibendam dabis. Mori radicis cortex aqua coctus, deinde potatus, nec non heliotropium parvum cum ſemine, nitro, ac hyſſopo bibitum; naſturtium præterea,

2011 Ministerio de Cultura

μενον ἕλμινθας στρογγύλας, καὶ πλατείας ἐκλυάσει μ͞ γάρυ, ἢ μέλιτ@, < γ'. ἐκλειχόμενον, καὶ χαμαιλέοντ@ λευκῆ ἡ ῥίζα ποθεῖσα ὀξυβάφυ πλῆθ@. σὺν οἴνῳ αὐστηρῷ μ͞ ὀρεγάνυ ἀφεψήματ@ ἕλμινθας ἐκβάλλει. ὑοσώπυ, καὶ καρδάμυ ἡ ῥίζα τέταρτον < μ͞ μελικρότυ ἐκλαμβανόμενον ἕλκει, βέλτιον μὴν τοι μ͞ σκαμμωνίας ἢ ἐλλεβόρυ μέλαν@ ὀβολῶν β, εἰ δὲ σκόροδα φάγῃ, ἐ λαίᾳ θυλυπείας τὴν ῥίζαν ἑκλειῶν τῷ μέλιτι, ἐξάγει ἕλμινθας πλατείας. σὺν οἴνῳ δὲ πινομένη < πλῆθ@ στρογγύλας ἐκβάλλει: ἢ χυλὸς κενταυρείυ μ͞ κυμίνης ἐπιπλασθέν@, ἕλμινθας ἐκβάλλει. μέλανθιον ὕδατι λειωθὲν καὶ ἐπικαταπλασθὲν κ͞ ὀμφαλῷ, ὁμοίως ποιεῖ. καὶ σικύυ ἀγρίυ, ἡ ῥίζα ἑψημένη ὑδρομέλιτι. καὶν τούτῳ, ἐπιβαλλομένυ μετὰ τὸ ἑψηθῆναι, λινοσπέρμυ μέρη β'. θερμίνυ ἀλεύρυ μέρ@ ἕν. καὶ πάλιν ἑψημένυ, καὶ καταπλασσομένυ τὰ ἄνω πάντα μέρη τούτων, καὶ πλατείας ἀναιρεῖ, καὶ στρογγύλας. καὶ ἁπλῶς σφόδρα κινδυνευόντων ὑπὸ ἑλμίνθων ἔξωθεν προσφέρεται, κ͞ θαυμασῶς.

terea, tum rotundos, tum latos lumbricos extrahit, ſi cum gari, vel mellis drachmis iij. lambatur. Chameleonis albi radix oxybaphi pondere in vino auſtero cum origani decocto pota lumbricos ejicit, quod ſimiliter facit hyſſopi, & naſturtii radix quatuor drachmarum pondere cum melicrato exceptæ, ſed melius cum ſcammonii, ſive ellebori nigri obolis duobus: ſi vero quis allia edat ac filiculæ fœminæ ſumat radicem, cum melle terens latos lumbricos educit, & eadem radix drachmæ pondere bibita rotundos pellit. Centaurii ſuccus cum cimino impoſitus, lumbricos ejicit. Melanthium aqua maceratum, & emplaſtri forma umbilico appoſitum, idem facit; idem cucumeris ſilveſtris radix cum hydromelle elixata, cui ſi etiam poſt elixationem injecerimus ſeminis lini partes duas, lupinorum farinæ unam, ac deinceps iterum coquatur, & ſuperioribus omnibus partibus emplaſtri forma adhibeatur, tam latos, quam rotundos lumbricos necat, quinimmo iis omnibus indifferenter, qui à quibusvis ventris animalculis magno periculo ſollicitantur, extrinſecus adhibetur, ac mirifice auxiliatur.

Περὶ τῶν στρογγύλας ἀναιρούντων ἕλμινθας.

De iis, quæ rotundos lumbricos occidunt.

VIII. Ἀναιρεῖ δὲ καὶ ἐκβάλλει ἕλμινθας στρογγύλας, καὶ τὸ σπέρμα τῆς ἡμέ-

VIII. Interimit atque pellit lumbricos rotundos, braſſicæ domeſticæ,

2011 Ministério de Cultura

ἡμέρᾳ κεράμβης. καὶ μάλιστα τῆς αἰγυπτίας πινόμενον καὶ ἔλαιον κοινὸν πάνυ μετὰ πηγάνου ἑψηθὲν, καὶ ποθὲν θερμὸν κυάθους ς΄ καὶ πλῆθος ἑλμίνθων στρογγύλων ἐκβάλλει. καὶ ἀνδράχνης ὁ χυλὸς πινόμενος. καὶ θαλασσία ἀψίνθη ἑψηθεῖσα ἢ καθ' αὐτὴν ἢ μετὰ ὀρίζης, καὶ ληφθεῖσα μετὰ μέλιτος, ἀσκαρίδας στρογγύλας ἐκβάλλει, ὑποξάγουσα τὴν κοιλίαν, καὶ λίθον γαγάτην ἑψήσας ὕδατι δίδου πίνειν καὶ ὕσωπον ἑψηθὲν μετὰ σύκων, καὶ ὕδατος, καὶ πηγάνου ποθὲν, ἃ αὐτὰ ποιεῖ καὶ σὺν μέλιτι, ἐκλειχόμενον. καὶ χυλὸς ἡδυόσμου μετὰ ὄξους πινόμενος. καὶ καλαμίνθη πινομένη σὺν ἅλσι καὶ μέλιτι ἐφθήτε, καὶ ὠμὴ τεθειμένη, λίαν ἕλμινθας στρογγύλας, καὶ ἀσκαρίδας ἐκβάλλει, ἐθύμου πινόμενος μετὰ μέλιτος, ἐ τὸ κοριάνδρου σπέρμα ὀλίγον ποθὲν μετὰ γλυκέος ἕλμινθας ἐκβάλλει, καὶ τὴν διάνοιαν * ὄπιθεν κινεῖ.

sticæ, ac præsertim Ægyptiæ semen potu acceptum, oleum commune vetustum cum ruta coctum, calidumque potum drachmarum sex pondere, rotundos lumbricos expellit. Portulacæ succus potatus, ac absinthium marinum elixatum, vel solum, vel cum oriza melle acceptum ascaridas, & rotunda animalia ventrem solvens educit. Lapidem gagatem aqua coctum bibendum præbeas: idem operatur hyssopum cum ficubus aqua, & ruta potu sumptum, atque etiam cum melle lambendo acceptum: succus menthæ cum aceto bibitus, calamentum sale, & melle bibitum, tam coctum, quam crudum, ac valde tritum lumbricos rotundos & ascaridas ejicit. Thymum cum melle potu acceptum, nec non coriandri semen modicum cum passo bibitum lumbricos educit, mentemque plurimum agitat.

Περὶ ἀσκαρίδων.

De ascaridibus.

IX. Κέδρος σκώληκας, καὶ ἀσκαρίδας κλυζομένη φθείρει. οἶνον, ἐ ἄλευρον ἑψήσας σὺν μελανθίῳ καταπλάσσε. κάλλιον δὲ γίνεται εἰς κεφάλαιον εἰ ζέμα χαμαιμήλου ἑψήσας ἀλεύρῳ. κ]είνει δὲ ἐ σκώληκας παντοίους, ἐ ἀσκαρίδας, καὶ τὸ ῥίνισμα ἔ ἐλέφαν]ος διδόμενον: παντοίας ἕλμινθας φθείρει καὶ καλαμίνθη, ξηρὰν βάλλων εἰς σέξτ. β΄. καὶ ἕψε μέχρι

IX. Cedrus, vermes atque ascaridas clysteri infusa occidit, vinum & farinam cum melanthio simul coquens emplastri forma adhibe: melius autem fit si hordeaceam farinam in chamomeli decocto incoquens clysterem pares, occidit vermes quoslibet, ascaridasque. Etiam eboris rasura data vermes omnes perdit: & calamentum aridum sextariis aquæ duobus injicito, tum

* leg. κοιλίαν, *ventrem.*

2011 Ministerio de Cultura

μέχρι συστάσεως τρίτης. τοῦτο ποιεῖ πρὸς παντοίας ἕλμινθας, Ϲ ῥόδινον ἔλαιον μετὰ ἐψήματος χλιαίνων πότιζε, ϗ ἀλόην δίδε Ϲ ἴντιβον μετὰ ὄξους. καὶ σκόροδα ἐσθιόμενα ποιεῖ. καὶ Ϲ ἀβρότονον ζεννύμενον: ἕως συστάσεως τρίτης, δίδοται πρὸς ἕλμινθας. Βέλτιον δὲ καὶ εἰ ὄξος προστιθείης τῷ ζέματι. ἔστι καὶ ἄλλα μυρία εἰρημένα τοῖς παλαιοῖς, εἰ καλῶς προσέχοις, καὶ ἀκριβῶς ποιήσοις.

coquito, usque ad tertiæ partis consistentiam: hoc auxiliatur adversus quosvis lumbricos. Oleum rosaceum cum defruto tepefaciens potandum præbeto. Dato quoque aloem, ac intybum cum aceto. Alia manducata prosunt. Abrotanum ebullitum usque ad tertiæ partis consistentiam adversus ventris animalia datur; melius autem evadit, si acetum decoctioni admisceatur. Sunt mille alia à Veteribus memoriæ tradita, si recte adhibeas, ac exacte componas.

VI. Libellus de Medicina ex animalibus, homine, puello puellaque, quadrupedibus & avibus, qui exstat sub *SEXTI* nomine, velut è Græco versus ad Oribasii calcem in artis Medicæ principibus H. Stephani exhibetur hoc titulo: *Sexti Philosophi Platonici liber de medicina ex animalibus, Gabriele Humelbergio Ravenspurgensi Medico interprete.* At neutiquam ex Græco vertit, sed quem repererat Latinum castigavit & cum scholiis suis, quæ à Stephano omissa sunt, edidit Humelbergius: licet & ipse Græci putavit esse scriptoris Sexti, Chæronensis, qui Plutarchi sororis filius fuit. *Est*, inquit, *de animalium & eorundem partium membrorumque contra varia morborum humani corporis genera medicinis & curationibus liber humanæ saluti perquam utilis & lectu non injucundus*, à Sexto *Philosopho Platonico conscriptus. Cujus sententias & medicinas sæpiuscule citant viri doctissimi, & inprimis* Petrus Hispanus, *qui postea ad Christianæ Reip. gubernacula evectus, sub Joannis XXI. nomine summum gessit Pontificatum, idque in libello, quem* Thesaurum pauperum *inscripsit. Nec illum silentio præteriit in chirurgia sua, sed frequentius testimonio ejus utitur clarissimus ævi sui chirurgus*, Petrus Largilata, *cujus auctoritate* Sextum Platonicum *scripsimus, non* Placitum, *uti perperam exemplar nostrum habet. Is enim semper sub Platonici nomine ipsum citat, nec male. Fuit namque Platonicus Philosophus, Plutarchi ex sorore nepos qui in Adriani & M. Antonini Impp. tempora incidit, ceu Chronographi & Historici testantur. Nam ut Chronicis ait Eusebius, Plutarchus Chæroneus & Sextus Philosophi insignes habentur Adriani principatu. Hunc etiam audivit*

2011 Ministerio de Cultura

M. Antoninus, uti Julius Capitolinus ſcribit his verbis: Audivit & Sextum philoſophum Chæronenſem, Plutarchi nepotem. *Equorum progenie originem trahere laude ſibi ducit Apulejus ille Madaurenſis in aſino aureo, ubi ait:* Fabulam Græcanicam incipimus, lector intende, lætaberis. Theſſaliam, nam & illic originis maternæ noſtræ fundamenta à Plutarcho illo inclyto, ac mox Sexto Philoſopho nepote ejus prodita, gloriam nobis faciunt. *Hujus itaque Sexti de animalium medicina librum ab innumeris, quibus ſcatebat mendis, non ſine labore repurgatum, adjunctis ſcholiis noſtris, quo magis ad ſe lectorem alliciat, tibi dedico.* Cæterum ſolenne multis Sextum hunc Chæroneum cum aliis Sextis confundere, ut ad Sextum Empiricum notare me memini, à quo non minus diverſus fuit, quam ab Sexto hoc, ſcriptore, ut ſane videtur Latino, licet ex Græcis Medicis plerasque obſervationes ſuas hauſerit. Itaque verum puto *Sexti Placiti*, quod in MS. Codice Humelbergius reperit nomen, qui librum illum cum ſcholiis publicavit Tiguri 1539. 8. Ante Humelbergium idem nomen invenit in aliis duobus Codicibus MSS. Franciſcus Emericus Opparienſis ſive Oppurianus, qui edidit Norimb. 1538. 4. ſub titulo *Sexti Placiti, Papyrienſis,* (Jacobo Dondo, Patavino in libro aggregationum *Papienſis.*) Edidit etiam ſub Sexti Placiti nomine D. Andreas Rivinus Lipſiæ 1654. 8. cum aliis brevibus lucubrationibus Latinorum Medicorum, Q. Sereni Sammonici de morborum curatione, Marcelli Empirici ſeu Vindiciani carmine de Medicina, & Epiſtola ad Valentinianum Imperat. Priſciani ſive Rhemnii Fannii de ponderibus & menſuris, Conſtantini Africani, Medici & Monachi Caſſinenſis de animalium virtutibus naturalibus, & Theodori diæta. Inter hos Conſtantinus ille, clarus circa A. C. 1070. quæcunque de eodem argumento refert, fere ex Sexto Placito hauſit ad verbum, etſi inſcriptio habet: *Conſtantini Africani Medici liber de animalium virtutibus naturalibus ab Æſculapio acceptus.* Hinc Conradus Geſnerus in indice auctorum, quibus uſus eſt ad opus de quadrupedibus: *Æſculapius neſcio quis ex animalibus remedia deſcripſit, quæ pleraque eadem apud Sextum Platonicum reperio.* Caſpar Barthius lib. XXXVIII. c. 1. Adverſar. tribuit *Apulejo* Platonico, quadam ſimilitudine libri de herbis, qui ad Apulejum refertur, ductus, de quo dixi in Bibl. Latina. Nam quicquid eſt Platonici in hoc ſcriptore, id totum debemus Petro Largilatæ & Humelbergii ſuſpicioni, ex Placiti nomine & Sexti Chæronei cum Apulejo Platonico conjunctione id conjicienti. Cæterum Sextus Chæroneus non Platonicus fuit, ſed Stoicus: atque Sextos in veterum ſcriptis obvios hac occaſione quantum licet diſtinguere, fortaſſe operæ fuerit pretium.

SEXTI

2011 Ministerio de Cultura

SEXTI alii.

Sextus *Ælius*, JCtus, à quo Jus Ælianum. De illo Ennius apud Ciceronem lib. 1. de Oratore c. 45. & lib. 1. Tusc. c. 9.

Egregie cordatus homo catus Ælius Sextus.

Vide Pighii annales ad A. U. C. 555. & quæ viri docti ad Pomponium de origine Juris.

Sextus Julius *Africanus*, Christianus scriptor Chronici, quod desiit in A. C. 221. de illo lib. V. hujus Bibl. c. 1. p. 268. sq. & de illius Cestis lib. III. c. 24. p. 595. seq.

Sextius *Caballus*, notus scurra, de quo Martialis I. 42. *qui Galbam salibus tuis & ipsum posses vincere Sextium Caballum.*

Cæcilius Sextus, JCtus temporibus Trajani Imperatoris. De illo Gellius XX. 1. & è recentioribus Ægidius Menagius c. 23. Amœnitatt. Juris.

Sextus *Chæronensis*, Stoicus, Plutarchi sororis filius, M. Antonini præceptor, de quo Tho. Gatakerus ad librum 1. M. Antonini. Hic est Sextus Philosophus, quem sub Adriano floruisse testatur Syncellus p. 349.

Sextus Christianus scriptor, qui sub Imp. Severo Græce scripserat librum de resurrectione, quem ex Eusebii V. 27. Hist. laudat S. Hieronymus c. 50. de scriptor. Eccles. Sed is pridem intercidit.

Sextus Medicus *Empiricus*, idemque Philosophus Scepticus post M. Antonini tempora, de quo dixi lib. IV. c. 17. & in prolegomenis ad novam Græco-Latinam illius scriptoris editionem, quam cum notis dedi excusam Lipsiæ 1718. fol.

Sextus *Fadius*, Medicus, discipulus Niconis illius, cujus librum περὶ πολυφαγίας memorat Cicero lib. VII. ad Trebatium Epist. 20.

Sextus Julius *Frontinus*, de quo in Bibl. Latina II. 19. Hujus vitam accurate nuper composuit vir eruditiss. Joannes Polenus, præmisitque libro de aquæductibus magna cura emendato illustratoque Patav. 1722. 4.

Sextus *Gellius* in origine gentis Romanæ citatur à Victore in libro ejusd. argumenti c. 16. pro quo alii incerta conjectura Cnejum Gellium legunt, multis aliis laudatum annalium Rom. scriptorem.

Sextus Herius inter Stoicos à Jonsio memoratur, non memini ex quo veteri

2011 Ministerio de Cultura

veteri ſcriptore. Alius Herius Aſinii Pollionis filius, de quo Seneca pater præf. ad lib. 5. excerptorum è controverſ.

Sextus martyr, Catanæ in Sicilia. Martyrolog. Rom. 31. Dec.

Sextius Niger, Medicus Græcus, cujus ſcriptis ſe uſos profitentur Dioſcorides in præfat. Plinius pluribus locis, Plinius Valerianus IV. 5. Galenus, Cœlius Aurelianus aliique.

Sextus Græcus *Nomophylax*, cujus annotationes in Novellas laudat Nic. Comnenus Papadopoli p. 371. prænot. myſtagog.

Sextus *Pæpyrius*, JCtus, à quo jus Papyrianum, quo Leges regiæ continebantur, collectæ tempore regis Rom. ultimi Tarquinii Superbi. Vide quæ viri docti ad Pomponium de Origine Juris.

Sextus Peducæus, *Sexti F. is, qui hunc noſtrum reliquit, effigiem & humanitatis & probitatis ſuæ filium, tum doctus tum omnium vir optimus*; Ita de eo Cicero II. 18. de finibus.

Sextus *Pompejus* magni patruus, qui præſtantiſſimum ingenium contulerat ad ſummam juris Civilis & ad perfectam Geometriæ & rerum Stoicarum ſcientiam, teſte Cicerone in Bruto c. 47.

Sextus *Pompejus Feſtus*, Grammaticus, de quo in Bibliotheca Latina.

Sextus *Pomponius*, JCtus Hadriani temporibus, de quo in ſupplem. Bibl. Latinæ IV. 9. p. 794.

Sextus Euſebio teſte ac Rufino *Pythagoricus*, ſcriptor ſententiarum, quas vertit Rufinus. Dixi de illis in Bibl. Latina IV. 3.

Quintus Sextius pater, Auguſti temporibus, de quo Seneca Epiſt. 64. *Lectus eſt deinde liber Q. Sextii Patris, magni ſi quid mihi credis viri, & licet negent Stoici.* Plura de hoc Tho. Gale præf. ad opuſcula Mythologica Phyſica & Ethica §. 11. & de utroque patre & filio Nic. Faber ad præf. lib. 2. controverſiarum Senecæ patris.

Condianus Sextus, vir eruditus, Maximi *Quintilii* F. interfectus à Commodo Imp. de quo ad Dionem Caſſium p. 819.

Sextius *Rhetor* frigidus, quem perſtringit Catullus carm. 44. De aliis Sextiis ac Sextiliis Joan. Glandorpius in Onomaſtico Romano p. 802. ſeq.

Sextus *Rhetor* parum eloquens in cujus ſcite pictam imaginem hoc exſtat epigramma lib. 2. Anthologiæ c. 46. p. 247.

Εἰκὼν ἡ Σέξτου μελετᾷ, Σέξτος δὲ σιωπᾷ,
Ῥήτωρ ἦν εἰκών· ὁ δὲ ῥήτωρ εἰκόνος εἰκών.

quod

2011 Ministerio de Cultura

quod ita vertit Tho. Morus p. 237. Opp.

Ipſe tacet Sextus, Sexti meditatur imago,
Ipſa eſt rhetor imago, ab imagine rhetor imago eſt.

Sextus *Rufus*, ſcriptor breviarii ad Valentinianum II. & libelli de regionibus urbis Romæ, de quo in Bibl. Latina III. 11.

Sextus *Turpilius*, Poëta Comicus Latinus, cujus pauca quædam inter veterum Poëtarum fragmenta ſuperſunt, collecta à Rob. & Henrico Stephano Pariſ. 1564. 8.

Sextus Aurelius *Victor*, ſub Theodoſii magni liberis clarus, de quo in eadem Bibl. III. 9.

Sextus, ad quem Martialis III. 38.

Quæ te cauſa trahit vel quæ fiducia Romam
Sexte? quid aut ſperas aut petis inde? refer.
Cauſſas, inquis, agam Cicerone diſſertius ipſo &c.

Ad calcem ſcriptorum Sexti Empirici ſubinde in Codicibus ſolent ſubjici breves diſputationes quædam ſcriptæ Dialecto Dorica & Scepticis oppoſitæ, quæ Empirico quidem abſurde, neſcio an veriſimilius, quod fieri à nonnullis video, Sexto Chæronæo tribuuntur, quem & Stoicum fuiſſe & à Dialecto Dorica non abhorruiſſe conſtat. In Codice Cizenſi Sexti Empirici ad extremum illarum diſputationum leguntur hæc verba: Τῶν ξ σκεπτικῶν Σέξτου τῶν προς ἀνῃρήσιν δέκα ὑπομνημάτων δωρικῆς Διαλέκτου ἐντεῦθεν ἕως ξ τέλος. ζητεῖται δὲ εἰ καὶ τὸ παρὸν σύγγραμμα Σέξτου ἐστίν. Henricus Stephanus haſce Διαλέξεις ſine nomine auctoris edidit inter fragmenta Pythagoræorum. Joannes Northus, V. C. qui vertit Latine, tribuit neſcio cui *Mimanti* ductus conjectura ex loco, qui in Tho. Galei opuſculis Mythologicis Phyſicis & Ethicis p. 722. exſtat his verbis: Ἐπεί τοι καὶ ἐξῆς καθήμθοι ἂν λέγοιμεν ΜΙΜΑΣ εἰμὶ, τὸ αὐτὸ μὴ πάντες ἐρῶμεν, ἀλαθὴς δὲ μόνος ἐγὼ ἐπεὶ καὶ εἰμί. Verum in MSS. Codicibus non legitur Μίμας, ſed μύσας, unde tota illa conjectura concidit. Quoniam autem alia quoque in iis emendatius ex MSS. expreſſa dari à me poſſunt, operæ pretium eſt integras, ſunt enim breves & lectu non indignæ, hoc loco cum laudati Northi verſione exhibere,

ΔΙΑΛΕΞΙΣ Α.

Περὶ ἀγαθῶ καὶ κακῶ.

Διατοὶ λόγοι λέγονται ἐν τῇ Ἑλλάδι ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων περὶ τοῦ ἀγαθοῦ

DISPUTATIO I.

De bono & malo.

DUplex fertur in Græcia Philoſophorum ſententia de bono & malo:

2011 Ministerio de Cultura

ἀγαθῶ καὶ τῶ κακῶ. τὶ μὲν γὰρ λέγουσι ὡς ἄλλο μέν ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ἄλλο δὲ, τὸ κακόν. τὶ δὲ, ὡς τὸ αὐτό ἐστι, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθὸν εἶη, τοῖς δὲ κακόν· καὶ τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ, τοτὲ μὲν ἀγαθὸν, τοτὲ δὲ κακόν. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς τοῖσδε πολιτίθεμαι· σκέψομαι δὲ ἐκ τῶ ἀνθρωπίνω βίω, ὧν ἐπιμελὲς, βρώσιός τε καὶ πόσιος καὶ ἀφροδισίων. ταῦτα γὰρ ἀσθενοῦντι μὲν κακά ἐστιν, ὑγιαίνοντι δὲ καὶ δεομένῳ, ἀγαθά. καὶ ἀκρασία τοίνυν τούτων, τοῖς μὲν ἀκρατέσι, κακόν· τοῖς δὲ ἰατροῖς, ἀγαθόν. ὁ τοίνυν θάνατος, τοῖς μὲν ἀποθανοῦσι κακὸν, τοῖς δ' ἐνταφιοστώλαις καὶ τυμβωρυχοῖς ἀγαθόν. γεωργία τε καλῶς ἐξενείκασα τὼς καρπώς, τοῖς μὲν γεωργοῖς ἀγαθὸν, τοῖς δὲ ἐμπόροις κακόν. τὰς τοίνυν ὁλκάδας συντρίβεσθαι καὶ καταθραύεσθαι, τῷ μὲν ναυκλήρῳ κακὸν, τοῖς δὲ ναυπηγοῖς ἀγαθόν. ἔτι, τὸ σίδηρον κατεδίεσθαι καὶ ἀμβλύνεσθαι καὶ συντρίβεσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τῷ δὲ χαλκεῖ, ἀγαθόν. καὶ μὰν τὸ κέραμον καταθραύεσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τοῖς δὲ κεραμεῦσιν, ἀγαθόν. τὰ δὲ ὑποδήματα καταβρίβεσθαι καὶ διαρρήγνυσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις κακὸν, τῷ δὲ σκυτεῖ ἀγαθόν. ἐν τοίνυν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμνασικοῖς καὶ τοῖς μωσικοῖς καὶ τοῖς πολεμικοῖς, αὐτίκα ἐν τῷ γυμνικῷ τῷ σταδιοδρόμῳ ἡ νίκα, τῷ μὲν νικῶντι ἀγαθὸν, τοῖς δὲ ἡσσαμένοις, κακόν. καὶ τῷδε δὲ καὶ τὶ παλαισαὶ καὶ πύκται. καὶ τοὶ ἄλλοι πάντες μωσικοί. αὐλίκα ἡ κιθαρῳδία τῷ μὲν νικῶντι ἀγαθὸν, τοῖς δ' ἡσσαμένοις, κακόν. ἔν τε

malo: Etenim quidam asserunt, aliud plane bonum aliud malum: quidam vero idem utrumque; sed his bonum, illis malum; eidemque homini quandoque bonum, quandoque malum. Ego certe hisce assentior, res illas perpendens quarum studiosa est humana vita, scilicet cibum, potum & Venerem: Hæc enim ægrotanti mala, sano autem & indigo bona; & horum usus nimius, ipsis incontinentibus malum, sed medicis bonum. Imo mors obeuntibus quidem malum, sed libitinariis & tumulos struentibus bonum: & quod ex cultura terra feliciter emittat fructus, agricolis bonum, mercatoribus vero malum: ut conterantur navigia & diffringantur, naviculario malum, naupegis tamen bonum. Porro ut ensis rubigine corrodatur, obtusus fiat, & comminuatur, aliis quidem malum, fabro ærario bonum: & ut fictilia frangantur, cæteris quidem malum, figulis vero bonum: Ut atterantur calcei & disrumpantur, aliis certe malum, at sutori bonum. In certamine sive gymnastico sive musico seu militari, exempli causa, in stadio cursorio gymnico victoria vincenti bonum, devictis vero malum. Eademque obtinet ratio inter pugiles & luctatores, nec non musicos omnes; Nam ad citharam modulatio vincenti bonum, superatis autem malum. Sic etiam in bello:

2011 Ministerio de Cultura

τε τῷ πολέμῳ καὶ τῇ νεότητι: πρῶτον ἐρῶ αὐτῶν τῶν Λακεδαιμονίων νίκα, ἣν ἔνικων τὼς Ἀθηναίως καὶ τὼς συμμάχως, Λακεδαιμονίοις μὲν ἀγαθὸν, Ἀθηναίοις δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις κακόν. ἄτε νίκα ἂν τὸ Ἕλλανες τὸν Πέρσαν ἐνίκασαν, τοῖς μὲν Ἕλλασιν ἀγαθὸν, τοῖς δὲ βαρβάροις κακόν. ἀ τοίνυν ἡ Ἰλίε αἵρεσις, τοῖς μὲν Ἀχαιοῖς ἀγαθὸν, τοῖς δὲ Τρωσὶ κακόν. καὶ δὲ ταὐτὸ καὶ τὰ τῶν Θηβαίων καὶ τὰ τῶν Ἀργείων πάθη. καὶ ἀ τῶν Κενταύρων καὶ Λαπιθᾶν μάχη, τοῖς μὲν Λαπίθαις ἀγαθὸν, τοῖς δὲ Κενταύροις κακόν, καὶ μὰν καὶ ἀ τῶν θεῶν καὶ γιγάντων λεγόμενα μάχα καὶ νίκα, τοῖς μὲν Θεοῖς ἀγαθὸν, τοῖς δὲ γίγασιν κακόν.

Ἄλλῳ δὲ λόγῳ λέγεται, ὡς ἄλλο μὲν ἀγαθὸν εἴη, ἄλλο δὲ, τὸ κακὸν, διάφερον, ὥσπερ καὶ τὄνυμα, ὅτω καὶ τὸ πρᾶγμα. ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτον διαιρεῦμαι τὸν τρόπον. δοκῶ γὰρ ἐ διάδαλον ἦμεν ποῖον ἀγαθὸν καὶ ποῖον κακὸν, αἰ τὸ αὐτὸ καὶ μὴ ἄλλο ἑκάτερον εἴη· καὶ γὰρ θαυμαστόν κ' εἴη. οἶμαι δὲ ἀδέ κ' αὐτὸν ἔχειν ἀποκρίνασθαι, αἴ τις αὐτὸν ἔροιτο,** Τ' ταῦτα λέγοντα, Εἰπὸν δή μοι, ἤδη τι τὼς γονέας ἀγαθὸν ἐποίησας; Φαίη κα, Καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα. τὰ ἄρα κακὰ καὶ μεγάλα καὶ πολλὰ τούτοις ὀφείλεις, αἵπερ τῶν ἐστι τὸ ἀγαθὸν τῷ κακῷ. Τί δὲ, τὼς συγγενέας ἤδη τι ἀγαθὸν ἐποίησας; τὼς ἄρα συγγενέας κακὸν ἐποίεις.

bello & juventute*, primum dicam Lacedæmoniorum victoria quam de Athenienſibus & fœderatis reportarunt, ipſis quidem bonum, Athenienſibus & ſociis malum. Et victoria, qua Græci Perſas fuderunt, ipſis bonum, at barbaris malum: Sic Ilii expugnatio Achæis bonum, Troibus malum. Eadem dicantur de miſeriis, quæ Thebanis & Argivis contigerunt. Inſuper, quod inter Lapithas & Centauros gerebatur bellum, Lapithis quidem bonum, Centauris vero malum. Pugna etiam quam Deos cum gigantibus habuiſſe ferunt, & ſecuta victoria Diis ſane bonum, ſed gigantibus malum.

Altera ſententia, diverſum quid bonum, diverſum malum affirmat, non nomine magis quam re ipſa diſtinguendum. Ego vero illud hoc modo dijudico. Credo equidem, nobis non poſſe conſtare, quæ res bona quæve mala, ſi idem eſſet utrumque non diverſum quid; & illud merito miretur quiſpiam. Nec puto habitnrum quod reſpondeat, ſi quis hæc dicentem ita interrogaret. Dicas obſecro mihi, an quid boni parentibus præſtitiſti? reponet forſan, Imo multa & præclara. Tu igitur illis pœnas multorum ac gravium malorum debes, ſi idem bonum malumque cenſendum eſt. Quid autem, propinquos bono quopiam affeciſti? Eos-

*Northus legit τὰ νεωτὶ, & vertit: *& recentiora primum narro.* **MS. ἄροιτο.

2011 Ministerio de Cultura

εις. Τί δὲ, τὼς ἐχθρὼς ἤδη κακῶς ἐποίησας; καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ ἐποίησας. ἄγε δή μοι καὶ τόδε ἀπόκριναι, Ἄλλο τι ἢ τὼς πτωχὼς οἰκτείρεις, ὅτι πολλὰ καὶ μεγάλα ἔχουσι; πάλιν εὐδαιμονίζεις, ὅτι πολλὰ καὶ ἀγαθὰ πεπόνθασι, ἅπερ τοῦτό καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν. τὸν δὲ βασιλῆα τὸ μέγαν ὄδεν κωλύει ὁμοίως διακεῖσθαι τοῖς πτωχοῖς. τὰ γὰρ πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ αὐτῷ, πολλὰ κακὰ καὶ μεγάλα ὄδιν, ἅπερ τοῦτόν ἐστιν ἀγαθὸν καὶ κακόν. καὶ τάδε μὲν περὶ τῶν πάντως εἰρήσθω. εἶμι δὲ καὶ καθ' ἕκαστον, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶ ἐδίεν τε πίνειν τε ἀφροδισιάζειν. τοῦτο γὰρ τοῖς ἀσθενέσι * ταῦτα ποιεῖν ἀγαθόν ἐστιν αὐτοῖς, ἅπερ τοῦτόν ἐστιν ἀγαθὸν καὶ κακόν. τε τοῖς νοσέουσι, κακόν ἐστι τὸ νοσεῖν τε ἀγαθὸν, ἅπερ τοῦτό ἐστι τὸ ἀγαθὸν τῶ κακῶ. καὶδὲ τόδε καὶ πάλλα πάντα τὰ ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγω εἰρηται. καὶ ὃ λέγω τί ἐστι τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ τοῦτο πειρῶμαι διδάσκειν, ὡς ὃ τοῦτον εἴη κακὸν καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἑκάτερον.

Eosdem igitur & malo. Quid dein, an hostibus quid mali intuleris? Etiam & illos multis & præclaris bonis cumulasti. Age vero & illud aliud responde, quare vel pauperes misereris, eo quod multis & ingentibus malis opprimuntur, vel rursus divites beas, quod bene & prospere agant, si idem bonum & malum? Profecto nihil obstat, quin rex magnus Persarum eadem versetur conditione cum egenis; Nam multa & magna bona quibus abundat, in ejusdem gravitatis mala transibunt, si idem bonum malumque. Hæc ad rem generaliter sumptam dicta sufficiant. Sed & singula illa percurro, à cibo, potu & venere incœptans. Infirmis bonum est hæc omnia pro libitu usurpare, si idem bonum & malum: parique ratione ægrotantibus morbus ac firma valetudo perinde bona sunt. Hoc autem ad cætera omnia applicandum, quæ in isto priore sermone conduntur. Interim tamen quid bonum sit & malum non determino, illud solum probare annixus ad idem utrumque non posse referri, sed alterutrum tantum.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ Β.
Περὶ καλῶ καὶ αἰσχρῶ.

Λέγονται δὲ καὶ περὶ τῶ καλῶ καὶ αἰσχρῶ διαφοροὶ λόγοι. τοὶ μὲν γὰρ φαντὶ ἄλλο μὲν εἶμεν τὸ καλὸν, ἄλλο δὲ

DISPUTATIO II.
De honesto & turpi.

DUo etiam feruntur sermones de honesto & turpi. Nam quidam aliud esse honestum asserunt, aliud turpe,

* MS. ἀσθενεῦντι ταῦτα ποιεῦν, & mox νοσέουσι,

2011 Ministerio de Cultura

δὲ τὸ αἰσχρὸν, διαφέρον ὥσπερ καὶ τῶνυμα, ὅτῳ καὶ *τὸ πρᾶγμα· τοὶ δὲ, τῳὐτὸ καλὸν καὶ αἰσχρόν. καὶγὼ πειρασθῶμαι, τόνδε τὸν τρόπον ἐξαγεύμενος. αὐλητικὰ γὰρ παιδίῳ ὠφελίῳ ἐρασθῆναι μὲν χρησῷ χαρίζεσθαι, καλὸν, μὴ ἐρασθῆναι δε καλῷ, αἰσχρόν. καὶ τὰς γυναῖκας λοῦσθαι ἔνδον, καλόν. ἐν παλαίστρᾳ δὲ, αἰσχρόν· ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐν παλαίστρᾳ καὶ ἐν γυμνασίῳ, καλόν. καὶ συνίμεν τῷ ἀνδρὶ, ἐν ἀσυχίᾳ μὲν, καλὸν, ὅπως τοίχοις κρυφθήσεται· ἔξω δὲ, αἰσχρὸν, ὅπως τις ὄψεται. καὶ τὸ μὲν αὐτᾶς συνίμεν ἀνδρὶ καλόν. ἀλλοτρίῳ δὲ αἴσχιστον. καὶ τῷγε ἀνδρὶ τᾷ μὲν ἑαυτῶ γυναικὶ συνίμεν, καλόν· ἀλλοτρίᾳ δὲ, αἰσχρόν. καὶ κοσμεῖσθαι, καὶ ψιμυθίῳ χρίεσθαι, καὶ χρυσία περιάπτεσθαι, τῷ μὲν ἀνδρὶ αἰσχρὸν, τᾷ δὲ γυναικὶ καλόν· καὶ τὼς μὲν φίλως εὖ ποιεῖν, καλόν. τὼς δὲ ἐχθρῶς, αἰσχρόν. καὶ τὼς μὲν πολεμίως φεύγειν αἰσχρὸν, τὼς δὲ ἐν σταδίῳ ἀγωνιστὰς, καλόν. καὶ τὼς μὲν φίλως καὶ τὼς πολίτας φονεῦειν, αἰσχρόν. τὼς δὲ πολεμίως, καλόν. καὶ τᾶδε μὲν περὶ πάντων.

turpe, tam re quam nomine distinguendum: Quidam vero idem utrumque, cujus sententiæ modum explicare conabor. Ut igitur formosus puer amatori probo gratificetur, honestum, non probo autem turpe: ut fœminæ domi laventur honestum, in palæstra turpe; sed ut viri id & in palæstra faciant & Gymnasio, honestum. Ut fœminæ cum viris congrediantur privatim, ubi parietes abscondunt, honestum, extra vero in conspectu cujusquam turpe: & ut à maritis suis comprimantur, honestum, sed ab alieno, turpissimum: Ut etiam vir propria fruatur uxore, honestum, aliena autem turpe. Viro turpe est, molliter ornatus incedere cerussave oblitus vel aurum appensum gerere, sed mulieri honestum. Sic amicis benefacere honestum, inimicis turpe: Hostes fugere turpe, certantes autem in stadio, honestum: cives & amicos necare turpe, sed hostes honestum. Et hæc de omnibus dici supponantur.

Εἶμι δ' ἐφ' ἃ καὶ πόλιές τε αἰσχρὰ ἄγηνται καὶ πὰ ἔθνεα. αὐτίκα Λακεδαιμονίοις τὰς χόρας γυμνάζεσθαι ἀχειριδώτως, καὶ ἀχίτωνας παρέρπειν, καλόν· Ἴωσι δ' αἰσχρόν. καὶ τὼς παῖδας μὴ μανθάνειν μωσικὰ καὶ γράμματα, καλόν· Ἴωσι δ' αἰσχρὸν μὴ πᾶσαθαι ταῦτα πάντα. Θεσσαλοῖσι δὲ καλὸν

Transeo autem ad ea, quæ gentes & civitates turpia ducunt. Ut igitur puellæ discinctis brachiis se exerceant, & veste depositа prodeant, Lacedæmoniis honestum, Ionibus turpe videtur: & ut pueri Musices & literarum ignari sint, inter illos honestum, at hujusmodi inscitia inter Iones turpis. Thessali hone-

* MS. τὸ σῶμα.

2011 Ministerio de Cultura

καλὸν τῶς ἵππως ἐκ τᾶς ἀγέλας λαβόντι, αὐλῶς δαμάσαι, καὶ τῶς ὀρέας· βῶς τε λαβόντι, αὐτῶς σφάξαι καὶ ἐκδεῖραι καὶ κατακόψαι· ἐν Σικελίᾳ δὲ αἰσχρὸν, καὶ δώλων ἔργα. Μακεδόσι δὲ καλὸν δοκεῖ ἦμεν, τὰς κόρας, πρὶν ἀνδρὶ γάμασθαι, ἐρᾶσθαι καὶ ἀνδρὶ συγγίνεσθαι· ἔστι δὲ καὶ γαμεῖσθαι, αἰσχρόν. Ἕλλασι δ' ἄμφω αἰσχρόν. τοῖς δὲ Θρᾳξὶ κόσμῳ τᾶς κόρας στίζεσθαι. τοὶ δὲ Σκύθαι καλὸν νομίζουσι, ὃς ἄνδρα κτανὼν ἐκδείρας τὰν κεφαλὰν, τὸ μὲν κόμιον ἀφ' ἵππω φορεῖ, τὸ δ' ὀστέον χρυσώσας καὶ ἀργυρώσας πίνει ἐξ αὐτᾶς, καὶ σπένδει τοῖς θεοῖς· ἐν δὲ τοῖς Ἕλλασιν, οὐδέ κ' ἐς τὰν αὐτὰν οἰκίαν συνεισελθεῖν βάλοιτ' ἄν τις τοιαῦτα ποιήσαντι. Μασσαγέται δὲ τῶς γονέας κατακόψαντες κατέσθοντι, καὶ τάφος κάλλιστος δοκεῖ ἦμεν, ἐν τοῖς τέκνοις τεθάφθαι· ἐν δὲ τᾷ Ἑλλάδι ἄν τις ταῦτα ποιήσῃ, ἐξελαθεὶς ἐκ τᾶς Ἑλλάδος, κακὰ ἀποθάνῃ, ὡς αἰσχρὰ καὶ δεινὰ ποιέων, τοὶ δὲ Πέρσαι, κοσμεῖσθαί τι, ὥσπερ τὰς γυναῖκας, καὶ τῶς ἄνδρας, καλὸν νομίζουσι, καὶ τᾷ θυγατρί, καὶ τᾷ μητρὶ, καὶ τᾷ ἀδελφᾷ συνίμεν· τοὶ δὲ Ἕλλανες, καὶ αἰσχρὰ καὶ ἀδόκιμα. Λυδοῖς τοίνυν τᾶς κόρας πορνευθείσας, καὶ ἀργύριον ἐνεργήσασθαι, καὶ ὕτω γάμασθαι καλὸν δοκεῖ ἦμεν. ἐν δὲ τοῖς Ἕλλασιν, οὐδεὶς κα θέλοι γαμᾶν. Αἰγύπτιοί τε ἃ ταυτὰ νομίζοντι καλὰ τοῖς ἄλλοις.

honestum putant equos & mulos ex armento ablatos domare, bovesque raptos jugulare, & pelle detracta discindere: hæc autem Siculi turpia ac servorum opera censent. Puellas nondum collocatas amari & à viris comprimi inter Macedones honestum: post nuptias vero turpe; Utrumque inter Græcos turpe. Puellarum frontes notis quibusdam interpungi, Thracibus ornamentum videtur. Scythis quidem honestum, ut cum quis hominem occiderit, capitis, cute divulsa, partem crinitam ante equum gestet, ossea vero auro vel argento obducens, ex illa bibat Diisque ipsis libamina fundat. Græcorum autem nullus easdem ædes ingredi vellet una cum viro, qui tale quid fecerit. Massagetæ parentes suos obtruncantes comedunt & optima videtur sepultura, ita in sobolis ventre condi: sed in Græcia si quis tale quippiam committeret, ejectus statim misere periret, ut qui rem turpem ac horrendam patrasset. Persæ viros delicatule ornari instar fœminarum honestum putant, ut & cum filia, matre ac sorore congredi: at Græci turpia hæc & iniqua. Lydis puellas, quum prostituto corpore pecunias corraserint, ita tandem nubere honestum videtur: inter Græcos autem nemo harum ullam in uxorem duceret. Ægyptii non eadem statuunt honesta quæ cæteræ gentes:

2011 Ministerio de Cultura

ἄλλοις. τῇδε μὲν γὰρ γυναῖκας ὑφαίνειν καὶ ἐργάζεσθαι, καλόν· ἀλλὰ τηνεὶ τοὺς ἄνδρας, τὰς δὲ γυναῖκας πρᾶσσειν ἄσπερ τῇ δε τοὶ ἄνδρες. τὸν πηλὸν δεύειν ταῖς χερσὶ, τὸ σῖτον τοῖς ποσὶ, τήνοις καλόν. ἀλλ' ἀμῖν τὸ ἐναντίον. οἶμαι δ' ἄν τις τὰ καλὰ εἰς ἓν κελεύῃ συνενεῖκαι πάντας ἀνθρώπους ἃ ἕκασοι νομίζουσι, καὶ πάλιν ἐξ ἀθρόων τοι τὰ αἰσχρὰ λαβεῖν, ἃ ἕκασοι ἀγνοοῦσι, οὐδὲν καλυφθήμεν, ἀλλὰ πάντας πάντα ἁλαλαβέειν. οἱ γὰρ πάντες ταυτὰ νομίζουσι. παρεξοῦμαι δὲ καὶ ποίημά τι·

Καὶ γὰρ τ' ἄλλον ὧδε θνητοῖσι νόμον
ὄψῃ διαιρῶν, οὐδὲν ἂν πάντῃ καλὸν,
οὐδ' αἰσχρὸν· ἀλλὰ ταῦτ' ἐποίησε λαβὼν
ὁ καιρὸς αἰσχρὰ, καὶ διαλλάξας καλά.

Ὡς δὲ τὸ σύνολον εἰπεῖν, πάντα καιρῷ μὲν καλά ἐστι, ἐν ἀκαιρίᾳ δ', αἰσχρά. τί ὧν διεπραξάμην; ἔφαν ἀποδεῖξεν ταυτὰ αἰσχρὰ καὶ καλὰ ὄντα. καὶ ἀποδέδειχα ἐν τούτοις πᾶσι.

Λέγεσθαι δὲ καὶ πρὸς τῷ αἰσχρῷ καὶ καλῷ, ὡς ἄλλο ἑκάτερον εἴη. ἐπεὶ αἴ τις ἐρωτάσαι τοὺς λέγοντας ὡς τὸ αὐτὸ πρᾶγμα αἰσχρὸν καὶ καλόν ἐστιν, αἴ ποτέ τι αὐτοῖς καλὸν εἴργασται, αἰσχρὸν ὁμολογησοῦντι, ἅπερ τοῦτ' καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλόν. καὶ αἴ τινα καλὸν

gentes: Alibi certe fœminas texere & operari honeſtum, hic autem viros. Mulieres officiis funguntur, quibus alibi viri ſolent: cæmentum manibus ſubigere, panem vero pedibus, inter illos honeſtum, ſed apud nos obtinet contrarium. Sane ſi quis juberet omnes homines in unum locum deferre, quæ turpia putant, & dein & ſimul congeſtis excerpere, quæ ſingulis honeſta videntur; nihil ſuperfuturum credo, ſed omnes omnia deſumpturos: non eadem enim omnes colunt. Apponam autem poëticum fragmentum:

Spectabis alias hoc loco datas viris
Leges, hinc diſces nihil honeſtum, & ſic nihil
Ubique turpe, reddit aſt occaſio
Idem nunc turpe, dein mutata, iterum bonum.

Ut totam rem verbo compingam, omnia opportuna quidem honeſta, intempeſtiva vero turpia. Quid ergo confeci? dixi me velle eadem honeſta ac turpia demonſtrare, quod his omnibus abſolvi.

Cæterum aliis fertur ſermo de honeſto ac turpi nempe qui utrumque diverſum quid affirmat. quandoquidem ſi quis prioris ſententiæ patronos rogaret, an quid honeſtum unquam peregerint, etiam & iſtud turpe agnoſcant neceſſe eſt, ſi idem honeſtum ac turpe. Et ſi vi-

2011 Ministerio de Cultura

καλὸν οἴδαντι ἄνδρα, τοῦτον καὶ αἰσχρὸν εἶναι τὸν αὐτόν. καὶ εἴ τινά κα λευκὸν, καὶ μέλανα τοῦτον εἶναι τὸν αὐτόν. καὶ καλόν γ' ὂν τὼς Θεὼς σέβεσθαι, καὶ αἰσχρὸν ἄρα τὼς Θεὼς σέβεσθαι, αἴπερ τωὐτὸν αἰσχρὸν καὶ καλόν ἐστι. καὶ τάδε μὲν ἐπὶ ἀπάνευθεν εἰρήσθω μοι. τρέψομαι δὲ ἐπὶ τὸν λόγον αὐτῶν ὃν λέγουσι. εἰ γὰρ τὴν γυναῖκα καλὸν ἐστι κοσμεῖσθαι, τὴν γυναῖκα αἰσχρὸν κοσμεῖσθαι, αἴπερ τωὐτὸν αἰσχρὸν καὶ καλόν. καὶ τἄλλα κατὰ τωὐτόν. ἐν Λακεδαίμονι ὂν καλὸν τὰς παῖδας γυμνάζεσθαι, ἐν Λακεδαίμονι ὂν αἰσχρὸν τὰς παῖδας γυμνάζεσθαι. καὶ πάλλα ὅτως. λέγονται δὲ ὡς αἵ τινες τὰ αἰσχρὰ ἐκ τῶν ἐθνέων πάντοθεν συνενείκαιεν, ἔπειτα συγκαλεσᾶντες κελευοιεν, ἁ τις καλὰ νομίζει, λαμβάνεν πάντα, καὶ ἐν καλῷ ἀπενεχθῆμεν. ἐγὼ θαυμάζω αἰ τὰ αἰσχρὰ, συνενειχθέντα καλὰ ἐστεῖαι, καὶ ὐχ οἷά περ ἦνθεν. αἰ γᾶν ἵππως ἢ βῶς ἢ ὄις ἢ ἀνθρώπως ἄγαγον, ὐκ ἄλλο κα ἀπάγαγον. ἐπεὶ ὐδὲ αἰ χρυσὸν ἤνεικαν, χαλκὸν ἀπήνεικαν· ὐδὲ αἰ ἀργύριον ἤνεικαν, μόλιβδόν κα ἐπέφερον. ἀντὶ δ' ἄρα τῶν αἰσχρῶν καλὰ ἀπαγαγόντι, φέρε δὴ αἰ ἄρα τις αἰσχρὸν ἀπάγαγε, τοῦτον δ' ἂν, καλὸν ἀπάγαγε. ποιητὰς δὲ *μάρτυρας ἐπάγονται, τοὶ ἀδοναὶ ὀ ποτ' ἀλάθειαν ποιοῦντι.

ΔΙΑΛΕ-

if virum quempiam honeſtum cognoverint, eundem etiam turpem: ſi album quempiam, etiam & illum ipſum nigrum: Deoſne venerari honeſtum? venerari ergo quoque turpe. Et hæc de omnibus dici ſupponantur. Sed memet converto ad rationes quas illi afferunt: Si mulierem belle ornari honeſtum, & eandem ita ornari turpe, ſi pro eodem honeſtum ac turpe reputandum. Parique ratione cætera. In Sparta puellas ſe exercitare honeſtum, in Sparta quoque puellas ſe exercitare turpe eſt: aliaque conſimili modo. Dicunt autem, ſi quis turpia ex omni undequaque gente in medium adduceret, deindeque mandaret ſingulos ea, quæ honeſta putant capere, omnes omnia ſumpturos, & pro honeſtis reportaturos. Mirum quid, ſi turpia in unum locum delata, honeſta fierent, & non eadem, quæ adducebantur. Si equos, boves, oves aut homines attulerint, non aliud certe aſportarent: Nec aurum ferentes, æs domum reduxerint, aut plumbum referent, quod argentum intulerunt. Pro bonis erga mala retulerint: age vero ſi quis turpe quid adduceret, illud quoque bonum aſportaret. Poëtas autem teſtes inducunt, qui non pro rerum veritate, ſed hominum delectatione carmina ſua componunt.

DISPU-

* Infra p. 627.

2011 Ministerio de Cultura

ΔΙΑΛΕΞΙΣ Γ.

Περὶ δικαίου καὶ ἀδίκου.

Διττοὶ δὲ λόγοι λέγονται καὶ περὶ τοῦ δικαίου καὶ περὶ τοῦ ἀδίκου· οἱ τὶ μὲν, ἄλλο ἦμεν τὸ δίκαιον, ἄλλο δὲ, τὸ ἄδικον. τοὶ δὲ, τωὐτὸ δίκαιον καὶ ἄδικον. κἀγὼ τούτῳ πειράσομαι τιμωρέν. καὶ πρῶτον μὲν τὸ ψεύδεσθαι ὡς δίκαιόν ἐστι λεξῶ, καὶ τὸ ἐξαπαλᾶν. τοὺς μὲν πολεμίους ταῦτα ποιεν, αἰσχρὸν καὶ πονηρὸν ἂν ἐξείποιεν· τοὺς δὲ φιλτάτους, ὐ. αὐτίκα τοὺς γονέας· αἰ γὰρ δέοι τ' πατέρα ἢ τὴν ματέρα φάρμακόν τι ἐγκαταφαγὲν,* κ' μὴ θέλοι, ὐ δίκαιόν ἐστι, τ' ἐν τῷ ῥοφήματι καὶ ἐν τῷ ποτῷ δόμεν, καὶ μὴ φᾶμεν ἐνῆμεν; ἔκων ἤδη ψεύδεσθαι καὶ ἐξαπαλᾶν τοὺς γονέας, καὶ κλέπτειν μὰν τὰ τῶν φίλων, τ' βιᾶσθαι τοὺς φιλτάτους δίκαιον. αὐτίκα αὖ τις λυπηθείς τι τῶν οἰκήων καὶ ἀχθεσθεὶς μέλλοι αὑτὸν διαφθεῖρεν ἢ ξίφει ἢ σχοινίῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ, δίκαιόν ἐστι ταῦτα κλέψαι, αἰ δύναιτο· αἰ δὲ ὑστερίξαι καὶ ἔχοντα καταλάβοι, ἀφελέσθαι βίᾳ; ἀνδραποδίξασθαι δὲ πῶς ὐ δίκαιον τοὺς πολεμίους, αἴ τις δύναιτο ἑλὼν πόλιν ὅλαν ἀποδόσθαι; τοιχωρυχὲν δὲ τὰ τῶν πολιτῶν κοινὰ οἰκήματα, δίκαιον φαίνεσθαι. αἰ γὰρ ὁ πατὴρ δεῖ θανάτῳ, κατεσασιασμένα ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, δεδεμένος εἴη, ἆρα ὐ δίκαιον

* MS. πιὲν Ἐ φαγέν.

DISPUTATIO III.

De justo & injusto.

DUo itidem feruntur sermones de justo & injusto: Etenim quidam aliud esse justum aliud injustum putant, quidam vero idem utrumque, quam sententiam defendere conabor. Et primo ostendam fallere & mentiri justum esse. Dicat igitur quispiam, ita tractare inimicos turpe & improbum: amicissimos vero nequaquam, exempli causa parentes. Si enim oportet patrem aut matrem medicamentum deglutire, nec volet, annon justum est sorbili quodam aut potu diffusum porrigere & inesse dissimulare? Justum igitur parentes mendacio fallere, ut & subripere bona amicorum, & charissimis vim inferre. Nam si quis ob res quasdam familiares graviter tristitia affectus sibi lethum consciscere cogitaret sive ense vel resti aut alio telo, annon justum est hoc clanculum subripere, si quis posset, aut si tardior adveniens jam in manibus habentem deprehenderit, per vim auferre? quis unquam dubitavit justumne esset, inimicos in servitutem rapere, si modo quis posset ** totam civitatem expugnare? sed & ædes civium nostrorum publicas perrumpere justum videtur: nam si pater inimicorum factione oppressus, in vinculis ad mortem servaretur, annon

* MS. πιὲν Ἐ φαγέν. ** captam urbem reddere libertati.

2011 Ministerio de Cultura

δίκαιον διορύξαντα κλέψαι καὶ σῶσαι τ̓ πατέρα; ἐπιορκὲν δὲ, αἴ τις ὑπὸ τῶν πολεμίων λαφθεὶς ὑποδέξαιτο, ὀμνύων ἢ μὰν ἀφεθεὶς τὰν πόλιν προδῶσεν, ἆρα ὅτῳ δίκαια ποιήσαι εὐορκήσας; ἐγὼ μὴν γὰρ οὐ δοκῶ· ἀλλὰ μᾶλλον τὰν πόλιν, καὶ τοὺς φίλως, καὶ τὰ ἱερὰ σῶσαι πατρῷα, ἐπιορκήσας. ἤδη ἆρα δίκαιον καὶ τὸ ἐπιορκὲν, καὶ τὸ ἱεροσυλέν. τὰ μὲν ἴδια τῶν πόλεων ἐῶ· τὰ δὲ κοινὰ τᾶς Ἑλλάδος, τὰ ἐκ Δελφῶν καὶ τὰ ἐξ Ὀλυμπίας. μέλλον τῷ βαρβάρῳ τὰν Ἑλλάδα λαβὲν, καὶ τᾶς σωτηρίας ἐν χρήμασιν ἐούσας, οὐ δίκαιον λαβὲν, καὶ χρῆσθαι ἐς τ̓ πόλεμον; φονεῦεν δὲ τοὺς φιλτάτους δίκαιον· ἐπεὶ καὶ Ὀρέστας καὶ Ἀλκμαίων, καὶ ὁ Θεὸς ἔχρησε δίκαια αὐτοὺς ποιῆσαι. ἐπὶ δὲ τὰς τέχνας τρέψομαι, κἀταῦτα ποιητῶν. ἐν γὰρ τραγῳδοποιΐᾳ καὶ ζωγραφίᾳ ὅστις πλεῖστα ἐξαπατᾷ ὅμοια τοῖς ἀληθινοῖς ποιέων, οὗτος ἄριστος. θέλω δὲ καὶ ποιήματα τῶν παλαιοτέρων μαρτύριον ἐπαγαγέσθαι. Κλεοβυλίνης.

Ἄνδρ᾽ εἶδον κλέπτοντα, κἐξαπατῶντα βίᾳ· ὡς *
Καὶ τὸ βίᾳ ῥέξαι τοῦθ᾽ δικαιότατον·
ἦν πάλαι ταῦτα. Αἰσχύλος δὲ ταῦτα,
Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀπόσατεῖ Θεός.
Ψευδῶν δὲ καιρὸν ἔθ᾽ ὅστοι τιμᾷ Θεός.

justum est, effringentem abripere patrem & liberare? Nec non pejerare: si quis enim ab hostibus captus juramento dato spondeat se dimissum urbem suam proditurum, an ille sancte observans justa peraget? Ego certe non ita sentio: sed potius si civitatem suam & amicos & templa patria, perjurus conservet. Pejerare igitur justum est, ut & sacra spoliare: quæ privatim ad quamlibet civitatem spectant, prætermitto; sed totius Græciæ sacra publica, è Delphis & Olympia, si periculum sit, ne barbari Græciam subjugarent, & spes salutis in sola pecunia ponatur, annon justum est desumere & in belli usus collocare? Justum etiam charissimos necare, cum id fecerint Orestes & Alcmæon, & juste feciisse in oraculo pronuntiavit Deus. Ad artes me converto & poëtarum imprimis: Etenim in conficiendis tragœdiis & pingendi disciplina, qui plurimum fallit, veris maxime similia confingens, is optimus. Veterum autem poëmata in testimonium afferam. Cleobulines,

Cognovi quendam fallentem & vi spoliantem:
Vi facere hoc, certe res magis æqua fuit.

hæc olim erant: Æschyli vero ista;

Bonos nec ipse Jupiter spernit dolos.
Est tempus quando mendacem laudat Deus.

Dicitur

* an βιαίως;

2011 Ministerio de Cultura

Λέγεται δὲ ⸫ τῳδε ἀντίῳ λόγῳ· ὡς ἄλλο τὸ δίκαιον ⸫ τὸ ἄδικόν ἐστι, διαφέρον, ὥσπερ ⸫ τώνυμα, ὅτω ⸫ τὸ πρᾶγμα· ἐπεὶ αἴ τις ἐρωτάσαι τοὺς λέγοντας, ὡς τὸ αὐτό ἐστιν ἄδικον ⸬ δίκαιον, εἶτα δή τι δίκαιον φεὶ τοὺς γονέας ἔπραξαν, ὁμολογοῦσι ⸫ ἄδικοι εἶναι. τὸ γὰρ αὐτὸ ἄδικον ⸬ δίκαιον ὁμολογέουσι ἦμεν. φέρε, ἄλλον δὲ, αἴ τινα γινώσκει δίκαιον ἄνδρα, ⸫ ἄδικον εἶναι τ' αὐτόν. ⸬ μέγαν τοίνυν ⸫ μικρὸν ⸬ τ' αὐτόν. καί τοι πολλὰ ἀδικήσας ἀποθανέτω πραξάμενος. ⸬ φεὶ μὲν τούτων ἅλις. ἔρχομαι δὲ ἐφ' ἃ λέγοντες ἀξιόουσι τὸ αὐτὸ ⸬ δίκαιον ⸬ ἄδικον ἀποδεικνύειν. τὸ γὰρ κλέπτειν ⸫ τῶν πολεμίων, δίκαιον ⸬ ἄδικον ἀποδεικνύειν, τοῦτ' αὐτό. αἰκ' ἀληθὴς ὁ τήνων λόγος ⸬ τἆλλα καθ' αὑτό. τέχνας δ' ἐσάγονται ἐν αἷς οὐκ ἔστι τὸ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον. καὶ τοὶ ποιηταὶ ὅτι ποτ' ἀλάθειαν, ἀλλὰ ποτὶ ⫹ὰς ἀδονὰς τῶν ἀνθρώπων, ⫹ὰ ποιήματα ποιέοντι.

Dicitur autem alius ſermo huic contrarius, aliud eſſe juſtum aliud injuſtum, tam re quam nomine diſtinguendum: Cum, ſi quis interroget idem eſſe utrumque aſſerentes, an juſtum quid parentibus præſtiterint? injuſtos ſe quoque confitentur. Nam idem juſtum & injuſtum agnoſcunt; age vero, ſi quem alium juſtum cognoverint, etiam & illum injuſtum: ſi magis vel minus juſtum, eodem modo: & ſane multa injuſte perpetrans ob iſta moriatur. Et de his quidem ſatis. Tranſeo autem ad ea, ex quibus illi idem juſtum & injuſtum flagitant. Hoc ipſum, bona inimicorum ſubripere, & juſtum & injuſtum oſtendere licet, ſi vera ſit illorum ſententia: cæteraque pari ratione. Artes vero inducunt, in quibus juſtum & injuſtum non conſpicitur. Et poëtæ non pro rerum veritate, ſed hominum delectatione carmina componunt.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ Δ.

Περὶ ἀληθείας καὶ ψεύδους.

DISPUTATIO IV.

De veritate & falſitate.

Λέγονται δὲ καὶ φεὶ τῶ ψεύδει καὶ τᾶς ἀληθείας διττοὶ λόγοι. ὧν ὁ μὲν φατὶ, ἄλλον μὲν ⸬ ψεῦσαν ἦμεν λόγον, ἄλλον δὲ ⸬ ἀληθῆ· τοὶ δὲ, ⸬ αὐτόν. αὖ καὶγώ. τῷ δὲ λόγῳ πρῶτον μὲν, ὅτι τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι λέγονται· ἔπειτα δὲ, ὅταν λόγος ῥηθῇ, ἂν μὲν ὡς λέγηται ὁ λόγος, ὅτω γένηται.

SEd & de veritate & falſitate duplex fertur ſententia; una quidem, alium eſſe ſermonem verum, alium falſum aſſerit; altera vero, eundem utrumque; Igitur ipſe illud primum ajo, quod iisdem verbis ambo dicuntur, dein poſt quam ex ore profertur ſermo, ſi ita, ut

2011 Ministerio de Cultura

νῆαι, ἀλαθὴς ὁ λόγ@· ἂν δὲ μὴ γενῆαι, ψευδὴς ὁ αὐτὸς λόγ@. αὐτίκα κατηγορεῖς ἱεροσυλίαν τω, αἴκ' ἐγένετο τῶργον, ἀλαθὴς ὁ λόγ@· αἰ δὲ μὴ ἐγένετο, ψεύσας. κἠ τῶ ἀποκρινόμενω ὥσγε ὁ λόγ@. κἠ τάγε δικασηρια τ' αὐτὸν λόγον κἠ ψεύσαν κἠ ἀλαθῆ κεἰνονῆι. ἐπεί τοι κἠ ἐξῆς καθήμθοι αἰ λέγοιμι μύσας* εἰμὶ, τὸ αὐτὸ μὲν πάντες ἐρῶμθ, ἀλαθὴς δὲ μόν@ ἐγώ. ἐπεὶ κἠ εἰμί. δᾶλον ὢν ὅτι ὁ αὐτὸς λόγ@, ὅταν μὲν αὐτῶ παρῇ τὸ ψεῦδ@, ψεύσας ἐστίν. ὅταν δὲ τὸ ἀλαθὲς, ἀλαθής. ὥσπερ κἠ ἄνθρωπ@ τὸ αὐτὸ, κ' παῖς, κ' νεανίσκος, καὶ ἀνὴρ, καὶ γέρων ἐστίν.

Λέγεται δὲ καὶ ὡς ἄλλ@ εἴη ὁ ψεύσας λόγ@, ἄλλ@ δὲ ὁ ἀλαθὴς, διαφέρων τῶνυμα. αἰ γάρ τις ἐρωτᾶσαι τὼς λέγονῆας, ὡς ὁ αὐτὸς λόγ@ εἴη ψεύσας καὶ ἀλαθὴς, ὃν αὐτοὶ λέγοντι, πότερός ἐσιν, αἰ μὲν ψεύσας, δᾶλον ὅτι δύο εἴη· αἰ δ' ἀλαθὴς ἀπεκρίναιτο, καὶ ψεύσας ὁ αὐτὸς ἔτ@· καὶ ἀλαθές τι πόκα εἶπεν, ἢ ἐξεμαρτύρησε· καὶ ψευδῆ ἄρα τἀ αὐτὰ ταῦτα, καὶ αἴ τινα ἄνδρα ἀλαθῆ οἶδε, καὶ ψεύσαν τὸν αὐτόν. ἐκ δὲ τῶ λόγω λέγονῆι ταῦτα, ὅτι γενομένω μὲν τῶ πράγματ@ ἀλαθῆ τ' λόγον, ἀγενήτω δὲ ψεύσαν. ἐκῶν διαφέρει αὖθις τὼς δικασὰς, ὅ, τι κρίνοιῆο. ἃ γὰρ πάρεντι τοῖς πράγμασιν. ὁμολογέονῆι δὲ καὶ αὐτοὶ, ᾧ μὲν τὸ ψεῦδ@ ἀνα-

* al. vitiose Μίμας.

ut dicitur res ipsa facta fuerit, verus est sermo, si non facta, falsus ille ipse. Verbi causa cum sacrilegii quempiam insimules, si tale quid commissum, verus est sermo, si non commissum, falsus. Sic etiam se purgantis oratio, talis est. Et Judices in consessu eundem sermonem verum ac falsum pro libitu decernunt. Imo & nos hic juxta sedentes, si dicamus singuli, Ego sum initiatus, idem certe dicimus omnes, sed verum ego solus, cum & talis ipse sim. Clarum igitur eundem sermonem si illi falsitas adjungatur, falsum esse; sin veritas, verum. Sicut etiam hoc ipsum, homo, puerum, juvenem, virum & senem denotat.

Dicitur vicissim, alium esse sermonem verum, alium falsum, & re ipsa & nomine differentem. Si quis enim eundem esse utrumque dicentes interrogaret, qualis est sermo, quem ipsi asserunt: Si falsum esse respondeant, constat res diversas esse, sin verum, & falsus quoque ille ipse arguitur: & an quis vera multa dixit aut attestatus est? etiam & illa ipsa falsa: & si quis veracem virum cognoverit, & illum quoque mendacem. Absque ratione vero affirmant, re peracta verum esse sermonem, non peracta falsam: nam tum maxime refert, quid decernant judices: rebus enim dum transiguntur, non interfunt. Ipsi confitentur,

2011 Ministerio de Cultura

μέμικται, ψεύσαν ἡμῖν· ᾧ δὲ τὸ ἀλαθὲς, ἀλαθῆ. τοῦτο δὲ ὅλον διαφέρει.

Ταὐτὰ τοὶ μαινόμενοι καὶ τοὶ σοφρονοῦντες, καὶ τοὶ σοφοὶ καὶ τοὶ ἀμαθεῖς, καὶ λέγουσι καὶ πράσσουσι. καὶ πρῶτον μὲν ὀνομάζουσι ταὐτὰ γᾶν, καὶ ἄνθρωπον, καὶ ἵππον, καὶ πῦρ, καὶ τἄλλα πάντα. καὶ ποιέουσι ταὐτὰ, καὶ θηνεῖ, καὶ ἔδουσι, καὶ καθεύδουσι, καὶ τἄλλα καθ' ὑτό. καὶ μὰν καὶ τοὐτὸ πρᾶγμα καὶ μέζον καὶ μεῖόν ἐστι, καὶ ὠλέσον καὶ ἔλασσον, καὶ βαρύτερον καὶ κουφότερον. ὅτω γὰρ εἴη ταὐτὰ πάντα. τὸ τάλαντον ὅσῳ βαρύτερον τᾶς μνᾶς, καὶ κουφότερον τῶν δύο ταλάντων. τοὐτὸν ἄρα καὶ κουφότερον καὶ βαρύτερον. ὃ ζώει ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος κ' οὐ ζώει, καὶ ταὐτά ἐστι κ' οὐκ ἔνι. τὰ γὰρ τῇδε ὄντα, ἐν τᾷ Λιβύᾳ οὐκ ἔστιν, οὐδέ γε τὰ ἐν Λιβύᾳ, ἐν Κύπρῳ, * τὰ δὲ τἄλλα κ' τ' αὐτὸν λόγον. οὐκῶν ὃ ἐνὶ τὰ πράγματα ὃ οὐκ ἐντί.

Τοί τινες λέγοντες τὼς μαινομένως καὶ τὼς σοφῶς, ὃ τὼς ἀμαθεῖς ταὐτὰ διαπράσσεσθαι, καὶ λέγειν, καὶ τἄλλα ἐπόμενα τῷ λόγῳ, οὐκ ὀρθῶς λέγουσι. αἰ γάρ τις αὐτὼς ἐρωτάσαι, αἰ διαφέρῃ μανία σωφροσύνης, καὶ σοφία ἀμαθίης, φαντὶ ναί. εὖ γὰρ καὶ ἐξ ὧν πράσσουσι ἑκάτεροι, δᾶλοι ἐνὶ ὡς ὁμολογησοῦντι. οὐκῶν καὶ ταὐτὰ πράσσουσι, καὶ τοὶ σοφοὶ μαίνονται, καὶ τοὶ μαινόμενοι σοφοὶ, καὶ πάντα συνταράσσονται. ὃ ἐπ' ἄργεθ' ὁ λόγος, πότερον οἷον ἐν δέοντι τοὶ σωφρονοῦντες λέγουσι ἢ τοὶ μαινόμενοι. ἀλλὰ γὰρ φαντὶ ὡς ταὐτὰ μὲν

tentur, cui immiſcetur falſitas, falſum, cui veritas verum. Hoc autem toto cœlo differt.

Similiter autem inſani & ſobrii, docti & indocti & vocant res & agunt: primo ita vocant iſta terram, hominem, equum, ignem, cæteraque omnia; dein eadem agunt, ſedent, edunt, bibunt & decumbunt, ſimilique modo cætera. Sed & eadem res & major & minor eſt, numeroſior pauciorque, gravior & levior, Sic enim ſint ſane hæc omnia: talentum mina ponderoſus, duobus talentis levius; idem ergo gravius & levius. Ita etiam idem homo vivit & non vivit: eadem res eſt & non eſt: quæ enim hoc loco ſunt, in Africa non ſunt. Quæque in Africa, non in Cypro; cæteraque pari ratione. Res igitur ſunt, & non ſunt.

Qui vero aſſerunt inſanos, ſapientes & indoctos ſimiliter agere & appellare, cæteraque in iſto ſermone condita, non recte dictunt. Si enim quis ipſos interrogaret, an à ſobrietate diſtinguatur inſania, ab inſcitia ſapientia, confitentur ſtatim. Conſtat enim ex his, quæ faciunt alterutri, quod id agnoſcent. Si igitur eadem agant, ſequitur, ſapientes inſanire, inſanos ſapere, & omnia ſic perturbantur. Dein inutilis quæſtio, num oportuna loquantur ſapientes an inſani? ajunt vero eadem utrosque dicere rogatos, ſed

* Num in Cypro fuit auctor, cum hæc ſcriberet vel diceret?

2011 Ministerio de Cultura

μὲν λέγονλι, ὅταν τὶς αὐλῶς ἐρωλῇ· ἀλλὰ τὸι μὲν σοφοὶ, ἐν τῷ δέοντι, τὸι δὲ μαινόμενοι, αἰ δεῖ· καὶ ὅτο λέγοντες, δοκοῦντι μικρὸν πολιθῆναι, αἰ δεῖ καὶ μὴ δεῖ· ὥστε δ μηκετι τωὐτὸ ἦμεν. ἐγὼ δὲ δ πράγμαλ᾽ ποσότω ποιεθέν᾽ ἀλλοιῶδαι δοκῶ τὰ πράγμαλα, ἀλλ᾽ ἁρμονίας διαλλαγείσας· ὥσπερ γλαυκὸ καὶ γλαυκὸς, ξάνθ᾽ καὶ ξανθὸς, ξύθ᾽ ὁ ξυθός. ταῦτα μὲν τὰν ἁρμονίαν ἀλλάξανλα διήνεγκαν. τὰ δὲ μακρῶς καὶ βραχυτέρως ῥηθέν᾽α Τύρ᾽ ὁ τυρὸς, σάκ᾽ ὁ σάκκ᾽. ἄτερα δὲ, γράμματα διαλλάξαντα, κάρ᾽ καὶ κρέας, ὄνος καὶ νόος. ἐπεὶ οὖν δν ἀφαιρεθέντος ὀδενὸς τοσοῦτον διαφέρει, τί δὴ ἂν ἢ πολιθεῖ τι, ἢ ἀφαιρεῖ; καὶ ὅτο δείξω οἷόν ἐσ᾽ι. αἴ τις ἀπὸ τῶν δέκα ἓν ἀφέλοι, ἆρ᾽ ἔτι δέκα ὀδὲ ἓν ἔσ᾽η. ὁ ἄλλα καθ᾽ αὑτό. τὸ δὲ τ᾽ αὐτὸν ἄνθρωπον καὶ ἦμεν καὶ μὴ ἦμεν ἐρωτῶ, τί ἢ τὰ πάντα ἐστίν; ἆρ᾽ ὧν αἴ τις μὴ φαίη ἦμεν, ψεύδεται· τὰ πάντα εἰπόντες, ταῦτα πάντα ὧν πῆ ἐν᾽ι.

sapientes opportune, insanos autem, & cum non decet. Hoc igitur asserentes parvum quiddam adjiciunt, videlicet si decet, vel non decet; unde sequitur non idem esse. Cæterum ego tali quopiam adjecto res ipsas variari non arbitror, sed concentum immutatum. Exempli gratia γλαῦκ᾽ & γλαυκὸς, ξάνθ᾽ & ξανθὸν, ξύθ᾽ & ξυθὸς; hæc enim variante concentu differunt: quædam tardius vel celeriter prolata, Τύρ᾽ & τυρὸς, σάκκ᾽ & σάκ᾽. Alia literas transponunt, ut κάρ᾽ κρέ᾽, ὄν᾽ νό᾽. Si igitur nihil dempto, tanta est differentia, quid si quis aliquid adjiciat aut subtrahat? & hoc quale sit, ostendam. Si quis à numero denario unum auferat, quod reliquum nec unum est nec decem. Quantum autem ad illud, eundem hominem esse & non esse, rogo omnia num sint? Qui enim dicit non esse, mentitur; quia omnia cum dicunt, utique illa usquam esse oportet.

DISPUTATIO V. *

An virtus & sapientia doceri possint.

Λέγεται δέ τις λόγος ὅτ᾽ ἀληθὴς, ὅτε κενός· ὅτι ἀρα σοφία καὶ ἀρετὰ ὅτε διδακτὸν εἴη, ὅτε μαθατόν. τοὶ δὲ ταῦτα λέγοντες ταῖσδε ἀποδείξεσι χρῶνται, ὡς ὐχ οἷόν τε εἴη, ἂν ἄλλῳ

Dicitur etiam sermo, nec verus nec tamen inanis, sapientiam & virtutem nec disci nec doceri posse. Qui autem ita asserunt, his rationibus demonstrant, quia fieri non potest,

* Nullus hic titulus, nulla distinctio in MS.

2011 Ministerio de Cultura

ἄλλῳ τῳδὶ δηλοίης, ἕτο αὐτὸ ἔτι ἔχεν. μία μὲν δὴ αὕτη. ἄλλα δὲ, ὡς αἱ διδακτὸν ἦν, διδασκαλοί κα ἀποδεδεγμένοι ἦεν, ὡς τᾶς μωσικᾶς. Τρίτα δὲ, ὡς τοὶ ἐν τᾷ Ἑλλάδι γενόμενοι σοφοὶ ἄνδρες, τὰ αὐτῶν τέκνα ἂν ἐδίδαξαν καὶ τοὺς φίλως. τετάρτα δὲ, ὅτι ἤδη τινὲς τῶνδε σοφιστὰς ἐλθόντες, οὐδὲν ὠφέληθεν. πέμπτα δὲ, ὅτι πολλοὶ σὺ συγγενόμενοι σοφισταῖς, ἄξιοι λόγω γεγένηνται.

potest, ut quod alii tradas, illud et iamnum ipse habeas: hæc una ratio. Alia vero, si doctrina comparari poterat, hujusce præceptores exstarent æque ac Musices. Tertia, tum etiam viri sapientes, quos tulerit Græcia, filios suos & amicos instituissent. Quarta, quosdam qui sophistas frequentarunt, nihil percepisse commodi. Quinta, plures cum sophistis nunquam versatos, celebres tamen evasisse.

Ἐγὼ δὲ κάρτα εὐήθη νομίζω τόνδε τὸν λόγον. γινώσκω γὰρ τοὺς διδασκάλως γράμματα διδάσκοντας ἃ καὶ αὐτὸς ἐπιστάμενος τυγχάνει, καὶ μαθητὰς μαθητίζεν. πρὸς δὲ τὸν δευτέραν ἀπόδειξιν, ὡς ἄρα οὐκ ἐστὶ διδάσκαλοι ἀποδεδεγμένοι, τί μάν τοι σοφισταὶ διδάσκουσι, ἀλλ' ἢ σοφίαν καὶ ἀρετάν; ἢ τί δὲ Ἀναξαγόρειοι καὶ Πυθαγόρειοι ἦεν; τὸ δὲ τρίτον, ἐδίδαξε Πολύκλειτος τὸν υἱὸν ἀνδριάντας ποιεῖν. καὶ αἱ μέν τις μὴ διδάξῃ, οὐ σαμῆον. αἱ δ' ἐστὶν διδάξαι, τεκμάρσιον ὅτι δυνατόν ἐστι διδάξαι. τέταρτον δὲ, αἱ μή τοι τῳδὲ σοφῶν σοφιστῶν σοφοὶ γίνονται. καὶ γὰρ γράμματα πολλοὶ δὴ ἔμαθον μαθόντες. ἔστι δέ τις καὶ φύσις. αἱ δέ τις μὴ μαθὼν τῳδὲ σοφιστῶν ἱκανὸς ἐγένετο εὐφυὴς, καὶ γενόμενος ῥᾳδίως συναρπάξαι τὰ πολλὰ ὀλίγα μαθών. παρ' ὃν-

Cæterum ego hunc sermonem valde fatuum arbitror. Etenim probe novi præceptores literas, & eithariſtas artem citharam pulsandi docere, quorum tamen ipsi periti manent. Ad secundam rationem, nullos haberi magistros; quid aliud docent sophistæ quam virtutem & sapientiam? aut quare appellantur quidam Anaxagorei aut Pythagorei? ad tertiam, Polycletus filium suum simulacra fingere docuit. Et si quis docere non volet, illud nequaquam arguit. Sed si licet, constat quod doceri potest. Ad quartam respondeo, quid si quidam sophistas doctos adeuntes, ipsi sapientes non evaserint? Nam & literas discentes plures, non tamen attingunt; etenim multum valet indoles. Si quis autem sophistarum consortio non utens, idoneus evasit, nempe is felici ingenio aptus natus fuit pauca discendo multam doctrinam arripere.

περ

2011 Ministerio de Cultura

περ καὶ τὰ ὀνόματα μανθάνομεν, καὶ τούτων ἢ ἧττοι πλέον, ἧττοι ἔλασσον· ὁ μὲν πρὸ πατρὸς, ὁ δὲ πρὸ μητρός. αἱ δέ τῳ μὴ πιστὸν ἐνῇ τὰ ὀνόματα μανθάνειν ἅμα, ἀλλ' ἐπισταμένως ἅμα γίνεσθαι, γνώτω ἐκ τῶνδε· αἴ τις εὐθὺς γενόμενον παιδίον ἐς Πέρσας ἀποστέμψαι, καὶ τηνεὶ τρέφοι, κωφὸν Ἑλλάδος φωνᾶς, πρίζοι καὶ καὶ καὶ αἴ τις τηνόθεν τῇδε κομίζοι, Ἑλλανίζοι κα. ὅτω μανθάνομεν τὰ ὀνύματα. καὶ τὼς διδασκάλως, ἀκὶ ἆμες; ἀ λέλεκταί μοι ὁ λόγος, κᾀ ἔχεις ἀρχὴν κᾀ τέλος κᾀ μέσην; κᾀ ἀ λέγω ὡς διδακτός ἐσιν, ἀλλ' ὅτι ἀποχρῶνθί μοι τῆναι τὰ ἀποδείξεις.

Λέγονθί δέ τινες τῶν δημαγορούντων, ὡς χρὴ τὰς ἀρχὰς ἀπὸ κλάρου γίνεσθαι, ἀ βέλτιστα ταῦτα νομίζοντες. εἰ γάρ τις αὐτὸν ἐρωτῴη τ' ταῦτα λέγοντα, τί δὴ σὺ τοῖς οἰκέταις ἀκ ἀπὸ κλάρου τὰ ἔργα προστάττεις, ὅπως ὁ μὲν ζευγηλάτας, ἀλλ' ὀψοποιὸς λάχῃ ὀψοποιᾶ, ὁ δὲ ὀψοποιὸς ζευγηλατῇ; κᾀ πάλλα κ' ἕτ. κᾀ πῶς ἀ κᾀ τὼς χαλκέας καὶ τὼς σκυτέας συναγαγόντες κᾀ τέκτονας καὶ χρυσοχόας διεκλαρώσαμθ καὶ ἠναγκάσαμεν, ἂν ἄν χ' ἕκαστος λάχῃ τέχναν ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἂν ἐπίστατο. τωὐτὸν δὲ καὶ ὃν ἀγῶσι τὰς μωσικὰς ἀγωνιστὰς διακλαρῶσαι τὼς ἀγωνιστάς. καὶ ὅ, τι χ' ἕκαστος κα λάχῃ, ἀγωνίζεσθαι· αὐλητὰς κιθαρίζέτω τυχὸν, καὶ κιθα-

pere. Ut à quibus rerum nomina discimus: & hæc certe aliquando magis, aliquando minus; partim à patre, partim vero à matre. Sed si quis non credat nomina addisci, sed cum scientia quadam simul exoriri, inde cognoscat; Si quis infantem statim postquam natus est, in Persiam mittat, ibique educet Græcæ linguæ ignarum, Persice loquetur: si quempiam ibi natum huc transportaret, Græce sciet. Præceptores vero nonne agimus nos? Nonne sermonem meum peregi, ejusque principium, medium & finem habes? Nec affirmo illum doceri posse, sed quod hæc mihi sufficiunt argumenta.

At quidam populares oratores asserunt, quod oportet, Magistratus sorte conferri; non recte quidem sentientes. Etenim interrogare licet talia dicentem, cur non & tu servis opera sorte distribuis, ita ut jugarius coqui officium sortitus opsonia paret, ut coquus plaustrum agat: cæteraque hujusmodi. Et quare non fabros, sutores, structores, aurarios convocantes, sorte opera partiamur, & cogamus quemlibet artem quam fortitus est exercere, non illam qua instructus est. Eodemque recidit, si Musico certamine sorte designentur Agonistæ, & in eo, quod sortitus est, contendat quisque: ita fortasse tibicen citharam pulsabit, citharista

2011 Ministerio de Cultura

χιθαρῳδὸς αὐλήσει. καὶ ἐν τῷ πολέμῳ τοὺς ὀξύπους καὶ τοὺς ὁπλίτας ἱππάσεῖται, ὁ δὲ ἱππεὺς ὀξεύσει. ὥστε πάντες ἃ μὴ ἐπίστανται μηδὲ δύνανται, μηδὲ πράξουσι. λέγοντι δὲ ἀγαθὸν ἦμεν καὶ δαμοτικὸν χάρτα. ἐγὼ ἥκιστα νομίζω δαμοτικόν. ἐνὶ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι μισόδαμοι ἄνθρωποι, ὧν αἶκα τύχῃ ὁ κύαμος, ἀπολοῦντι τὸ δᾶμον. ἀλλὰ χρὴ τὸ δᾶμον αὐτὸν ἰρῶντα, αἱρεῖσθαι πάντας τοὺς ἐυνοῦς αὑτῷ καὶ τοὺς ἐπιτηδείως στρατηγεῖν, ἀτέρως δὲ νομοφυλακεῖν, καὶ πάλλα.

Hoc loco lacuna in MS.

Ἀνδρὸς κὴ τὰς αὐτὰς τέχνας νομίζω κὴ βραχύ τε δύνασθαι καὶ ἀλέγεσθαι, καὶ ἀλάθειαν τῶν πραγμάτων ἐπίστασθαι, καὶ δικάσασθαι ὀρθῶς, καὶ δαμαγορεῖν οἷόν τ' ἦμεν, καὶ λόγων τέχνας ἐπίστασθαι, καὶ φεῖ φύσιος τῶν ἁπάντων, ὥστε ἔχει καὶ ὡς ἐγίνετο, διδάσκειν. καὶ πρῶτον μὲν ὁ φεῖ φύσιος τῶν ἁπάντων εἰδὼς, πῶς ἃ δυνασεῖται φεῖ πάντων ὀρθῶς καὶ πράσσειν; ἔτι δὴ ὁ τὰς τέχνας τῶν λόγων εἰδὼς, ἐπισασεῖται καὶ περὶ πάντων ὀρθῶς λέγειν. δεῖ γὰρ τ' μέλοντα ὀρθῶς λέγειν, περὶ ὧν ἐπίστασθαι περὶ τούτων λέγειν. πάντων γὰρ ἐπισασεῖται· πάντων μὲν γὰρ τῶν λόγων τὰς τέχνας ἐπίστασθαι, τοὶ δὲ λόγοι πάντες περὶ πάντων τῶν ἐ- - - - * δεῖ δὲ ἐπίστασθαι

thariſta tibia canet: & in bello contingit ſagittarios & graviter armatos equitare, equitem vero jaculari. Et ſic omnes ea, quæ nequaquam callent aut intelligunt nunquam præſtare poſſunt. At rem bonam & popularem eſſe clamitant. Sed ipſe minime popularem credo: nam ſunt quidam in civitatibus, ſtatus illius hoſtes, in quos ſi faba inciderit, plebem deſtruent. Enimvero oportet ut plebs ipſa proſpiciens, ſibi benevolos eligat omnes, quosdam militum præfecturam gerere magis idoneos, quosdam legibus præſidere, & ſic in cæteris.

Ego arbitror virum poſſe tam continua oratione ſecundum artem, quam brevibus reſponſis diſſerere & rerum veritatem ſcire, & rite jus dicere; poſſe item concionari & artem oratoriam callere, & alios in rerum omnium natura inſtruere, ut ſe habent, & generantur. Et primo qui omnium naturam cognovit, quomodo omnia recte non peraget? dein qui Rhetoricam artem callet, etiam de omnibus rebus optime perorabit. Etenim probe dicturum oportet, de iis rebus concionari quæ novit; nam omnium peritum ſuppono. Omnium ſermonum artem tenet: ſermones autem omnes circa omnia cognoſcibilia verſantur; & certe qui rite concionari volet, eas res

2011 Ministerio de Cultura

ϑαι τ' μέλλοντα ὀρθῶς λέγειν, ϖεὶ ὅτων ϰαὶ λέγοι, * * ϰαὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ ὀρθῶς διδάσϰειν τὴν πόλιν ϖράσσειν, τὰ δὲ ϰαϰὰ τὼς ϰωλύειν. εἰδὼς δέ γε ἀυτὰ, εἰδήσει ϰαὶ τὰ ἄ-ϖερα τούτων· πάντα γὰρ ἐπίσασθαι· ἔσι γὰρ ταῦτα τῶν πάντων, ϰεῖνα δὲ ϖολὶ ϖαυτὸν τὰ δέοντα ϖράσσεῖται. χρὴ ϰἂν μὴ ἐπίσαται αὐλεῖν, αἰ δυνασεῖται αὐλεῖν, αἴ ϰα δέῃ τοῦτο ϖράσειν. τ' δὲ διϰάζεσθαι ἐπίσάμενον δεῖ τὸ δίϰαιον ἐπίσασθαι ὀρθῶς. ϖεὶ γὰρ τούτων τὸ διϰάζεσθαι. εἰδὼς δὲ τοῦτο, εἰδήσει ϰαὶ τὸ ἐναντίον αὖτω ϰαὶ τὰ * ϖέρεια. δεῖ δὲ αὐτὸν ϰαὶ τὼς νόμως ἐπίσασθαι ϖάντας. αἰ δίνυν τὰ ϖράγματα μὴ ἐπίσασεῖται, ϰδὲ τὼς νόμως. τ' γὰρ ἐν μωσιϰᾷ νόμον τις ἐπίσασθαι ὅσπερ ϰαὶ μωσιϰάν· ὃς δὲ μὴ μωσιϰάν, ϰδὲ τ' νόμον. ὃς γὰρ τὴν ἀλάθειαν τῶν ϖράγμάτων ἐπίσασθαι, εὐσεβὴς ὁ λόγος ὅτι ϖάντα ἐπίσάσθαι· ὃς δὲ βραχύ, δεῖ νιν ἐρωτώμενον ἀποϰρίνεσθαι ϖεὶ ϖάντων· ϰαὶ δεῖ νιν ϖάντ' ἐπίσασθαι.

scire oportet, de quibus dicturus est. Sed & civitatem, ut quod bonum est agat, docere debet, & impedire ne quid malum. Hæc autem sciens, alia ab his diversa cognoscet. Et-enim omnium peritum suppono: & etiam ista in eo verbo continentur. Atque eadem quonam tempore decenter & opportune peraguntur, cognoscet; ideoque etsi tibia canere non potest, si tamen posset, quando opportune faciendum est, intelligere debet. Porro qui judicis officium obire novit, oportet ut quod justum est, probe intelligat: In hoc enim versatur judicandi munus; hoc autem instructus contrarium etiam cognoscet * * Sed & leges omnes tenere debet. Si vero res non cognoscat, nec etiam leges; etenim ille leges sive regulas Musicæ callet, qui Musicam quoque ipsam: qui vero non Musicam, nec ipsas regulas. Et qui rerum veritatem noscit, facile illi negotium est, ad scientiam omnium pervenire. Sed in concisa interrogandi arte peritus, ad omnem quæstionem respondere debet; ergoque necesse est, ut omnia intelligat.

Μέγιστον δὴ ϰαὶ ϰάλλιστον ἐξεύρημα ἑύρῆσθαι ἐς τ' βίον, μνάμα, ϰαὶ ἐς ϖάντα χρήσιμον, ἐς φιλοσοφίαν τε ϰαὶ σοφίαν. ἔσι δὲ τοῦτο, ἐὰν ϖερὶ

Sed optimum fuit, & in vitæ commoda pulcherrimum inventum memoriæ artificium ad omnia utile tam Philosophiam quam Sapientiam. Hoc autem in eo consistit, primo

2011 Ministerio de Cultura

πρῶτον σέχης τ' νῶν, ἀφ' ὧν τούτων παρελθοῦσα γνῶμα μᾶλλον αἰσθησεῖται σύνολον ὃ ἔμαθες. δεύτερον δὲ μελέτων, αἴ κα ἀκούσῃς. τὸ γὰρ πολλάκις ταὐτὰ ἀκοῦσαι καὶ εἰπεῖν, εἰς μνήμαν παρεγένετο. τρίτον, αἴ κα ἀκούσῃς, ἔπειτα οἶδας καταθέσθαι, οἷον τάδε· δεῖ μεμνᾶσθαι Χρύσιππον, κατθέμεν ἐπὶ τ' χρυσὸν καὶ τ' ἵππον. ἄλλο, πυρίλαμπα, κατθέμεν ἐπὶ πῦρ καὶ τὸ λάμπειν. τάδε μὲν περὶ τῶν ὀνομάτων. τὰ δὲ πράγματα ὅτως. περὶ ἀνδρείας, ἐπὶ τὸν Ἄρη καὶ τ' Ἀχιλλῆα· περὶ χαλκείας δέ, ἐπὶ τ' Ἥφαιστον· περὶ δειλίας, ἐπὶ τ' Ἐπειόν.

primo si animum admodum advertas. Nam tum mens una pertransiens, magis totum apprehendet, quod didiceris. Secundo si mediteris assidue audiendo: eadem enim sæpius audire & repetere, ad memoriam multum juvat. Tertio si rerum quas audis, imagines reponere noveris; exempli gratia, si *Chrysippum* meminisse voles, in *auri* & *equi* imagine conserves: si vermiculum *Pyrilampen* appellatum, imagineris *ignem* & *splendere*. Hæc quidem de verbis. De rebus autem hoc modo: Quæ ad fortitudinem spectant, in *Achille* reponenda; quæ ad artem fabrilem, in *Vulcano*; quæ ad timiditatem in *Epeo*.

MS. Σῆ. ὅτι τὸ ἐπίλοιπον οὐχ εὑρέθη.

VII. JOANNES, Zachariæ F. Christianus scriptor, clarus tempore Andronici Palæologi senioris circa A. C. 1300. licet ab aliis traditur vixisse A. 1100. Notior est ACTUARII nomine, quæ tamen fuit appellatio dignitatis, propriæ Medicis, de qua eruditiss. Cangius: *Ἀκτουάριος inter dignitates Palatinas occurrit in Catalogo dignitatum Palatinarum ex Codice Regio n. 49. ea vero spectabat duntaxat Medicos. Anonymus de iisdem dignitatibus:*

Καὶ τοῖς ἰατροῖς Ἀκτουάριον ὅρα.

Gregorius Acropolita cap. 39. ἀντέλεγε δὲ τοῖς λεγομένοις ὁ ἰατρὸς Νικόλαος ἀνὴρ ἥκιστα μὲν φιλοσοφίας μεταχών, ἄκρος δὲ τὴν οἰκίαν τέχνην, ἣ μάλιστα τὴν ἀφ' πείρας γινωσκομένην -- Ἀκτουαρίου δὲ εἶχε τιμήν. Pachymeres lib. 6. c. 36. ubi de morte Michaëlis Palæologi Imp. ὡς γὰρ ἡ κυρία ἐνέσκηψε, καὶ ἤδη τὰ τοῦ θανάτου, καὶ μᾶλλον τοῖς ἰατροῖς, προσδόκιμα ἦν, τῷ μὲν Ἀκτουαρίῳ Καβασίλᾳ οὐκ ἀσφαλὲς τοῦ ὑπομιμνήσκειν τὰ τοῦ κινδύνου ἐδόκει. Habetur inter opuscula Pselli in Cod. Reg. Paris. fol. 102. μονῳδία εἰς τὴν Ἀκτουαρίου ἀδελφήν. Sed & in Codice Barocciano 131. Oxoniæ,

2011 Ministerio de Cultura

niæ, μονῳδία εἰς Ἀκτουάριον ἰατρόν. Ὀκτάριον vocant codices Cæsarei apud Lambecium VI. p. 113. & 114. Ptochoprodromus MS. contra Hegumenum:

Εἶδες παναρίστον ἰατρὸν, εἶδες τεχνίτην μέγαν,
Διέβη τὸν Ὀκτάριον ἢ καὶ τὸν Καινικλεῖα,
Διέβη καὶ τὸν Γαληνὸν καὶ τὸν Ἀριστοτέλην.

Unde vero id nominis, medicis potissimum attributum, quod pluribus inquirit ad Pachymerem Petrus Possinus, T. 1. p. 366. seq. & T. 2. p. 469. fateor mihi incompertum, ut & an Joannes Zachariæ filius, qui vulgo Ἀκτουάριος indigitatur, hanc dignitatem obtinuerit: qui quidem si Josephus Racendytes ad quem librum de affectibus spiritus animalis scripsit, is est Racendytes, (quod parum est verisimile) cujus meminit Nicetas in Alexio Comneno lib. 2. n. 5. p. 323. vixerit sub eodem Imperatore: Sed fuit non Alexius verum Andronicus Palæologus senior, à quo ad Hyperboreos Scythas (ita Russos idem Nicetas in Manuele lib. 4. c. 2. p. 84. appellat) legatum pro gente sua (Græcorum) missum se narrat Actuarius initio lib. 1. de methodo medendi. Nam in Codice Cæsareo liber 1. inscribitur Apocauco, qui Apocaucus sub Andronico Palæologo seniore vixit: itaque ad hoc ævum jure eum revocat Lambecius lib. VI. p. 113. Idem testatur in aliis Codicibus eum vocari Πυροστῶλον, & in alio Πυροστῶλον νεόν ἀρχιητρόν. Vide p. 115. 118.

Ejus scripta sunt:

1) Σύνταγμα περὶ οὔρων, *libri septem de urinis* Græce necdum editi, sed qui MSti exstant in Bibl. Cæsarea, teste Lambecio VI. p. 88. & 111. & in Coisliniana p. 447. aliisque. Sunt autem:

De differentiis urinarum liber I.
De judiciis urinarum libri duo. II. III.
De urinarum causis libri duo. IV. V.
De prævidentiis ex urinis libri duo. VI. VII. Περὶ Διαγνώσεως παθῶν libri II. MSti in Bibl. Caroli de Montchal, teste Labbeo pag. 124. Bibl. Nov. MSS.

Ἑρμηνεία ἐκ τῶ Πυροστῶλε εἰς τὴν δυσεξίαν, MS. Lambec. VI. p. 118.

Latine Libri VII. de urinis, *Ambrosio Leone* Nolano, Marini F. interprete,* Venet. apud Laur. Vitalem 1519. 4. Paris. 1522. 4. apud Sim. Coli-

* Apud Lindenium & Merklinum perperam legas Ambrosii Leonis *interpretatio Græca lib. VII. de urinis.* Apud Tiraquellum de nobilitate pag. 331. *Leonolanum* pro Leone Nolano.

2011 Ministerio de Cultura

Colinæum: & cum Antonii Thyleſii, Conſentini libello de coloribus & Pauli Æginetæ de Criſi ac diebus decretoriis & eorum ſignis, & Andreæ Leennii Medici Epiſtola ad Philippum Buchamerum de urinarum προγνώσει non negligenda. Baſil. apud Andr. Cratandrum 1529. 8.

Ex eadem Leonis verſione à *Jacobo Goupylo* recognita, Pariſ. apud Jo. Rovignum 1548. 8. & Lugd. 1556. 8. & eodem anno forma minore: & in artis Medicæ principibus, apud H. Stephanum 1567. fol. & Trajecti ad Rhen. 1670. 8. additis ſcriptis 1) Jodoci Willichii Reſelliani de probationibus urinarum cum ſcholiis Medicis Hieron. Reuſneri, Leorini, & remediorum, ex urina deſumtorum expoſitione. 2) Thomæ Willis diſſertatione de urinis ad Radulphum Bathurſtium. 3) Guil. Strateni de fallaci urinarum judicio. 4) Ariſtotelis de coloribus libello, Cœlio Calcagnino interprete. 5) Antonii Thyleſii de coloribus.

Compendium Conradi Geſneri, Tigur. 1541. 8.

Alexandrum & *Theophilum* de urinis laudat Actuarius lib. 1. de differentiis urinarum c. 2. De Alexandro p. 593. de Theophilo dicturus ſum infra. Tantum hoc loco notabo librum, quem à Palladio iatroſophiſta Alexandrino de urinis ſcriptum & à Fed. Morellio A. 1608. editum ſcribit eruditiſſ. Conringius introduct. in Medicin. c. 6. §. 5. p. 418. non eſſe Palladii ſed Theophili.

Avicennam de urinis, ex Arabico Græce vertiſſe Actuarius dicitur, cujus exempla duo apud Dominicum Monteſaurum, Veronenſem exſtitiſſe memorat Jo. Georgius Schenckius Bibl. iatrica p. 7. Goupylus trium Codicum meminit. Inediti de urinis ſcriptores Græci referentur à me infra, capite VIII.

2) Θεραπευτικῆς μεθόδου. *De methodo medendi libri VI.* ad *Apocaucum* ſive *Apocauchum*, qui apud Joannem Cantacuzenum Imperatorem gratioſus, magnisque dignitatibus functus fuit, & cum Actuario apud Joſephum Racendytam * Philoſophiæ & Medicinæ operam dederat. Τῷ ὠδηκοιμωμένῳ (Cubiculariorum Imperatoris præfecto: vide Poſſinum ad Pachymerem T. 1. p. 406. ſeq.) τῷ Ἀποκάυκῳ (in Jo. Cantacuzeni hiſtoria, qui paſſim hujus Apocauci meminit, ſcribitur Ἀπόκαυχος) τῷ Κοιαίσορι Χρηματίσαντι μεγάλῳ Δυκί. Nunquam Græce hoc opus prodiit. In Codice Cæſareo MS. liber

 primus

* Vide Lambecium, VI. p. 112.

2011 Ministerio de Cultura

primus & ſecundus una ſerie junĉti leguntur titulo *Epitomes Medicinæ*, βιβλίον ἰατρικὸν περιέχον πᾶσαν τέχνην ἐν ἐπιτόμῳ. Tertius autem inſcribitur θεραπευτικῆς μεθόδε, & liber ſextus θεραπευτικῆς μεθόδε βιβλίον δεύτερον. Quartus περὶ θεραπευτικῆς μεθόδε τῶν κζ΄ μέρος παθῶν. Quintus diviſus in Capita CCCXX. θεραπευτικῆς μεθόδε βιβλίον πέμπτον. Ita apud Lambecium VI. p. 113. in alio tamen p. 115. receptus in editis ordo librorum ſervatur. MS. hoc opus θεραπευτικῆς μεθόδε & περὶ συνθέσεως φαρμάκων etiam in Codice Bavarico 136. Latine, *Henrico Mathiſio*, Brugenſi Medico, interprete, Venet. 1554. 4. Pariſ. 1554. 4. & in operibus Actuarii Lugd. apud Jo. Tornæſium 1556. forma minore. Atque in Medicæ artis principibus H. Stephani. 1567. fol.

Actuarius *de medicamentorum compoſitione*, ſive Methodi medendi liber V. & VI. interprete *Joanne Ruellio*, Sveſſionenſe, Pariſ. 1539. 12. & Venet. 1541. forma minore. Et Pariſ. 1546. 8. cum præf. Dionyſii Corronii ad Franciſcum I. Galliæ Regem. Perperam in Hendreichii pandectis dicitur in hos Actuarii libros ſcripſiſſe Dionyſius Coronæus. Perperam etiam apud Lindenium & Merklinum & in Bælii Lexico liber de compoſitione Medicamentum à ſex libris de methodo medendi diſtinguitur. Prodierunt & hi libri duo Baſileæ apud Robertum Winter 1540. 8. cui editioni Conradus Geſnerus Græce & Latine ſubjunxit excerptam à ſe ſuccedaneorum medicaminum tabulam ex Galeno, Dioſcoride, Aëtio & Paulo Ægineta.

Ex hoc opere excerptum *de febribus* apoſpaſmation in opere Veneto de Febribus p. 176.

De venæſectione MS. Labbe p. 124. Bibl. nov. MSS.

De diæta liber, Schenckio memoratus.

3) Περὶ ἐνεργειῶν καὶ παθῶν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος καὶ τῆς κατ' αὐτὸν διαίτης, *de actionibus & affectibus ſpiritus animalis, ejuſque victu ac nutritione*, libri II. Græce primo editi *Jac. Goupyli* beneficio, Pariſ. apud Martinum Juvenem 1557. 8. Scripti hi libri ad amicum Philoſophum, qui mentis noſtræ naturam intelligentia præditam & à ſpiritibus animalibus membra noſtra moventibus diſtinctam demonſtrarent, ὅτι ἐν ἡμῖν θεῖον ἔνοεροὸν πνεῦμα πέφυκας, ὃ δὴ διαλάμπον διὰ τοῦ ψυχικοῦ τούτου καὶ κινη-

2011 Ministerio de Cultura

κινητικῷ * πνεύματι τὰς ἐν ἡμῖν ἀποπληροῖ ἐνεργείας - - - In ejus gratiam ſuſcepiſſe ſe hanc lucubrationem non diffitetur, quem non amicum modo ſed divinum parentem appellat, καὶ τῷ τηλικούτῳ καλέζεσθαί σοι φίλῳ καὶ θείῳ πατρί. Nomen hujus amici addidit interpres Latinus *Joſephum Racendytam*, haud dubie ex MSto Codice: nam & in Cæſareo Græco Vindobonenſi, de quo Lambecius VI. p. 111. additur: πρὸς τὸ φιλοσοφώτατον κύριον Ἰωσήφ. Fuit hic Joſephus Racendyta Actuarii & Apocauchi, qui apud Joannem Cantucuzenum gratioſus fuit, præceptor, cujus epitome Rhetorica MSta exſtat in eadem Bibl. Vindobonenſi, teſte Neſſelio IV. p. 41. n. LXX. vide & Lambecium VI. p. 112. & Jo. Boivinium ad Nicephorum Gregoram p. 778. ubi Apocauci hujus & Hippocratis effigies ex veteri Hippocratis Codice MS. Quos vero lib. 1. c. 9. Actuarius laudat verſus Empedoclis, habent etiam Ariſtoteles II. 4. Metaphyſ. Sextus Empiricus contra Grammaticos ſect. 303. contra Logicos ſect. 92. 121. & Chalcidius p. 131. 305. De Actuarii placitis conferendus Jo. Conrad. Barchuſen Diſſ. XVII. de Medicinæ origine & progreſſu p. 290. ſq.

Latine *Julio Alexandrino* Tridentino interprete. Venet. 1547. 8. & 1554. 4. atque inter alia Actuarii ſcripta Lugd. 1556. 8. & Pariſ. apud Morell. 8. atque in Medicæ artis principibus H. Stephani An. 1567. fol.

De puerorum doctrina ſive educatione liber verſibus ſcriptus & Venet. apud Petrum de Nicolonis de Salio 1567. 8. qui inter Actuarii lucubrationes memoratur à Lindenio & Merklino, atque inde in pandectis Hendreichii, non Actuarii eſt, ſed interpretis ejus Julii Alexandrini, editus primum Venet. 1547. 8.

Πυροπάλη περὶ τῶν σταθμῶν. *De ponderibus.* MS. Lambec. VI. p. 117.

Actuarii *commentarii in Aphoriſmos Hippocratis*, Jo. Georg. Schenckio teſte ſervantur MSS. apud Felicem Paciotum, Urbinatem.

Regalium ſermonum libri ſecundi, Gibertus Longolius dialogo de avibus commeminit, eodem Schenckio annotante.

VIII. ORIBASIUM patria communis cum Galeno, Pergamus perinde ornavit judice Ennapio, a) uti eloquentes viros terra Attica; nam

* Non ſollicitandum hoc verbum, falliturque Goupylus qui Διανοητικῷ roponendum jubet, & interpres, qui reddit *intelligibilem.*

a) Eunap. vit. Sophiſtar. p. 139.

2011 Ministerio de Cultura

nam ſicut Athenas doctrina & dicendi arte, ita Pergamum Medicinæ ſcientia Apollinis Æſculapiique cultu b) nobilem fuiſſe conſtat. Diſcipulus fuit Zenonis *Cyprii Medici ſimul cum Magno Antiocheno & Jonico Sardiano, c) unde & ipſe Sardianus, quod per tempus eſſet Sardibus verſatus, à Suida dicitur. Apud Julianum Cæſarem gratioſus, pro Medico ipſi fuit, ſed longe alia etiam cum eo tractaſſe patet, vel ex Epiſtola Juliani XVII. ſcripta ad hunc Oribaſium, & quod Eunapius refert, illius operam Juliano profuiſſe, ut ad Imperium eveheretur, idque diſertius expoſuiſſe ſe teſtatur in hiſtoriarum libris, quos intercidiſſe dolemus. A Juliano conſtitutum CPoli Quæſtorem, Suidas memoriæ prodidit. Addit p. 250. Cedrenus miſſum etiam Delphos, & ſciſcitanti oraculum, reſponſum illud jam deficere, & nullum amplius eſſe. Inde poſt Julianum extinctum exilio damnatus à Valentiniano Imp. per artis ſuæ excellentiam etiam inter barbaros exſplenduit, donec revocatus domum & in integrum reſtitutus opulentam duxit uxorem, quatuor ex illis filiorum pater, cum quibus adhuc ſuperſtes vixit, cum Eunapius amicus ipſius libros Sophiſtarum componeret. Chriſtianum fuiſſe ægre mihi perſuadeo. In anthologia epigrammatum Græcorum d) hoc in ejus librum, neſcio quem, legitur diſtichon: Δίς Ὀρειβασίς, τὸν ἀθάνατον λαὸ τέχνην
Πολλάκι δειμαίνουσα μίτυς ἀνεβάλλετο μοίρη.
Inclyti Oribaſii divinam ſæpius artem
Parca timens facilis differt mortalibus horam.

Nec non in Oribaſium ipſummet tetraſtichon e) quod ſubjunxi:
Ἰητὴρ μέγας ἔστος Ἰουλιανῷ βασιλῆος
Ἄξιος εὐσεβίης δῖος Ὀρειβάσιος.
Εἶχε γὰρ οἷα μέλισσα σοφὴν νόον, ἄλλοθεν ἄλλα
Ἰητρῶν προτέρων ἄνθεα δρεψάμενος.

Molza: *Hic eſt ille olim medica notiſſimus arte*
Juliano Regi, magnus Oribaſius.
Qui medicas populatus opes & dicta priorum,
Qualis apis lecto ſedula flore micat. De

b) Hinc Æſculapius in numis Pergamenorum, de quo Serenus Sammonicus,
Qui colis Ægeas, qui Pergama, quique Epidaurum.
* Ad hunc Zenonem Archiatrum Epiſtola Juliani Imp. XLV. qua eum Alexandriæ ab exilio reſtituit.
c) Eunapius p. 137. 142.
d) lib. 1. pag. 85. Vincentius Opſopæus annotat diſtichon hoc compoſitum eſſe in Oribaſii libros quatuor πρὸς τοὺς ἀπορουντας τῶν ἰατρῶν.
e) lib. 4. pag. 486.

2011 Ministerio de Cultura

De ejus ſcriptis Photio Codd. CCXVI. ſeq. & Suidæ memoratis jam dicere me memini Volum. IX. p. 451. ſeq. ubi etiam de plerisque Latinarum verſionum, quæ ſolæ viderunt lucem, editionibus: adjecto indice ſcriptorum, qui in ſuperſtitibus ἑβδομηκονταβίβλῳ libris laudantur. Nunc tantum addo Romæ A. 1543. 4. *Auguſtino Riccio*, Medico Lucenſi curante prodiiſſe Græce libri quinti capita primora ſex: & libri primi ad Eunapium caput decimum quartum de aquis, una cum Galeni, Rufi, Dioclis & Athenæi Medici fragmentis de eodem argumento, & ſubjuncta ſeparatim Latina interpretatione. In Bibl. inſignis Bigotianæ Catalogo T. 2. p. 147. memorantur Oribaſii collectiones quædam Medicæ excuſæ Græce Pariſ. 1556. 8. quem in librum nunquam incidi. Verſionem MS. Gallicam ſcriptorum Oribaſii auctore *Adamo de la Vallée*, vidiſſe ſe teſtatur Antonius Verderius in Bibliotheca Gallica p. 12.

Libri duo de ligamentis & machinamentis chirurgicis ex Heracle ſive Heraclide Epheſio, Sorano & Heliodoro exſtant etiam Latine ex Vidi Vidii verſione in Geſneri collectione ſcriptorum Chirurgicorum vulgata Tiguri 1555. fol. In poſteriore hoc cap. 4. ſq. etiam mentio organorum Andreæ, Apellidis architecti c. 4. 26. Philiſtionis Fabri, Heraclidæ Epheſii, Menecriti, Nilei, c. 4. & 25. Herodoti architecti c. 8. & Nymphodori c. 4. & 25. mentio, & ſummi Hippocratis ex Galeno c. 6. & ex Rufo c. 29. Galeni de machinamentis, Paſicratis c. 8. 16. 17. 23. & 26. Ariſtionis c. 17. 23. & Archimedis c. 26.

Synopſis Medica ad filium Euſtathium libris IX. ex Jo. Baptiſtæ Raſarii verſione Venet. 1555. 8. Ex Oribaſii ἑβδομηκονταβίβλῳ quæ ſuperſunt, eodem Raſario interprete. Pariſ. 1555. 8.

Evporiſton ad Eunapium, ex Rufo, Dioſcoride & Galeno collectorum vetus verſio contractior cum Cœlii Aureliani tardarum paſſionum libris Baſil. 1529. fol. à Jo. Sichardo edita tribus libris ea vix tangit, quæ Raſarii verſionis liber primus complectitur: Succedit deinde poſt caput de aquis eligendis, ex Herodoto Medico: ſynopſeos ad filium Euſtathium liber primus cum hac præfatione: *Ex juſſione Domini Juliani divi Auguſti collecti ſunt ex omni regione Archiatri, ex quibus elegit optimos & probatos Medicos numero LXXII. inter quos & mea electa eſt parvitas, ut diverſis antiquorum auctorum libris in unum congregatis, ea quæ utiliora in curationibus poſita erant ad ſanitatem hominum, in parvis voluminibus omnia continerentur. Quo facto in LXXII. libris à nobis comprehenſa ſunt. Ex*

2011 Ministerio de Cultura

quibus libris, dulciſſime fili Euſtathi, ſynopſin tibi fieri ſperaſti, conſiderans quia non utile ſit tibi peregrinanti &c. In Raſarii verſione nihil tale de LXXII. archiatris legitur, neque LXXII. librorum mentio, ſed tantum LXX. Citantur in ſynopſeos novem libris:

Acro Agrigentinus VI. cap. 24.
Adamantii medicamenta III. p. 40. 41. edit. H. Stephan. VII. 6. IX. 58.
Æſchrion III. p. 55.
Æſculapii ſacerdos & miniſter VIII. 2.
Andronis paſtillus III. p. 47. VII. 12. 27.
Antylli commentarii de coctione medicamentorum ad emplaſtra II. 61.
Apollinaris pſilothrum III. 49.
Apollonii commentarii I. 14. Pergamenus VIII. 13.
Apollophanis malagma III. p. 45.
Archigenes I. 21. VIII. 56.
Aſclepiades III. p. 51. Aſclepiam ſmegma. 53.

Baſſus III. p. 49.

Cleonis collyrium III. p. 51.
Crito I. 21.

Demoſthenes ophthalmicus VIII. 40.
Diocles V. 31. 33.
Dionis collyrium III. p. 51.
Dioſcorides III. p. 55. VI. 39. VIII. 20.
Dioſpoliticum antidotum III. p. 56.

Eraſiſtrati πάγχρης III. p. 51. V. 32.

Galenus I. 7. lib. III. p. 35. 44. 45. 53. 54. 55. 56. V. 29. 38. VI. 7. 31. 42. VII. 27. VIII. 4. 23. 34. 35. 39. IX. 3. 6. 35. de compoſitione medicamentorum κατὰ τόπους II. 59.

Heras III. p. 48.
Herodotus Medicus VII. 32. 33.
Lyci medicamentum III. p. 57.
Mithridatium IX. 4.
Mnaſæi commentarii. Vide infra, Philomeni.
Muſa III. p. 48.
Nili diarhodon. VIII. 41.

Paſi-

2011 Ministerio de Cultura

Pasionis pastillus III. p. 48.
Philagrius III. p. 54. IX. 60.
Ex Philomeni Mnasæi commentariis III. p. 45. ex Philumeni scriptis 49. VI. 38. 41. VIII. 6. 8. 11. 17.
Philippus scribit IX. 5.
Philonis antidotum III. p. 54.
Polletis geranion III. p. 36. 38.
Polyarchi epithema IX. 54. malagma 56.
Procli pastillus podagricus III. p. 48.
Quinti antidotum III. p. 56.
Rufi commentarii III. p. 47. hiera p. 57. 58. VI. 25. VIII. 47. IX. 28. 36. 47.
Theophrastus VIII. 56.
Zenophili antidotum III. 56.

Quemadmodum autem libri Evporiston ad Eunapium, quem optimum atque ornatissimum appellat, in Rasarii versione sunt quatuor, * quorum secundus de simplicibus, tertius de morborum varii generis curatione, quartus de curatione locorum affectorum tractat: sic in veteri versione post tres Evporiston libros primo respondentes, & Medicinæ compendium sive librum primum synopseos, sequitur liber de curationibus, atque alius medicaminum ac trochiscorum. Scriptores, quorum in quatuor Evporiston libris fit mentio, hi sunt:

Acro Agrigentinus III. 1.
Andronis medicamentum III. 27. pastillus 49. V. 38. 45. 52. 133.
Apollonius præf. lib. I. Pergamenus cap. 9.
Attici lib. I. c. 20.
Dioscorides præf. lib. I.
Diospoliticum antidotum IV. 140.

* iidem fortassis quos Suidas memorat libri quatuor Orisibasii περὶ τῆς ἀπορήσεως τῶν ἰατρῶν, quod male vertitur ab Hieron. Wolfio & Æmilio Porto, etiam à doctissimo novissimæ editionis curatore *ad Medicos dubitantes vel inopes consilii*, cum sit reddendum: *ad illos, quibus Medicorum copia non datur*, ut recte Gesnerus, & Oribasii præfatio perspicue confirmat.

2011 Ministerio de Cultura

Galenus vir admiratione dignus de medicamentis facile parabilibus. præf. lib. I. ejus confectio ex capitibus papaveris IV. 134. πικρά 137.
Hippocratis lib. I. c. 14.
Lemnium ſigillum ſive terra ſigillata IV. 78. 88. 111.
Mnaſæi medicamentum IV. 44. 45. malagma, 124.
Muſæ paſtillus III. 49. IV. 68. 127.
Nili collyrium IV. 49.
Polyidæ IV. 38. 128.
Rufus vir maximus libro ad privatos homines. præf. lib. I. Epheſius. ib.

Commentaria in aphoriſmos Hippocratis edita primum Latine à Jo. Guinterio Andernaco Pariſ. 1533. 8. apud Simonem Colinæum, deinde Baſileæ 1535. Venetiis 1553. & Patav. 1658. 8. recuſa ſunt. Illa facilius eſt dicere non eſſe Oribaſii, quam auctorem ejus verum deſignare. Latine compoſita eſſe videntur & à Chriſtiano auctore. Et ipſe tamen auctor in præf. monente Ptolemæo * Evergete ſcripſiſſe ſe fingit, multis etiam Galeno ſeculis junior. Sed totus ejus locus eſt adſcribendus: *Quæſtio*, inquit, *oboritur, an Hippocratis Coi liber aphoriſmorum ſit proprius? Apud veteres enim multi nuncupati ſunt Hippocrates, unde aſſerunt aliqui, librum iſtum Hippocratis Coi non eſſe. Quibus hoc pacto reſpondetur.* Rufus, Pelops, Lycus *aliique multi, librum hunc* Hippocratis Coi *eſſe affirmaverunt. Deinde, quod nemo tale opus aggreſſus ſit poſt Hippocratem, quem Philoſophi* amicum naturæ *dixerunt. Tentavit quidem* Democritus ** *talem conſcribere, ſed non potuit. Quin etiam apud Græcos aphoriſmi primum ex ſtudioſiſſima Hippocratis Coi opera, & ſolicita indagine inclaruerunt. Apud Latinos autem translatione* Pelopis, *qui cautiſſime verbum è verbo trans-*

* Ambiguum hic locus tenuit Jo. Henricum Meibomium præf. ad ὅρκον Hippocratis pag. 10.

** G. Jo. Voſſius lib. de Philoſophia p. 83. *Neſcio unde illud hauſerit Oribaſius, quum prafatione commentarii in Aphoriſmos Hippocratis ait tentaſſe Democritum ad inſtar Hippocratis, aphoriſmos ſcribere, ſed nequiviſſe. Equidem ne id quidem pro certo habeo, aphoriſmos iſtos ſic ab Hippocrate ſcriptos digeſtosque. Nec enim à vero abludit eorum opinio, qui ab alio ex variis Hippocratis operibus bono judicio excerptos arbitrantur.* Sicut novos ex Hippocrate aphoriſmos excerpſit ediditque Vir clariſſ. Jacobus Spanius Lugd. 1684. 12.

2011 Ministerio de Cultura

transferens, imitatus est Hippocratis brevitatem. Interpretes extitere Hippocratis Pelops, Lycus, Rufus, Soranus, Domnus, Galenus, Attalio *& multi alii. Sed & ego ipse commentarios conscripsi monente* Ptolemæo Evergete, *post septuaginta* perfectissimorum Medicorum examinationem, qui una Medicinam prælegerunt, & philosophicas quæstones discusserunt - - Qui initiantur arti, primo legant sacramentum* (ὅρκον) *ipsius Hippocratis, inde librum præceptorum,* (παραγγελίας) *tertio librum hunc* (aphorismorum) *in quo totius artis speculatio continetur. Docti hunc postremum relegant, ut ea, quæ in aliis legerint, hic omnia commemorent - -* Soranus *divisit in partes tres,* Rufus *in quatuor,* Galenus *in septem.*

Indiculus in Oribasium ad aphorismos Hippocratis.

Amazones ad lib. VI. aphorism. 40.
M. Antonius II. 32. lege Antoninus. ita & 54.
Attalio in aphorismos Hippocratis. *præf.*
CPolitanum incendium. IV. 48.
Democritus aphorismos scribere conatus non potuit. *præf.*
Domnus in aphrismos Hippocratis. *præf.* & IV. 36.
Eremitarum mentio. II. 5.
Galenus I. 25.36.37. II. 4. 5. 8. 15. 16. 28. 32. 43. 54. IV. 20.25.36.50. 61.71. VI. 1. 40. VII. 11. in prognosticis II. 5. & 12. in aphorismos Hippocratis. *præf.* Galeni magister Pelops. *ibid.*
Glauco Philosophus. II. 32.
Hippocrates amicus naturæ. *præf.* in libris, quos alii epidemia, alii demia vocaverunt. I. 26. Ejus sacramentum, liber præceptorum & aphorismi. *præf.* multi Hippocrates. *ibid.*
Leviticum genus, ex quo solo & Regio ad altare licebat accedere. VI. 30.
Lycus in aphorismos Hippocratis. *præf.* & II. 16. IV. 36. 50.
Mallonis & Ottomillæ medicamenta. II. 55.
Pelops magister Galeni. *præf.* Latinus aphorismorum Hippocratis interpres. *ibid.* citatur II. 16. IV. 36. & 50.
Persidis Imperator. II. 49.

* Confer quæ de LXXII. Medicis supra p. 641.

2011 Ministerio de Cultura

Philoſophus refert, ad odorem mellis, quadraginta dies vixiſſe quendam. lib. 1. aphor. 12.

Romanorum Lex de ætate militum. V. 10. Rubrum vinum Romani centria cauponis appellant. II. 10. lege centenaria. Apud Romanos dicitur, quod bene datur, bene ſuſcipitur, bene concoquitur. II. 43.

Rufus in aphoriſmos Hippocratis. *præf.* & IV. 36.

Soranus in aphoriſmos Hippocratis. *præf.*

Terentii fabulæ & comœdiæ. II. 39.

Timor addidit alas. II. 35.

Iſidori Peluſiotæ inter Epiſtolas lib. I. 437. hæc ad Oribaſium Medicum legitur: ἰατρικὴ μὲν κατ᾽ Δημόκριτον σώματος νόσους ἀκέεται, σοφίη δὲ ψυχὴν παθέων ἀφαιρέεται. ἐπεὶ οὖν ἀμφοτέρας μετείληφας, καὶ θατέρᾳ κέχρησαι πρὸς ἑτέρους, πάθη σωμάτων ἰώμενος, τῇ ἑτέρᾳ σαυτὸν ἐξιάτρευσον, τὴν λείπουσαν ὑγείαν προσκτώμενος, ἧς ἄνευ ὅτε ἰατρὸς ἄριστος, ὅτε σοφὸς ἔσῃ τῷ πράγματι. *Medicina, ut ait Democritus, corporis morbis medetur, ſapientia autem animum paſſionibus liberat. Quoniam igitur utriusque es particeps, atque altera ad corporum morbos ab aliis propulſandos uteris, fac alterius opera tibi ipſi medearis, eam videlicet quæ tibi deeſt ſanitatem inſuper tibi concilians, citra quam nec optimus medicus, nec ſapiens revera es futurus.* Laudatur Oribaſius ab Aëtio, Paulo Ægineta & aliis Medicis junioribus: ipſe plurimum ſequitur Galenum, cujus jam magna Alexandriæ cœperat eſſe auctoritas, cum ipſe Zenoni operam dedit, & Medicam artem ex illo hauſit Oribaſius, qua de ſchola Medica Alexandrina juvabit conſulere Hermannum Conringium lib. 1. de Medicina Hermetica cap. 9. & diſſ. 1. Antiquitatt. Academic. Luculentum imprimis de illius celebritate teſtimonium exſtat Ammiani Marcellini, ſupparis Oribaſio ſcriptoris lib. XXII. cap. ult. *Medicinæ autem, cujus in hac vita noſtra nec parca nec ſobria, deſiderantur adminicula crebra, ita ſtudia augentur indies, ut licet opus ipſum redoleat* (h. e. res indicet peritum artificem) *pro omni tamen experimento ſufficiat Medico ad commendandam artis auctoritatem, ſi Alexandriæ ſe dixerit eruditum.*

Oribaſii fragmentum de victus ratione per quodlibet anni tempus utili, Latine cum Plinio Valeriano vulgavit Albanus Torinus Baſil. 1528. fol. Incipit: *Optimum etiam fuerit per ſingula anni tempora victus rationem obſervare,*

Ori-

2011 Ministerio de Cultura

Oribaſius de ſimplicibus, cum Octavii Horatiani evporiſton libris IV. Phyſica Hildegardis de Pinguia ſive libris IV. de elementorum, fluminum aliquot Germaniæ, metallorum, leguminum, fructuum & herbarum, piſcium denique, volatilium & animantium terræ naturis & operationibus: Theodori Phyſici diæta, & Æſculapio de morborum cauſis, deſcriptione & cura, Argentor. 1533. & 1544. fol.

Ex Oribaſii ſcriptis excerpta de aquis & balneis, Auguſtino Gadaldino, Mutinenſi interprete, in opere Veneto de balneis, 1553. fol.

IX. PHILARETI, inquit Tiraquellus, *exſtat liber de pulſibus, citaturque ex libro trium tractatuum à Raſi lib. I. Continentis c. 9. & aliis.* Mox refertur *Philertus, qui ſcripſit de pulſibus,* neque dubitandum, eundem hunc eſſe cum priore: Philaretum autem illum haud diverſum à *Philotheo* ſive *Theophilo* introſophiſta ſive Medicinæ profeſſore, ac deinde protoſpathario, qui Heraclii Imp. temporibus claruit, præceptor Stephani Athenienſis, de cujus utriusque ſcriptis mox infra ſum dicturus, atque in illis etiam de editionibus brevis hujus libelli de pulſibus, Græce adhuc in Bibliothecis latentis, quem ſub Philareti nomine reperit Albanus Torinus, Latineque vertit: & H. Stephanus ex Torini interpretatione inter Medicæ artis principes recudi fecit ad calcem Aëtii. Ait autem Philaretus ſive Theophilus, quotquot hoc argumentum ante ſe tractaſſent, vel imperfecte in illo verſatos, vel accurate quidem & eleganter, ſed prolixioribus libris illud eſſe perſecutos, quo poſteriore nomine haud dubium eſt notari ab eo libros Galeni de pulſibus, licet in hoc ſcriptum nec ipſum nec alium de nomine commemorat ſcriptorem, niſi quod capite quarto arteriam dictam notans διὰ τὸ ἀέρα πηρεῖν, ad etymologicos provocat.

ANONYMI ſcriptoris liber in capita XXXIX. diſtributus *de Podagra,* quem ex Græco verſum à *Marco Muſuro* & Romæ An. 1517. Leone X. Pontifice publicatum, idem H. Stephanus Nicolao Myrepſo Latine ſubjicit, in Codicibus quibusdam MSS. tribuitur *Pſello,* ſed præterrem, cum juſſu Michaëlis Palæologi ſæculo XIII. declinante ſcriptus ſit à *Demetrio Pepagomeno,* & ſub ejus nomine cum alterius viri docti interpretatione Græce & Latine editus ſeparatim à Guilelmo Morello Pariſ. 1558. 8. diviſus in capita XLVI. Vide Allatium de Pſellis cap. 52. Volum. V. hujus Bibl. & quæ notavi Volum. X. p. 398. Nullos ſcriptores allegat hic ſcriptor, niſi ducem artis Hippocratem identidem, ac rarius Gale-

2011 Ministerio de Cultura

Galenum. Inter alia laudat Hippocratis, quod vocat oraculum: *si modica comedat, modicaque bibat homo, in nullum incidit morbum.* Neque tamen Hippocratem latuit alias quoque ad mortem, atque ita ad morbos quoque esse vias: satis autem duxit à tritissimis mortales dehortari.

Denique H. Stephani collectionem Medicorum principum claudit Theophili de urinis liber, de quo non contemnendo scriptore atque cæteris etiam illius, quæ apud Stephanum desiderantur lucubrationibus dicere ab hoc loco non fuerit alienum.

THEOPHILUM a) Medicum, Protospatharium † sive armigerorum primum b) eundemque Monachum ac Philosophum in antiquis Codd. dictum reperio. Christianus certe fuit, ut variis in locis clarissime indicat, vixitque circa tempora Heraclii Imperatoris. Aristotelis disciplina haud leviter imbutum observat Martinus Rota præf. ad commentarium Philothei ad aphorismos. Ex illius scriptis ad nos pervenere:

1) ΠΕΡῚ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗ̃Σ ΑΝ̓ΘΡΩΠΊΝΟΥ ΣΏΜΑΤΟΣ *βιβλία* Έ. De corporis humani fabrica lib. V. * velut Epitomen quandam exhibentes præstantissimi operis Galeniani de usu partium. Græce edidit Parisiis *Guilelmus Morellius* A. 1555. 8. subjuncta separatim Latina *Junii Pauli Crassi* versione, quæ lucem vidit etiam Venet. 1536. 8. Basil. 1539. 4. Paris. 1540. 16. & una cum Aretæo, Palladio & Rufo

2) Antiquioris cujusdam Medici Theophili mentio occurrit apud Galenum de symptomatum differentiis c. 3. qui cætera prudens erat ac sanus, nisi quod tibicines in angulo domus assidue sonare ac pulsare querebatur. Theophilus quoque Comœdiarum scriptor Græcus Suidæ laudatus Medicus fuit patria Epidaurius, si credimus G. M. Kœnigio in Bibliotheca. At Suidas neque Medicum vocat, neque Epidaurium, sed inter dramata ejus primo loco refert *ἰατρὸν* & *Ἐπίδαυρον*. Laudatur & inter Græcos de agricultura scriptores Theophilus quidam à Varrone ac Columella. Notus etiam Theophilus cui Lucas & ipse Medicus idemque scriptor divinus dicavit Evangelium & Acta Apostolorum, de quo præter interpretes adeundæ Wilhelmi Ernesti Tentzelii dissertationes selectæ parte I. p. 207. seq.

† Ita Theophilum vocat Codex Cæsareus apud Lambecium VII. p. 165. & Latinus librorum de hominis fabrica interpres utique è MS. Codice.

b) De hac dignitate vide Meursii, Cangiique glossaria. Quanquam vero elogium *κρατίστ*ου, quod Theophilo suo Lucas tribuit, non male fortassis congruat Protospathario, quales etiam illustres & *μεγαλοπρεπεῖς* sive magnifici appellabantur: operam tamen & oleum perdunt, qui Chronologia inconsulta Theophilum Lucæ cum nostro eundem esse volunt apud Tho. Guidotum in notis ad Theophili librum de urinis p. 142.

* Non quatuor tantum, ut excusum est in Labbei Bibl. nova MSS. p. 127.

2011 Ministerio de Cultura

Rufo per eundem Craſſum, & Stephano Alexandrino per Auguſtinum Gadaldinum in Latinam linguam converſis, ipſiusque Craſſi quæſtionibus XLII. naturalibus. Baſil. A. 1581. 4. Hoc eximium Theophili opuſculum univerſam membrorum hominis formationem ad Conditoris optimi maximi & ſapientiſſimi gloriam pie referens, ſcitiſſimis veterum Patrum ῥήσεσι exornatum Græce ac Latine ad novam editionem paravit Venerandus Ulmenſium Præſul, D. *Elias Veielius*, ut ipſe auctor eſt in diſſertatione c) epiſtolica de dignitate ac præſtantia ſtudii Medici p. 54. Sed beato Viri meritiſſimi obitu, qui A. C. 1706. 23. Febr. contigit, conſilium hoc interceptum lector mecum dolebit. Interim cum lectione ejus ſcripti ſim delectatus, illudque utiliter evolvi à Medicis & non Medicis mihi perſuadeam, integrum quoniam rariſſime eſt obvium, Græce & Latine ad voluminis hujus calcem recuſum exhibeo.

2) ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΦΟΡΙΣΜΟΥΣ, Commentarius in Hippocratis Aphoriſmorum libellos ſeptem, * ſub *Philothei* nomine Latine editus Venetiis A. 1549. 8. & Spiræ A. 1581. 8. interprete *Ludovico Corrado* Mantuano. Integer fere præterea inſertus commentariis in eosdem Aphoriſmos compoſitis ab Antonio Muſa Braſſavolo: Græce nondum vulgatus, ſed MS. obvius in Bibliotheca Marquardi Gudii aliisque. Vide Labbei Bibl. novam MSS. p. 127. Neſſelium parte 4. p. 44. & Lambecium VII. p. 165. ubi obſervabis illum in uno codice Bibliothecæ Cæſareæ tribui *Theophilo* protoſpathario: in alio *Stephano* Athenienſi, Theophili diſcipulo, de quo infra, & qui eum commentarium ut plura alia ſua, ἀπὸ φωνῆς Θεοφίλου ſive ex ore Magiſtri ſui Theophili excepit.

3) ΠΕΡΙ ΟΥΡΩΝ. Libellus de urinis, earum coloribus, natura, ſignificatione &c. qui in codice Cæſareo tribuitur Theophilo Monacho, & incipit his verbis: Τὴν περὶ τῆς τῶν ὕδρων διαφορᾶς πραγματείαν,

c) Prodiit Ulmæ A. 1692. 4.

* Libri ſeptimi aphoriſmos XXV. poſtremos ſine interpretatione omiſit Philotheus. Scriptores nullos laudat præter Hippocratis epidemia & ex quo magnam partem excerptus eſt ejus commentarius, Galenum. Meminit & ad aphoriſmum 16. libri I. legis Medicorum, quæ ſecundum naturam ſe habent, ea conſervari à ſimilibus: & quæ præter naturam ſunt, ea à contrariis curari.

2011 Ministerio de Cultura

τείαν, cum in Morelli editione tantum legatur: τὴν περὶ τῶν ὔρων πραγματείαν. Lectionem codicis Cæsarei res ipsa & argumentum libelli videtur confirmare, quod præcipue versatur circa differentias urinarum, ut tanto magis mirer Johannem Actuarium, qui cum in opere hujus argumenti lib. 1. c. 2. post laudatum Hippocratem ac Galenum, Theophili nostri meminisset his verbis: *Magnus* d) *quin etiam, atque Alexander,* e) *ac post hosce etiam Theophilus, atque quidam alii, qui circa hæc studia invigilantes quoddam plus aliis scripsisse de urinis videntur;* mox negat illos scriptores de differentiis urinarum tractasse. Libellum Theophili una cum altero

d) Hunc Magnum, Antiochenum Iatrosophistam, hoc est Medicinæ Professorem, Oribasii æqualem memorat etiam plus simplici vice insimulque reprehendit Theophilus, vocans ἰατρὸν μὲν τῷ λόγῳ ἄπειρον δὲ τῷ πράγματι, *Medicam artem quidem doctum, sed qui in praxi Medica parum valeret.* De eodem Magno Eunapius in ejus vita: σιωπᾶν μὲν ἐν τῷ λέγειν τοὺς ἰατροὺς ἠνάγκαζε, θεραπεύειν δὲ οὐκ ἔδοκε δυνατὸς εἶναι καθάπερ λέγειν. *Sermone quidem Medicos ad silentium redigere poterat, sed non æque curandi erat peritus quam dicendi.* Quamobrem falsam esse puto inscriptionem Codicis Bodlejani, quam libello Theophili à librario præfixam reperit Guidotius p. 141. Περὶ ὔρων, Μάγνου, ἀπὸ φωνῆς Θεοφίλου, cui adversa est, sed non minus falsa subscriptio: Τέλος τῶν ὔρων Θεοφίλου ἀπὸ φωνῆς Μάγνου. Magni libellum de urinis vel certe ejus Epitomen in Bibliotheca Bodlejana inveniisse se putat Guidotius p. 151. sub titulo: Ἑτέρα περὶ ὔρων σύντομος διδασκαλία, atque in hoc occurrere (vide p. 167.) quæ ex Magno allegat Theophilus. Locum etiam è Magno, quem male Misenum pro Emeseno vocat, inedito περὶ ὔρων Græce affert p. 184. Magni Emeseni Medici explicationem MS. in Urinalia Hippocratis cum figuris, in Bibl. Mich. Cantacuzeni fuisse CPoli, ex Schenckii Bibl. Medica jam notavit Guidotius p. 150. qui eodem in loco plures Magni nomine Medicos Galeno, Aëtio, Cœlio Aureliano, Philostorgio aliisque memoratos colligit. Quod vero p. 147. Stephanum Magnum Sophistam de urinis ait MS. exstare in Bibliotheca Regis Galliæ, emendandum puto ex Labbeo, qui p. 127. MSta memorat Stephani Alexandrini scholia in Magni librum de urinis. Qui præter Magnum à Theophilo de hoc argumento laudantur nulli alii sunt, quam Hippocrates περὶ ὔρων ἐξηγησάμενος, & Galenus ἐν τῇ περὶ κρίσεων πραγματείᾳ, digni utique laude, sed qui rem non absolverint ac perfeceriut. ὅτι μὲν οὖν οἱ ἄνδρες ἐπαίνων ἄξιοι, ὅτι πρῶτοι ἐπῆλθόν τε καὶ εὑρεῖν ἐπεχείρησαν χρήσιμον ἐν τῷ βίῳ, οὐδεὶς μέν τοι γε τῶν ἀνδρῶν τελείαν ἢ ἀνελλιπῆ τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο. Citatur iterum Hippocrates c. 10. 15. 18. 21. & ejus aphorismi c. 17.

e) Trallianus puta, Medicus, de quo supra p. 593. seq.

2011 Ministerio de Cultura

tero ejusdem ſcriptoris de pulſibus (infra recenſendo) primus Latine vertit *Pontius Virunius* Tarviſinus f) Græce & Latine doctus, qui Alexandri VI. & Julii II. Pontificum temporibus vixit. Verſio ejus videtur eſſe, quæ cum Joannitio aliisque ſine nomine interpretis excuſa eſt in collectione, cui titulus *Artis Cellæ*, Venet. 1483. curante Franciſco Argillagnes de Valentia & A. 1493. cum dicteriis (ut vocantur) marginalibus Gregorii à Vulpe, & A. 1523. per Hieronymum de Saliis, iterumque cum Joannitio & aliis Argentorat. 1535. 8. Poſt hanc ſimplicem & inaffectatam translationem, nova majoribus verborum ambagibus concepta verſio *Albani Torini* Vitodurenſis, integriore codice g) uſi primum edita eſt Baſil. A. 1535. 8. ſub titulo: *Theophili de exacta retrimentorum veſicæ cognitione*, & ab Henrico Stephano inter Medicæ artis principes recuſa A. 1567. fol. Primus Græce edidit

f) Vide Andream Ubaldum in vita Pontii Virunii, Geſnerum in Bibl. & Diarium Venetum (Giornale de' letterati d' Italia) T. 24. p. 277. ubi præterea inter ſcriptores Græcos Latine à Virunio verſos memorantur *Paulus Æginetæ*, *Aëtius*, *Magnus Siculus* & *Melampus*.

g) In Torini verſione caput 11. eſt de lotiis, hypoſtaſi ſive ſubſidente materia carentibus, quod in aliis editt. deſideratur, & Guidotius negat ſe in ullo codice Græco reperiſſe. Viciſſim Epilogus & c. 18. de ſedimentis ervoſis in Torini pariter & Virunii verſione non exſtant, quæ jam reſtituit Morellus. Torino autem, occaſione omiſſi epilogi gravem dicam ſcribit Guidotius p. 234. his verbis: *Totum hunc pium epilogum neglexit Torinus Arianorum aut Socinatis forſan errori favens: DEI etiam nomen ubique interponit loco CHriſti, cujus Deitatem ne nominare quidem eſt dignatus, tametſi ſolenniter adeo & crebro illum invocet Theophilus.* Epilogus ille ita ſe habet: Καὶ περὶ μὲν τ τῶν ὥρων διδασκαλίας κατά τε γένη καὶ εἴδη καὶ διαφορὰς καλῶς ἐκτεθήκαμεν. Εὐχαριςήσωμεν δὲ ΧΡΙΣΤῷ τῷ ἀληθινῷ ΘΕῷ ἡμῶν, τῷ ἐυοδώσαντι ἡμᾶς εἰς τ δρόμον τ ἀυτῆς πραγματείας, καὶ ἀξιώσαντι ἡμᾶς καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος θεῖναι ἀυτῇ, εἰς διόρθωσιν τῶν ὁπωσδὲν ἐπιθυμούντων ἐκ πάσης προαιρέσεως (μανθάνειν.) Sic in Prologo: χρὴν δέον ἡμῖν ἐςὶ περὶ ὥρων μέλλοντας διδάξαι, ἐπικαλέσασθαι ΧΡΙΣΤὸΝ τ ἀληθινὸν ΘΕὸΝ ἡμῶν, ἀρωγὸν καὶ ὁδηγὸν γενέσθαι εἰς τὴν ζιαύτην διδασκαλίαν, ὅπως ἀξιωθείημεν ἀνελλιπῶς καὶ ἀνυσέρητον ταύτην ἀποτελέσαι. Et cap. 10. ἵνα τέλειον τὸν ὅρον ἀποδείξωμεν, ἐπικαλεσώμεθα ΧΡΙΣΤὸΝ τ ἀληθινὸν ΘΕὸΝ ἡμῶν ὁδηγὸν γενέσθαι &c.

2011 Ministerio de Cultura

Fredericus Morellus cum nova ſua verſione & notis præfixo titulo Ἰατροσοφιςὸ περὶ ὕδρων, Pariſ. 1608. 12. Ejus editionis exemplo hanc notam præfixerat manu ſua Vir clariſſ. Marquardus Gudius: *Cum in Codice Regio auctoris nomen non exſtaret, Morellus more ſuo novi quiddam reperiſſe ſe exiſtimans libellum hunc Latine utcunque verſum, nil cætera moratus, prelo tradidit. Interea operis jam procedentibus, miſellus animadvertit & libellum iſtum ab Albano Torino interprete lucem antea vidiſſe, & auctorem ejus eſſe Theophilum. Itaque hujus nomen poſt paginam 24. titulo admiſcere cœpit, eademque de re in notis ſuis lectorem monuit.* In eodem exemplo ſuo Gudium varia loca verſionis Morellianæ caſtigare memini, præcipue quod ὑρεῖται *urinam reddit*, Morellus perperam & pluribus vicibus legerat ὑ ῥεῖται, verteratque: *non funditur, non fluit*, &c. Pleraque horum obſervata etiam Renato Charterio, qui Morellianam editionem Græco-Latinam cum Regio Codice denuo collatam in luculenta ſua operum Hippocratis & Galeni editione recudendam dedit Tomo VIII. Pariſ. 1639. fol. poſt librum Galeno adſcriptum de urinis (cujus non pauca αὐτολεξεὶ in Theophilo leguntur,) & Galeni de urinis compendium, libellumque alium ejusdem argumenti ex Hippocrate, Galeno & aliis collectum. Denique *Thomas Guidotius* Anglus, ope codicis Bodlejani non modo emendatiorem hunc libellum edidit, ſed & multos hiatus unum præcipue ingentem h) à verbis p. 104. ἔστι μὲν ἓν ἡ ῥῆσις ad p. 132. εἰ δὲ καταλάβοι in omnibus ſuperioribus editionibus obvium ſupplevit, novam verſionem notasque eruditas, & lectu dignam præfationem i) de potulentorum viis ad renes & veſicam, rectoque Uroſcopiæ uſu præfixit, librumque ejusdem Theophili de excrementis infra recenſendum ſubjunxit Lugd. Bat. 1703. 8. Miraberis fortaſſe, quod brevem hunc libellum etiam in Epitomen jam pridem ſuit, qui redegerit. Nam in Bibliotheca Cæſarea teſte Lambecio & Neſſelio parte 3. p. 40. occurrit manu exarata ἐκ τῆς Θεοφίλου Μοναχοῦ περὶ ὕδρων σύνοψις. Ἐρώτησις, πῶς γίνεται τὸ οὖρον; Ἀπόκρισις· Διὰ τριῶν. Ἢ διὰ τὸ ἔδιμον, ἢ διὰ &c. In eruditiſſimi Cangii Appendice ad Gloſſarium mediæ & infimæ Græcitatis p. 84. hæc allegantur è Johannis Prisdianorum Epiſcopi libro

h) Confer Guidotii notas p. 212.

i) Fuſius hæc recenſetur in Actis eruditorum Lipſienſibus A. 1703. p. 124. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

libro de urinis MS. ἀκολούθως ἐστὶ τούτοις ὁ Πλεγόμενος ὁ Μάγνος, ἰατρὸς μὲν τῷ λόγῳ, ἄπειρος δὲ τῷ πράγματι. Quæ eadem leguntur etiam in libello Theophili p. 2. Allegatur Theophilus de urinis ab Honorio Auguſtodunenſi lib. IV. de Philoſophia Mundi cap. 19.

4) ΠΕΡΙ ΔΙΑΧΩΡΗΜΑΤΩΝ. *De excrementiis alvi*, & judicio Medico ex illis ferendo libellus, in cujus præfatione ait ſe ſuperiore tractatu de differentiis urinarum ſufficienter egiſſe: ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ Διαφορᾶς ἔρων ὁ περὶ τούτου λόγος ἱκανῶς ἐξηγήσατο, δέον ἡμῖν ἐν τῷ νῦν λόγῳ διδάξαι τῶν διὰ γαστρὸς ἐκκενομένων περιττωμάτων τὰ γένη, καὶ τὰς διαφορὰς αὐτῶν καὶ τί σημαίνουσιν ἓν ἕκαστον αὐτῶν. Hunc eo usque ineditum ex Codice MS. Bibl. Bodlejanæ primus Græce vulgavit, & Latine vertit idem *Thomas Guidotius* & libro de urinis ſubjecit Lugd. Bat. 1703. 8. Extat & bis manu exaratus in Bibl. Auguſtiſſimi Imp. teſte Neſſelio parte 3. p. 22. 47. ut Bibliothecas Galliæ & Italiæ omittam. In hoc ſcripto ſæpius laudatur Hippocrates, alius vero ſcriptor nullus. Fluxum hæmorrhoidum ſponte ac ſine dolore fluentium teſtatur capite XI. τὴν κοινὴν συνηθείαν dictum eſſe Ἀσκληπιάσιον, eam opinor ob cauſſam, quod natura in hoc, optimi Medici & Æſculapii vice perfungitur.

5) ΠΕΡΙ ΣΦΥΓΜΩΝ. *De pulſibus* libellus ex Galeno collectus, unde in Codice Cæſareo inſcribitur Θεοφίλου ἐκ τῆς προγνωστικῆς Γαληνοῦ περὶ σφυγμῶν, apud Neſſelium parte 3. p. 38. Incipit: τί ἐστι σφυγμός; Sub Theophili nomine legerat & Latine verterat *Pontius Virunius*, ut ante dixi. Vertit etiam *Albanus Torinus*, & libro Theophili de urinis præmiſit, ſed edidit ſub hac inſcriptione: PHILARETI * *Medici de pulſuum ſcientia commentariolus perutilis & neceſſarius.* Baſil. 1533. 8. inde recuſum Argentorat. 1535. 8. & inter Medicos principes H. Stephani A. 1567. fol. Nimirum Theophili nomen mutatum ante notavi in *Philotbei*, quod idem ſignificat, imo in *Ptolotæi* etiam transformatum eſt, ſi credimus Lindenio. Apud Simlerum vero perperam *Philarchus* legitur pro *Philaretus*: ut apud Voſſium cap. XI. libri de Philoſophia, §. 42. Philotheus ſive Theophilus noſter confunditur cum *Philota* Amphiſſenſi, M. Antonii Medico, de quo Plutarchus p. 928. Cæterum

* Vide ſupra p 647.

2011 Ministerio de Cultura

ſub Theophili nomine etiam in Galliæ Bibliothecis hunc de pulſibus libellum Græce (qua lingua necdum adſpexit lucem) offendit Labbeus Biblioth. nova MSS. p. 127.

6) Præterea in Bibliothecis manu exarata occurrunt hæc Theophili opuſcula: Liber *de febrium differentia*, Περὶ Διαφορᾶς πυρετῶν ἐν ἐπιτομῇ. Quem ex ore Theophili excepit Stephanus Athenienſis, * unde in plerisque codicibus vel Stephano ſoli vel Theophilo & Stephano tribuitur. Ex Hippocrate & Galeno collectus incipit: Σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι περὶ τῶν πυρετῶν Διαφορᾶς σύντομον ἐκθέσθαι τοῖς δεομένοις. Deeſt hoc opuſculum in ſyntagmate veterum auctorum Græcorum, Arabum & Latinorum de febribus Venetiis à Gaſp. Bindono A. 1576. edito in fol. Vide Neſſelium parte 3. p. 27. 30. 38. 50. & 55. Theophili περὶ Φλεβοτομίας ſive *de venæſectione* memorat Labbeus Bibioth. nov. MSS. p. 127. Eundem mihi perſuadeo eſſe Philoſophum, cujus opus Aſtrologicum *de eventibus bellicis* Deucalioni neſcio cui inſcriptum ſervat Bibliotheca Cæſarea, teſte eodem Neſſelio parte 4. p. 135. Θεοφίλου φιλοσόφου πόνοι περὶ καταρχῶν πολεμικῶν. Incipit: Ἡ φυσικὴ τῶν ἀστέρων ἰδιοτροπὴ ὃ κοσμιότατε Δευκαλίων οὐκ ἐνιαίαν ἢ μόνην ἔχει τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ ποικίλην τε καὶ διάφορον πρὸς πᾶσαν ἀποτελεσματικὴν ἀπτηδειότητα, εἰ καὶ μάλιστα &c. Nam & Stephanus Theophili diſcipulus Apoteleſmatica ſcripſit, memorata Labbeo p. 127. Biblioth. nov. MSS. & Neſſelio parte 4. p. 63.

ALII THEOPHILI.

AD ea, quæ de variis Theophilis atque ſpeciatim de Theophilo Antiocheno ** librorum ad Avtolycum celebri ſcriptore notavi Volumine V. hujus Bibl. p. 92. ſeq. hæc pauca, quæ adjungam habeo. Præter exemplar Bibliothecæ Matthiæ Ungarorum Regis, è quo editiones *Theophili Antiocheni* ſumtæ fuerint, nullum ſe Codicem vel Romæ vel usquam alibi reperire potuiſſe, teſtatur Latinus Latinius T. 2. Epiſt. p. 113. Noviſſime

* Conferenda ſunt, quæ de febribus differit Stephanus Athenienſis in commentariis ad Galeni lib. 1. Therapevt. ad Glauconem.

** Hunc cum Theophilo antiquiore, cui Lucas Evangeliſta Actorum Apoſtolicorum librum dedicat, confundit præter alios Hugo de S. Victore prænotionibus elucidatoriis de ſacris ſcriptoribus cap. 10. Alii Theophili quidam notantur in Bibl. Theologico Philolog. Bremenſi T. IV. p. 488. 507. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

sime *libros ad Autolycum* ad Codices Bodlejanum & Reg. Paris. recognitos cum emendata versione & notis eruditis vulgavit Venerandus noster *Jo. Christophorus Wolfius* Hamb. 1723. 8. qua insigni editione libenter interim utentur docti, donec Cl. Viro *Davidi Wilkinsio* placuerit novam suam cum *Rich. Bentleii* castigationibus & *Henr. Dodwelli* diatriba de hujus scriptoris ætate & *Joannis Massoni* dissertatione in eundem chronologica in lucem dare. *Anglice* etiam eosdem Theophili libros cum Tertulliano de præscriptione adversus hæreticos vertit & cum notis suis edidit vir eruditus *Josephus Betty*, Oxon. 1722. 8. In Bibliotheca Theologico Philologica Bremensi T. V. p. 163. lego etiam Hermiam additum, quem in exemplo quod evolvi, frustra quæsivi. Quod autem Anglicus interpres à Theophilo suo p. 208. putat allegari *librum*, quem ipse scripserit *de genitura Mundi*, non ego credulus illi, verius enim est respici ad primum Moysis librum, ut à laudato Wolfio recte fuit annotatum.

De Theophili Antiocheni commentario in Evangelium hæc Zachariæ Chrysopolitani adscribere juvat T. 19. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 738. *Non absonum videtur, Evangelium compendiose nos recipere in uno opere Theophili Episcopi, vel Tatiani seu Ammonii Alexandrini, aut alius cujuslibet, congruo componentis ordine unam ex quatuor narrationem.* Idem p. 472. *Ad hæc Pater Hieronymus in homilia de villico iniquitatis, introducens Theophili expositiones, hanc ejus laudem adjecit: Theophilus Antiochenæ Ecclesiæ septimus post Petrum Apostolum Episcopus, quatuor Evangelistarum in unum opus dicta compingens, ingenii sui nobis monumenta demisit.* Meminit iterum p. 855.

In veteri inscriptione apud illustrem doctrina & dignitate virum Gisbertum Cuperum in Harpocrate p. 126. Θεόφιλος Θεοφίλου Ἀντιοχεὺς μελανηφόρος.

Theophili *Persæ* opus adversus Dositheum Samaritanum memorat Hebed Jesu catalogo librorum Chaldaicorum. Confer Rich. Simonis Bibl. selectam Gallice editam T. 2. p. 289.

De Theophili *Cæsareensis* Episcopi octaeteride adeundus Samuel Petitus eclog. Chronolog. p. 151. Ex ejus Epistola Synodica adversus eos, qui quartadecima luna cum Judæis Pascha celebrabant, locum affert Rabanus Maurus libro de computo c. 64. T. 1. Misc. Baluzii p. 60.

A Theophilo, cui S. Hippolytus Portuensis Episcopus dicavit librum de Antichristo, non diversus fortassis ὁ κρατὶς Θεόφιλος, quem alloquitur S. Methodius apud Epiphanium T. 1. pag. 540. C. 560. D. 590. C.

Theo-

2011 Ministerio de Cultura

Theophilus venerabilis *Alexandriæ* Episcopus, quem Rabanus laudato c. 86. p. 82. ait scripsisse, Salvatorem nostrum quarta decima quidem luna traditum, quinta decima autem crucifixum, die tertia resurrexisse, hoc est septima decima luna. Hic est Theophilus, de quo Gennadius c. 33. de scriptor. Eccles. & de cujus *Epistolis paschalibus* expendenda diss. Critica Vitrii, S. I. in memoriis litterariis Trevoltinis A. 1719. p. 162. & in ephemeridibus eruditorum Parisiensibus ejusdem anni T. 2. edit. Amst. pag. 123. Plura etiam de hoc Theophilo Raynaudus T. VIII. Opp. p. 242. seq. Ex ejus πρὸς τὸς Φρονδίτας τὸ Ὠριγένους fragmentum apud Theodoritum dialog. 2. p. 191. & in actis Concilii Ephesini parte 1. c. 4. Ex ejus *Epistola ad Porphyrium* Antiochiæ Episcopum, in Synodo V. Collat. 5. Λόγος εἰς τὸ μυστικὸν δεῖπνον qui exstat inter S. Cyrilli Alex. scripta T. V. parte 2. p. 370. Theophilo tribuitur ab Leone Allatio. Theophili Alexandrini dissertatio de homine Græce & Latine cum versione & notis Fed. Morelli prodiit Paris. 1608. 8. Titulus est: Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας λόγος, τίνι ὁμοιῶται ἄνθρωποι. Sed si quis hanc homiliam evolvat, facile animadvertet scriptorem non quarti sæculi, sed longe juniorem, qui de gravi jugo Ismaëlitarum conqueritur p. 3. ἀφ' ὧν δὲ ἐπῆλθεν ἡμῖν ὁ βαρὺς ζυγὸς τῶν Ἰσμαηλιτῶν. Neque Theophili ætatem sapit, quod p. 16. legas: καὶ ἐπεκαλεῖτο τὸς ἁγίους εἰς βοήθειαν. Cæterum ex Codicibus MSS. quos evolverunt Allatius ad Eustathium Antiochenum p. 254. Lambecius VIII. p. 364. & Cotelerius T. 2. monument. Ecclesiæ Græcæ p. 669. constat auctorem esse *Christophorum* Patriarcham Alexandrinum, unum ex tribus illis Episcopis, qui ad Theophilum Iconomachum scripsit celebrem illam pro cultu sacrarum imaginum *Epistolá, quæ Græce & Latine edita est à Francisco Combefisio Paris. 1664. 4. in manipulo rerum CPolitanarum p. 110--145. & à Michaële le Quien in nova Joannis Damasceni Operum editione T. 1. p. 629--647. Notum autem est Theophilum illum imperitasse ab A. C. 829. usque ad A. 842. unde de ætate hujus Christophori simul constare potest, quam etiam recte Caveus atque Oudinus annotaverunt. Quoniam autem rarissime obvia est illa Morelli editio, neque usquam repetita, quod sciam ** quæ Dupinii etiam dili-

* Confer, quæ de illa Epistola dixi Volum. VI. hujus Bibl. p. 688. & VIII. p. 802.

** Cotelerius T. 2. monum. p. 669. *Pseudo Theophilus Alexandrinus, seu pseudo Chrysostomus Savilii T. 8. p. 857. qui ex multis variarum Bibliothecarum Codicibus verus est Christophorus Alexandrinus, sermone cui vita humana sit similis.* Illam in Chrysostomo Savilii frustra quæsivi.

2011 Ministerio de Cultura

diligentiam fugerit, & Lambecii, nec inſpecta Tillemontio, qui de Theophilo Alexandrino diligentiſſime diſſerit T. XI. memor. H. E. pag. 441--499. operæ pretium duxi eam hoc loco integram ſubjicere, præfixa Codicis Cæſarei inſcriptione.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν
ΧΡΙΣΤΟΦΟΡΟΥ
Παλαιάρχου Ἀλεξανδρείας,
Παραίνεσις ψυχωφελὴς φανερῶσα τίνι ὁμοιοῦται ὁ βίος ἔτης, καὶ εἰς ποῖον τέλος καταςρέφει.

Sancti Patris noſtri
CHRISTOPHORI
Patriarchæ Alexandrini,
Paræneſis in uſus animarum demonſtrans, cuinam ſimilis ſit vita hacce hominum, & in quem finem deſinat.

FREDERICO MORELLIO interprete.

I.

Πάντας μὲν, ἀγαπητοὶ, τοὺς καθ' καιρὸν ἀρχιερεῖς τε καὶ ποιμενάρχας, ὁ δι' ἡμῶν καὶ ἐν ἡμῖν ἱεραρχῶν θεῖος λόγος διεγείρει πρὸς ἐπιμέλειαν καὶ πρόνοιαν, καὶ φροντίδα τῆς σωτηρίας πάντων ποιούμενος, ὡς ἡμᾶς σὺν τῷ λαῷ, καὶ δι' ἡμῶν αὐτῶν φιλανθρώπως παιδεύων καὶ ποιμαίνων· ὃ εἰπὼν τῷ Μωσῆ ἀθυμήσαντι, ὅτι σὺ εἶ ὁ ποιμαίνων τὸν λαόν μου· ἀλλ' ἐγὼ μετά σου. ὃν ἐπικαλούμεθα σήμερον, ὡς τὰς πηγαίας δωρεὰς ἀμειώτους δωρούμενος, ῥωννύῃ τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν τῇ αὐτοῦ δυνάμει, καὶ σοφίζῃ τὴν ἡμῶν ἀφροσύνην τῇ αὐτοῦ ἀπορρήτῳ σοφίᾳ τε καὶ χάριτι.

I.

OMnes hujus ævi antiſtites & paſtorum principes (chariſſimi) Divinus ſermo, qui per nos, & in nobis ſacro principatui præeſt, ad curam, & proviſionem excitat, & ſollicitudinem ſalutis univerſorum gerit dum nos & populi cœtum, & per nos ipſos benigne corrigit & paſcit; qui mœſto Moſi & animum deſpondenti dixit: a) *Non es tu, qui populum meum paſcis, ſed ego per te.* Hoc DEI verbum hodie invocamus, quod, ut fontana munera, diminutionem nullam admittentia, largiens, infirmitatem noſtram virtute ſua corroboret, & inſipientiam noſtram erudiat ſua maxime arcana & ineffabili ſapientia atque gratia.

II. Ὅταν ἐν ἐμοὶ πολλὰ τὸν πρωτόπλαστον Ἀδὰμ ἐννοῶ καὶ ἀναλογίζομαι, ἐξίσταμαι καὶ ἀπορίας πληροῦμαι, ὡς

II. Quando multum cogito & in meo corde voluto ea, quæ Adamo primo homini, à DEO creato con-

a) Exod. IV, 12.

2011 Ministerio de Cultura

ἐκεῖ-

tigerunt,

ἐκεῖνος ὁ χειρὶ Θεοῦ πλασθεὶς καὶ συνόμιλος Θεοῦ γνώμιμος, καὶ προφητικὸν χαρίσματος ἀξιωθεὶς, καὶ οἰκητήριον τὸν παράδεισον ἔχων, καὶ ἐκ πάντων τῶν ὑπὸ γῆς ἀναγορευθεὶς μίαν ἐντολὴν παρέβη, καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἐστερήθη· πάσης γὰρ τῆς τοιαύτης τιμῆς καὶ βασιλείας καὶ πασῶν τῶν θείων δωρεῶν ἐν μιᾷ ῥοπῇ γυμνωθεὶς ἐξέπεσε, καὶ ἐκ παραδείσου ἐξόριστος γέγονε, καὶ εἰς βάθος πλουτείας καὶ ταλαιπωρίας κατήντησεν.

III. Ὅταν οὖν τὸ ἓν πλῆθος τῆς παρακοῆς ἐκείνου συγκείνας τοῖς ἀναριθμήτοις ἡμῶν ἁμαρτήμασιν, ἀπογνώσει βυθίζομαι. ὅταν δὲ εἰς τὸ κ τὸν λῃστὴν τ νῦν ἐπαναάγω, καὶ γνῶ ὅτι δι' ἑνὸς λόγου σέσωται, ἐξαλειφθέντων αὐτοῦ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων, ἀναψύχω τῇ ἐλπίδι, καὶ προστρέχω προθύμως τῇ μετανοίᾳ· ἐπειδὴ ἐκεῖνος τῷ ἔργῳ πέπλωκε, καὶ οὗτος δι' ἑνὸς λόγου σέσωται. ἐκεῖνος θαύματα ἐξαίσια εἶδε, καὶ παρήκουσεν· οὗτος οὐδὲν οἶδεν, εἰ μὴ τ χριστὸν καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον, * ἐπηρεωμένον, καὶ πιστεύει. πολὺ οὖν τὸ διάφορον, καὶ τὸ ἰσότιμος τὸ ἄνισον, νόσου ψυχῆς καὶ σώματος τὸ ἀνόμοιον. οὐ γὰρ εἶχεν ἑτέρων

* 1. Cor. II, 2.

tigerunt, obſtupeſco, & dubii atque anxietatis plenus ſum, dum ambigo qui vir ille DEI manu fictus, ejusque familiari colloquio potitus, & prophetici muneris honore decoratus, qui Paradiſi hortum amœniſſimum pro domicilio habebat, promulgatus princeps omnium quæ in terra degebant, ſimulatque unum transgreſſus eſt mandatum, omnibus illico bonis privatus ac deſtitutus fuerit. Enimvero omni priſtino honore & imperio atque omnibus donis divinis uno temporis momento ſpoliatus excidit, & Paradiſo excluſus exulavit, atque in profundum inopiæ & ærumnæ gurgitem incurrit.

III. Proinde cum unum illius inobedientiæ lapſum cum innumeris erratis noſtris compono, deſperationis immergor pelago. Verum quando animum ad ea, quæ latroni acciderunt reduco, & novi eum unica oratiuncula ſervatum eſſe, omnibus ejus erratis deletis, ſpe reficior, & alacitur ad pœnitentiam recurro; quandoquidem ille ob factum ceciderat; hic etiam per dictum unum ſervatus eſt: ille miracula ſtupenda viderat, & inobediit. Hic nihil noverat, niſi Chriſtum, & eum cruci affixum ignominiaque affectum, & credidit. Magnum igitur diſcrimen eſt æqualitatis, vis inæqualis, animi morbi & corporis diſſimilis: neque enim

alia

2011 Ministerio de Cultura

ϱαν ἀρετὴν ὁ λῃςής· εἰ μὴ τὸ εἰπεῖν ϵ̓ μόνον, μνήσθητί μϰ Κύϱιε, ἐν τῇ βασιλείᾳ σϰ. ὅσοι ὖν Χϱιςοῦ μαθηταὶ ὄντες, συγκληϱονόμοι αὐτοῦ ϕιλόσαν ἐλπίζετε, ἀγωνίσαϑε τοιαύτην πίςιν ἔχειν, ϰὴ εὐσεβῶν τϱόπων ἔϱγα ἐπιδείϰνυϑαι. πᾶς γὰϱ ἄνθϱωπος βαπτισθεὶς εἰς Πατέϱα ϰὴ Υἱὸν ϰὴ ἅγιον Πνεῦμα, ϰὴ τ̃ ϑείας κοινωνίας μεταλαβεῖν ἀξιωθεὶς, ὃ λέγει αὐτῷ τὸ ἅγιον ἐυαγγέλιον, μὴ ἀδικήσῃς. μὴ ῥαπίσῃς τινά. ἀλλὰ τί λέγει. ἄκουσον· ἐὰν ἀδικηθῇς, ὑπόμεινον· ἐάν τις ῥαπίσῃ τὴν δεξιάν σϰ σιαγόνα, στϱέψον αὐτῷ ϵ̓ τὴν ἄλλην. ἐάν τίς σε ἀγκαϱεύσι μίλιον ἕν, ὕπαγε δύο. ταῦτα ϖῶς γὰϱ ὁμοπίσϰ ὑπομεῖναι, ϰδεὶς τῶν Χϱιςιανῶν ϰαταδέχεται. ἀφ' ὃ δὲ ἐπῆλθεν ἡμῖν ὁ βαϱὺς ζυγὸς τῶν Ισμαηλιτῶν, ϰατεδεξάμεθα τούτων βαϱύτεϱα ἀϰούοντες, ϰὴ μὴ βϰλόμενοι ὑπομεῖναι· εἰ γὰϱ ὑπομένοιμεν τοιαῦτα ὑπὸ τῶν ὁμοπίσων, πλείονα ἂν μισθὸν εἴχομεν. ὅτι Χϱιςιανὸς ἐὰν ἀδικήσῃ τινὰ, τϱιπλῆν τὴν ζημίαν ὑπομένει· οὐδὲ γὰϱ τὸ δεύτεϱον ῥάπισμα δέχεται, ἀλλ' αὐτὸς ἄλλον ἀδικῆσαι τολμᾷ.

IV. Δεῖ ὖν πάντα Χϱιςιανὸν ὑπὲϱ πᾶσαν ἁμαϱτίαν πάντοτε μετανοεῖν τῷ

alia virtute latro fuit prædituſ, niſi quod dixerit, ſolum hoc dumtaxat, *Memento mei Domine *in regno tuo.* Quicumque ergo, diſcipuli Chriſti cum ſitis, etiam cohæredes ejus fieri ſperatis, ut tali fide ſitis prædiți, contendite, & morum piorum opera præſtate. Etenim omnis luſtrali Baptiſmatis aqua tinctus in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti; & Divinæ communionis participatione honoratus, patientia inſtructus eſſe debet: ſiquidem ſanctum Evangelium non dicit, Ne injuriam inferas: Ne impingas alapam. non. verum, quid ait? audi: ſi injuria læſus fueris, ſuffer, patere: b) *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Si quis te angariaverit mille paſſus, vade cum illo & alia duo.* Atqui hæc ab ejusdem fidei cultore perpeti, nullus Chriſtianorum admittit. Verum ex quo tempore grave jugum Iſmaëlitarum nos oppreſſit, his graviora admittere, audire, & vel inviti tolerare cogimur. Etenim ſi hæc pateremur ab iis, qui eandem colunt fidem, majorem obtineremus mercedem: quia ſi quem Chriſtianus læſerit, triplicem ſuſtinet mulctam: Non enim ſecundum colaphum admittit, ſed ipſe alterum injuria afficere audet.

IV. Quocirca par eſt Chriſtianum ob unum quodque erratum, pœni-

* Luc. XXIII, 42. b) Matth. V, 39.

2011 Ministerio de Cultura

τῷ Θεῷ γνησίως, πρὸ τ ἀπαραιτήτου ἀποφάσεως τ θανάτου, καὶ μὴ πλανηθῆναι τῇ ἀπάτῃ τ βίου τούτου. ὡμοιώθη γὰρ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ ἀνθρώπῳ οἰκήσαντι ἐν αὐλῇ μετ τ ἰδίας γυναικὸς καὶ μονογενοῦς τέκνου καὶ δούλου ἑνός· ἐν ᾗ αὐλῇ ἦν ὄφις θανατηφόρος. ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ἀκούσας παρ' ἄλλων ὅτι ὄφις ἐκεῖνος τοὺς εἰσερχομένους εἰς τὴν αὐλὴν ἐκείνην ἀπὸ γραιῶν δεχαίων θανατοῖ, ὤφειλεν ἢ ἐκ τ αὐλῆς ἐκείνης ἐξελθεῖν, ἢ τ ὄφιν ἀποκτεῖναι, τοῦτέστι τ δαίμονα τ φιλαργυρίας καὶ τ ἐπιθυμίας. καὶ ὅμως ἐλθὼν τ ἀποκτεῖναι τ ὄφιν, εὗρεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ τὸ νόμισμα ὁλόχρυσον, καὶ λαβὼν αὐτὸ εἶπεν, ὅτι εἰ ἤθελεν ἀποκτεῖναι ἡμᾶς ὁ ὄφις οὗτος, οὐκ ἂν τὸ νόμισμα τοῦτο ἡμῖν ἔδωκεν· χαίρων, λέγων, ἴσως καὶ ἄλλο ἡμῖν νόμισμα φέρει, καὶ οὐκ ἀποκτενῶ αὐτόν. καὶ ἐλθὼν τῇ ἐπαύριον, εὗρεν ἄλλο νόμισμα, καὶ διελογίσατο ἐν ἑαυτῷ, λέγων, ὅτι ὄφις οὗτος οὐκ ἔστιν ἄξιος θανάτου, ἀλλὰ καὶ ζημίας μεγάλης.

V. Καὶ διένειμεν * ὁ ὄφις καιρὸν ἱκανὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν πάλιν αὐτῷ τὸ νόμισμα, καὶ ἐν μηδενὶ αὐτὸν βλάπτων· καὶ ἐχάρη ὁ ἄνθρωπος ὅτι οὐκ ἐφόνευσε τὸν ὄφιν. εἶχε δὲ ὁ ἄνθρωπος ἵππον πολύτιμον· καὶ ἐλθὼν ὁ ὄφις ἔδακνεν αὐτόν. Αὐλὴ μέν ἐστιν ὁ βίος οὗτος, ἀγαπητοί· ὄφις δὲ ὁ κοσμοκράτωρ, ἐχθρὸς, ὁ τὴν πέρναν ἑκάστου τηρῶν,

pœnitentiam non ficte apud Deum agere ante ſententiam de inexorabili morte enuntiatam, & non errore vitæ hujus abduci. Etenim vita noſtra ſimilis effecta eſt in hoc ævo, homini qui incoluit ædes cum uxore ſua, & unigena filio, atque uno famulo: in quibus ædibus ſerpens erat letifer. Vir ille cum ab aliis audiſſet, ſerpentem iſtum ingredientes domum illam à priſcis ſeculis enecare, debuit aut ex illa domo egredi, aut anguem interficere, malum videlicet genium avaritiæ & libidinis: attamen profectus ad occidendum ſerpentem, invenit ante pedes ſuos numiſma è puro ſolidoque auro; hoc nummo accepto, Si vellet, inquit, occidere nos hic anguis, haud quaquam iſtud numiſma nobis daret: & gaudio delibutus ait, Forte an etiam aliud adferet numiſma; & non interimam ipſum: ac poſtridie reverſus alium invenit nummum, & hæc cum animo ſuo reputavit dicendo, ſerpens hic morte dignus non eſt, imo pretio ingenti.

V. Perſeveravit vero ſerpens longo ſatis tempore per ſingulos dies rurſus ipſi numiſma exhibere, nullaque in re ipſum lædere; & gaviſus eſt homo, quod non occidiſſet ſerpentem. Is porro equum magni pretii habebat, ad quem cum veniſſet anguis, ipſum momordit. Domicilium eſt hæc vita, chariſſimi, ſer-

* Interpres legit: διέμεινεν.

2011 Ministerio de Cultura

πηρῶν, ὅπως πᾶν θανατώσῃ. Ὁ δὲ νόμισμά ἐστιν ἡ πονηρὰ ἐπιθυμία, ἡ πάντας ὠθοῦσα πρὸς ἀπώλειαν· ὁ δὲ ἰὸς τοῦ ὄφεως ἐστὶν ἡ ἁμαρτία, ἡ πάντας τοὺς πειθομένους αὐτῇ θανατοῦσα, καθὼς φησιν ὁ ἀπόστολος. ἡ γὰρ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν· ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα κύει θάνατον. Διὰ γὰρ τὴν ἀμέλειαν ἡμῶν, πέμπει ὁ Θεὸς θάνατον εἰς τὰ κτήνη ἡμῶν· ἐκφοβῶν ἡμᾶς, ὅπως ἡμεῖς σωφρονήσωμεν.

VI. Εἶτα ἰδὼν ὁ ἄνθρωπος τὸν ἵππον αὐτοῦ θανατωθέντα ὑπὸ τοῦ ὄφεως, ἐλυπήθη. καὶ ἤρξατο ἀναθεματίζειν τὴν αὐλὴν καὶ τὸν ὄφιν, καὶ διαλογίζεσθαι ἐν ἑαυτῷ, λέγων· ἐφ' ὅσον ὁ ἰὸς τοῦ ὄφεως τούτου θανατοῖ, συμφέρει ἡμῖν θανατῶσαι αὐτὸν, πρὶν ἡμᾶς θανατώσει· καὶ ἐλθὼν τοῦ ἀποκτεῖναι αὐτὸν, εὗρε τὸ νόμισμα κεῖ τὸ ἔθος· καὶ εἶπε· τὸν μὲν ἵππον ἀπωλέσαμεν, διὰ τί καὶ τὸ καθημερινὸν νόμισμα ἀπολέσομεν. ἐφ' ὅσον τὸ ἄλογον μόνον ἐφόνευσε, ἐ τοὺς ἀνθρώπους ἐβλάπτει, διὰ τί καὶ θανατοῦμεν αὐτόν. καὶ ἀφῆκε τὸν ὄφιν ζῶντα. καὶ ἐποίησεν ὁ ἄνθρωπος καιρὸν, καθημέραν λαμβάνων τὸ νόμισμα, καὶ ἐν μηδενὶ βλαπτόμενος· καὶ ὅτε εἶδεν ὁ ὄφις τὸν ἄνθρωπον ἀμελήσαντα, ἦλθε καὶ ἔδακε τὸν δοῦλον αὐτοῦ κοιμώμενον· ἵνα μή τις εἴπῃ, καὶ διὰ

serpens est mundi princeps, hostis, qui calcaneum cujusque observat, ut quemvis interimat: nummus autem est prava cupiditas, quæ omnes ad exitium impellit. Virus denique serpentis est peccatum, quod omnes sibi obtemperantes necat, ut ait Apostolus: c) *Nam concupiscentia concipiens gignit peccatum: peccatum autem perfectum concepit mortem.* Etenim propter incuriam nostram DEUS interitum in pecudes nostras mittit, nos exterrendo, ut sapiamus.

VI. Postea homo intuitus equum suum interemptum ab angue, dolore percitus est, ædes & serpentem exsecrare cœpit, atque ita secum ipse disserere, Quia virus serpentis hujus enecat, conducit nobis eum interficere priusquam nos perimat: & cum ad occidendum ipsum venisset, nummum pro more reperit, aitque, Equum quidem perdidimus, sed quare etiam quotidianum numisma perdemus? quatenus autem brutum solum interemit, & homines non lædit, cur etiam ipsum interficeremus? & ita & anguem viventem dimisit, & occasionem lucri captavit, nummum capiens quotidie, ac nulla in re offensus: tum serpens cum hominem negligentem admodum vidit, venit, & servum ejus dormientem momordit, ut ne quis hæc dice-

c) Jacob. I, 15.

2011 Ministerio de Cultura

Διὰ τί ἀπῆλθεν εἰς τ τόπον τ ὄφεως; ἢ διὰ τί ὁ δοῦλος μὴ παρεφυλάξατο μὴ ῥίπτειν ἑαυτὸν εἰς τὸν θάνατον; τί γὰρ τὸ ἄωρον τ θανάτου ἐγίνωσκεν; εἶτα κεκράξαντος τ δούλου ἦλθεν ὁ κύριος αὐτ σπεύδων καὶ καταρώμενος τ ὄφιν καὶ τὴν ὥραν, ἐν ᾗ ἐγνώρισε τὴν αὐλὴν ἐκείνην· ὅτε καὶ ἡμεῖς ἐν ταῖς εὐημερίαις τ μνημονεύομεν τ θανάτου· ἐν δὲ ταῖς θλίψεσιν ὀλιγωροῦμεν, καὶ ἀναθεματίζομεν τὸν βίον καὶ τὴν ὥραν, ἐν ᾗ ἐγνωρίσαμεν αὐτόν· καὶ λέγομεν ἕκας, ἀληθῶς ἀπάρτι, ἃ μὴ πλανηθῶ τῇ ἀπάτῃ τ βίου τούτου τ ματαίου. καὶ πάλιν ὡς κύων ἐπὶ τὸν ἴδιον ἐμέτον, οὕτως ἐπὶ τὴν ἁμαρτίαν στρεφόμεθα, καὶ τῶν πρότερον χείρονα διαπραττόμεθα, μήτε τ κρίσεως, μήτε τ θανάτου φροντίζοντες. ἐν γὰρ τῇ εὐημερίᾳ καὶ τῇ ἀμεριμνίᾳ, εὑρίσκει παρεισδυσιν ἡ ἁμαρτία· καὶ καθάπερ τὸ ὄρνεον ὕλη τηρεῖ τὸν κροκόδειλον, ἕως ἂν ἴδῃ αὐτὸν ἡδέως καὶ ἀμερίμνως καθεύδοντα, καὶ τὸ στόμα ἀνεῳγμένον ἔχοντα· καὶ τότε εἰσπηδῆσαν εἰσέρχεται διὰ τ στόματος αὐτ εἰς τὴν κοιλίαν αὐτ, καὶ διαῤῥῆξαν τὴν γαστέρα αὐτ, ἐξέρχεται, καταλιπὼν αὐτὸν νεκρόν. οὕτω καὶ ἡμᾶς θανατοῖ ἡ ἁμαρτία μὴ τὴν πρᾶξιν· ἀλλὰ ἡμεῖς φθάσαντες διὰ μετανοίας ζωοποιήσωμεν ἑαυτούς.

ret, Cur nam abiit ad locum serpentis? aut, quare hic non cavit sibi, ne se morti objiceret? quis enim incertum intempestivæ mortis tempus cognovisset? deinde vociferante servo, venit herus ejus properans, & detestans ac diris devovens serpentem & horam qua domum illam noverat. Quandoquidem etiam nos in rebus prosperis, mortis non meminimus, in adversis autem despondemus animum, & vitam execramus & horam in qua vitam percepimus; ac singuli dicimus: vere in posterum non vagabimur errore vitæ hujus inanis delusi: at denuo, ut canis *ad proprium vomitum, ita ad delictum nos convertimus, & pejora prioribus peragimus, neque judicii, neque mortis curam habentes. Etenim in prosperitate, & incuria peccatum invenit ingressum atque irrepit, ac veluti ales Hylus ** crocodilum observat, quoad videat suaviter ac secure sopitum & aperto ore hiantem; ac tunc avis insiliens per os ejus subit in ventrem, & discerpto ejus ventre exit, belluâ mortua relicta. Sic etiam nos peccatum neci tradit post facinus: verum nos, per pœnitentiam prævertamus, ac nobismetipsis vitam restituamus.

VII. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. ἰδὼν οὖν ὁ ἄνθρωπος τὸν δοῦλον αὐτῷ συνεχόμενον, μετεπέμψατο τοὺς ἰατροὺς, παρεκάλεσεν αὐτοὺς, ἐπιμελῶς

VII. Sed ad propositum revertamur. Cum igitur ille vir servum suum sauciatum vidisset, medicos accersivit, eosque obsecravit, ut curam

* 2. Petr. II, 22. ** Aliis *hydrus*, vide Valesium ad Ammian. XXII. 5.

2011 Ministerio de Cultura

μελεῖσθαι αὐτῷ, καὶ πολλὰ πιόντες φάρμακα, οὐδὲν ὠφέλησαν. ὕστερον ἀπέθανεν ὁ δοῦλος αὐτοῦ. καὶ ὤμοσεν ὁ ἄνθρωπος ἀπακτεῖναι τὸν ὄφιν. καὶ ἐλθὼν ἐπὶ τὸν τόπον, εὗρε τὸ νόμισμα, καὶ λαβὼν αὐτὸ, εἶπεν· ὁ δοῦλος τιμῇ ἠγοράσθη, καθάπερ καὶ τὸ ἄλογον· καὶ τὸ χορηγούμενον ἡμῖν καθ' ἑκάστην ἡμέραν νόμισμα κρεῖττόν ἐστι τῆς τιμῆς αὐτῶν. ὥστε φυλαξώμεθα ἔν, καὶ ἐκεῖνο δυνάται ἡμᾶς βλάψαι· καὶ τυφλωθεὶς τῇ ἐπιθυμίᾳ τῆς φιλαργυρίας, ἀφῆκε τὸν ὄφιν, καὶ ἔμεινε κὴ πάλιν ὕτως. καὶ ὅτε εἶδεν ὁ ὄφις τὸν ἄνθρωπον μὴ φροντίζοντα τοῦ θανάτου, ἦλθε ἕρπων νυκτὸς, καὶ ἔδακε τὸν υἱὸν αὐτοῦ. ὅτε ὠργίσθη ὁ Θεὸς τῷ Θάρραν τῷ πατρὶ τοῦ Ἀβραὰμ, ἐθανάτωσε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸ τρίτον, ὃν ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἠγάπησεν, ἵνα ὁ πατὴρ σωφρονήσῃ, καὶ οὐκ ἐσωφρόνησεν· ἐποίει γὰρ καὶ εἰδωλα, καὶ ἐπώλει τοῖς εἰδωλολάτραις· ἐπέσῃ δὲ ὅτε ὁ αἰὼν, εἰς εἰκοσὴν χιλιὰν ἔτη βτλβ. καὶ οὐδεὶς πρότερον ἀνθρώπων πρὸ πατρὸς υἱὸς ἐτελεύτα, εἰ μὴ ὁ Λαμὲχ ὁ υἱὸς τοῦ Μαθουσάλα. καὶ θαυμάσασα ἡ θεία γραφὴ ἐπεσημήνατο λέγουσα, καὶ ἀπέθανεν Ἀρὰν ἐνώπιον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Θάρραν ἐν τῇ γῇ τῆς γενέσεως αὐτοῦ.

curam ejus haberent: qui cum multa ei remedia haurienda porrexiſſent, nihil juverunt: tandem enim interiit. Idcirco aſſeveravit herus ſe ſerpentem occiſurum. At profectus ad cubile ſerpentis invenit nummum, eoque accepto dixit: Famulus pretio redemptus eſt, quemadmodum etiam brutum: & numiſma, quod nobis quotidie ſuppeditatur, præſtantius eſt pretio ſervi & equi. Caveamus igitur in poſterum, & non amplius lædere nos poterit. Itaque avaritiæ cupidine excœcatus ſerpentem dimiſit, atque ita rurſus perſeveravit. Quare cum ſerpens animadvertiſſet, hominem mortis negligentem eſſe, venit noctu irrepens, & filium ejus morſu appetit. Quando DEUS ſuccenſuit Thareo Patri Abrahami, filium ipſius tertium, quem præter alios diligebat, morte præripuit, ut pater ſaperet. Is vero ſe non emendavit: namque idola fabricabatur, & idololatris venui exponebat. Tunc vero Mundi ætas d) viceſimum ſæculum exegerat. (MMCCCXXXII.) Ac nullus antea hominum filius ante patrem obierat, præter Lamech, filium Mathuſalæ: idque admirata ſcriptura ſacra notavit his verbis: e) *Et mortuus eſt Aram ante Thare patrem ſuum in terra nativitatis ſuæ.*

VIII.

VIII. Age

d) Allatius in alio Codice reperit γσλβ ἦσαν λοιπόν.
e) Gen. XI, 28.

2011 Ministerio de Cultura

VIII. Καὶ λαλάβωμεν πάλιν τ̃ λόγον τ̃ ὄφεως. κράζοντ@ τ̃ παιδὸς φωνὴν μεγάλην, ἦλθεν ὁ πατὴρ αὐτ̃ ὀδυρόμενος καὶ κλαίων, καὶ τὸ χαὶ κράζων, καὶ ἀναθεματίζων τὴν ὥραν ἐν ᾗ τὴν αὐλὴν ἐκείνην, καὶ τ̃ ὄφιν ἐγνώρισεν· ἐπειδὴ ὁ υἱὸς μονογενὴς αὐτ̃ ἦν. ὅτως εἰώθαμεν καὶ ἡμεῖς ἡνίκα ἴδωμέν τινα ζιζτον νεώτερον ἀποθνήσκοντα πρὸ ὥρας, μισεῖν τ̃ βίον καὶ ἀναθεματίζειν τὴν ἑαυτῶν ζωὴν, καὶ λέγειν· εἴθε μὴ ἐγενήθημεν, μὴ ἐγνωρίσαμεν τ̃ βίον τ̃τον, ἃ τὰ ἐν αὐτ̃ μάταια. ἀβάλε τῇ ἀνθρωπότητι. τί ἀπάρτι προσδοκῶμεν ἐλεεινοί. ἐὰν ὅτος ὁ ἄνθρωπος ἐν τῇ νεαζούσῃ ἡλικίᾳ, καὶ ἀκμῇ τ̃ νεότητος ἀπέθανε, τί ἐλπίζομεν ἡμεῖς; ὅτως, ὁ μὴ ἀπατήσει ἡμᾶς ὁ βίος ὅτος ὁ μάταιος· ὅτε ἡ ἁμαρτία σ̃ λοιπ̃. καὶ ἔτι τῶν δακρύων ἡμῶν ἐν ζιζ ὀφθαλμοῖς ὄντων, καὶ τ̃ νεκρὸν προσεχόντων, καὶ τὰς κεφαλὰς ἐν ξεναγμοῖς ἄνω & κάτω κινούντων, & ὀμνυόντων, μηκέτι φροντίζειν βιωτικῶν πραγμάτων, περὶ κληρονομίας μαχόμεθα, & τὰς ὑπηρέτας παραγγέλλομεν ἀσφαλῶς τὰ πράγματα φυλάττειν, λέγοντες, φυλάξατε, ἀδελφοὶ, τὰ πράγματα· ἀρκεῖ ἡ θλῖψις ἡμῖν περὶ τ̃ νεκρ̃. σήμερον ἀπαραμυθήτως κλαίομεν καὶ ὀδυρόμεθα καὶ θρηνζμεν, καὶ αὔριον ἀθάνατοι διακείμεθα.

VIII. Age ſermonem de ſerpente inſtitutum perſequamur. Cum filius ingeniti clamore vociferaretur: acceſſit pater mœrens & deflens, & quiritans, væque iterans, diris horam devovens, in qua & caſam & ſerpentem noverat, quia filius unigena ipſi erat. Sic etiam in more nobis poſitum eſt, cum id ætatulæ adoleſcentulum ante diem mori cernimus, ut vitam odio proſequamur, atque ætati noſtræ imprecati dicamus: Utinam nunquam nati eſſemus: utinam hanc vitam minime agnoviſſemus, & quæ inania ſunt in ea: hei humanæ conditioni! quid exinde miſerandi expectaremus? ſi hic juvenis in florentibus annis & ſtatu ætatis interiit: quid nos ſperamus? in poſterum haud quaquam decipiet nos hæc inanis vita, neque peccatum alliciet. Sed lachrymis adhuc ex oculis fluentibus, & animis ad funus attentis, & capita in gemitibus ſurſum ac deorſum quatientes, ac jurantes nullam amplius curam negotiorum ad vitam pertinentium habituros: de hereditate contendimus, ac miniſtris injungimus, ut rem tuto ſervent, ac dicimus, Rem conſervate, fratres, ſufficit nobis vexatio ob mortuum. Hodie flemus & mœremus ac lugemus, nulla conſolatione adhibita, & craſtina die ita affecti ſumus, quaſi immortales eſſemus.

IX. Ἀλλὰ

IX. Sed

2011 Ministerio de Cultura

IX. Ἀλλὰ ἀναλάβωμεν τὸν λόγον ὅθεν αὐτὸν καπελίπομεν· ἐπειδὴ τὰ ἀκόλουθα εἰπεῖν καπεπειγόμεθα. ἰδὼν ἂν ὁ ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ δάκρυσιν ὀλοφυρόμενον, καὶ τὴν βοήθειαν τοῦ πατρὸς ἐπικαλούμενον, συνήθροισε τοὺς ἰατροὺς, ἐπαγγελλόμενος δώσειν αὐτοῖς εἴ τι ἂν αἰτήσωσιν, ἐὰν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐλευθερώσωσι τοῦ θανάτου. καὶ πολλὰ κοπιάσαντες, ὠφέλησαν οὐδέν. ἀπέθανεν οὖν ὁ παῖς, καὶ λυπηθεὶς ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὤμοσε μὴ ἐάσαι τὸν ὄφιν ζῶντα, λέγων, ἕως ποτὲ μωροπρεπῶς ἐαυτὸν ὁ ἄφρων· καὶ ὁ φονεύσω τὸν κατηραμένον ὄφιν πρίν με φονεύσει· καὶ ἀπελθὼν τοῦ φονεῦσαι αὐτὸν, εὗρε τὸ νόμισμα, καὶ λαβὼν αὐτὸ, ἤρξατο εἰς ἑαυτὸν ἀτενίζων, καὶ λέγων· τί ποιῶ, ὁ υἱός μου ἀπέθανε, καὶ τάχα εἰ παρεφυλάξατο, οὐκ ἂν ὁ ὄφις βλάψαι αὐτὸν ἠδύνατο. ἵνα ὡς ἀφυλαξόμεθα ἐγώ τε καὶ ἡ γυνή μου, καὶ οὐ δύναται ἡμᾶς βλάψαι. ἐζημιώθην τοῦ υἱόν μου. ἀλλὰ τί ἵνα ζημιωθῶ καὶ χρόνον, νομίσματα τριακόσια ἑξήκοντα πέντε. καὶ ἀφῆκεν αὐτόν. ἔμεινεν οὖν πάλιν καιρὸν ὁ ὄφις, παρέχων αὐτῷ καθημέραν νόμισμα ἐν τῷ ἀπομεμνῆσαι τὸν ἄνθρωπον καὶ ὑποτιμῆσαι τὴν τοῦ βίου ματαιότητα.

IX. Sed unde digreſſa eſt, eo redeat oratio; quia ea, quæ ſecuta ſunt, dicere properamus. Intuitus ille filium ſuum lacrymarum vim effundentem, & patris auxilium implorantem, medicos convocavit, iisque promittit ſe, quidquid petiiſſent daturum, ſi quidem filium eruerent ab interitu: at illi, cum multum laboraſſent, nihil profuerunt: mox ergo filius interiit, & pater dolens, aſſeveravit, ſe non permiſſurum, ut ſerpens viveret: Quousque tandem meipſum, inquit, inepte deludam inſipiens, & non exſecrandum anguem interficiam, priusquam me interimat? mox profectus ad ſerpentem occidendum, nummum reperit, eoque ſumpto, cœpit ipſum inſpicere, & dicere: Quid agam? filius meus interfectus eſt: & fortaſſe ſi caviſſet ſibi, neutiquam ſerpens eum lædere potuiſſet: ego certe & uxor mea cavebimus, ut anguis nocere nobis non poſſit: in filio meo ſum multatus: cur vero? an ut etiam jacturam faciam quæſtus annui nummorum trecentorum ſexaginta quinque? Itaque ſerpentem dimiſit: is autem rurſus occaſionem captare pergebat, homini nummum unum quotidie ſuggerendo, ut ille ſocordiæ traderet ſe, & vitæ vanitatem in pretio haberet.

X. Ἦλθεν οὖν πάλιν ὁ ὄφις ἄφνω, καὶ ἔδακε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. ὅτως ἤρχε-

X. Poſt reverſus adhuc ſerpens ex improviſo, uxorem ejus momordit.

2011 Ministerio de Cultura

ἔρχεται ὁ θάνατος ὡς κλέπτης, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκῶμεν, καὶ ἁρπάζει ἡμᾶς. ἔκραξε καὶ ἡ γυνή· ἦλθεν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ὀδυρόμενος καὶ θρηνῶν, καὶ ἀκούσαντες οἱ γείτονες καὶ οἱ φίλοι καὶ οἱ συγγενεῖς συνήχθησαν κλαίοντες. ἐκάλεσε πάλιν ὁ ἄνθρωπος τοὺς ἰατροὺς ὑποσχόμενος χρήματα παρέχειν αὐτοῖς, ἐὰν ῥύσωνται τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ θανάτου. καὶ πάνυ πολλὰ κοπιάσαντες, οὐδὲν ὠφελῆσαι ἴσχυσαν. ἀπέθανε δὲ καὶ ἡ γυνή, καὶ ἔμεινεν ὁ ἄνθρωπος μόνος μεμονημένος ἐν τῷ οἴκῳ, καὶ λαβὼν τὴν βουλὴν τῶν φίλων αὐτοῦ καὶ συγγενῶν περὶ τοῦ ὄφεως, ἀναγγείλας αὐτοῖς πάντα τὰ γεγενημένα· συνεβούλευσαν δὲ αὐτὸν πάντες τὸν ὄφιν ἀποκτεῖναι, ἐπεὶ καὶ αὐτὸν μέλλει θανατῶσαι· καὶ ὡς ἐπῆλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, ἐτήρει ὅπως ἐξελθόντα τὸν ὄφιν, θανατώσῃ αὐτόν. ἀτενίζει δὲ εἰς τὸν τόπον τοῦ νομίσματος, καὶ βλέπει κείμενον ἐκεῖ μαργαρίτην λευκὸν καὶ καθαρὸν καὶ πολύτιμον, ἰσόσταθμον τοῦ νομίσματος. καὶ περιχαρὴς γενόμενος, λαβὼν τὸν μαργαρίτην διέτρεφεν ὧδε κἀκεῖ ἐν τῇ παλάμῃ αὐτοῦ, ἐν ἀγαλλιάσει πολλῇ, ὡς ἐπιλαθόμενος τοῦ θανάτου τοῦ ἰδίου καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ πάντων τῶν αὐτοῦ· καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἐπειδὴ ὁ ὄφις οὗτος ἤλλαξε τὴν χροιὰν τοῦ νομίσματος εἰς τὴν καθαρότητα καὶ λευκότητα τοῦ μαργαρίτου, πάντως καὶ

dit. Ita mors ſubit, ut fur, qua die non expectamus, & nos abripit. Mulier vociferatur; & vir ejus lugens & deplorans accedit. Et hoc audito amici & cognati flentes convenerunt. Homo iterum medicis accerſitis pollicetur eis ſe pecunias largiturum, ſi uxorem ejus à morte liberaverint: at illi multis laboribus exanthlatis, juvare minime potuerunt. Quare interiit mulier: & ſolus viduus ac deſertus domi remanſit; & amicorum ac conſanguineorum conſilio uſus, cum ſuper ſerpente cuncta, quæ prius evenerant, ipſis commemoraſſet, idem ei omnes conſilium dederunt, ut anguem interimeret: quandoquidem futurum erat, ut herum quoque interficeret. Sed cum ad locum veniſſet, obſervaturus egredientem ſerpentem, ut eum necaret: dum ſedem numiſmatis attendit, & in eo jacens margaritum cernit, candidum, & purum, ac pretioſum, æqualis molis atque erat numiſma: ingenti gaudio delibutus, acceptam margaritam in hanc & illam partem obvertebat in vola manus, præ lætitia ſumma ac lubentia, ut jam oblitus necis filii & conjugis & omnium ſuorum: dixitque apud ſe, Quoniam hic ſerpens nummi colorem & ſpeciem in puritatem & candorem unionis commutavit; prorſus etiam peſtiferum virus ſuum amiſit,

2011 Ministerio de Cultura

ἐ τ θανατηφόρον αὐτῷ ἰὸν ἤλαξε. κ) ἀκέπι βλάπλει τινά.

XI. Ὦ τ ἀνοίας· ὅτως ἡμᾶς ἀπατᾷ πάντας, ἀγαπητοὶ, τῇ ἀπάτῃ κ) πλάνῃ τ ματαίᾳ τύτυ βίυ. ἵνα ἀπαλλοτριώσῃ ἡμᾶς τ σωτηρίας καὶ τ τ θείᾳ φιλανθρωπίας, κ) ᾧδῃ δώσει ἡμᾶς τῷ αἰωνίῳ πυρί. ὅτω ἐ τὸ δέλεαρ τῶν ἁλιέων ἐστί. κ) διὰ τύτο καλεῖται δέλεαρ, ἐπειδὴ δόλος ἐστὶν ἐν ἀγκίστρῳ ἀπατῶν τὸς ἰχθύας. κινεῖται γὰρ ἔμπροσθεν τ ἰχθύος τὸ δέλεαρ ἀπατηλῶς· ἵνα τύτον κρεμάμενον ἐν τῷ ἀγκίστρῳ, καταγέλαστον πᾶσιν ἀποδείξῃ, ἐ τῷ πυρὶ ᾧδῃ δώσῃ. ὧδε δὴ ἐ ἡμεῖς ἅπαντες ὑπὸ τ πονηροῦ ἀπατώμεθα. ὅλως γὰρ ὁ κόσμος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται· γινώσκομεν δὲ ἅπαντες τὴν βλάβην τῆς ἁμαρτίας· κ) πρὸς αὐτὴν ἀσθαλέως κ) προθύμως τρέχει, ἵνα ὁ λέων τύτον συντρίψας καταφάγῃ.

XII. Εἶτα ὁ ἠπατημένος ἄνθρωπος ἀπὸ πολλῆς χαρᾶς τ μαργαρίτυ, ἤρξατο ἔκβοτε καθαίρειν τ τόπον, ἐ ῥαντίζειν κ) θυμιᾶν· ἐ εὐσμά τινα ἐκπέμπειν. ἐποίησε δὲ ὁ ὄφις χρόνον, καθ' ἑκάστην ἡμέραν παρέχων αὐτῷ μαργαρίτην πολύτιμον. κ) ἰδὼν ὁ ἄνθρωπος τὸ πλῆθος τῶν μαργαριτῶν, εἶτα λαβὼν χρυσίον, ἐποίησεν ἐξ αὐτῦ πυξίον, κ) ἔβαλεν ἐν αὐτῷ τὰς μαργαρίτας κ) τὰ λοιπὰ νομίσματα. κ) λοιπὸν ἤρξατο ζητεῖν τόπον ἁρμόδιον κ) φυλακτικὸν, ὅπως κρύψῃ αὐτό· ἐ πολλὰ ἐρευ-

amisit, nec amplius cuiquam nocebit.

XI. O dementiam! Sic nos omnes (chariſſimi) ſerpens antiquus fraude & errore inanis hujus vitæ decipit, ut nos à ſalute & DEI benignitate avertit, atque igni ſempiterno tradit: ita quoque ſe habet piſcatorum eſca, ac propterea nominatur eſca, quia fraus eſt in hamo, quo piſces falluntur: agitatur enim fraudulenter eſca ante piſcem, ut eum pendentem in hamo piſcator omnibus ridendum proponat, & in ignem conjiciat: ita profecto nos omnes à malo decipimur. Mundus quippe omnis omnino jacet in malo: quisque vero nocumentum delicti cognoſcit; & ad id tamen celeriter & alacriter currit: interim animam conterit & devorat:

XII. Poſtilla deceptus homo præ gaudio immenſo, margariti locum purgare cœpit, luſtrare, aſpergere, & ſuffire, ibique ſuaveolentes odores quosdam profundere. Anguis autem per ſingulos dies perſtitit exhibere ipſi impenſi pretii margaritum: ille tum margaritarum linea & copia oblectatus, tum aureorum nummorum acervo, ciſtellam ſibi elegantem condidit, in eamque uniones conjecit & nummos reliquos: & impoſterum cœpit locum aptum quærere, & commodum & tutum ad cuſtodiam, in

2011 Ministerio de Cultura

ἐρευνήσας οὐχ εὗρεν· εἰ μὴ ὑποκάτω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ· καὶ ὀρύξας τὴν γῆν ἔκρυψεν αὐτόν· μητὲ τέκνων, μήτε γυναικὸς φροντίζων· καὶ ἐν ὅσῳ ἐτρύφα ἀμεριμνως, ἦλθεν ὁ ὄφις ἄφνω, καὶ ἔδακε τὸ πόδα αὐτοῦ· καράξαντος δὲ φωνῇ μεγάλῃ, συνήχθησαν πάντες οἱ γείτονες καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ καὶ οἱ συγγενεῖς, κλαίοντες, καὶ μεμφόμενοι αὐτὸν, καὶ λέγοντες· οὐκ εἴπομέν σοι, ἀποκτεῖναι τὸν ὄφιν, ἐπεὶ καὶ σὲ μέλλει θανατῶσαι; ἀληθῶς σὺ σεαυτὸν ἀπέκτεινας. εἶτα ἐκάλεσε καὶ αὖθις ἰατρούς. καὶ παρεκάλεσεν αὐτοὺς βοηθῆσαι αὐτῷ, ὑποσχόμενος μεθ' ὅρκου δοῦναι αὐτοῖς εἴ τι ἂν αἰτήσονται, εἰ ῥυσθῇ τοῦ θανάτου· καὶ πάμπολλα φάρμακα αὐτῷ ποτίσαντες, οὐκ ἴσχυσαν αὐτὸν ὠφελῆσαι. ὕστερον δὲ ἀπορήσας πάσης ἀνθρωπίνης βοηθείας, καθὼς ὁ δίκαιος Ἰὼβ φησὶν, ὅτι ἐνέβλεπον εἰς ἀντίληψιν, καὶ οὐκ ἦν· καὶ ὁ Δαβὶδ πάλιν, μὴ πεποίθατε ἐπ' ἄρχουσι, ἐπὶ υἱοῖς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία· ὅτε γοῦν ἠπόρησεν ἐκ πάντων, προσέφυγε τῷ Θεῷ λέγων· Κύριε, Κύριε, τὸ ἄπαξ τοῦτο μόνον μοὶ χάρισαι, τὸ ζῆν, ὅπως μετανοήσω. καὶ οὐκέτι, οὐ μὴ σὲ ἀθετήσω, οὐδ' οὐ μὴ πλανήσει με ὁ χαλεπὸς οὗτος βίος, καὶ ἡ φιλαργυρία δὲ λοιπὸν· ἀλλὰ σκορπίσας πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ μονάσας, καθέζομαι δὲ λοιπὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ,

quo eam occultaret: ac diu perſcrutatus non invenit, niſi ſub ca- capite ſuo & cervicali: deinde effoſa terra abdidit; neque jam filii neque uxoris curam habens. Verum interim dum ſecurus deliciaretur, irrepit ex templo, & pedem ejus momordit. Qui cum alta voce exclamaſſet, vicini & amici & cognati ejus omnes congregati ſunt, flentes & increpantes ipſum, atque ajentes: Nonne diximus tibi interficiendum eſſe ſerpentem, quia futurum erat, ut te interimeret: verum tu te ipſum interfeciſti. Deinde medicos accerſivit, & eos rogavit ſibi opitulari, pollicitus cum jurejurando, quicquid à ſe flagitarent, ſi à morte ſervaretur: illi multis medicatis potionibus ei præſcriptis & porrectis ſuccurrere non potuerunt: quare tum humano omni auxilio deſtitutus, (ut cum juſtus Job ait: f) *Reſpexi ad auxilium, & nullum erat:* ut etiam David: g) *Nolite,* inquit, *confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus.*) cum, inquam, ab omnibus deſtitutus ac depoſitus eſſet, ad DEUM confugit, ſic precando: Domine, Domine, hoc ſemel mihi tantum concede, ut vivam, ac reſipiſcam: haud unquam amplius ſpernam: neque me unquam vita hæc moleſta in errorem indu-

f) Job. XXX, 26.
g) Pſ. CXLVI, 3.

2011 Ministério de Cultura

ἐρήμῳ, ἀποταξάμενος τοῖς βιωτικοῖς πράγμασιν καὶ ἐπιθυμίαις ἀβίοις· καὶ φροντίζω τῆς ἐμαυτοῦ σωτηρίας, καὶ τῆς σῆς εὐαρεστήσεως· ἔγνων γὰρ ὅτι ὅλος ὁ βίος ἔτος ματαιός ἐστιν καὶ ἀνόνητος. καὶ ἐπεκαλεῖτο τοὺς ἁγίους εἰς βοήθειαν, ποιήσας ἐλεημοσύνας πολλὰς εἰς τοὺς δεομένους, καὶ λόγον τῷ Κυρίῳ δεδωκὼς, μηκέτι ἀθετῆσαι αὐτόν· καὶ ἐπήκουσεν αὐτοῦ ὁ Θεὸς, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ τὴν ζωὴν αὐτοῦ.

XIII. Ἀνασὰς δὲ ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας, καὶ ὑγιάνας, ἐπελάθετο τῆς προσχέσεως, καὶ τοῦ ὅρκου, ὃν δέδωκε τῷ Θεῷ, καὶ εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· ἐλαφίζω ὅλι ὅσον τὸ ἅπαξ τοῦτο ἐσώθην, ἃ μὴ βλαβῶ ἔτι ἐκ λοιποῦ ἀπὸ τοῦ ὄφεως ἐκείνου. εἰ γὰρ ἦν ὁ ἰὸς αὐτοῦ θανάσιμος, ὡς ἔμελλον πεῖν, οὐκ ἂν ὑγιὴς ἔτυχον, καὶ ἐῤῥύσθην τοῦ θανάτου. ἴδε ἔτι πόνον προσχέσιν, καὶ σύνταξιν, καὶ πάλιν ταχίστην ἀθέτησιν καὶ ἀπόταξιν. ὢ τῆς ζημίας· καλὸν ἦν τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ εἰ οὐκ ἐγεννήθη ἐπὶ τῆς γῆς. αὐτὸς γὰρ μόνος ὀδὸν ἐν πάσῃ τῇ κτίσει παροργίζων, καὶ ἀθετῶν τὸν Θεόν. εἶτα ἐσφάφη ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐμετὸν, καὶ εἰς τὰ τῶν χοίρων χείρονα· ὥσπερ καὶ οἱ ἀπὸ κινδύνου τῆς θαλάσσης μὴ ἀπόγνωσιν σωζό-

inducet, nec avaritia in posterum: sed erogatis & distributis omnibus meis facultatibus, cœlibatum colam, & deinceps in solitudine confidebo: omnibus humanæ vitæ negotiis abdicatis, & libidinibus immodicis valere jussis, salutis meæ curam habebo, idque operam dabo, ut tibi complaceam. Atenim novi omnem hanc vitam inanem esse atque infructuosam. Deinde sanctos ad auxilium suum implorabat; eleemosynis multis in egenos collatis; & obstricta fide Domino, se non amplius numen despecturum: exaudivit eum DEUS, & vitam ei largitus est.

XIII. Jam vero recreatus à morbo, & sanitate recuperata, promissi oblitus est, & juramenti, quod DEO præstiterat; & secum ita locutus est: Quoniam semel sum servatus; spero me ab illo serpente non amplius læsum iri. Nam si virus ejus mortiferum fuisset antea, haudquaquam sanus effectus essem, & à morte liberatus. Vide pollicitum operosum, & apparatum ac propositum; ac rursus celerrimum contemptum ac recessum. O gravem mulctam! bonum huic homini extitisset, h) si natus in terris nunquam fuisset! solus enim homo in omnibus rebus conditis DEUM despicit, & ad iram provocat. Itaque hic ad vomitum suum * rediit, &

h) Matth. XXVI, 24. Marc. XIV, 21. * 2. Petr. II, 22.

2011 Ministerio de Cultura

σωζόμενοι· Ϲ οἱ ἐξ ἀῤῥωστίας μετὰ ἀπελπισμὸν Ϲ διαθήκην ἀνιστάμενοι· καὶ οἱ λῃσαὶ οἱ μ῾ Φυλακὴν καὶ βασάνους καὶ ἀποφασιν θανάτου ἀπολυόμενοι· τοιοῦτον δὴ τὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς ἅπαντες ποιοῦμεν· καὶ ἐν μὲν ταῖς θλίψεσι καὶ τοῖς πειρασμοῖς μετανοοῦντες, εὑρίσκομεν ἄνεσιν καὶ εὐημερίαν· πάλιν ἐπὶ τὴν ἁμαρτίαν στρεφόμεθα, καὶ εὑρισκόμεθα κτίζοντες, καὶ πάλιν καταλύοντες· ϗ λοιπὸν ἀνωφελῶς κοπιῶντες, ὡς ὁ καρκίνος· ποτὲ μὲν ἐπὶ τὰ πρόσω· ποτὲ δὲ ἐπὶ τὰ ὀπίσω τρέχειν ἀγωνιζόμενος· Ϲ μὴ διὰ τὸ εἶναι εὐθὲν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ εὐκόλως θηρεύεται· εἷς γὰρ οἰκοδομῶν, Ϲ εἷς καθαίρων· τίς ὠφέλεια ἐν ἀμφοτέροις.

XIV. Ἔπειτα ἐστράφη ἐπὶ τὴν ἰδίαν τάξιν αὐτοῦ τὴν δεξαίαν ϗ ματαίαν, λαμβάνων τὸν μαργαρίτην καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὡς τὸ πρότερον, Ϲ λέγων, ἐπίστρεψον ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου· Ϲ ἐν ὅσῳ πάλιν ἐτρύφα, καὶ ἀμεριμνως διέκειτο· ἦλθεν ὁ ὄφις, ϗ ἔδακε τὴν χεῖρα αὐτοῦ· κραξάντος δὲ αὐτοῦ φωνῇ μεγάλῃ· συνήχθησαν πάλιν οἱ γείτονες, ϗ οἱ φίλοι καὶ οἱ συγγενεῖς, ὀνειδίζον-

ad pejora prioribus: ut qui à periculo maris & naufragii, rebus desperatis ſervantur: & qui ab averſa valetudine, nulla ſperata ſalute, & teſtamenti tabulis confectis, reſurgunt & convaleſcunt: itemque latrones, qui poſt carcerem & cruciatus, & mortis ſententiam, abſolvuntur: eodem certe modo nos etiam omnes facimus, atque in ærumnis & tentationibus pœnitentia affecti, invenimus pauſam, relaxationem, ac proſperitatem; rurſus ad peccatum revertimur, & modo conſtruentes, modo diruentes comperimur: ceteroquin inutiliter laboramus, inſtar Cancri, qui nunc antevorſum, interdum retrorſum currere contendit, & non eo, quod plane & expedita ejus via ſit, facile & commode venatur: i) *Unus enim ædificans, & unus deſtruens: quæ utilitas in utroque eſt?*

XIV. Poſtremo vir iſte ad ſuum morem priſcum & vanum revertitur, margaritam capit, ut prius, quotidie, aitque: *Revertere anima mea ad requiem tuam.* k) atque interim dum rurſus deliciis indulgeret, & ſecure admodum degeret; rediit ſerpens, ac manum ejus momordit: tum eo clamore magno vociferante, vicini, amici & cognati iterum congregati ſunt, & obtrectantes dixerunt: Quousque tandem errore impli-

i) Eccleſiaſtic. XXXIV, 25.
k) Pſ. CXIV, 7.

2011 Ministerio de Cultura

δίζοντες αὐτὸν, καὶ λέγοντες· ἕως ποτὲ σοι κατειλημμένῳ ἐν τῇ πλάνῃ, καὶ συνάγεις τὸν νοῦν σου· ἕως πότε ἀνέχεταί σου ὁ Θεός· ἔδωκας αὐτῷ λόγον μετ' ὀργῆς, καὶ πάλιν ἠθέτησας· ἀληθῶς εἰς σε πεπλήρωται τὸ σοφηλικὸν ἔπος· ὅταν ἀπέκλεινεν αὐτούς, τότε ἐξεζήτουν αὐτόν· καὶ ὅτε ἠλεοῦντο, τὴν χεῖρα διέπραττον. καὶ πάλιν ἤρξατο λέγειν· Κύριέ μου, Κύριε, οἶδα ὅτι ἐψευσάμην, καὶ ἠθέτησα τὸν Κύριόν μου καὶ Θεόν· καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἣν ἐπηγγειλάμην οὐκ ἐφύλαξα· λοιπὸν τὸ ἔτος τοῦτο, καὶ αὖθις δοκίμασόν με, ὅτι οὐ συνῆκα τὴν πλάνην, καὶ ἔγνων τὸν δόλον, καὶ οὐκ ἔλι ἵνα πλανηθῶ ἔτι λοιπόν. καὶ εὐξάμενος ταῦτα, ἐπήκουσεν αὐτοῦ ὁ Θεός. καὶ ἔζησεν.

XV. Λοιπὸν ἤρξατο πάλιν καθημέραν μικρὸν ῥαθυμεῖν, καὶ ἀμελεῖν, ἕως ἐξεφέρη εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτοῦ τάξιν, λέγων· Διὰ τί, ἵνα οἱ μαργαρῖται οὗτοι πολύτιμοι ὄντες, ἀπόλυνται, πολλῶν πτωχῶν μήτε ἄρτον εὑρισκόντων φαγεῖν; ἀλλὰ συνάξω καὶ δίδω τὰ πλεῖστα τοῖς πένησι, καὶ λογισθήσεταί μοι ἐλεημοσύνη εἰς δικαιοσύνην. εἶθ' οὕτως ἀναχωρῶ, καὶ μεταγνοῶν. ἴσως, διὰ τοῦτό ἐχαρίσατό μοι ὁ Θεὸς τὴν ζωήν. Βλέπετε ἀγαπητοὶ, τὴν τοῦ βίου ἀπάτην καὶ πλάνην; ὑπέκλεψε πολλάκις τὴν ἐλεημοσύνην ὁ δείλαιος, ἵνα μὴ σφαλείη αὐτῷ

implicitus eris, & animum tuum non colliges? quamdiu tolerabit te DEUS? huic votum jurejurando nuncupasti; & rursus despectui habuisti. In te vere completum est Propheticum dictum: l) *Cum occideret eos, quærebant eum: & cum misericordiam obtinerent, pejora præstiterunt.* Hic iterum dicere incepit: Domine, Domine, nosti, quod mendax fuerim, & quod à Domino, Deoque meo defecerim, & promissum, quod pollicitus fueram, non servaverim. Restat hic annus, explora me iterum, quia non intellexi errorem, & fraudem nexui: sed non amplius continget, ut errore abripiar in posterum. Cum ita precatus esset, DEUS ipsum exaudiit, & incolumis vixit.

XV. Ceterum cœpit rursus quotidie paulatim socordiæ & incuriæ tradere se, donec apud pristinum institutum suum rediit: Eccurnam, ajebat, hæ margaritæ, quæ tanti pretii sunt, perirent, cum pauperes ne panem quidem inveniant ad comedendum? verum colligam, & erogabo plurima pauperibus: ac reputabitur mihi eleemosyna ad justitiam: deinde ita recedam ad solitudinem, & pœnitentia ducar: atque ideo fortasse Deus mihi vitam largitus est. Videte, charissimi, vitæ hujus fraudem & errorem. Simulaverat sæpe miser eleemosynam, ne

(l Ps. LXXVII, 34.

2011 Ministerio de Cultura

αὐτῷ τὸ κέρδος· καὶ τοῦτο δῆλον ὅτι μὴ ταῦτα ἐμίσησεν καὶ τοὺς πτωχούς, ἀνέργους καὶ ἀλλοκότους ἀποκαλῶν αὐτούς, καὶ κωλύσας τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἐλεημοσύνης, δέδωκεν αὐτὸν τῇ εὐημερίᾳ καὶ μέθῃ καὶ λαγνείᾳ· καθ' ἑκάστην ἡμέραν μετρῶν τὸ χρυσίον αὐτοῦ, καὶ τοὺς μαργαρίτας. καὶ ἔτι τούτου εὐφραινομένου, καὶ ὡς ἐν θανάτου ἀμεριμνοῦντος, καὶ λέγοντος, ψυχή, φάγε, πίνε, εὐφραίνου, ὅτι ἐπληθύνθησαν τὰ ἀγαθά σου· καὶ διαλογιζομένου, ποῦ κρύψει τὰ λοιπὰ αὐτοῦ νομίσματα, ἤγουν τὰ χρήματα, ὡς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὁ πλούσιος ἔλεγε, καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας καὶ μείζονας οἰκοδομήσω. ᾧ δὲ εἰρήθη, ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ, ἀπαιτοῦσι τὴν ψυχήν σου· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; ἐπὶ τοῦ ἐκείνου ταῦτα διαλογιζομένου, καὶ λέγοντος, ἐλθὼν ἐξαίφνης ὁ ὄφις ἐδρόξατο τῆς καρδίας αὐτοῦ μὴ ἀπαρεγμοῦ. κρόξαντος δὲ αὐτοῦ πάλιν, συνήχθησαν οἱ γείτονες καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ, ἀτιμάζοντες αὐτὸν, καὶ λέγοντες· πάνυ κακῶς διεπρόξω εἰς τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν, ἄθλιε· προέδειξέ σοι ὁ Θεὸς τὴν θανατηφόρον βλάβην τοῦ ὄφεως τούτου, καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ ἠγαπημένου, καὶ διὰ τῆς γυναικός σου. καὶ σὺ ἔφθασας ἤδη τὸν θάνατον δεύτερον· καὶ ἔδωκας λόγον τῷ Θεῷ μετ' ὅρκου, μηκέτι ἀπατηθῆναι τῇ ἀπάτῃ τοῦ ματαίου τούτου βίου, καὶ ἐπήκουσέ σου ὁ Θεὸς, καὶ ἀνέστησέ σε ἐκ

ne lucrum ſibi excideret: atque id ex eo conſpicuum fuit, quod poſtea odio habuit pauperes; inertes & improvidos eos appellans, & manus ſuas ab eleemoſyna coercens, voluptati, ac vinolentiæ & laſciviæ dedit ſe, aurum ſuum & margaritas ſingulis diebus dinumerans. Sic eo adhuc oblectante ſe, & de morte ad extremum ſecuro; cum diceret: m) *Anime mi, comede, bibe, epulare, quia bona tua multiplicata ſunt:* & cum apud ſe cogitaret, ubinam nummos ſuos occultaret, ut dives ait in Evangelio: n) *Deſtruam horrea mea, & majora faciam:* huic etiam dictum eſt: *Stulte, hac nocte repetunt animam tuam; quæ vero paraſti, cujus erunt?* itaque illo hæc adhuc ſecum agitante & loquente, repente ſerpens illapſus, apprehendit cor ejus, & diſcerpſit. Ibi tum clamore ab ipſo excitato, congregati vicini & amici ejus, probris eum dedecorantes, dicunt: Male prorſus animæ tuæ infelix conſuluiſti: indicaverat tibi DEUS lethalem ſerpentis hujus noxam, & per equum & per famulum & per filium dilectum, & per uxorem tuam: at tu properaſti jam ad ſecundam mortem: & promiſſum DEO dederas cum juramento, fore ut non amplius decipereris errore inanis hujus vitæ: & exaudivit te DEUS, & excitavit iterum à mortuis,

m) Luc. XII, 29.
n) Luc. XII, 18.

2011 Ministerio de Cultura

ἐκ τῶν νεκρῶν δεύτερον, καὶ ἐσυνῆκας, ὦ ἠπατημένε· καλῶς ἂν ἡ θεία γραφὴ λέγει, ὅτι συντριβὴ θεραπεύει καρδίαν φρονίμου· ἄφρων δὲ μαστιγωθεὶς, οὐκ αἰσθάνεται· συνεβούλευσαμέν σοι πολλάκις θανατῶσαι τὸν ἐχθρὸν, πρὶν σὲ αὐτὸς θανατώσει. Ὃς παρήκουσας ἡμῶν, λοιπὸν ἀναπολόγητος εἶ ἐκ πάντων. ὁ δὲ ἐξενέγκας τοὺς μαργαρίτας καὶ τὸ χρυσίον ἔδειξεν αὐτοῖς, λέγων· ταῦτα πάντα ἐξ αὐτοῦ ἐκέρδησα. οἱ δὲ κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, εἶπον αὐτῷ, οὐαί σοι· ἐσφαλάνθης ἄθλιε· ταῦτα γὰρ πάντα ἄλλοι μέλλουσι κληρονομῆσαι καὶ ἀπολαῦσαι αὐτῶν· σὺ δὲ τὸν Θεὸν παρώργισας, καὶ τὴν ψυχήν σου ἀπώλεσας, καὶ ἑαυτὸν τῷ αἰωνίῳ πυρί.

XVI. Καὶ πάλιν ἤρξατο κλαίειν, καὶ λέγειν· ὦ Κύριέ μου, ὁ ἅπαξ τοῦτο ἐπάκουσόν μου, καὶ δοκίμασόν με μόνον Θεέ μου καὶ Κύριε, καὶ ἐλέησόν με, καὶ μὴ προσλάβῃς με νῦν ἀνέτοιμον ὄντα καὶ ἀκάθαρτον. συνήθροισε δὲ καὶ τοὺς ἰατροὺς πανταχόθεν, καὶ ὤμοσε δοῦναι αὐτοῖς πάντα ὅσα κέκτηται, καὶ δουλεῦσαι αὐτοῖς, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ, ἐὰν ἐλευθερώσωσιν αὐτὸν ἀπὸ θανάτου· καὶ ἔλεγλω αὐτοῖς ἀπαρηγορήτως· ὦ ἀδελφοὶ, οὐκ οἴδειν ἕως τοῦ νῦν ὅτι οὕτως ἐστὶ πικρὸς ὁ θάνατος. ἀβάλε μοι τῷ ἐλεεινῷ καὶ ταλαιπώρῳ. ἐπ' ἀληθείας ἐγὼ ἐμαυτὸν ἐσφάλησα ἐκ τῆς εὐθείας ὁδοῦ. καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ὁ ἐλεῶν με, ἀλλὰ καὶ τὸ αἰωνίζοντος στερεῖμαι ζωῆς.

tuis & non intellexisti, ô decepte! Pulcre igitur Scriptura sacra monet: o) *Contritionem sanare cor prudentis: stultum autem flagellatum non sentire.* Sæpe tibi consilium dedimus necandi hostem priusquam te neci traderet, & dicto nostro audiens non fuisti: ut jam omni excusatione careas: ille eductis margaritis & aureis nummis prolatis ostendit iis, aitque, hæc omnia sum ab eo lucratus. Hi capita moventes responderunt, væ tibi miser! his enim omnibus heredes alii futuri sunt, qui his potientur: at tu DEI iram provocasti, & animam tuam profligasti, ac tradidisti te igni sempiterno.

XVI. Hic iterum cœpit flere ac dicere, ô Domine mi, semel adhuc exaudi me, & explora me, DEUS meus & Dominus, & miserere mei, & ne assumas me nunc imparatum & impurum. Deinde accersivit undequaque medicos, & juravit se largiturum ipsis omnia, quæ possidebat, & obtemperaturum ac famulaturum ipsis, omnibus diebus vitæ suæ, si eriperent eum à morte: quibus hæc, cruciatus addidit: ô fratres nesciebam huc usque tam acerbam esse mortem! hei mihi miserando & ærumnoso: revera ego me ipsum in errorem induxi, & à recta via deflexi: idcirco non est, qui miseratur mei: interim æterna

o) Prov. XXIII, 35. Jerem. V, 3.

2011 Ministerio de Cultura

ζωῆς. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πᾶσαν παρακλησιν καὶ ἀγῶνα ἐποιήσατο, καὶ διὰ ἰατρῶν καὶ φίλων πολλῶν, ὅπως ῥυσθῇ τοῦ θανάτου καὶ τὸ ἄπαξ ἐκεῖνο· καὶ οὐδὲν ἤνυσεν. Θεοῦ γὰρ ὀργιζομένου, τίς αὐτῷ βοηθῆσαι δύναται. Θεοῦ γὰρ μὴ ἐνεργοῦντος, πᾶς κόπος ἰατρῶν ἀνωφελὴς καὶ ἀνόνητος. εἶτα ἀπέθανεν παλαίπωρος, πικρῷ θανάτῳ καὶ χαλεπῷ· γινώσκων ἀκριβῶς ὅτι ἄλλοι τὰ ὑπ' αὐτοῦ μετ' ἀδικίας καὶ ὅρκου καὶ πλεονεξίας συναχθέντα, κληρονομήσουσι, καὶ ἀπολαύσουσιν ἀχαρίστως αὐτῶν· αὐτὸς δὲ πορεύεσθαι γυμνός, καὶ κατηφής· τὰς ἁμαρτίας ἔχων μόνον, καὶ τὰς ἀφορήτους βασάνους ὀδυνηρῶς καὶ ἀκαταπαύστως εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

privor. Ut ſemel dicam, omnem precationem & contentionem adhibuit, & per amicos plurimos, ut à morte erueretur, idque hac vice tantum: at nihil perfecit; nam DEO irato quis opitulari poſſet? quippe DEO non juvante, nec operante, omnis medicorum labor inanis eſt: itaque obiit calamitoſus acerba & amara morte, cum probe noſſet alios bonorum à ſe injuſte atque avide & cum perjurio comparatorum hereditatem adituros, iisque ingratiis fruituros: cum ipſe nudus & mœſtus proficiſceretur, peccatis tantum oneratus, & intoleranda cum aculeis dolorum indefinentium tormenta in perpetuum perpeſſurus.

XVII. Ὅθεν παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς, ἀγαπητοὶ, ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ καὶ πάσῃ ὥρᾳ καὶ ἡμέρᾳ· ἐπιστρέφεσθαι πρὸς τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ἡμῶν διὰ μετανοίας καὶ δακρύων καὶ ἐξομολογήσεως καὶ ἐλεημοσύνης δαψιλοῦς, ὅπως καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἡμῖν συγχωρηθῶσι, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν· χάριτι δὲ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XVII. Quocirca precor vos omnes, chariſſimi, ut in omni tempore & loco, & quavis hora, & quovis die, convertatis vos ad DEUM noſtrum, hominum amantem, per pœnitentiam & lachrymas, & accuratam confeſſionem & eleemoſynam largam, ut errata noſtra nobis condonentur, & æterna bona conſequamur, gratia & benignitate Domini noſtri JESU Chriſti, cui gloria & poteſtas in ſecula ſeculorum. Amen.

X. SORANI Medici nomine Græce quædam habemus, alia Latine. Utraque unius ejusdemque eſſe ſcriptoris non fuerit neceſſe, cum plures Soranos claruiſſe conſtet, etiam Medicos. Sed primum quæ ad

rum

2011 Ministerio de Cultura

nos pervenerunt ſcripta referre placet, deinde Soranos diverſos in veterum ſcriptis commemoratos recenſere ac diſtinguere.

Græce habemus

1) *Vitam Hippocratis*, quæ in Codicibus Græcis magni illius Medicorum principis ſervata, operibus illius præfigi ſolet. Nec fallitur, qui ex hoc velut ſpecimine velit cognoſcere, quale ſuerit deperditum, quod dolemus, opus *βίοι καὶ αἱρέσεις ἰατρῶν*, quod à Sorano Epheſio juniore compoſitum, Suidas teſtatur. Licet enim doctos quosdam viros ſecutus pridem aliter ſenſerim lib. 2. c. 24. §. 1. tamen re attentius conſiderata video nullis idoneis argumentis Sorano vitam illam eripi, quæ MSS. Codicum conſenſu ei tribuitur: nam Soranus, qui in illa allegatur, non Epheſius, ſed antiquior Cous eſt: quæ autem de ſecta & dogmatibus Hippocratis Epheſius dixerat, potuerunt à librario, qui vitam tantum excerpere voluit, omitti vel etiam ſeparatim à Sorano tradi *βίοι* & *αἱρέσεις*: Certe quæ Tzetzes ex Sorano Epheſio de Hippocrate narrat, ex hac vita tantum non ad verbum, & eodem ordine eſſe expreſſa, qui legere & conferre voluerit, negare nemo poterit. Illam itaque vitam Græce & Latine hoc loco, ut etiam non Medicis ſit obvia, quoniam brevis eſt, ſubjungendam, & quæ Jo. Tzetzes ex eadem repetit, addenda exiſtimavi.

VITA HIPPOCRATIS,

SORANO Epheſio juniore auctore.

Ἱπποκράτης γένει μὲν ἦν Κῶος, υἱὸς Ἡρακλείδου καὶ Φαιναρέτης, εἰς Ἡρακλέα καὶ Ἀσκληπιὸν τὸ γένος ἀναφέρων. ἀφ' ἧς μὲν εἰκοστός, ἀφ' οὗ δὲ ἐννεακαιδέκατος. μνημονεύει δὲ τῆς γενεαλογίας αὐτοῦ Ἐρατοσθένης, καὶ Φερεκύδης, καὶ Ἀπολλόδωρος, καὶ Ἄριος ὁ Ταρσεύς. μαθητὴς δὲ γέγονεν Ἡρακλείδου τοῦ ἰδίου πατρός· εἶτα Ἡροδίκου. καὶ δέ τινας τῶν Γοργίου τοῦ Λεοντίνου ῥητόρων. Φιλοσόφου δὲ Δημοκρίτου Ἀβδηρίτου.

HIppocrates genere Cous fuit, Heraclidæ & Praxitheæ filiæ Phenaretes filius. Ad Herculem autem & Æſculapium originem generis ſui referebat, ab alteroque ſe vigeſimum, ab altero decimumnonum ſe numerabat. Ejus autem genealogiæ Eratoſthenes mentionem facit, & Pherecydes, & Apollodorus, Arius item Tarſenſis. Cæterum parentis ſui Heraclidæ diſcipulus fuit, deinde Herodici, & ut quidam tradunt, Gorgiam Leontinum rhetorem audivit, & Democritum

2011 Ministerio de Cultura

δημέτης. κ᾽ δὲ τὰς Πελοποννησιακὰς ἤκμασε χρόνους. γνωσθεὶς ὥς φησιν Ιστόμαχος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς Ιπποκράτους αἱρέσεως, κ᾽ ὢν πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀλυμπιάδος. ὡς δὲ Σωρανὸς ὁ Κῶος ἐρευνήσας τὰ ἐν Κῷ γραμματοφυλακεῖα πρωτίστην, μοναρχοῦντος Ἀβδηρίτου, μηνὸς ἀρτεμισιῶνος ἕκτῃ καὶ εἰκοστῇ· παρ᾽ ὃ καὶ ἐναγίζειν ἐν αὐτῇ μέχρι νῦν Ιπποκράτει φησὶ τοὺς Κώους. συναστηθεὶς δὲ ἐν τῇ ἰατρικῇ καὶ τοῖς ἐγκυκλίοις μαθήμασι, τῶν γονέων αὐτοῦ τελευτησάντων, μετέστη τῆς ἰδίας πατρίδος. ὡς μὲν κακοήθως Ἀνδρέας φησὶν ἐν τῷ περὶ τῆς ἰατρικῆς γενεαλογίας, ἀφ᾽ οὗ ἐμπρῆσαι τὸ ἐν Κνίδῳ γραμματοφυλακεῖον. ἄλλοι δὲ φασὶν, ὅτι πρόθεσιν τοῦ καὶ πόρους ἀποτελέσματα θεάσασθαι, καὶ συγγυμνασθῆναι ποικιλώτερον. ὡς δὲ Σωρανὸς ὁ κῶος ἱστορεῖ, ὄνειρος αὐτῷ παρέστη κελεύων τὴν Θεσσαλῶν γῆν κατοικεῖν.

II. Τὴν δὲ σύμπασαν ἑλλάδα θεραπεύων ἐθαυμάσθη. ὥστε καὶ ὑπὸ Περδίκα τοῦ Μακεδόνων βασιλέως φθισικοῦ νομισθέντος καὶ καλεσθέντος δημοσίᾳ πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν μετ᾽ Εὐρυφῶντος· ὃς καθ᾽ ἡλικίαν πρεσβύτερος ἦν αὐτοῦ· καὶ σημειώσασθαι ψυχῆς εἶναι τὸ

critum philoſophum Abderiten: floruit temporibus Peloponneſiacis, natus (velut Iſtomachus in primo de Hippocratis ſecta tradit) primo octogeſimæ Olympiadis anno. Soranus vero Cous, qui Coorum bibliothecas perſcrutatus eſt, addit, ſub Abriadæ monarchia, Agriani menſis ſeptima & viceſima die, in qua etiam usque in hunc diem Coos Hippocrati omnia ſacra facere tradit. Porro quum in arte Medica totoque diſciplinarum orbe exercitatiſſimus eſſet, functis vita parentibus, ex patria diſceſſit, ut quidem maligne de eo Andreas in eo, quem de Medicinæ origine ſcripſit libro, prodit, propterea quod publicam Gnidiorum bibliothecam igne concremaſſet. Alii autem eo propoſito eum patriam reliquiſſe dicunt, ut rei medicæ effectus & ſucceſſum per multos locos cognoſceret, & in his variis modis exercitaretur. Quemadmodum vero Soranus Cous narrat, Somnus deus eum per ſomnium admonuit, quo ſe ad Theſſalorum regionem inhabitandam conferret.

II. Cæterum per omnem Græciam Medicinæ gloria omnibus admirationi fuit, adeo ut etiam à Perdicca Macedonum rege, qui tabe laborare putabatur, vocatus publice ſit, ad ipſumque una cum Euryphonte, qui ipſo ætate major erat, pervenit, animique hunc regis affectum

2011 Ministerio de Cultura

τὸ πάθος. ἤρξ. γὰρ μὴ Ὢν ἔτ παλ/ρὸς Ἀλεξάνδρ Θάνατον φίλας τ παλλακίδος αὐτῷ, πρὸς ἣν δηλώσαν/α τὸ γενόμ, ἐπειδὴ παρεφύλαξεν ταύτης βλεπομένης παντελῶς ἐκεῖνον τρέπεσθ, λύσαι μὲν τὴν νόσον, ἀναιρ/ήσασθ δὲ τὸν βασιλέα. παρεκλήθη δὲ ὑπὸ τῶν Ἀβδηρ/ιτῶν πρὸς αὐτ/ὺς ἀπελθεῖν, καὶ Δημόκρ/ιτον μὲν, ὡς ἐν μανίᾳ θεραπεῦσαι, ῥύσασθ δὲ λοιμῷ τὴν πόλιν ὅλην. ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν Ἰλλυρ/ιῶν καὶ Παιόνων βαρβάρων γῆν λοιμῷ κατασκήψαν/ος, καὶ δεομένων τῶν ἐκεῖ βασιλέων πρὸς αὐτ/ὺς ἐλθεῖν, ἅμ/α τῶν πρέσβεων, τίνα ἦν ἐκεῖ πὰ πολλὰ τῶν πνευμάτων μαθὼν, ἐκείνους μὲν ἀπρ/οφάκ/ιστος ἀπέπεμψε. συλλογισάμενος δὲ τὴν νόσον ὅτι τὴν Ἀττ/ικὴν ἥξ/ειν, παρ/ειπὼν τὸ γνησόμ/ενον, καὶ τῶν πόλεων καὶ τῶν μαθητ/ῶν ἐπεμελήθη. τοσοῦτ/ον δὲ Φιλέλλην ὑπ/ῆρξεν, ὥστε τ δόξης αὐτ/ὸ μέχρι Περσῶν διαπύστ/ου γ/ιομένης, καὶ διὰ τ/οῦτο καὶ ἔτ Ἀρταξέρξ/ου διὰ Ἰσάνιδος ἔτ Ἑλλησπον/τίων ὑπ/άρχ/ων ὑπὸ μεγάλαις δωρεαῖς δεομένου πρὸς αὐτ/ὸν ἐλθεῖν, διὰ τὸ σεμνὸν καὶ ἀφιλάργυρον καὶ φιλοικεῖον δηλ/ῶσαι. ὡς καὶ τ/οῦτο διὰ τ πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῆς δηλ/οῦται. ἐρ/ύσατ/ο δὲ τὴν ἑαυτ/ῶν παλ/ίδα πολεμεῖσθαι μέλλουσαν ὑπὸ Ἀθηναί/ων, Θεσσαλῶν δεηθεὶς ἐπ-

ctum esse certis signis deprehendit. Post mortem enim Alexandri parentis unam ex pellicum numero Philam nomine Perdiccas deperibat, ad quam quum rem ipsam Hippocrates detulisset, postea ex illius conspectu omnino illum mutari observavit, atque ita morbo depulso regem conservavit. Vocatus est & Abderam, quo præsens ipse Democritum ab insania liberaret, atque eo sanato à tota urbe pestem depelleret. Quin & in Illyricum plurimasque barbaras terras peste ingruente, & illarum gentium regibus ipsum ad se vocantibus, quum à legatis ipsorum, qui venti in illis regionibus vigerent, didicisset, ipsos re infecta dimisit. At vero quum prudenti ratiocinatione pestem in Atticam grassaturam prævidisset, futurum id prædixit, & tum civitatum, tum discipulorum curam gessit, in tantumque Græciæ amator fuit, ut, quum ipsius nominis celebritas usque ad Persas divulgaretur, atque ea gratia ab Artaxerxe per Histanidem Hellesponti perfectum magnis muneribus & precibus, ut ad ipsum veniret, invitaretur, ob honestatem argentique contemptum, ac Græciæ amorem, regi id denegarit, quemadmodum & hoc ex epistola ejus ad illum manifeste ostenditur. Propriam porro patriam liberavit, quum Athenienses ei bellum illaturi essent, Thessalis ad auxilium feren-

2011 Ministerio de Cultura

ἐπιβοηθῆσαι. διὸ καὶ λαμπρῶν ἔτυχε τιμῶν παρὰ Κώοις· ἀλλὰ καὶ Θεσσαλοῖς καὶ Ἀργείοις καὶ Ἀθηναίοις, οἵ τινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν, καὶ πολίτην ἔγραψαν, καὶ τὴν ἐν πρυτανείῳ σίτησιν ἔδοσαν εἰς ἐκγόνους. ἀφθόνως δὲ τοὺς ἐπιδεεῖς ἐδίδασκε τὴν τέχνην μετ' εὐορκήσαντος ὅρκου.

III. Ἐτελεύτα δὲ παρὰ Λαρισαίοις, ὅτε καὶ Δημόκριτος φέρεται τελευτήσας. καὶ οἱ μὲν ἐννενήκοντα ἐτῶν, οἱ δέ πέ φασιν, ἄλλοι ρδ', τινὲς ρθ', τέθαπται δὲ μεταξὺ Γυρτῶνος καὶ Λαρίσης. καὶ δείκνυται ἄχρι δεῦρο τὸ μνῆμα. ἐν ᾧ μέχρι πολλοῦ σμῆνος ἦν ἐργαζόμενον μέλι. ἀφ' οὗ τὰ ἀφθῶντα παιδάρια χρίεσθαι παρὰ τῷ τάφῳ ῥαδίως ἀπήλλαττον αἱ πίτθαι. ἐν δὲ ταῖς πολλαῖς εἰκόσιν ἐσκεπασμένος τὴν κεφαλὴν αὐτὸς γράφεται, ὡς μέν τινες λέγουσι, διὰ πίλου παρὰ εὐγενείας, καθάπερ Ὀδυσσεύς. ἄλλοι δὲ τῷ ἱματίῳ. καὶ τούτων οἱ μὲν διὰ ὑπερηφάνειαν, ἐπεὶ φαλακρὸς ἦν. οἱ δὲ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς κεφαλῆς. οἱ δὲ δὴ ἔμφασιν τοῦ δεῖν τὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ χωλὸν φορεῖν. οἱ δὲ τοῦ φιλα-

dum rogatis. Quapropter ſplenditos honores apud Coos conſequutus eſt: imo & apud Theſſalos Argivoſque & Athenienſes, qui eum Eleuſiniis ſacris ſecundum ab Hercule publice initiarunt, & civem conſcripſerunt, atque in Prytaneo alimenta tum ipſi tum poſteris ejus dederunt. Liberaliter autem & minime invidioſe ſtudioſos artem edocuit, decenti jurejurando prius adſtrictos.

III. Vita functus eſt apud Lariſſæos, quando & Democritus obiiſſe traditur, atque alii quidem nonageſimo ætatis ſuæ anno, alii octogeſimo quinto, alii centeſimo quarto, quidam vero centeſimo nono, deceſſiſſe tradunt. Sepultus autem eſt inter Gyrtonem & Lariſſam, ubi usque in hunc diem monumentum ejus cernitur, in quo ſane ad multum tempus examen apum mellificantium erat, quo melle ad infantium oris ulcuſcula juxta tumulum illito, nutrices ea facile perſanabant. Porro in multis imaginibus velato capite pingitur, ut quidam ajunt pileo, quod nobilitatis ſignum eſt: nam hoc modo etiam Ulyſſes pileatus cernitur: Alii autem pallio velatum dicunt: atque ex his aliqui decoris gratia id fieri aſſerunt, quandoquidem calvus erat: aliqui vero ob capitis imbecillitatem id fieri perhibent, aliqui autem ſignificanter id ab eo factum volunt, nimi-

2011 Ministerio de Cultura

φιλαποδήμε τεκμήριον. οἱ δὲ τῆς ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἀταφείας. οἱ δὲ πρὸς πρόφασιν ἔφασαν δεῖν καὶν τῷ ὑγιαίνειν φυλάσσεσθαι τὰ βλάπτοντα. τινὲς δέ, ὅτι χειρίζων πρὸς τὸ τῶν χειρῶν ἀποδιδόσον, συμπεριλαμβάνων τὸ ἐξ ἱματίε περιεχυμένον ἐπετίθει τῇ κεφαλῇ.

rum, quod principem rationalis animæ ſedem probe munitam & contectam eſſe oporteat. Alii ſignum peregrinationes amantis eſſe ferunt: alii vero rurſus obſcuritatem ſcriptorum ipſius per hoc ſignificari contendunt. Alii poſtremum in teſtificationem id fieri volunt, quod etiam ſanitatis tempore ea, quæ lædere poſſunt, cavere debeamus. Quanquam quidam affirment, quod in adminiſtratione rerum gerendarum, ne quid à circumfluo pallio manus ipſius impedirentur, idipſum complicatum in caput rejicere conſueverit.

IV. Περὶ δὲ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ πολλὴ γέγονε διαφωνία, ἄλλων ἄλλα δοξασάντων. ὅθεν οὐκ εὐμαρὲς τὸ περὶ αὐτῶν ἀποφήνασθαι, διὰ τὸ πολλὰς αἰτίας ἐπισκοτεῖν τῇ κρίσει. πρῶτον τὴν ἐπωνυμίαν. δεύτερον τὸ δύνασθαι τὸ χαρακτῆρα τῆς φράσεως τηρῆσαι. τρίτον διὰ τὸ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, ποτὲ μὲν ῥωμαλεώτερον, ἄλλοτε ἀσθενέστερον διὰ τὴν ἡλικίαν συγγράφειν. καὶ ἄλλας δὲ μετὰ τούτων αἰτίας ὄντας εἰπεῖν. ἀφιλάργυρος δὲ καὶ τρόποις σεμνὸς καὶ φιλέλλην ὑπῆρχεν, ὅτι καὶ τοὺς ὁμοεθνεῖς ἐθεράπευε συμπάσῃ σπουδῇ, ὡς καὶ λοιμῶν ὅλας ῥύσασθαι πόλεις, καθάπερ εἴρηται. ὅθεν καὶ λαμπρῶν ἔτυχε τιμῶν, οὐ παρὰ Κώοις μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀργεί-

IV. Cæterum de ſcriptis ipſius multa diſſenſio eſt: quare fit, ut quum alia alii opinentur, non facile ſit de ipſis certum quid pronunciare, ob multas præſertim cauſſas, quæ judicii certitudinem obfuſcant: velut eſt primum quidem cognomen. Secundo quod dictionis characterem poſſibile ſit ſervare. Tertio quod unus & idem modo robuſtiore, modo remiſſiore dictione per ætatem utatur: neque deſunt etiam aliæ præter hās cauſſas, ſi referre iibeat. Pecuniarum autem penitus contemptor fuit, moribusque ſanctis, ac Græcorum amator: quare etiam gentiles ſuos ſumma diligentia curavit, adeo, ut à peſte omnes ipſorum civitates liberarit, quemadmodum ſupra dixi. Unde & ſplendidos honores non apud Coos tantum, ſed & apud Argi-

2011 Ministerio de Cultura

Ἀργείοις καὶ Ἀθηναίοις. παῖδας δὲ κατέλιπε θανὼν δύο, Θεσσαλὸν καὶ Δράκοντα. Ὁ μαθητὰς πλειστοὺς ἐπιφανεστάτους δὲ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας λέγεται καταλιπών.

Argivos & Athenienſes eſt conſequutus. Filios à morte reliquit duos, Theſſalum & Draconem, diſcipulorum vero magnum numerum. Clariſſimi vero, ipſius filii fuiſſe perhibentur.

JOANNES TZETZES

Chiliad. VII. hiſt. 155.

Paulo Lacciſio, Veronenſi interprete.

Οὗτος ὁ Κῶος ἰατρὸς, ὁ μέγας Ἱπποκράτης,
Πατρὸς μὲν ἦν Ἡρακλειδᾶ, μητρὸς δὲ Φαιναρέτης,
Τελῶν ἑπτακαιδέκατος Ἀσκληπιοῦ σπερμάτων.
Μετὰ γὰρ Τροίας ἅλωσιν, ἐν τῇ περαίᾳ Ῥόδου,
Ὁ Ποδαλείριος υἱὸς Ἀσκληπιοῦ ὑπάρχων,
Ἱπποτόλοχον ἐγέννησεν, οὗ Σώστρατος ἐξέφυ.
Οὗ Δάρδανος· οὗ Κρίσαμις, οὗπερ Κλεομυτιάδης,
Οὗπερ υἱὸς Θεόδωρος· οὗ δὲ Σώστρατος ἄλλος·
Οὗπερ Σωστράτου Κρίσαμις ὁ δεύτερος ἐξέφυ.
Κρισάμιδος, Θεόδωρος δεύτερος πάλιν ἔφυ.
Ἐκ Θεοδώρου τούτου δὲ, ὁ Σώστρατος ὁ τρίτος.
Οὗ Νέβρος· οὗ γνωσίδικος· ἐξ οὗπερ Ἱπποκράτης·
Τοῦ πρώτου Ἱπποκράτους δὲ υἱοῦ τοῦ γνωσιδίκου

ISte Cous Medicus, magnus Hippocrates,
Patre quidem erat Heraclide, matre autem Phænareta,
Exiſtens ſeptimus decimus, ex Æſculapii progenie.
Poſt enim Trojæ captionem, in trajectione Rhodi,
Podalirius filius Æſculapii exiſtens
Hippolochum genuit, ex quo Soſtratus natus eſt,
Ex quo Dardanus, ex quo Criſamis, ex quo Clemyttades,
Cujus filius Theodorus, ex hoc autem Soſtratus alius.
Ex quo Soſtrato Criſamis ſecundus natus eſt.
Criſamide Theodorus ſecundus rurſum natus eſt.
Ex Theodoro hoc autem Soſtratus tertius,
Ex quo Nebrus, ex quo Gnoſidicus, ex quo Hippocrates.
Primi Hippocratis autem, filii Gnoſidici,

Παῖς

Filius

2011 Ministerio de Cultura

Παῖς ἦν Ἡρακλειδᾶς· ἔπερ καὶ Φαναρέτης
Filius erat Heraclidas: ex quo, & Phænareta,

ὁ μέγας, ὁ καὶ δεύτερος, γέγονεν Ἱπποκράτης.
Ille magnus, qui & ſecundus, fuit Hippocrates.

Ὃν ὁ πατὴρ Ἡρακλειδᾶς πὰ ἰατρῶν διδάσκει.
Quem pater Heraclidas, quæ medicorum ſunt, docet:

Ὁ ἐκ Σηλυβρίας τε Ἡρόδικος σὺν τούτῳ.
Quinque ex Selybria Herodicus, cum hoc.

Γοργίας Λεοντῖνος δὲ τὴν τέχνην τῶν ῥητόρων.
Gorgias Leontinus vero artem rhetorum,

Φιλοσοφίαν μετ' αὐτὸς Δημόκριτος ἐκεῖνος.
Philoſophiam poſt ipſos Democritus ille.

Ἐν Κῷ βιβλιοφύλαξ δὲ δειχθεὶς ὁ Ἱπποκράτης,
In Coo autem librorum cuſtos deſignatus Hippocrates,

Τὰ παλαιὰ τῶν ἰατρῶν ἐνέπρησε βιβλία.
Antiquos medicorum exuſſit libros,

Καὶ βιβλιοφυλάκιον. δι' ὃ φυγὼν ἐκεῖθεν
Et librorum armamentarium, quapropter fugiens illinc

Ἐν Ἡδωνοῖς διέτριβεν, Ἑλλάδι Θετταλίᾳ,
In Hedonis moratus eſt, Græcia Theſſalia,

Τῷ Ἀρταξέρξῃ σύγχρονος ὑπάρχων καὶ Περδίκκᾳ.
Artaxerxæ contemporaneus exiſtens, & Perdiccæ.

Υἱοὶ δ' Ἱπποκράτους δὲ ὁ Θεσσαλὸς καὶ Δράκων.
Filii Hippocratis autem, Theſſalus atque Dracon,

Οὓς τ' τὸν Πραξαγόραν δὲ τὸν Κῶον τ' ἑτέρους
Quos, & Praxagoram Coum, atque alios,

Ἰατρικὴν ἐδίδαξεν. ἔγραψε δὲ βιβλία
Medicinam docuit, ſcripſitque libros

Τρία τε τ' πεντήκοντα. εἶτα καὶ τελευτᾷ δὲ
Tres & quinquaginta. Deinde moritur autem,

Ἐτῶν ὑπάρχων ἑκατὸν ὁμοῦ τε καὶ τεσσάρων.
Annorum exiſtens centum ſimul atque quatuor.

Θανὼν ἐτάφη μέσον δὲ Λαρίσσης καὶ Γυρτῶνος.
Mortuus autem ſepultus eſt medio inter Lariſſam atque Gyrtonem.

Ἑπτὰ τὸν Ἱπποκράτην δὲ γίνωσκε πεφυκέναι.
Septem Hippocrates autem ſcito fuiſſe:

2011 Ministerio de Cultura

Τὸν γνωσιδίκε πρῶτον μὲν Ἡρακλειδᾶ δεύτερον,
Τὸν Θετταλῦ, τὸν Δράκοντ@, δύο υἱὸς Θυμβραίε.
Καὶ τὸν ἕ Πραξιάνακτ@ ἕβδομον Ἱπποκράτην.
Ἑκτὰ οἱ Ἱπποκράτεις μὲν· ἕτ@ δ' ἐζωγραφείτω,
Σέβων αὐτῦ τὴν κεφαλὴν αὐτῦ τῷ ἱματίῳ.
Τέσσαρας τὰς αἰτίας δὲ τύτε φασὶν ὑπάρχειν.
Ἢ γὰρ ἀλγῶν τὴν κεφαλὴν, ἢ ὡς τῶν ἀποδήμων,
Ἢ ὡς δεικνὺς ἕ λογισμῦ ὄργανον ταύτην εἶναι,
Ἢ πῶς ἐν χειρυργίᾳ δὲ χρὴ κεφαλὰς καλύπτειν.
Τῦτο ἐποίει ὁ ἀνὴρ κ ἕτω ζωγραφεῖται.
Κακῶς τινες δὲ λέγυσιν ἐμπειρικὸν τ' ἄνδρα.
Ἐξ Ἐφεσίε Σωρανῦ τὰ Ἱπποκράτυς ἔφην.
Ὃς Ἱπποκράτης ἰατρὸς, Ἡρακλειδᾶ, ὁ Κῶ@,
Ἔλεγεν, ἐγνωμάτευε τῶν ἰατρῶν τὰ χλύη,
Ἐπ' ἀλλοτρίαις ξυμφοραῖς ἰδίας τρυγᾶν λύπας.

Gnosidici primum quidem, Heraclidæ autem secundum,
Illum Thessali, illum Draconis, duos filios Thymbræi,
Et illum Praxianactis septimum Hippocratem.
Septem Hippocrates quidem: iste autem pingebatur
Contegens suum caput suo cum vestimento.
Quatuor autem causas hujus dicunt esse:
Vel enim dolens caput, vel velut peregrinus,
Vel tamquam ostendens ratiocinationis instrumentum id esse.
Vel quo modo in chirurgiis oporteat caput operire,
Hoc faciebat vir, & sic depingitur.
Male autem quidam dicunt, empiricum virum.
Ex Ephesio Sorano res Hippocratis exposui.
Qui Hippocrates medicus, Heraclidæ, Cous,
Jubebat (sententiis erudiebat medicorum genera)
In alienis calamitatibus proprias vindemiare tristitias.

2) Fertur Sorani *περὶ μήτρας καὶ αἰδοίε γυναικείε, de vulva & muliebri pudendo* libellus, sive ἀποσπασμάλιον, quod Græce vidit lucem ad calcem Rufi Ephesii Paris. 1554. 8. ex officina Adriani Turnebi: Latine ex *Jo. Baptistæ Rasarii* interpretatione prodiit subjunctum Theophili libris V. de corporis humani fabrica, quos à Junio Paulo Crasso Patavino versos Latine excudit Guil. Morelius Paris. 1556. 8. In illo citantur

2011 Ministerio de Cultura

tur Methodici Herophilus, - - - - Chius, Diocles & Themiſon. Conferenda, quæ ex Sorano de muliebribus affectibus affert Aëtius tetrabili IV. libro 4. c. 72. ſeqq. 83. ſeqq.

3) Introductio in artem Medicam, ab Albano Torino Baſil. 1528. f. apud Andream Cratandrum cum Oribaſii fragmento de victus ratione, Plinii Valeriani libris V. de re Medica, Apulejo de herbarum virtutibus & Antonii Muſæ de betonica, primum vulgata Latine hoc titulo: *Soranî Epheſii, inſignis Peripatetici & vetuſtiſſimi archiatri in artem medendi iſagoge ſaluberrima.* Poſtea prodiit ex Aldi officina inter veteres Medicos Latinos p. 159. Venet. 1547. fol. Torinus quidem ex Græco verſam non dubitat: & Sorani Cilicis, Medici vetuſtiſſimi eſſe putavit Jo. Lonæus Boſchius, Matheſeos & Medicinæ Profeſſor Ingolſtadienſis, Oratione de Medicinæ auctoribus. Sed Sorano Epheſio etiam, qui Trajani & Hadriani temporibus ſcripſit, juniorem eſſe conſtat, quum capite XIII. nominetenus laudet Galenum. Capite quinto Mecoenatem alloquitur, eo nomine notans non celebrem illum Auguſto Imp. charum, ſed neſcio quem cui futuro Medico præcepta ſua in uſum vertenda commendat. *Et quum hoc factum fuerit, perduces ad propriam ſanitatem ægrotum.* Scriptores præterea nullos allegat, quam cap. 1. Eraſiſtratum, cujus dictum laudat, *felicissimum eſſe* in Medico, *ubi & in arte ſit perfectus, & moribus ſit optimus.* Tum cap. 4. & 23. Hippocratem & cap. 3. *memor etiam ſit juramenti Hippocratis, ut ab omni culpa ſe abſtineat, maxime à venereo & corruptibili actu. Ea, quæ in domibus aguntur & dicuntur, tanquam myſteria celanda exiſtimet.* Denique capite 16. laudat Homerum, ſummumque auctorem appellat. Cæterum iſagogen hancce non Græci ſed Latini veteris ſcriptoris eſſe, argumentis haud contemnendis diſputat Marſilius Cagnatus libro IV. variarum Obſervationum cap. 2. cui aſſentitur Voſſius de hiſtoricis Græcis lib. III. p. 415. & in Originum opere ſive etymologico Latino p. 209. & 233. edit. primæ, nec non libro de philoſophia p. 98. Fortaſſe Cœlio Aureliano debetur, Medico celebri Methodico, & plura ex Sorano ſolito mutuari, ita ut Cœlii hujus ſcripta tantum non pro Latino Sorano venditet Hieronymus Mercurialis in Variis Lectionibus p. 6. 26. 92. &c.

4) Sorani de ponderibus & menſuris, MS. Græce cum Heronis Geometricis & de menſuris memorat Labbeus p. 127. Bibl. novæ MSS.

5) Περὶ Δηδέσμων, de ligamentis chirurgicis MS. in Niceteæ veteri Chi-

2011 Ministerio de Cultura

Chirurgorum Græcorum collectione, de qua infra cap. VIII. Vide Casp. Bartholinum III. 3. de tibiis veterum p. 349. & quæ Latine ex Sorano in Gesneri collectione scriptorum Chirurgicorum p. 330. b. 333. b. 335. b. 336. 337. b.

SORANI * VARII.

SOranus *augur* imperitus, cujus meminit Cicero lib. 1. de divinat. cap. 47.

Soranus Barea falsa P. Egnatii Celeris delatione, Magistri sui & philosophi Stoici, interfectus à Nerone. Vide Tacitum XVI. 32. Dionem sive Xiphilin. p. 713. seq. Scholiastem Juvenalis I. 33. VI. 151.

Soranus *Cilix*, Medicus. Vide infra, Mallotes.

Soranus *Cous*, qui in vita Hippocratis à Sorano juniore scripta bis allegatur.

Soranus Menandri & Phœbes F. *Ephesius* Medicus, qui Alexandriæ versatus est, & postea artem suam exercuit Romæ temporibus Trajani & Hadriani, ut Suidas narrat, testatus eum πλεῖστα καὶ κάλλιστα, quamplurima & pulcherrima scripsisse. Ex his fuere, quæ citat Cœlius Aurelianus, *liber de adjutoriis*, *libri causarum* sive ἀποδεδομένων, *libri de cœnotetis* (κοινοτήτων) & *de febribus*: nec non μονόβιβλος Φαρμακευτικὸς & libri περὶ Φαρμακείας Galeno laudati, qui eum Methodicum & Attali discipulum fuisse testatur. Confer, quæ infra de hoc Sorano Methodico. Ex ejus libro *de fasciis* Oribasius, & in Galeni edit. Paris. T. 12. p. 505. &c.

Soranus *Ephesius* junior, itidem Medicus, cujus memorat Suidas libros quatuor γυναικείων sive de morbis muliebribus. Vitas Medicorum, & de sectis, atque syntagmata libris distributa decem. Hujus videtur esse *vita*, quæ exstat *Hippocratis*, quam supra dedi: nec non quod *de pudendo muliebri* exstat fragmentum: & quæ ex Sorano Aëtius tetrabibli IV. libro quarto. Citatur etiam à Moschione cap. 150.

Soranus Medicus *Methodicæ* sectæ instructissimus, cujus *volumina quatuor* Tertullianus lib. *de anima* cap. 6. memorans, ait in iis plenissime de illa commentatum, corporalemque substantiam ei vindicasse, etsi fraudaverit immortalitate. Meminit iterum c. 8. 14. 15. 25. 44. nec non S. Cyprianus Epistola LXIX. Etiam S. Augustino Soranus Medicinæ auctor nobilissimus lib. V. contra Julian. c. 51. & retra-

* Nomen SORANI, ex antiquissimo usu, pater Ditis. Vide Servium ad XI. Æneid. 785. qui Hirpinos populos inde Soranos dictos annotat.

2011 Ministerio de Cultura

retractation. lib. 2. c. 62. Non diversus hic à Sorano Ephesio priore, de quo supra, & qui citatur apud Etymologum & à Paulo Ægineta, vel quem inter Philosophos laudat Jo. Sarisberiensis, Policratici p. 17.

Soranus *Mallotes* Cilix Medicus antiquissimus, Hippocratis temporibus non longe junior, cujus Suidas mentionem facit. Sorani etiam inter interpretes Hippocratis meminit Oribasius, vel quisquis auctor commentarii præf. in Hippocratis aphorismos.

Soranus *prætor*, quem obtruncatum Syllæ imputat Florus III. 21. 26.

Q. Sorani & C. Antonii Cos. nominibus singulæ *Epistolæ* Latinæ mutuæ *de incontinentia libidinis Cleopatræ Reginæ* feruntur ad calcem Priapeiorum & in appendice Petronii, ut dixi in Bibl. Latina IV. cap. 1. 689. Sorani, qui Cleopatræ tempore vixit, mentio apud Tzetzem Chiliad. VI. vers. 300.

D. Valerius Soranus, cum Q. Valerio Sorano laudatur à Cicerone in Bruto c. 45. *vicini & familiares mei, non tam in dicendo admirabiles, quam docti & Græcis literis & Latinis.*

Q. Valerius Soranus Grammaticus, à Pompejo ob proditum arcanum Romæ nomen datus neci, teste Plinio III. 5. & Solino c. 1. & Plutarcho in Pompejo p. 623. De ejus *epoptidon* sive arcanorum Grammaticorum libris Turnebus & Harduinus ad præfationem Plinii. Jo. Glandorpius *spectaculorum libros* appellat pag. 876. Onomastici Rom. Litteratissimus togatorum omnium Soranus hic dicitur Ciceroni III. 11. de Oratore. Laudant etiam Varro sexto de Lingua Lat. & apud Gellium II. 10. sed erudite de illo Petrus Bælius in Dictionario historico.

XI. NONUS Medicus Imperatori Constantino Porphyrogenito A. C. 959. defuncto inscripsit, quod ejus jussu testatur se suscepisse componendum, præceptorum Medicæ artis curationisque morborum breviarium. Τὰς ἀρχαίας ΕΠΙΤΟΜΑΣ διὰ τὴν σὴν θειότητα ἐκ Θεοῦ Αὐτοκράτωρ διὰ ΤΗΣ ΤΩΝ ΙΑΤΡΙΚΩΝ ΘΕΩΡΗΜΑΤΩΝ συναγωγῆς ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν διὰ συντομίας ὁμοῦ τε καὶ σαφηνείας πάσης τὴν ἰατρικὴν ἐπελθεῖν. De aliis Compendiis vel excerptis varii argumenti, eodem Imperatore duce & auspice per varios viros doctos illius ætatis concinnatis dicere me memini Volum. VI. hujus Bibl. p. 490. seq. De Nono hoc mentionem, qui fecerit in veterum scriptis, nullus mihi succurrit, librum autem

2011 Ministerio de Cultura

hunc ejus primum ex MSto Græco Codice Bibl. Auguſtanæ in lucem produxit, Græcamque verſionem ſuam adjunxit *Hieremias Martius*, Medicus & Phyſicus Auguſtanus, Argentorati 1568. 8. inſcripſitque: *Noni de omnium particularium morborum curatione, ſic ut febres quoque & tumores præter naturam complectatur, liber.* De febribus apoſpaſmation Latine etiam exhibetur in opere Veneto de febribus p. 14. Georgius vero Hieronymus Welſchius Nonum hunc ex MSto Auguſtano recenſitum de integro ac ſuppletum cum notis neceſſariis prelo iterum ſubjicere in animo habuit, ut ex ejus Epiſtola octava novimus. Sed ecce tibi brevem in illum Noni librum indiculum:

Amazonum paſtillus p. 181.
Andronis paſtillus p. 131. 190. 194.
Archigenes p. 2. 112. 135. 240.
Crito p. 113.
Τὸ Διοσπολιτικὸν Φάρμακον p. 163. 181. 183.
Eraſiſtrati collyrium p. 67.
Eſdræ antidotus p. 152. 156. 188.
Fauſti paſtillus p. 190.
Galeni hiera p. 38. 40. 46. 104. 262.
Herculeus morbus (comitialis) p. 45.
Hippocrates p. 238.
Idiotæ teneſmum vocant βιασμόν p. 192. ileum χορδαψόν p. 194.
Logadii hiera p. 46.
Marciatum p. 155.
Mnaſæi emplaſtrum p. 103. 155.
Muſæ paſtillus p. 64.
Pæonia antidotus p. 194.
Paſionis p. 190.
Philonis antidotus p. 191. 194.
Polyidæ p. 190.
Rufi hiera p. 85.
Ruſticus Corcyræus p. 50.
Severianum collyrium p. 73.
Θεοδώρητος ἀντίδοτος p. 44. 156.
λέγει δὲ ὁ Τεχνικός (fortaſſe Galenus) p. 151.

Noni

2011 Ministerio de Cultura

Noni nomen petitum à numero, uti apud Romanos non inusitatum fuit interdum filiis vel filiabus imponere appellationem ex ordine nascendi: Sic *Prima* Romuli filia, M. Antonius *Primus* de quo Martialis & Tacitus: *Primique* varii & *Primuli*, ac *Primiones*, de quibus in supplemento Bibl. Latinæ lib. 2. c. 22. p. 77 s. nec non *Secundi*, quod nomen obvium in Attiliis, Aufidiis, Gabiniis, Juliis, Petroniis, Pliniis, Pomponiis, Publiis, Sallustiis, Turciisque, ut Glandorpius annotavit. Idem Abutii *Tertii* meminit, & *Tertii* amanuensis sui S. Paulus Apostolus Rom. XVI, 22. De *Tertia* deducta notus Ciceronis jocus, ex Svetonii Cæsare c. 50. *Quarti* & *Quartani* rarius quidem sed tamen obvii sunt perinde, ut *Tetradii* & *Tertulli*, *Tertullæ* ac *Tertulliani*, quod nomen mihi in memoriam vocat *Quintum Septimium Florentem Tertullianum*, ad cujus imitationem *Quintus Septimius Florens Christianus*, & patrum memoria à D. Andrea Rivino patre Medico Lipsiensi celebris postea JCtus, *Quintus Septimius Florens Rivinus* fuit appellatus: ille Florens Christianus quidem insigni postea eruditione omnibus notissimus, ideo quod filius quintus ordine & septimo mense natus est, quod ipse testatus est hoc non ineleganti hexasticho, quod exstat apud Colomesium p. 210. Bibl. selectæ:

Ne quis miretur prænomina nostra, nempe Quintum est
Enixa mater, septimoque mense.
Quod si lingua fuisset ter mea Tulliana, possem
Tertullianus esse Christianus.
Verum ter valeat mihi Tullius atque Tullianus,
Dum Christiani floreant stolones.

Post Quintos, Quintillos, Quintillas, Quintilianos & Pentadios, non minus frequentes Sexti, de quibus supra p. 615. sq. nec non, Sextii, Sextilii, Sextimiique, tum Septimii & Septimæ, Octavii & Octaviæ, Octaviani & in veteri inscriptione Julia Nona, Decimique & Decimii, Decimæ, Decimiæ ac Decimianæ.

XII. De JOANNE Alexandrino audiendus Herm. Conringius lib. 1. de Hermetica Medicina cap. IX. p. 86. *Palladium Alexandrinum* a) *Iatrosophistam, artem Medicam Alexandriæ docuisse, certius est, idque vel ex titulo commentationis in sextum epidemiorum Hippocratis, qui prodit collectam illam esse ex ore Palladii. Talis quoque omnino fuit Joannes Alexandrinus,*

a) De hoc dictum Volumine IX. hujus Bibl. p. 12.

2011 Ministerio de Cultura

drinus, ille cujus ex Arabico b) *versi commentarii pererudití in eundem sextum Epidemiorum supersunt, digni qui plurium manibus teneantur. Audit enim magnus Medicus & Sophista: vixit Alexandriæ, ut constat ex parte 6. comm. 24. meminit Trisidæmonis maximi Sophistæ & Jonchii seu Jonici, ejus puto, qui cum Oribasio* c) *Zenonem audivit: denique tota oratione, Magistri ad discipulos perso. nam refert. Videtur autem vixisse seculo sexto declinante.* Diversus, ut videtur hic à Joanne Alexandrino Philopono Grammatico, licet & hunc Physica ac Medica tractasse colligas, quod illius commentarii in Aristotelis Physica d) exstant, & librum Philoponi de pulsibus memorant Gesnerus ac Tiraquellus e) habuitque MStum Reinesius, f) nescio an diversum vel eundem cum libro de pulsibus, qui prodiit sub *Philareti* nomine, & quem Theophili Protospatharii esse notavi p. 653. & 647. Sane Philoponum Medicum, quem ex Paulo Ægineta idem Tiraquellus g) memorat, apud Paulum non reperi. Cæterum commentarius Joannis Alexandrini in sextum Epidemiorum prodiit Latine cum Joannicii Arabis articella sive in artem parvam Galeni, Venet. 1483. fol.

CRITO Medicus celebris in aula Trajani Imperatoris, κ τὴν αὐτοκρατορικὴν οἰκίαν ἰατρεύσας, teste Galeno lib. 1. κ Τόπ. T. 2. edit. Græcæ Basil. p. 163. Pro peritissimo artis suæ ponitur apud Martialem XI. 62.

Quod sanare Criton non quod Hygea potest.

Incertum an idem Crito Gortyniæus Cretensis, cujus medicamenti formulam affert Galenus lib. 8. κ Τόπ. T. 2. p. 294. 295. vel quo usum se profitetur Plinius libro XVIII. historiæ: fuere enim & alii Critones, ut notare me memini lib. 2. c. 23. §. 35. etiam Critonem Medicum antiquiorem, Erasistrati clarum ætate memorat Galenus T. 4. edit. Græcæ Basil. p. 8. 10. vide & T. 2. edit. Paris. p. 340. ubi eundem Empiricum fuisse docet ex Acronis schola: Floruit autem Erasistratus tempore Antiochi Soteris, qui A. 262. ante CHRISTUM natum obiit Olympiad. CXXIX. 3. Porro alter ille, quem Trajani ævo dixi floruisse, præter libros περὶ τῶν ἀπλῶν φαρμάκων, quorum quartum laudat Galenus lib. 2. κ γένη & lib. 6.

b) Arabice prius translati ex Græco fuerunt hi commentarii, unde illis locus hoc loco à me datus est.
c) Vide supra p. 640.
d) De his Volumine IX. hujus Bibl. p. 364.
e) Gesnerus in Bibl. p. 423. b. & Tiraquellus de nobilitate p. 371.
f) Reines. Epist. ad Daum.
g) Tiraquell. p. 389.

2011 Ministerio de Cultura

lib. 6. T. 2. edit. Basil. p. 337. 392. scripserat libros quatuor κοσμητικῶν sive de arte munditiem corporis * & formæ pulchritudinem excolendi ac conservandi libros IV. quibus Archigenis, Cleopatræ Reginæ, Heraclidæ Tarentini & aliorum scripta de hoc argumento contracta ab eo fuisse idem Galenus lib. 1. κ. π. p. 163. testatur. Nihil ex ejus ingenii monumentis supereſt, præter fragmenta apud Galenum, atque argumenta capitum operis de arte cosmetica, quæ qualis apud veteres fuerit, ex his cognoscere licebit. Librum secundum Critonis laudat & Galenus 7. κ. γένη T. 2. p. 419. E recentibus de hoc argumento suffecerit laudare duo scripta vernacula, unum Tobiæ Vogelii curieuser Haut-Diener, vorstellend der menschlichen Haut Schönheit und Heßlichkeit, wobey zu deren Erhaltung und Verbesserung dienliche Mittel vorgeschlagen werden, Lipſ. 1690. 12. alterum Anonymi Neuentdeckte Geheimniß von der Schönheit der Damen, wie solche durch bewehrte Mittel zu erlangen, beständig zu erhalten, und bey ereignender Abnehmung wieder zu repariren sey; aus dem besten Frantzösischen Autoribus zusammen getragen, ibid. 1704. 12.

Argumenta Librorum IV. CRITONIS Κοσμητικῶν.

Τοῦ πρώτου τῶν Κρίτωνος κοσμητικῶν κεφάλαια· Διαφυλακτικὰ τριχῶν. αὐξητικὰ τριχῶν. προφυλακτικὰ τριχῶν. βάμματα πολιῶν. βάμματα ὥστε ξανθὰς καὶ χρυσίζουσας ποιεῖν. σμήξεις τριχῶν. ἐπίχρισα προφυλακτικά. προσώπου τῶν πανάμματα. προσώπου ἐπίχρισα λαμπρυντικά. προσώπου καταπλάσματα λαμπρυντικά. ὀφρύων ἐπίχρισα. ὀφρύων μελάσματα. ὀφθαλμῶν ἐπίχρισα. σιμμίσματα ἔγχρισα. πρὸς δυσωδίαν μυκτήρων. ὀδόντων ἀποτρίμματα. Διαμασήματα πρὸς μαχαλῶν δυσωδίαν. προτρίμματα. διαμασήματα πρὸς δυσωδίαν στόματος.

Τοῦ δευτέρου κεφάλαια· ῥύμματα πρὸς

PRimi libri Critonis de ornatu capita: Conservantia capillos. Augentia capillos. Præservantia capillos. Tinctura canorum. Tincturæ flavos, & auricolores capillos reddentes. Smegmata capillorum. Illitiones præservantes. Faciem erugantia. Illitiones faciem nitidam reddentes. Cataplasmata faciem nitidam reddentia. Superciliorum illitiones. Supercilia denigrantia. Oculorum illitiones. Illitiones ex stibio. Ad graveolentiam narium. Dentifricia. Manducationes. Ad fœtorem sub alis affrictiones. Manducationes ad fœtorem oris.

Secundi libri capita: Quæ nigre-

* Optimam Κομμωτικὴν τέχνην animi virtutibus exornandi commendat Theodoritus l. V. hæret. fabul. c. 10. T. 4. Opp. p. 227.

2011 Ministerio de Cultura

πρὸς τὰς ἀπὸ τῆς προχήλης μελανίας. ἐπίχρισα πρὸς τὰς τῶν μαχαλῶν συνιδρώσεις. ἐπίχρισα μασῶν διαφυλακτικά. κοιλίας καθαρτικά. σμήγματα χειρῶν λαμπρυντικά. πρὸς τὰς ἐκ τόκου μελανίας. πρὸς τὰς ἐκ τόκου ῥυτίδας. πρὸς τὰς ἐκ τόκου ῥαγάδας. ἐπιχρίσματα πρὸς τὰς τῶν ὀμφαλῶν ἐξοχάς. ἀνήβων παιδίων διαφυλακτικά. παρθενίας διαφυλακτικά. πρὸς τὰς καθύγρους καὶ καταψύχρους γυναῖκας. πρὸς ὑλὰς μέλαινας. ψίλωθρα τριχῶν. σμήγματα λεπτυντικὰ παντοῖα. ἐπίχρισα ἀφανιστικὰ τριχῶν. σμήγματα ὅλου τοῦ σώματος. καθαρτικὰ λαμπρυντικὰ παντοῖα. καταπλάσματα ἀρωματικὰ τοῖς ἱματίοις. εὐώδεις βαφαὶ ἱματίων. ῥάσματα θαλάμων, καὶ περιπάτων. θυμιαμάτων παντοίων σκευασία. χρισμάτων, καὶ μύρων παντοίων σκευασίαι. ἀμυγδαλίνου, βαλανίνου, καρυΐνου, σησαμίνου, μυρσίνου, σχινίνου, δαφνίνου, ῥοδίνου, γλευκίνου, μηλίνου, οἰναν θίνου, σαμψυχίνου, τηλίνου, σευτίνου, ὃ ἔνιοι κρίνινον καλοῦσι, κικίνου, ἰρίνου, ναρκισσίνου, φοινικίνου, κυπρίνου, κροκίνου, ναρδίνου, ἀμαρακίνου, ἡδυχρόου, μενδησίου, μαλαβαθρίνου.

dines colli repurgent. Illitiones ad exudationes ſub alis. Illitiones mammillas conſervantes. Ventrem purgantia. Smegmata manus nitidas reddentia. Ad nigredines à partu. Ad rugas à partu. Ad fiſſuras à partu. Illitiones ad eminentes umbilicos. Quæ pueros impuberes conſervant. Quæ virginitatem conſervant. Ad humectas, & frigidas mulierculas. Ad cicatrices nigras. Depilatoria pilorum. Smegmata attenuantia omnis generis. Illitiones capillos abolentes. Smegmata totius corporis. Repurgatoria nitorem inducentia omnigena. Conſperſiones aromaticæ veſtium. Odoratæ tincturæ veſtium. Aſperſiones thalamorum & ambulacrorum. Suffimentorum omnigenorum compoſitiones. Illitionum & unguentorum omnis generis compoſitiones, videlicet amygdalini, balanini, nucum, ſeſamini, myrtei, lentiſcini, laurini, roſacei, gleucini, melini, œnanthini, ſampſuchini, telini, ſuſini, quod aliqui crininum, hoc eſt liliaceum, appellant, cicini, irini, narciſſini, phœnici, cyprini, crocini, nardini, amaracini, hedychroi, mendeſii, malabathrini.

Τὰ τρίτου κεφάλαια· πρὸς πίτυρα παντοῖα. πρὸς τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ ἐκθέματα. πρὸς ἀχῶρας. πρὸς φθεῖρας, καὶ κόνιδας. πρὸς ἀλωπεκίας. πρὸς τὰς ἐν τῷ προσώπῳ ψωρώ-

Tertii libri Critonis capita: Ad furfures omnigenos. Ad capitis eruptiones. Ad achoras, hoc eſt ulcera manantia. Ad pediculos & lentes. Ad alopecias. Ad ſcabioſas

2011 Ministerio de Cultura

ψωρώδεις διαθέσεις. πρὸς φακούς. πρὸς ἐφήλεις. νίμματα σφυσώπτα. πρὸς στίγματα. πρὸς πελιώματα. πρὸς ὑπωώπια. πρὸς ἰόνθους. πρὸς ἐπινυκτίδα. πρὸς τὰ ἐπὶ τῶν γενείων ὀχθώδη. πρὸς τὰ ἐπὶ τῶν γενείων λειχῆνας. λειχήνων ἐπιχρίσματα. ἐπιθέματα ἐκδόρεια. χλωραὶ μετὰ τὰς ἐκδορὰς ἐπιθέματα. λευκαὶ πρὸς ἀποσήλωσιν. φάρμακα μαλακτικὰ ἐπιτριβέντα λειχήνων.

Τὰ πατέρα κεφάλαια· πρὸς ἀλφοὺς μέλαινας, καὶ λευκούς. πρὸς οὐλὰς μέλαινας. πρὸς λευκάς. πρὸς λέπρας. πρὸς ὄνυχας ψωριῶντας. πρὸς κνησμώδεις διαθέσεις. πρὸς ψύδρακας, καὶ ἐκδάρματα. πρὸς τὰς ἑρπητικὰς διαθέσεις. πρὸς ψωριάσεις. πρὸς θύμους. πρὸς ἀκροχορδόνας. πρὸς μυρμηκίας. πρὸς ὀμφαλοῦ ἐμπνευματωσιν. πρὸς ἐντερῶν καταλίθησιν. πρὸς ὑδροκήλας. πρὸς λειποδέρμους. πρὸς τοὺς ἀναπίπτοντας ἀρχούς. πρὸς χείμεθλα. πρὸς τὰς ἐν ποσὶ ῥωγμάς.

Ἐν τούτοις τοῖς τέτταρσι βιβλίοις, ὁ Κρίτων ἐπιμελέστατα σχεδὸν ἅπαντα ἔγραψε τὰ δόκιμα κοσμητικὰ φάρμακα, προσθεὶς αὐτοῖς καὶ τὰ κομμωτικὰ, νόθον κάλλος ἢ κ ἀληθινὸν ἐκποριζόντα, διὸ κἀγὼ παραλείψω μὴ αὐτά.

sas faciei affectiones. Ad lentigines. Ad maculas à Sole provocatas. Lotiones faciei. Ad ſtigmata. Ad liventia. Ad ſugillata. Ad varos. Ad puſtulas nocte erumpentes. Ad menti tubercula. Ad menti impetigines, impetiginum illitiones. Epithemata excoriatoria. Emplaſtra viridia, quæ ab excoriatione imponuntur. Emplaſtra alba ad cicatricem inducendam. Pharmaca emollientia, quæ impetiginibus affricantur.

Quarti libri capita: Ad alphos, id eſt vitiligines nigras, & albas. Ad cicatrices nigras. Ad leucas, hoc eſt vitiligines altius inſidentes. Ad lepras. Ad ungues ſcabioſos. Ad pruriginoſas affectiones. Ad tubercula parva pſidracas Græcis appellata, & ad excoriata. Ad ſerpiginoſas affectiones. Ad ſcabidos. Ad thymos, verrucæ genus. Ad penſiles verrucas. Ad formicarias, latioresve verrucas. Ad umbilici inflationem. Ad inteſtinorum delapſionem. Ad hydrocelas. Ad apellas. Ad procidentes anos. Ad chimetla, hyemis tempore oborta ulcera. Ad rimas pedum.

In his quatuor libris Crito diligentiſſime omnia ferme exornatoria pharmaca ſcripſit, appoſitis etiam comptoriis, quæ ſpuriam pulchritudinem, non veram inducunt, quæque ego prætermittam.

2011 Ministerio de Cultura

XIII. Eſt etiam hic locus dandus RHAZEO, Ῥαζῆ, Zachariæ filio, qui vulgo *Raſis*, ſcriptori Muhamedano, qui ad Almanſorem Iſeni, Hiſpaniarum Caliphæ, proregem, poſtea Anno Arabum 393. (CHRISTI 1002.) * extinctum, plura ſcripſit, quæ ex Arabico Latine verſa** per Gerhardum Cremonenſem ſæpius viderunt lucem: inter alia autem compoſuit etiam librum περὶ λοιμικῆς, *de morbo peſtilentiali*, ejusque curatione, qui ἐξελληνισθὴς ἀπὸ τῆς Σύρων Διαλέκτου, ex Syro verſus Græce prodiit ad calcem Alexandri Tralliani, curante Jacobo Goupylo, Pariſ. 1548. fol. cum præfatione Græci interpretis, qui ſe ait hunc laborem in ſe ſuſcepiſſe juſſu Imperatoris (Conſtantini Ducæ, ut ſuſpicor,) quoniam Galenus argumentum hoc in ſcriptis ſuis tractare neglexiſſet. ἀλλ' ἴσθι πειθόμενοι τῷ προστάγματί σε, Θεόσεπτε καὶ ἀεισέβαστε αὐτοκράτορ, τὴν παρὰ τοῦ σοφοῦ τούτου ΡΑΖΗ, καλλίστην καὶ τελειοτάτην περὶ τῆς λοιμικῆς νόσου πραγματείαν ΣΑΡΑΚΗΝΙΚΑΪΣ λέξεσιν ἐκτεθειμένην εἰς τὴν Ἑλληνίδα μεταμειψάμενοι φωνὴν ἠνέγκαμεν τῷ κράτει σου κ. τ. λ. Citat Rhazes Galenum ἐν ταῖς τῶν ἀφορισμῶν ἐξηγήσεσιν p. 244. neque ullius alterius ſcriptoris, neque Græci neque Arabis facit mentionem.

Vocabula Arabica interpres ſervavit duo: unum p. 246. χάασε quod interpretatur *rem ſui generis*, τὸ κατ' αὐτό. & alterum p. 248. ῥαΐπ, acidiorem lactis aceſcentis ſaniem.

Latinæ verſiones exſtant tres, una *Georgii Vallæ*, Placentini, ad Paulum Piſanum Venetum Patricium Decemvirum, Venet. 1498. fol. & cum Benedicto Veronenſi de febri peſtilentiali, Pariſ. 1528. 4. & Baſil. 1529. 8. cum Pſello de ratione victus, & Joannis Manardi, Ferrarienſis Medici A. 1536. defuncti expoſitione in artem Galeni.

altera *Jo. Gvinterii* Andernaci, Argentorat. 1549. 8. cum Alexandrino Tralliano.

tertia *Nicolai Machelli*, Medici Mutinenſis. Venet. 1555. 8. & 1586. 8.

Rhaſis tractatus nonus ad Regem Almanſorem de curatione morborum particularium. Latine prodiit Pariſ. 1534. 8. apud Simonem Colinæum, &c.

XIV. STE-

* Rodericus hiſtoria Arabum c. 31. Pagi ad A. C. 998. n. 15.

** Vide Merklini Lindenium renovatum in ABUBETER (rectius ABUBEKER) RHAZES, p. 4. ſeq. Plures hujus Raſis lucubrationes MSS. Arabice in Bibl. Leidenſi.

2011 Ministerio de Cultura

XIV. STEPHANUS Athenienſis, Theophili, de quo ſupra p. 648. dixi diſcipulus, Heraclii Imp. ſuppar temporibus non diverſus fuiſſe videtur à Stephano Alexandrino a) Medico & Philoſopho h. e. Chemico. b)

Stephani Athenienſis *explanationes* eruditæ *in Galeni librum priorem Therapeuticum ad Glauconem* Græce editæ ſunt Venetiis apud Aldum A. 1536. 8. Latine Auguſto Gadaldino c) Mutinenſi interprete cum paucis ejusdem ſchollis & caſtigationibus ibid. apud Juntas A. 1554. 8. Lugduni d) apud Sylvium A. 1555. 8. ibidem apud Freilonium Anno 1558. 8. & ad calcem Medicorum antiquorum Latine redditorum à Junio Paulo Craſſo Baſil. 1581. 4. Præter triumviros notiſſimos Hippocratem, Platonem & Galenum, (cujus etiam libros de pulſibus commentario illuſtraſſe ſe innuit p. 30. & 70. edit. Juntinæ) laudatur ab hoc Stephano p. 18. b. Medicus quidam Anatomicus *Angelevas*, aliunde mihi incompertus & ignotus: *Ac Angelevas quidem ait à glandulis in veſicam vaſa tendere* &c.

Scriptum *de re Medica, ordine Alphabetico* exaratum memorat Labbeus d. 127. idem dubio procul (de quo Lambecius lib. 2. Commentar. p. 598. ſq. & Neſſelius parte 3. p. 29. & 55.) Alphabetum Medicum Empiricum ex Dioſcoride & Stephano collectum, quod inſcribitur: Βίβλος Διοσκορίδου καὶ Στεφάνου Ἀθηναίου τοῦ φιλοσόφου, περιέχουσα φαρμάκων ἐμπειρίας, κατ' ἀλφάβητον σαφῶς ἐκτιθεῖσα. Incipit: Ἄβρωτα διατηρεῖ ἀπὸ μυῶν καὶ σκωλήκων τὰ τε βιβλία, ἱμάτια καὶ χαρτία, ἀψίνθιον ξηρὸν ἀποσφωννυμένον ἐν τοῖς κιβωτίοις. Ἄδιψον διαφυλαχθῆναι εἰ θέλεις, &c. Fortaſſe ex eodem libro petita *remedia contra dolores dentium & capitis* aliosque nonnullos morbos, quos ſub nomine Στεφάνου ἰατροῦ Ἀθηναίου φιλοσόφου inter Anonymi cujusdam collectanea Græca Miſcellanea MSS. reperit Neſſelius parte 4. p. 119. Neque omittendum, quod Matthias Theodorus Melaneli, Medicus Antwerpienſis libro de Melancholia ex Galeni, Rufi & Aëtii ſcriptis, neſcio per quem, collecto & à ſe Latine redditio

a) Eadem ſententia Gerh. Joh. Voſſii lib. de Philoſophia p. 109. Fortaſſe Athenienſis à Patria, Alexandrinus dicitur, quod ibi verſatus & Medicam artem ibi docuerit exercueritque.

b) Chemnicos κατ' ἐξοχὴν Philoſophorum & Ariſtarum nomine veniſſe notatum in obſervationibus ſelectis Hallenſibus parte 6. Obſervatt. 22. ſeq. Stephanum autem iſtum etiam Philoſophum Oecumenicum dictum reperio.

c) Gadaldirus perperam excuſum eſt in Bibl. Attica Meurſii T. 10. theſauri Antiqu. Gr. Gronoviani pag. 1612.

d) Apud Lindenium traditur prodiiſſe illo anno Lutetiæ.

2011 Ministerio de Cultura

dito adjunxit Stephani Medici cognomento Magiſtri (Διδασκάλου, quo nomine mox venire obſervabis Stephanum Alexandrinum,) *exquiſitiſſimum oculare* collyrium ex Græco Latine à ſe translatum & primum editum Antwerp. 1540. 4.

Stephani Athenienſis *commentarius in prognoſticum Hippocratis* Græce manu exaratus fuit in Bibliotheca Renati Moreau.

De ejusd. Stephani *Apoteleſmaticis*, e) libro *de differentiis febrium*, commentario *in Hippocratis Aphoriſmos*, ſcholiisque *in librum Magni de urinis*, mentionem feci paulo ante in Theophilo. Stephani Alexandrini *novem* πράξεις ſive *lectiones* f) *de arte Chemica* MStæ occurrunt Græce in variis Bibliothecis Galliæ, Italiæ, Germaniæ: fueruntque Lugduni Batavorum apud Jo. Elichmannum, teſte Lindenio, qui *novem libros de divina & ſacra arte Chyſopoeiæ* appellat. In Bibliotheca Cæſarea non tantum Græce exſtant, g) ſed Latine quoque Anonymo quodam interprete. Titulus eſt: Στεφάνου Ἀλεξανδρέως οἰκουμενικοῦ h) φιλοσόφου καὶ διδασκάλου μεγάλης καὶ ἱερᾶς ταύτης τέχνης περὶ Χρυσοποιΐας πρᾶξις ἐν Θεῷ πρώτη. Incipit: Θεὸν τῶν πάντων αἴτιον καὶ βασιλέα τῶν ὅλων, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ πρὸ τῶν αἰώνων ἐκλάμψαντα μονογενῆ Υἱὸν σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ὑμνήσαντες &c. Hæ actiones novem Latine prodierunt *Dominico Piximento* interprete, Patavii 1573. 8. cum

e) Labbe Bibl. nova MSS. p 127.

f) Vide, quæ de vocabulo πρᾶξις notavi Volum. VII. hujus Bibl. p. 451. & ad Marinum de vita Procli c. 22. & in Codice Apocrypho N. T. Tom. I. pag. 142. Hinc & πρᾶξαι, lectiones frequentare. Jo. Moſchus in prato ſpirituali cap. LXXVII. ἀπῆλθομεν ἐν μιᾷ εἰς τὸν οἶκον Στεφάνου τοῦ σοφιστοῦ ἐγὼ καὶ ὁ κύριος Σωφρόνιος ἵνα πράξωμεν. Ab hoc Stephano Sophiſta & à Stephano noſtro Athenienſi atque Alexandrino diverſus Stephanus Medicus Edeſſenus ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν ἰατροῖς λόγιος, ad Regem Perſarum miſſus à Juſtiniano legatus, de quo Procopius II. 26. de bello Perſico. Stephanum omitto juniorem Philoſophiæ diſcipulum, qui ex Arabico Latine vertit Haly Arabis circa A. C. 1122. clari opus ſpiſſum Medicum in partes duas theoricam & practicam diviſum, ſingulis iterum decem libros complectentibus, quod Latine prodiit Venetiis 1492. fol. opera Bernatdi Ricii de Novaria. Allegat hic Haly præter Græcos Hipppcratem, Galenum, Paulum, Oribaſium, Magnumque, etiam Arabes Aaronem, Meſſium (Meſuen) & Joannem Serapionem.

g) Confer Neſſelium parte 3. p. 14. ſeq.

h) Conringius de Medicina Ægypt. p. 25. ait CPolitanum potius dicendum hunc Stephanum quam Alexandrinum ſi fuerit Doctor Oecumenicus. At enim Oecumenicus potuit etiam dici propter artis & ſcientiæ amplitudinem, non ob dignitatem patriæ vel urbis, in qua docuit, fuitve verſatus.

2011 Ministerio de Cultura

cum Democrito de arte magna, Syneſiique, Pelagii & Michaëlis Pſelli ſcriptis ejusdem argumenti. Tribuuntur autem Stephano Athenienſi, atque Heraclio Imperatori ab auctore dicatas, diſerte traditur in titulo actionis nonæ p. 57. Hunc ita porro affatur Stephanus: *DEUS te, ô Imperator, & Rex Regum, univerſalem & Regem, liberam plenamque poteſtatem habentem fecit in omnibus terris & oſtendit, ut dominareris omnibus ſuis creaturis cum benevolentia & ſapientia, qui ſua dextra, qua cuncta continet & facit, Divinitatis inſtinctum largitus eſt: & ex ſuo perenni fonte omnes lætitias & egregia dona depromſit, & varias bonorum operum tuæ Serenitatis à DEO coronatæ, & pietatis multifariæ ſpecies oſtendit: nec non te ſervum & confeſſorem ſolum unius veri DEI & JESU CHRISTI Filii DEI viventis, quem ille miſit in terras. Jure igitur tibi reliquum eſt, ô Rex à DEO coronate, ambulare cum timore DEI & cum charitate non ficta, ut poſſis per gratiam Domini noſtri JESU CHRISTI fontes aquæ viventis educere, & illius ſublimis voti compos fieri, ut aſſiſtas à dextris DEI. Quoniam non digna ſunt, quæ nunc videntur*, &c.

Memorantur ab eodem Stephano

Ægypti ſtudioſi & Prophetæ pag. 33. b.
Agathodæmon p. 58. 59. b.
Divina & allegorica ſcripta p. 33. b.
Jacobus Cabidarius & Magiſtrianus præceptores p. 30. b.
Maximus Chimes p. 60.
Cleopatra p. 61. b. 62. 64. b.
Hoc arcanum didicimus, fratres, tum à DEO, tum à patre noſtro Comario antiquo p. 64. b.
Democritus (in quem commentatur Stephanus) præſtantiſſimus vir & omnium virtutum magiſter p. 28. b. perſpicax magiſter & philoſophus & interpres p. 32. b. annon audiſti philoſophum dicentem p. 38.
Hermes p. 58. b. 31. 33. b.
Orpheus p. 26.
Oſtanes reſpondens Cleopatræ p. 61. b.
Philoſophus p. 49. b. Vide Democritus.
Sacra & Divina ars Philoſophorum, i. e. Chymicorum, p. 41. b.
Oſtende Stephani tui laudem p. 43. b.
Ad Theodorum Epiſtola p. 30. Magiſtrianus Theodorus & Jacobus Cabidarius præceptores p. 30. b.

Theo-

2011 Ministerio de Cultura

Theophilus p. 59. b.
Vox ait ſacra: inventus eſt Pan à creatione Ægypti quæſitus p. 60.
Aliud eſt verboſa, ἡ μυθικὴ, alchymia, aliud vero ἡ μυστικὴ, arcana & abdita p. 30. b.

Sapientiſſimæ ſententiæ problema p. 43. b. ἐξετάσωμεν τὸ σοφωτάτης ἐννοίας τὸ πρόβλημα· ἐννέα γράμματ' ἔχω &c. Ad hunc locum illuſtrandum afferre lubet obſervationem acutiſſimi viri G.G.Leibnitii τοῦ μακαρίτου ex Miſcellaneis Berolin. T. 1. p. 19. ubi accedit illis, qui problema illud ſive ænigma chymicum non dubitant ſolvi poſſe, ſi *arſenicum* eodem denotari ponamus: quanquam certum videtur, Stephano noſtro aliud vocabulum in mente fuiſſe, quod litteris ſuis reddebat numerum non 1505 vel 506, prout α pro unitate vel millenario accipiatur, verum 1694. Sed en tibi viri eruditiſſimi verba: *Habetur in nonnullis Manuſcriptis Codicibus opus, quod inſcribitur:* Στεφάνου Ἀλεξανδρέως οἰκουμενικοῦ φιλοσόφου καὶ διδασκάλου τῆς μεγάλης καὶ ἱερᾶς τέχνης πραξεις. *Stephani Alexandrini Oecumenici Philoſophi Magiſtri magnæ & ſacræ artis Praxes. Ad Heraclium Auguſtum opus fuiſſe ſcriptum ferunt. Ibi praxi ſexta habentur verſus,* * *quos ita emendatos (paſſim enim corrupte leguntur) exhibemus:*

Ἐννέα γράμματ' ἔχω, τετρασύλλαβός εἰμι, νόει με.
Αἱ τρεῖς αἱ πρῶται δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη,
Ἡ λοιπὴ δὲ τὰ λοιπὰ, καὶ εἰσὶν ἄφωνα τὰ πέντε.
Τοῦ παντὸς δ' ἀριθμοῦ ἑκατονταάδες εἰσὶ ** δὶς ἑπτά,
Καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες καὶ δὶς τρία. *** Γνοὺς δὲ τίς εἰμι,
Οὐκ ἀμύητος ἔσῃ † παρ' ἐμοῦ σοφίης.

Qua

* Leguntur etiam in Sibyllinis lib. 1. p. 171.
** Utique legendum δὶς ὀκτώ. Vide infra notulam n.
*** MS. Leibnitii & meum πέσσαρες: atque ita legit etiam interpres Dominicus Pizimentus p. 43. b. & 46. In Sibyllinis eſt σὺν γ' ἑπτά. Si eſſet σὺν διπτά optime ad Sibyllæ mentem quadraret Jo. Aurati Θεὸς Σωτήρ refert enim numerum 1692. Iſ. Voſſii ἀνέκφωνος reddit 1696. itaque & ille probavit, lectionem δὶς τρία c. VIII. de Sibyllinis. Johannis vero Harduini μαδαροφώνων p. 31. Chronolog. V. T. ad deridendos lectores excogitatum exiſtimo, quod continet numerum 1697. Joannis porro Brentii φωσφόρος reddit 1711. apud Joannem Hartungum T. 2. Lampadis Gruteri Criticæ pag. 648. qui ſe Heidelbergæ publicis lectionibus Sibyllina interpretatum teſtatur.
† Sibyllina: θείης παρ' ἐμοίγε σοφίης.

2011 Ministerio de Cultura

Quæ Latino versu ita reddidi:

Litterulis noscor quadrisyllabus ipse novenis:
Syllaba habet binas, nisi quod tenet ultima ternas,
Vocales quatuor, quinis non propria vox est.
Bis septem vicibus numerum centuria totum
Ingreditur, decadesque novem, tum bis tria. Si me
Noveris, hinc aditus ad sacra nostra patent.

Hos versus mysticè explicat Stephanus sensu proprio dissimulato. Sed constat significari Arsenicon, * *quod tali schemate patet:*

Syllabæ	1		2		3		4		
Literæ	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Vox	A	P	C	E	N	I	K	O	N
	.	.	.	.	.	.	.	.	.
Vocales	1	.	.	2	.	3	.	4	.
	.	.	.	.	.	.	.	.	.
Consonantes	.	1	2	.	3	.	4	.	5
	:	:	:	:	:	:	:	:	:
Numeri.	1000.	100.	200.	5.	50.	1.	20.	70.	50.

	1000.	100	200	5	50	1	20	70	50	1496.
bis septem centuriæ	1400	...	...	...	...	...	...	...	...	1496
ter tres decades	...	90	...	...	6	...	...	...	...	
bis tria	...	...	...	...	...	...	...	...	...	

* Hæc ænigmatis istius explicatio Leoni Svavio jam suboluit in scholiis ad lib. Theophrasti Paracelsi de vita longa c. 5. Basil. 1568. 8. ac probatur etiam Olao Borrichio de

2011 Ministerio de Cultura

*Satis faciunt autem literæ pro numeris ſumtæ, ſi α ſignificat 1000, & ι unitatem * ut nonnunquam uſurpari Grammatici notant. In Codice Stephani, quem vidi, legitur, ἑκαϐντάδες εἰσὶ δὶς ὠκτὼ, καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες καὶ τέσσαρες. Et in fine τῆς παρ' ἐμοῦ ὠφελείας. Sed hæc numeris minus reſpondent. Et crediderim, obſcurandi veri vocabuli conſilio quædam ſive ab autoribus, ſive à deſcribentibus immutata.*

Aimarus Ranconetus Præſes Senatus Pariſini, apud Cardanum, (lib. 10, de Var. Rer. Cap. 150. T. 3. Opp. p. 208.) eosdem verſus in neſcio quo Codice reperit. Legit autem ἑκαϐντάδες εἰσὶ δὶς, n) ὠκτὼ Ϛ τρεῖς τρὶς δεκάδες, σὺν τ' ἑπτὰ; quaſi eſſent duæ centuriæ, & octo ac novem, id eſt 17 decades. Computat ſolas conſonantes, & ſemel omittit N. *Itaque* P, Σ, N, K *dare 100, 200, 50, 20, id eſt 370, nempe duas centuarias, 200, & 17 decades, ſeu 170. porro σὺν τ' ἑπτὰ interpretatur cum T. 300, ἑπτὰ ſeu 7. Decades, quod rurſus facit 370. Sed vocales non computari, eundem numerum bis confici,* N *ſemel omitti, ἑκαϐντάδες legi δὶς, pro δύο, parum congrua ſunt.*

Alterum ænigma extat apud Baſilium Valentinum, & his verſibus Germanicis continetur:

Fünf Bücher hat uns zugericht
Moſes allein durch Gotts Gedicht,
Die *wen'ger Zahl* ſein'n Büchern folgt,
Wie da geboten iſt ſein'm Volck,
Drey Patriarchen *ſtumm*
Erclärns in einer Summ,

Ein

de ortu & progreſſu Chemiæ p. 100. Sam. Reyhero c. 3. de numeris chemicis, ubi alia ejusmodi, ſicut & apud Morhoſium lib. 1. polyhiſt. p. 105. & Georg. Wolgangum Wedelium τὸν μαχαιρίτην Exerc. Medicophilolog. decade IX. diſſ. 7.

* Hujus rei exempla & teſtimonia idonea optem vir eruditiſſ. addidiſſet: uti certum eſt ſigma interdum pro ſenario uſurpari, ſicut in Codice Medicco Manethonis apoteleſmaticorum liber ſextus βιϐλίον Σ, ut præteream quæ notavit Grotius ad Apocalyp. XIII. ult. & parte 2. Epiſt. 480. ad Salmaſ. & 491. 492. & Henricus Noris, Cardinalis in Epochis Syromacedonum p. 302.

n) Illuſtris Leibnitius ipſe in Codice ſuo δὶς ὀκτὼ ſe reperiſſe non diſſitetur. Ita & Dominicus Pizimentus legit: ἑκαϐντάδες εἰσὶ δὶς ὀκτὼ, vertit enim: *centenaria bis octo*, non tantum p. 43. b. ſed & p. 46. *centenaria ſunt ſexdecim, ex perfectorum complemento.* Sunt autem perfecti numeri *ſenarius* atque *denarius*. Ita etiam Codex meus Græcus MS. atque ita & in Sibyllinis legitur.

2011 Ministerio de Cultura

Ein Zeuge redt mit höchſter Stimm,
Wer gar *nichts* gilt, iſt lehr im Sinn,
Funfzig iſt mehr denn *Fünf* die Zahl
Und ſind doch nur *zween* überall,
Tauſend beſchlieſſens End zugleich,
Wers verſteht, der iſt gantz reich.
Fünf Ding *im Leb'n* ſolchs offenbaren,
Und *fünf im Todt* dabey auch waren,
Viere ſprechen das Urtheil aus,
Das *ein'* allein richt aus den Strauſs.

Hæc ita Latine olim adoleſcens converti; & explicationem margini adſcribo:

V *Quinque* libros fecit Divino Numine Moſes,
I Quos *numerus* Joſuæ ſuſcipit inde *minor*,
CTR *Tres muta* populis Patriarchæ voce loquuntur,
I *Unicus* hoc teſtis vera dediſſe probat.
O *Nil* agit, hæc qui non attenta mente revolvit,
a) *duæ literæ* LV Nec *quinquaginta quinque* ſubeſſe videt.
M Sunt tamen illa *duo*, a) queis ſi *millena* ſubirent,
b) *finalis*. Divitias ſapiens *fine* b) parare poteſt.
in ſyllaba prima V *Naſcenti quinos* comites aſſiſtere cernes,
in ſyllaba ultima V *Quinque* etiam comites mox *morientis* erunt.
Syllabæ quatuor. Sunt *quatuor*, quorum nutu ſententia fertur:
Una vox, Victriolum. Judicio prodit res tamen *una* ſuo.

Nempe Germani ſæpe pro Vitriolo legunt ſcribuntque Victriol, *corrupte, quaſi à victoria derivaretur; cum conſtet,* Vitrum *Latinis etiam colorem cæruleum ſignificare.*

At Ænigma Baſilianum à Græco diſſentire videtur. Ita eſt: erunt tamen fortaſſe, qui conciliationem comminiſcentur. Noſtrum *Vitriolum*, noſtrum *Arſenicum clamant illi, qui ſe unos philoſophos appellandos contendunt. Nempe eſt in arcanis eorum ſchedis, ad quæ aliquando, tanquam ad Eleuſinia ſacra admiſſus ſum, materia quædam, cui utrumque nomen non inepte attribui poſſit.* Hactenus illuſtris Leibnitius.

XV. GYNÆCIORUM ſive de mulierum tum aliis tum gravidarum, parientium & puerperarum affectibus & morbis, ſcriptorum veterum recentiumque collectio fertur ex triplici editione, quarum prima

2011 Ministerio de Cultura

lucem vidit Basileæ 1566. 4. apud Thomam Guarinum: secunda Basileæ per Conradum Waldkirck, 1586. 4. & tertia Argentinæ 1597. fol. apud Lazarum Zetznerum. Primam dedit, Caspar Wolfius Tigurinus, secunda Caspari Bauhino Basileensi Medico, tertia Israeli Spachio Argentinensi debetur.

In prima familiam ducit

1. Caspari Wolfii Harmonia Gynæciorum, sive de morbis muliebribus liber collectus digestusque ex Cleopatra, ex Moschionis Latino veteri interprete, & ex libro Matricis dicto, & Theodori Prisciani libro tertio ad Salvianum, qui Gynæcia inscribitur, p. 1--186.
2. Ex Albucasis, Medici Arabis, clari circa A. C. 1080. libro secundo methodi medendi capita à 72. ad 78. de ratione curandi aliquot affectus mulierum & extrahendi fœtus, secundinas &c. p. 187--214.
3. Erotis Medici, * liberti Juliæ, quem aliqui Trotulam inepte nominant, Muliebrium liber longe quam ante emendatior, p. 215--310.
4. Nicolai Rochei Medici, qui Parisiis A. 1542. scripsit, liber de morbis mulierum curandis, collectus ex veterum Græcorum, Latinorum & Arabum monumentis & ex propria experientia, p. 311--550.
5. Ludovici Bonaciali, Medici Ferrarienſis clari circa A. C. 1530. Muliebrium libri duo, nunc longe commodius distincti in sua capita, & à mendis innumeris liberati p. 554--770.
6. Jacobi Sylvii, Medicæ rei apud Parisios interpretis Regii commentarius de mensibus mulierum & hominis generatione sive fœcunditatis & sterilitatis causis, denuo per Alexandrum Arnaudum diligentissime castigatus, p. 771--868.
7. ΜΟΣΧΙΩΝΟΣ *περὶ γυναικείων παθῶν, Moschionis*, Medici Græci, de morbis muliebribus liber distinctus in Capita CLXIII. Græce ex Cod. MS. Bibliothecæ Augustanæ, cum Conradi Gesneri scholiis & emendationibus, nunc primum editus opera & studio Caspari Wolfii, p. 1--45.

8. Ia-

* Et stylus & alia, scriptorem hunc veterem Latinum Juliæ Augusti ætate longe inferiorem demonstant, quem Doctorem Salernitanum fuisse notat Tho. Bartholinus diss. 6. de legendis libris p. 167. In prologo primoque ipso capite & 4. 5. 8. 10. 13. laudatur Galenus. Capite 20. Trotula obstetrix sive magistra operis. Cap. 61. nobiles Salernitanæ & Saracenæ mulieres. Etiam cap. 61. aquæ vitæ de meliore destillatæ mentio, & c. 63. laudatur pulvis ordinatus per Magistrum Geraldum. Cap. 2. Medicus quidam in regione Franciæ. Vide Jo. Rhodium ad Soribonium Largum p. 11. & Jo. Baptistæ Margagni Epistolam de Celso & Sereno Sammonico p. 69. seq.

2011 Ministerio de Cultura

8. *Ἰάματα ἄττα Ἀνωνύμου τινὸς*, Anonymi medicamenta quædam adversus affectus cutis & capillorum capitis, capita VII. Græce in MS. Codice reperta ad Moschionis calcem, p. 46--50.

In editione secunda Anni 1586. 4. quæ duobus dividitur voluminibus, hæc priore exhibentur:

1. Felicis Plateri, Medici Basileensis, qui annos LXXVIII. natus A. 1614. obiit, de mulierum partibus generationi dicatis icones, una cum explicationibus.
2. *Moschionis περὶ γυναικείων* Græce cum Gesneri scholiis.
3. Casp. Wolfii harmonia Gynæciorum.
4. Erotis, muliebrium sive de passionibus mulierum liber.
5. Nic. Rochei de morbis mulierum.
6. Ludovici Bonaciolæ enneas muliebris ad Lucretiam Borgiam Ferrariæ Ducissam, ex vetusto exemplari à mendis innumeris integritati & ordini restituta, p. 222--303. Sed omissa præfatio, quæ ruborem Ducissæ Julio II. non ignotæ incutere potuit, legiturque in prima editione Ferrariensi sine temporis nota in fol.
7. Jac. Sylvii de mensibus mulierum & hominis generatione.
8. Jacobi Rueff, Chirurgi Tigurini, de conceptu & generatione hominis. & iis, quæ circa hæc potissimum considerantur, libri VI. quos Tiguri 1554. 4. edidit, p. 341--424.

Volumine posteriore:

9. Hieronymi Mercurialis (A. 1606. ætatis LXXVI. defuncti) de morbis muliebribus, circa conceptum, partum, nutritionem partus, & universum stutum uteri, libri VI. ex editione Basil. 1582. 8.
10. Jo. Baptistæ Montani Veronensis (defuncti A. 1551.) de affectibus uterinis libellus cum ejusdem decem consiliis muliebribus, pag. 197.
11. Victoris Trincavelli, Medici Veneti & Professoris Patavini A. 1568. denati Consilia Muliebria III. p. 252.
12. Albertini Bottoni, Philosophi ac Medici Patavini, qui A. 1596. senex obiit, de morbis muliebribus liber pag. 269. ex edit. Patavino 1585. 4.
13. Joannis le Bon, Regis Galliarum & Cardinalis Gvisiani Medici, therapia puerperarum, p. 389.
14. Ambrosii Paræi, Regis Galliarum chirurgi primarii, de hominis gene-

2011 Ministerio de Cultura

neratione liber, p. 404. excerptus ex ejus operibus junctim editis Paris. 1582. fol.

15. Albucasis Arabis de morbis muliebribus capita, p. 489.

16. Francisci Roussetti, Medici Galli, ὑστεροτοκία sive de partu Cæsareo liber, è Gallica editione Paris. 1581. 8. versus Latine à Caspare Bauhino, p. 501.

17. Lithopædii sive embryonis petrefacti in urbe Senonensi, qualem A. 1585. in Epistola ad Bauhinum D. Jo. Alboisius descripsit, icon addenda commentariis Mauritii Cordæi in Hippocratem de morbis mulierum, p. 564--566.

In editione tertia A. 1597. fol. eadem omnia, nisi quod tertiæ partis loco hæc accesserunt:

18. Casparis Bauhini, Medici Basileensis, de partu Cæsareo ad Franciscum Roussetum appendix, p. 480.

19. Mauricii Cordæi, Medici Paris. Commentarius ad Hippocratis librum 1. de morbis mulierum, p. 492. ex edit. Paris. 1585. fol.

20. Martini Akakiæ Catalaunensis de morbis muliebribus libri duo. pag. 745.

21. Ludovici Mercati, Pinciani, Gynæciorum, sive de mulierum, virginum & viduarum, de sterilium & prægnantium, de puerperarum & nutricum passionibus, morbis & symptomatis libri IV. p. 803. editi pridem ab auctore Pinciæ A. 1579. 4. recusi Basil. 1588. 4. Madrit. 1594. fol. & tomo quarto operum Francof. 1608. fol.

MOSCHIONIS nomen inter veteres Medicos Græcos neutiquam ignotum, nam & Plinius ejus meminit XIX. 5. *scripsit & Moschion Græcus unum de raphano volumen.* Tertullianus de anima cap. XV. *ut neque extrinsecus agitari putes prircipale istud secundum Heraclitum, neque per totum corpus ventilari secundum Moschionem.* Moschionis κοσμητικὸν laudat Galenus de medicamentis secundum locos T. 2. edit. Basil. p. 158. γέγραπται δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὑπό τε Ἀσκληπιάδη καὶ Ἡρακλείδη τῷ Ταραντίνῳ καὶ Ἐλεφαντίδι καὶ Μοσχίωνι ἀφ' ὧν κοσμητικῶν, ἐξ ὧν ἔγραψε καὶ αὐτὸς πάνυ ὀλίγα Ἀσκληπιάδου μεμνημένα. meminit iterum Moschionis in libris de medicamentis secundum genera T. 2. p. 339. 340. p. 357. & p. 391. Asclepiadis nonnulla recensuisse notat quarto de differentiis pulsuum T. 3. p. 51. indeque dictum esse διορθωτὴν sive correctorem.

Μοσχίων

2011 Ministerio de Cultura

Μοσχίων ὁ διορθωτὴς ἐπικληθείς, ἐπειδή τινα τῶν ὑπ' Ἀσκληπιάδᾳ λελεγμένων ἐπηνωρθώτο, μὴ πάντη πειθόμενος τ' ἀνδρί. Moſchionis emplaſtrum Aëtius IV. 13. p. 755. Theodori Moſchionis librum LVIII. laudat Alexander Trallianus p. 81. qui ex Moſchione iterum quædam affert p. 84. qui Latino veteri interpreti & Torino eſt Muſcienus.

Sed longe junior Moſchio eſt, cujus liber de iis, quæ ad partum pertinent in gratiam obſtetricum Græcarum ex Latino verſus & capitibus XXXII. auctus exſtat in jam memoratis tribus Gynæciorum collectionibus, in quibus omnibus deeſt præfatio Græca, quam in Codice ſuo MSto legit Is. Cauſaubonus a) & ex Codice Cæſareo à Lambecio b) vulgatam hoc loco cum veteri Latina verſione à Græcis licet quandoque abhorrente apponam:

Ὅπηνίκα συνεχῶς ἡμῖν ἐν ταῖς γυναιξὶν ἡ μαῖα ἐγεγόνει ἀναγκαῖα, καὶ ὑδεμίαν ἐφεύρομεν φιλόπονον ἔσαν, ἢ γράμματα ἑλληνικὰ μεμαθηκυῖαν· εἰ δὲ καὶ μεμαθήκει, πάντα ἐν τῇ τῶν Λατίνων διαλέκτῳ μετέφρασεν ἂν τὰ γυναικεῖα, ὅπως δυνηθῇ γινώσκειν τῷ λόγῳ τ' ἀναγνώσεως πάντα. Ἐγὼ τοίνυν ΜΟΣΧΙΩΝ, πολλὰ ἤδη ὁρῶ ὡς πανταχόθεν μετενεγκεῖν ἐκ τ' ἀληθείας τὸν λόγον, μᾶλλον μὲν ἂν κατεσκευασμένα καὶ ἀπιμελέστερον κεκαθαρμένα, καθάπερ ἐν τῷ ὀφθαλμικῷ καὶ χειρουργικῷ τ' φιλιατρέ, ἀλλὰ μὴν καὶ ποιμαλικὲ ἀνέγνωμεν, ἔδοξεν ἐμοὶ ταῦτα τὰ γυναικεῖα ἐκ τ' τῶν Λατίνων μεταστρέψαι διαλέκτε. ἔξεστι τοίνυν καὶ μέγιστον μέρος πρὸς ὁλόκληρον δύναμιν ἀκολουθήσας μετενέγκοιμι, ὅπως δυνήσαιμι τὴν τῶν γυναικῶν ψυχὴν τούτῳ τῷ λόγῳ ἐξιλαρύναι, ἤρεσεν ἡμῖν, ὅπως τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐπαινουμένων ἐν ἐπιθυμῇ ποιήσω, ἵνα πάντα εἴπωμι καὶ ὁ μέγεθος τ' πραγματείας ποιήσωμαι, πρὸς οὓς ἐπιθυμοῦντας πολλὴν τὴν ἀκολουθίαν σύντομον τῶν λεχθέντων ἐπιδώσω· καὶ πρὸς ταῦτα ἄλλα τριακονταδύο κεφάλαια ἐπεστέθεικα, ἵνα ἐξ ἁπάντων ἠθροισμένων ὑπόμνημα ἱκανὸν δυνηθῇ εἶναι. ἐπὶ τούτοις δὲ ἀπλῶς ἠβουλήθην λέξαι, ἵνα τὸ δῆλον λέξω δι' τῶν ῥημάτων πρὸς χρῆσιν ταῖς γυναιξὶν, ὅπως καὶ ταῖς ἀπείροις μαίαις δηλαδὴ τὰ ἐκτεθέν-

a) Caſaubonus in limine Caſaubonianorum editorum à Venerando noſtro Wolfio, ubi notat ſtilum bararum eſſe ac vix νοηθὲν. *Plane δάυματα iſte loquitur, non ῥήματα. Non Græcam, non Latinam agnoſco phraſin.*

b) Lambec. VI. p. 135. qui antiquum & præſtantem ſcriptorem redolere ait. Sed rectius Reineſius: *hunc Alexandri Tralliani Moſchione & Alexandro ipſo multo juniorem eſſe, & ſeculis rudioribus mediæ, ſi non infimæ, Græciæ vixiſſe certum eſt.*

2011 Ministerio de Cultura

θέντα τῷ λόγῳ εὐχερῆ ὑμήσωνται, εἰς ποῖα καὶ πόσα μέρη διαιρεῖν ἅπαντα περὶ τῶν γυναικῶν προσήκειν ἡθέλησα, εἰς δύο μαίας ἐξακολουθήσας, ἡ μὲν ἄπειρος, ἑτέρα δὲ ἡ ἐκ πασῶν τῶν μαιῶν ἔμπειρος καθίσαται· ταύτην πάλιν διαιρέσομεν εἰς ἃς κατὰ τὴν φύσιν συμβαινούσας αἰτίας, καὶ πρὸς τὴν φύσιν τῶν μαιῶν. εὐκτικὸς γὰρ ὁ λόγος ταῖς γυναιξὶν ἂν εἴη, εἰ τὸ μέρος ἐξ αὐτῆς τῆς μαίας γυμναθήσεται, καὶ τοῖς ἄλλοις δῆλος, εἴ τις εἴη δυνατὸς τῶν γυναικῶν λόγον διαγνῶναι.

CUm frequentius nobis in muliebribus cauſis obſtetrix fuiſſet neceſſaria, nullasque invenimus ſtudioſas, quæ literas Græcas attigiſſent: & cum Gynecia *in Latinitatem translata,* c) *omnes deſiderarent: ego vero* Moſchion, *qui jam Judæorum* d) *quædam quomodocunque tranſtuliſſem (veritate rationis potius nixus, quam inſtructa oratione, vel diligentius polita uſus) ſicuti in ophthalmicis, chirurgumenis, Philætio, theorematicis legiſti: placuit & quod Gynæcia in Latinum* e) *verteremus ſermonem, jamque maximam partem Triacontadis* f) *integro tenore ad verbum tranſtulerim. Sed cum vidiſſem grande corpus futurum, & quod muliebres animos cito præmagnitudine laſſare poſſet, placuit Methodicorum* g) *brevitatem ſequi, ut omnia dicerem, neque tamen grande corpus efficerem, ſed omnia breviſſime complecterer, idque ſimplicibus & muliebribus aliquando verbis, ut mulieres lectionis imperitæ, vel ab aliis ſibi lecta facile conſequantur.*

In capite 150. nomen auctoris Moſchionis iterum occurrit, & citatur Soranus, cujus quatuor libros γυναικείων Suidas commemorat, ſicut Dioclis

c) In Græco eſt: *aut ſi didiciſſent etiam, omnia ad affectus mulierum pertinentia Latino idiomate translata haberent, ut lectione omnia poſſent cognoſci.*

d) In Græco nulla Judæorum mentio, ſed ſenſus eſt: *cum multa videam paſſim transferri congruenter veritati, inſtructiora etiam & diligentius polita, ſicut in* Philiatri *ophthalmico & chirurgico, ſed &* (ποιημαλικῷ pro πομπαλικῷ legit Lambecius, vetus interpres θεωρημαλικῷ) *theorematico legimus.*

e) Imo è Latino in Græcum.

f) Triacontadis ſive triginta librorum mentio hoc loco in Græco deſideratur: ſed mox Moſchio meminit de capitibus à ſe additis XXXII.

g) Hinc intexpretem hunc veterem ſecta Methodicum & Sorani aſſeclam collegit G. Hieron. Welſchius in ſuarum curationum hiſtoria p. 474.

2011 Ministerio de Cultura

Dioclis γυναικεῖα συγγράμματα Galenus lib. 2. in VI. epidem. Atque Aretæus, ubi de marasmo differit, testatur se γυναικεῖα scripsisse, ut Hippocratis libros duos περὶ γυναικείων, qui exstant, velut omnibus notissimos dicere omittam. Sed Moschionis verba se ipsum iterum, uti in præfatione fecerat, nominantis audiamus: Καὶ ταῦτα τὰ αἴτια ἃ ἐγὼ Μοσχίων καὶ οἱ λοιποὶ ἀρχηγοὶ πεθελήκασι ποιῆσαι ἔ δυσχερεσάτε ἔχει. Σωρανὸς δὲ ἄλλας παρείθεται αἰτίας. In antiqua versione Latina vocatur *Muschio*, Simeon Januensis & Matthæus Silvaticus subinde appellant *Musionem*, ut notat Reinesius Epist. 51. ad Daumium pag. 137. *Diversas autem*, inquit, *utramque tamen barbaram, Latinas editiones hujus Moschionis fuisse, patet ex iis, quæ allegant ex Moschione Simon & Matthæus: suboluit hoc etiam Gesnero. Quin videtur ex altera manasse Græcum textum, alteram è Græco, & hæc quidem fuse trado lib. V. Var. Lect. cap. 15.* Libri tres posteriores Variarum Lectionum Reinesii, quod dolendum, non viderunt lucem, exceptis pauculis capitibus ad calcem Epistolarum ad Daumium, in quibus illud de Moschione haud legitur. Asclepiadis γυναικεῖα memorat Galenus 1. περὶ γένη T. 2. edit. Græcæ Basil. p. 325.

Moschionem *de pessariis* scripsisse, Jo. Georgius Schenckius in Bibliotheca Medica annotat. Non puto autem aliud ejus de hoc argumento fuisse scriptum, præter ea quæ de illis tradit libro περὶ γυναικείων capite 131. & (ubi commendatur etiam pessus *Mnaseæ* Medici) c. 135.

Nescio quales sint vel cujusnam Moschionis ὑποθῆκαι, quæ servantur MSS. inter libros Is. Vossii in Bibloth. Academiæ Lugduni Batavorum.

De Moschione Comico & Tragico dixi lib. 2. hujus Bibl. c. 9. & 22. Ejus fragmentum prolixius de rudi hominum vita paulatim exculta, quod incipit, πρῶτον δ' ἄνεμι, exstat post Fulvii Ursini Carmina novem fœminar. p. 274. seq. Alia in Jac. Hertelii sententiis Comicorum p. 624. seq.

Moschion alius, cujus librum de ingenti nave Hieronis laudat Athenæus V. p. 206.

Moschionis parasiti mentio apud eundem Athenæum VI. p. 242.

XVI. CHIRURGICOS * paucos scriptores Græcos Veteres, & plures Latinos recentiores uno corpore junctim Latine edendos cura-

* *Vulnerarii* hi dicti Romanis. Vide, quæ de Archagatho Vulnerario Plinius XXIX, 1.

2011 Ministerio de Cultura

vit chalcenterus ille Conradus Geſnerus, cujus collectio lucem vidit Tiguri 1555. fol. in ea continentur:

Joannis Tagaultii Ambiani Vimaci, Pariſienſis Medici excellentis, de Chirurgica inſtitutione libri quinque, quibus totum *Guidonis Cauliaci* Chirurgicum volumen continetur, ſed multo copioſius, & pro barbaro obſcuroque jam Latinum, elegans & expeditum. Libro primo, qui eſt de tumoribus præter naturam, præmittitur generalis Chirurgi inſtitutio, p. 1. Liber II. eſt de plagis ſeu cruentis vulneribus, p. 49. Tertius de ulceribus, p. 91. Quartus de fracturis, p. 112. & quintus de luxatis oſſibus. p. 121.

Jacobi Hollerrii Stempani, Medici Pariſienſis præſtantiſſimi, de materia Chirurgica, inſtitutionum Chirurgicarum liber ſextus, cui oſſium humani corporis delineatio triplex à parte anteriori, à tergo & lateralis præmittitur, p. 126.

Mariani Sancti Barolitani Itali, artium & Medicinæ Doctoris & Chirurgi Geſneri tempore in Italia celeberrimi, Compendium Chirurgiæ, pag. 148.

De capitis læſionibus à Chirurgo curandis dialogus inter Marianum & Franciſcum, p. 170. b.

Libellus de calculo renum & veſicæ, ejusque cauſis, ſignis & curatione, p. 177. cum præmiſſo Marcelli Palingenii Stellati carmine A. 1534.

Libellus aureus de lapide veſicæ per inciſionem extrahendo, p. 184.

De modo examinandi medicos Chirurgicos, dialogus Jacobi, Andreæ & Mariani, p. 195.

Angeli Bolognini, Profeſſoris in Academia Bononienſi, de cura ulcerum exteriorum libri II. p. 207.

Liber de unguentis, quæ communis Chirurgorum uſus in ſolutæ continuitatis medela recepit, p. 216. b.

Michëlis Angeli Blondi Itali liber de partibus ictu ſectis citiſſime ſanandis, & medicamento aquæ nuper invento, ad Antonium Puccium, pag. 225.

De origine morbi Gallici, deque ligni Indici ancipiti proprietate, adverſus plurimorum opinionem, p. 234.

Bartolomæi Maggii, Bononienſis Chirurgi peritiſſimi, de vulnerum ſclopetorum & bombardarum curatione tractatus, p. 242.

Alfonſi

2011 Ministerio de Cultura

Alfonſi Ferrii, Neapolitani, Medici noſtro ſeculo clariſſimi, de ſclopetorum ſive archibuſorum vulneribus libri III. p. 287.
Corollarium de ſclopeti ac ſimilium tormentorum pulvere, p. 304.
De caruncula ſive callo, quæ cervici veſicæ innaſcuntur, opuſculum Chirurgis omnibus imprimis utile, p. 303.
Joh. Langii, Lembergii, Illuſtriſſ. Principum Palatinorum Rheni, &c. Medici doctiſſimi, Themata Chirurgica XI. ex opere ejus Epiſtolarum Medicinalium excerpta, p. 311.
Cl. Galeni * de faſciis liber, Vido Vidio ** Florentino interprete, p. 321. Ex Codice, in quo Galenus, Soranus, Heliodorus: & ab interprete inſerta quædam ex Sorano p. 330. b. 333. a. b. 335. b. 336. 337. b. & ex Heliodoro p. 333. b. 334. b. 335. b. 336. b.
Oribasii de laqueis liber ex Heracle, eodem interprete, p. 338. adde, quæ ſupra p. 641.
Ejusdem ex Heliodoro de Machinamentis liber, eodem interprete, pag. 341.
Jacobi Dondi, Patavini Medici præclari, quem *Aggregatorem* cognominant, enumeratio remediorum ſimpliciorum & compoſitorum ad affectus fere omnes, qui à Chirurgo curantur, p. 369. Variis capitibus, ordine ſingula Alphabetico.
Examen Leproſorum authoris innominati, p. 391. a.
Conradi Geſneri obſervationes de medicinæ Chirurgicæ præſtantia & antiquitate ad Geryonem Seilerum, Medicum Auguſtanum. p. 393.
Ejusdem enumeratio alphabethica virorum illuſtrium, qui rem Chirurgicam vel ſcriptis vel artis uſu excoluerunt, p. 395.
Figuræ, quibus res Chirurgica mire illuſtratur, multæ variæque paſſim

* In hoc citatur Amintas pag. 328. b. 329. 332. Apollonius junior p. 333. Apollonius Tyrius p. 333. Diocles p. 324. a. b. Glaucias p. 324. a. b. 325. 326. a. b. 330. b. Hippocrates p. 321. a. b. 322. 329. 331. Mantias p. 321. Menecrates p. 329. Menecritus pag 336. Molpus p. 324. Perigenes p. 324. 326. b. 331. Phalereus p. 328. b. Soſtratus p. 331. b. 333. Ut & hoc addam, thoracis Romani, quem cataphractum dicunt, mentio p. 331. b.

** Hujus Vidi Vidii, qui Franciſci I. Regis Galliæ archiater fuit, & A. C. 1567. diem obiit, exſtat opus excuſum Pariſ. 1544. fol. Chirurgia é Græco in Latinum converſa, in qua HIPPOCRATES de ulceribus, cum Vidii commentariis, Hippocrates de frauris, de articulis & de officina medici, cum commentariis GALENI, Galeni de faſciis liber. ORIBASII de laqueis & machinamentis libellus. Eadem recuſa tomo ultimo operum Vidi Vidii, junctim excuſorum Venetiis 1611. fol. ac deinde ſæpius Francofurti 1626. 1645. 1667.

2011 Ministerio de Cultura

adjectæ ſunt, inſtrumentorum, & aliæ; plurimæ vero faſciarum, laqueorum & machinamentorum in Galeni & Oribaſii libris.

Fuerunt autem pleraque omnia tunc Germaniæ nova, & quæ alibi prius impreſſa fuerant, longe tunc emendatiora.

Indices acceſſerunt duo, alter capitum ab initio, alter alphabeticus in fine voluminis.

XVII. CHEMICI ſcriptores Græci præcipue adhuc inediti in Bibliothecis delîteſcunt, de quibus dicere animus eſt infra capite VIII. ubi accuratius recenſebo illam collectionem MS. ex qua *Heliodorum* Volum. VI. p. 789. & *Syneſium* Volum. VIII. p. 232. in lucem protuli. Quoniam autem ſub antiquis Græcorum ſcriptorum nominibus etiam varia ſcripta Chemica typis edita feruntur, quanquam Latine illa quidem & incerta fide, tamen & horum notitiam brevem præſenti loco adjungere haud ab re fuerit.

De *Hermetis* tabula ſmaragdina aliisque ſcriptis ſub illius nomine, dixi lib. 1. cap. 10. In præſenti tantum addo *Phyſicam Hermetis*, quæ exſtat T. 1. theatri Chemici p. 408. nihil aliud eſſe, quam *Gerardi Dornei* in tabulam ſmaragdinam commentarium: Et eandem *tabulam ſmaragdinam*, ſive *verba ſecretorum* Hermetis Trismegiſti, commentariis *Wilhelmi Chriſt. Kriegsmanni* illuſtrata extare etiam in Jo. Jacobi Mangeti Bibliotheca Chymica curioſa Genev. 1702. fol. T. 2. p. 380. & Hermetis tractatum in ſeptem capitula diviſum, *de lapidis Phyſici ſecreto*, qui incipit: *in tam longa ætate non deſtiti experiri*, cum ſcholiis Anonymi p. 400. Hermetis liber *de Compoſitione* ex Arabico verſus prodiit inter Philoſophiæ Chymicæ quatuor vetuſtiſſima ſcripta Francof. 1605. 8. Tres porro Hermetes Chymicos diſtinguit Olaus Borrichius in conſpectu ſcriptorum Chemicorum p. 3. cujus verba adſcribam: *Præter* Tabulam ſmaragdinam *exſtant quidem varia* Hermetis *(poſterioris haud dubie) opuſcula Chemica, ſæpe à Græcis, Latinisque ad partes vocata, ut ſunt* τοῦ ἑρμοῦ φυσικαὶ βαφαὶ, τοῦ ἑρμοῦ ἀρχικὴ βίβλος, *item*, ὅσα ἀπὸ ἑρμοῦ, καὶ τῶν φιλοσόφων ἦσαν εἰρημένα *per* Olympiodorum *ſcripta; denique* variæ ſententiæ Hermeticæ *in antiquo* Syneſio, *in* Turba Philoſophorum, *in* Margarita pretioſa Petri Boni Lombardi, *in* libro Secretorum Calid, *in* Seniore Zadith, Hortulano, Roſario, Rupeſciſſa, Iſaaco Hollando, Alberto Magno, Arn. Villanovano, Ariſtotele Chemico, Bernh. Treviſano, aliisque *laudatæ; quæ an ex Germanis* Hermetis ſecundi *ſcriptis hauſtæ ſint, multis ambiguum eſt.*

Id

2011 Ministerio de Cultura

Id conſtat, ab omnibus Hermetici ſtudii amatoribus, immo quod ſuperat, ab omnibus in praxi Chemica ad complementum operis feliciter provectis germanas æſtimari. Sed quid de ſeptem capitulis Hermetis, *quæ publici juris ſunt, pronunciandum? extra omnem dubitationis aleam ea recentiori cuidam ſcriptori, ſive* Hermeti tertio *attribuenda ſunt, & quidem pio, atque ad DEUM anhelanti Magiſtro, quique poſt varia experimenta, quibus fruſtra inſudavit, ſolius DEI vivi inſpiratione artem, quod fatetur, perdidicit, quæ utique in* ſecundum Hermetem, *ex columnis, tabulisque* Hermetis primi *inſtitutum cadere nequaquam poſſunt. His adjice, quod* ultimus *hic* Hermes *filios præteritorum Philoſophorum ſæpe alloquatur, & ad* libros antiquorum, *immo vero, alicubi ad* Avicennam *provocet, quodque quatuor elementorum cognitionem profiteatur, quæ utique ævo* Hermetis ſecundi *neutiquam conveniunt.*

DEMOCRITUS Abderita de arte magna, cum *Syneſii, Pelagii, Stephani* Alexandrini & *Michaëlis Pſelli* ſcholiis atque commentariis prodiit ex Dominici Pizimentii Vibonenſis verſione, Patav. 1573. 8. ad Antonium Perronettum, Cardinalem. Hic Pizimentius, qui Romæ A. 1570. ſcripſit, narrat Codicem Græcum emiſſe ſe à Corcyreo quodam, qui Venetiis Romam ſe contulerat. Democriti ſcriptum incipit his verbis: *Natura natura gaudet, & natura naturam vincit, & natura naturam retinet.* In Græco inſcribitur: Δημοκρίτου Φυσικὰ καὶ μυσικά. Apud Latinum interpretem: *Ex rebus naturalibus & myſticis Democriti.* Malim: *ex ſcriptis naturalibus.* Prodiit etiam cum Antonii Mizaldi memorabilium centuriis Colon. 1572. 12.

ARISTOTELES de perfecto magiſterio, lucem vidit in Gvil. Grataroli collectione ſcriptorum Alchemiæ p. 188. Baſil. 1561. fol. & Tomo ſecundo edit. Baſil. 1572. 8. atque in theatro Chemico, Urſellis 1602. & Argentorat. 1613. 8. Tomo tertio p. 56--118. & in Bibl. Chymica Mangeti T. 1. p. 638.

Ariſtotelis *Practica Philoſophici lapidis,* inter opuſcula veterum Philoſophorum de Alchemia, Francof. 1550. 4. & in theatri Chemici Tomo quinto. Argentorat. 1622. 8. & in Bibl. Chymica Mangeti p. 659. Non is eſt hic ſcriptor, ut notatum Borrichio, * qui ſe velit haberi Stagiritam Alexandri magni præceptorem, ſed qui profitetur ingenue, ab Arabibus Philoſophis, imo ab ipſo Avicenna ſe didiciſſe. In additionibus memorantur etiam Arabes Emanuel, Raſis &c.

* Conſpectu ſcriptorum chemicorum §. 16.

2011 Ministerio de Cultura

Expoſitio *Epiſtolæ Alexandri Regis*, in Tomo primo ſcriptorum artis auriferæ Baſil. 1593. 8. Imprimis hoc loco meretur commemorari farrago, quæ inſcribitur *Turba Philoſophorum* & *allegoriæ Sapientum* in artis auriferæ ſcriptorum collectione Baſil. 1593. & 1610. 8. volumine primo, ubi etiam *Mariæ* Prophetiſſæ practica: & in theatri Chemici Tomo quinto. Argentorat. 1622. 8. & in Mangeti Bibl. chemica p. 445. 480. duplex Turbæ Philoſophorum editio. *Ex Arabum*, inquit Borrichius, *ſententiis magnam partem conflata eſt, aliis quibusdam Latinis, Græcisque adjunctis* Turba Philoſophorum, *quæ antiqua dictorum Chemicorum farrago paſſim citatur ab* Alano, Alberto Magno, Petro Bono Lombardo, *aliisque ſuperiorum ſeculorum Magiſtris. Quis autem fuerit ille Arisleus, qui Pythagoricos diſcipulos ita in unum coegit, nemini hodie compertum. Id ſatis evidens, dictionem ſapere mores Antiquorum Chemicorum, & in Græcis, Arabibusque ſimilia plura occurrere.* Kircherus *in* Turbam *obliquior eſt, ſed immerito: ſit plena tautologiis, barbariſmis, gryphis, & quandoque ineptiis, dummodo ſub his ſpinis non raro colligantur roſæ. Sæpe intermiſcent hi ſcriptores variis male conſarcinatis collectionibus ſententiolam unam illuſtrem vix auro redimendam. Ita* Bernhardus Treviſanus *in hoc Magiſterio Roſcius, agnoſcit ſe, poſt inanem infinitorum librorum lectionem, ab uno* Parmenide *in Turba, rectam in viam reductum fuiſſe.*

Index in Turbam Philosophorum

*ad paginas * Mangeti T. 1. Bibl. Chemicæ.*

Aaron cum Maria Prophetiſſa ſorore Moyſis. 477. 478.
Acratus. 461.
Acſubofes. 449.
Actomanus. 489.
Adami patris noſtri mentio p. 447. Abelis & Sethi filiorum. 478.
Admion 488.
Dicta Ægyptiorum nos in errorem introducunt. 487.
Afflontus. 456.
Agadimon. 463. 493. (Agathodæmon) Agadmon. 487. Agmon. 494.

Ana-

* Pag. 445. incipit exemplar primum Turbæ, LXXII. ſermonibus ſive capitibus. Pag. 467. Allegoriæ ſapientum diſtinctionibus ſive capitibus 29. & Pag. 480. alterum Turbæ exemplar ſententiis LXXVIII. Et p. 495. ænigma ex viſione Arilci Philoſophi & allegoriis Sapientum.

2011 Ministerio de Cultura

Anaſtratus. 492. Aſtratus. 491.
Anaxagoras. 446. 461. 480. 491.
Archelaus. 494.
Ardarius. 484.
Arisleus Philoſophus. 446. 447. 448. 480. Abladi filius. 495. ex ejus viſione ænigma. ibid.
Arislei Epiſtola de intentione libri. 445. Arisleus genitus Pythagoræ, diſcipulus ex diſcipulis Hermetis. ibid.
Ariſtenes. 481.
Armenius Archiæ filius. 495.
Arras. 460.
Arzoch. 491.
Aſcanius. 489. Aſtanius. 450.
Aſſotes. 487.
Aſſuberes. 483.
Aſtanius. 458. Aſcanius. 489.
Aſtratus. 491.
Attamus. 858. 464. Attamanus. 493.
Averca. 495.

Babylonienſes Philoſophi. 446. 493.
Bacoſcus. 453.
Bacſen. 454. 455. 457. Baſſen. 486.
Balgus. 461. 462. 492.
Barſenites. 487.
Belinus. 478.
Bellus. 484. 485. 490.
Belus. 451. 453. 459.
Bodillus. 492.
Bonellus. 454. 456. 461. 462. 488.
Bonites. 462.
Borates. 485.
Bracus. 464.

Cadmon. 489.
Cerus. 453.
Chambar. 486.

Con-

2011 Ministerio de Cultura

Conſtans. 461. 491.
Cranſes. 488.
Cuſtos. 454. 486.

Dardaris. 451. 458. 484. 489.
Democritus Lucæ diſcipulus. 446. medicus. 475. ſeq.
Diomedes. 454. 486.
Antiqui Doctores. 493.

Echamiſius. 495.
Eelihe. 471.
Effiſtus. 457. Epiſtes. 488.
Emiganus. 493.
Epiſtes. 488. Effiſtus. 457.
Exemiganus. 463.
Eximenus. 447. 481. Exumenus. 460. Eximundus. 480.
Eximeſias Admiri filius. 495.
Exuardus. 446.

Florus. 464. 493.
Frictes. 450. 483.

Geber* 472.
Gregorius. 453.

Hercules Rex * Stephano Alexandro: *cum tempore noſtro Philoſophorum caput ſis.* 472.
Hermes. 445. 456. 460. 467. 470. 478. 480. 483. Philoſophorum caput. 488.
Hermiganus. 463.
Horfolcos. 459. 463.

Jargus. 457.
Indorum Philoſophi. 446.
Iximidrus. 445. Ixundrus. 460.

Largus. 488.
Locuſtor. 446. 481.
Lucas. 446. 449. 463. 481.

Magi-

* leg. Heraclius Rex Stephano Alexandrino.

2011 Ministerio de Cultura

Magiſter, vide Pythagoras.
Magiſter dixit, qui laborat in libris noſtris legendis, eisque vacat, nec variis implicitus eſt cogitationibus, Deumque precatur, in regno regnabit, donec morietur. 488.
Mandinus. 493.
Maria. 457. ſoror Moyſis. 477. 478. Maria mira ſonat breviter, quod talia donat &c. Filia Platonis conſortia jungit amoris. 478.
Meditantalus. 495.
Menabdus. 452. Menebdus. 485.
Montenus. 469.
Morfoleus. 490.
Moyſes. 454. 458. 462. 469. Moſius. 489. Moſcus. 492.
Mundus ait Turbæ. 451. 459. 462. 464. 484. 489. 492.
Nephitus. 487.
Nicarus. 454.
Obſemeganus. 491.
Orfulus. 491.
Pandolfus. 446. 452. 459. Pandophis. 480. Pandulphus. 484. 490.
Paris, Belchioti filius. 495.
Parmenides. 446. 448. 482. 495.
Phaliſcus. 495.
Philoſophus. 463. 464. Vide Arisleus, Pythagoras &c.
Philoſophi in libris ſuis. 484. cum legimus in libris Philoſophorum. 489. legendi ſunt libri Philoſophorum. 493.
Veri Philoſophi. 488.
Philotis. 494.
Pithem. 491.
Plato. 458. 473. 475. 489.
Pythagoras. 447. 449. 450. 451. 454. 459. 461. 463. 472. 480. 481. 490. 495. Magiſter, vatum caput, tantum domum DEI & ſapientiæ habuit, quod nemini poſt Hermetem datum eſt. 445.
Tertia Synodus Pythagorica. 480.
Rarſon. 493.
Salomon, filius David. 472. in libris LXX. meis quos narraturus ſum. ibid.

2011 Ministerio de Cultura

Quidam Sapiens. 473.
Socrates 450. 483. ad Platonem. 472. 473. 475.
Stephanus. 472. vide ſupra, Hercules, Stephani dicta. 479.
Theophilus. 452. 462. 485. 492.
Ait Turba. 446. 447. 495. &c. reſpondet Turba. 482. 483. &c. qui nobiſcum in hac arte hunc librum compoſuerunt, qui Turba dicitur, Philoſophi cum ſint, non debent vocari diſcipuli. 451. notandum eſt, venerabilis turba. 486.
Yſindrus. 480. Yſimidrus. 490.
Zenon. 453. 461. 484. 486. Zenon. 487.
Zimon. 451. 455. 457.

INDEX SCRIPTORUM

In Theatri Chemici voluminibus, & duobus Bibliothecæ Chemicæ Mangeti obviorum.

	Theatr. Bibl. Chem. Tom.	pag.	Tom.	p.
Alani Philoſophi dicta de lapide philoſophico	III.	810.	-	-
Alberti Magni compendium de mineralibus & de Alchemia	II.	139. 185.	-	-
- - de concordantia Philoſophorum. Compoſitum de compoſitis. Liber VIII. capitulorum	IV.	911. 929. 948.	-	-
Nathan. Albinei D. Med. Carmen aureum ad Janum Cuſinum	-	-	II.	387.
- - Ænigma	-	-	II.	388.
Anonymi opus ad album	IV.	1079.	-	-
Anonymi Hydrolithus Sophicus, ſeu Aquarium Sapientum	-	-	II.	537.
Anonymi veteris Philoſophi Conſilium Conjugii, ſeu de maſſa Solis & Lunæ	-	-	II.	423.
Anonymi congeries Paracelſicæ Chemiæ de transmutationibus metallorum	-	-		
Anonymi Cato Chemicus	-	-	I.	368.
- - Propoſitiones XXIV.	IV.	654.	-	-
- - Liber mutus, Alchemiæ myſteria filiis artis nudis figuris aperiens	-	-	I.	939.
- - de ſecretiſſimo Philoſophorum arcano	IV.	621.	-	-
- - Epiſtola de metallorum materia & artis imitat.	III.	189.	-	-
- - Roſarius minor	II.	466.	-	-

Ano-

2011 Ministerio de Cultura

	Theatr. Bibl. Chem. Tom.	pag.	Tom.	p.
Anonymi tractatus in verba: Studio namque florenti	IV.	1076.	-	-
- - Rosarium abbreviatum à Balbiano editum VIII. capitibus	III.	725.	II.	133.
- - de magni lapidis compositione & operatione	III.	1.	-	-
- - Clangor buccinæ	-	-	II.	147.
- - Correctio fatuorum	-	-	II.	165.
- - Lumen juvenis experti novum	IV.	1053.	-	-
- - Thesaurus Philosophiæ	-	-	II.	192.
- - Dialogus inter Naturam & filium Philosophiæ	-	-	II.	326.
- - Dialogus Mercurii Alchymistæ & Naturæ	IV.	509.	-	-
- - de alchemia, versibus	III.	828.	-	-
- - trames facilis & planus ad auream Hermetis arcem	-	-	II.	887.
- - Tractatus Philosophicus ad rubrum & album	IV.	1132.	-	-
- - liber praxeos Alchemicæ cum Andreæ Libavii additionibus	IV.	324.	II.	700.
- - Opus breve ad rubrum cum Sole per aquas fortes	IV.	1112.	-	-
- - responsio ad Hertodtum à Todtenfeld, pro Philaletha	-	-	II.	699.
- - Mysterium occultæ naturæ	-	-	II.	619.
Anonymi, qui Dom. de Espagnet creditur, enchiridium Physicæ restitutæ	-	-	II.	626.
- - super verba, Mercurium frigidum bibit	IV.	1100.	-	-
- - super Arcanum Hermeticæ Philosophiæ	-	-	II.	649.
Aristotelis de perfecto Magisterio	III.	56.	I.	638.
- - de practica lapidis Philosophici	-	-	I.	659.
Artephii clavis sapientiæ	IV.	221.	I.	503.
Avicennæ de Alchemia, octo capita, & de congluti-natione lapidum	-	-	I.	626. 636.
- - ad Regem Hasen de re recta, & declaratio lapidis Philosophici ad filium Alboali	IV.	972. 986.	-	-
Aureliæ occultæ Philosophorum partes II. M. Georgio Beato interprete	IV.	525.	II.	198.
Jo. Aurelii Augurellii P. Ariminensis chrysopoeia &	III.	201.	II.	371.

2011 Ministerio de Cultura

	Theatr. Tom.	Bibl. Chem. pag.	Tom. p.
vellus aureum ſive chryſopoeia major & minor ad Leonem X. libri III. heroico carmine cum libro Geronticon, itidem verſibus heroicis.			
Auriga Chemicus ſive Theoſophiæ palmarium	III.	942. -	-
D. J. B. de ſpiritu Mundi, poſitiones	-	-	II. 876.
Rogerii Baconis ſpeculum Alchemiæ de ſecretis operibus artis & Naturæ, & de nullitate Magiæ	II.	433.	I. 613. & 616.
Adolphi Balduini in Academia Naturæ Curioſor. Hermetis, aurum ſuperius & inferius auræ ſuperioris & inferioris Hermeticum	-	-	II. 856.
Juſtus à Balbian Flander roſarii abbreviati editor	III.	723. 810.	- -
Jo. Jacobi Becheri Spirenſis Oedipus Chymicus	-	-	I. 306.
Nicolai Bernaudi à Criſta Arnaudi Delphinatis Philoſophi in ænigmaticum Epitaphium Bononienſe commentariolus	III.	836.	II. 317.
alia ejus	III.	871. 881. 961.	- -
Bernhardus, Comes Marchiæ Trevisanæ de ſecretiſſimo Philoſophorum opere Chemico	I.	773.	II. 388.
- - Reſponſio ad Thomam de Bononia, Medicum Caroli VIII.	-	-	II. 399.
Salomonis de Blauenſtein interpellatio ad Philoſophos contra Kircherum	-	-	I. 113.
Petri Boni, Lombardi Ferrarienſis Margarita pretioſa novella	-	-	II. 1.
Olai Borrichii de ortu & progreſſu Chemiæ	-	-	I. 1.
- - Conſpectus celebrium ſcriptorum Chemicorum	-	-	I. 38.
Jo. Braſeſchi, Brixiani, dialogus de genuina librorum Gebri ſententia	-	-	I. 565.
- - Lignum vitæ	-	-	I. 911.

Andreæ

2011 Ministerio de Cultura

	Theatr. Bibl. Chem. Tom.	pag.	Tom.	p.
Andreæ Brentii collectanea variarum ſententiarum Philoſoph.	IV.	375.	-	-
Calid filii Jaici, ſecreta artis	-	-	II.	183.
Calid Regis liber trium verborum, ex MSto præcellentiori	-	-	II.	189.
Caravantis Hiſpani practica	III.	190.	-	-
Gaſtonis Clavei apologia chryſopoeiæ contra Tho. Eraſtum	II.	1.	-	-
Gabrielis Clauderi de tinctura univerſali contra Kircherum	-	-	I.	119.
Andreæ Cnöffelii reſponſum ad D. I. B. poſitiones, quod in ſe continet reſerationem tumbæ Semiramidis	-	-	II.	880.
Ludovici de Comitibus, Maceratenſis Medici tractatus de liquore Alcaheſt & de lapide Philoſophorum	-	-	II.	764.
- - de ſale volatili Tartari				
- - Metallorum & Metallicorom Naturæ operum ex orthophyſicis fundamentis elucidatio libris IV. cum appendice de explicatione ſymbolæ Crucis.				
Coſmopolitæ, vide Sendivogii.				
Jo. Dauſtenii Roſarium arcanum Philoſophorum ſecretiſſimum	-	-	II.	309.
Joannis Dee, Londinenſis, Monas hieroglyphica	II.	203.	-	-
Gerhardi Dornei artis chemiſticæ libri III. aliaque ſcripta	I.	216.	-	-
Gaſtonis Dulconis tractatus tres	IV.	322. 440.		
Pauli Eck de Sultzbach qui A. 1489. ſcripſit, clavis Philoſophorum	IV.	1139.	-	-
Efferarii Monachi de lapide Philoſophorum ad Apoſtolicum quendam	III.	136.	-	-
- - Theſaurus Philoſophiæ	III.	146.	-	-
De Elia artiſta nova diſquiſitio	IV.	241.	-	-

2011 Ministerio de Cultura

	Theatr. Bibl. Chem. Tom.	pag.	Tom.	p.
Petri Johannis Fabri, Medici Regis Galliæ, ad Fridericum, Ducem Holſatiæ	-	-	I.	291.
Jo. Chryſippi Faniani de jure artis Alchemiæ	I.	28.	I.	210.
Marſilius Ficinus Florentinus de arte Chemica	-	-	II.	172.
Nicolai Flamelli commentarius in Dionyſium Zachariam	I.	848.	II.	350.
- - Summarium Philoſophorum	-	-	II.	368.
Michaëlis Friben, in Academia Naturæ Curioſorum Cleandri, brevis enumeratio hactenus à ſe in Chemia actorum	-	-	II.	875.
Gebri Indiæ Regis, Arabum Philoſophi ſumma perfectionis Magiſterii libris IV.	-	-	I.	519.
- - Inveſtigatio Magiſterii	-	-	I.	558.
- - Teſtamentum	-	-	I.	562.
Joannis Gerhardi exercitationes in Gebri libros II. ſummæ perfectionis	-	-	I.	568.
- - Analyſis partis practicæ Raym. Lulli	-	-	I.	778.
Claudii Germani, Medici Pariſ. icon Philoſophiæ occultæ	-	-	II.	485.
Joannis Graſſei, alias Cortalaſſei, Syndici Stralſundenſis, Arca arcani de ſummis Naturæ myſteriis, ex ruſtico ejus majore & minore & Phyſica naturali rotunda, per viſionem Caballiſticam deſcripta	-	-	II.	588.
Jodoci Greveri presbyteri ſecretum	III.	783.	-	-
Joh. Friderici Helvetii vitulus aureus	-	-	I.	196.
Hermetis Trismegiſti tabula Smaragdina cum commentariis Jo. Chr. Kriegsmanni & Gerhardi Dornei	I.	408.	I.	380.
	I.	408.	I.	389.
Hermetis de Lapidis phyſici ſecreto cum Anonymi ſcholiis	IV.	627.	I.	400.
Theobaldi de Hochlande de Alchemiæ difficultatibus	I.	121.	I.	336.
Gvil. Johnſonii Lexicon Chymicum	-	-	I.	217.
Iſaaci Hollandi fragmentum de lapide Philoſophorum	II.	142.	-	-

Joan-

2011 Ministerio de Cultura

	Theatr. Bibl. Chem. Tom.	pag.	Tom.	p.
Joannis Isaaci Hollandi opera mineralia, sive de lapide Philosophico	III.	320.	-	-
Kalid, vide Calid.				
Athanasii Kircheri de lapide Philosophorum	-	-	I.	45.
Lambsprinck, Nobilis Germani, de lapide Philosophico	III.	860.	-	-
Davidis Lagnei consensus Medicorum Chemicorum	IV.	813.	-	-
Jo. de Lasniovo de Lapide Philosophorum	IV.	657.	-	-
Wenceslai Lavinii, Moravi, de cœlo terrestri	IV.	324.	-	-
Auctoris Divi Leschi genus amo, tractatus XII. & ænigma	IV.	478.		502.
Andreæ Libavii additiones ad Anonymi librum praxeos Alchemicæ	IV.	324.	II.	700.
Raymundi Lullii testamentum pars theorica & practica	IV.	1.151.	I.	707. 763.
- - Compendium animæ transmutationis artis metallorum ad Rupertum, Anglorum Regem	IV.	121.	I.	780.
Ejusdem Compendii exemplar aliud	-	-	I.	853.
- - Testamentum novissimum	-	-	I.	790.
- - Elucidatio Testamenti s. repertorium	III.	820.	I.	823.
- - Lux Mercuriorum	-	-	I.	824.
- - Praxis universalis magni operis ex tertia dist. libri quintarum essentiarum	III.	162.	-	-
- - Experimenta	-	-	I.	826.
- - Ars Compendiosa sive Vademecum	-	-	I.	849.
- - Epistola de accurtatione lapidis benedicti	-	-	I.	863.
- - Potestas divitiarum, expositio testamenti Hermetis	-	-	I.	866.
- - Clavicula & apertorium	III.	309.	I.	872.
- - Compendium artis Alchemiæ & Naturalis Philosophiæ	-	-	I.	875.
- - Tractatus de lapide & oleo Philosophorum	-	-	I.	879.
- - Codicillus seu Vademecum & Cantilena	-	-	I.	880.

Excer-

2011 Ministerio de Cultura

	Theatr. Bibl. Chem. Tom.	pag.	Tom. p.
Excerptum è Caroli Cæſaris Malvaſiæ commentario in Epitaphium ænigmaticum Bononienſe	-	-	II. 717.
Merlini allegoria	-	-	II. 191.
Nicolai Melchioris Cibinenſis Transſylvani Proceſſus ſub forma Miſſæ	III.	853.	- -
Gvidonis de Motanor, Philoſophi Galli ſcála Philoſophorum	-	-	II. 134.
Morienus Romanus de compoſitione Alchemiæ	-	-	I. 509.
Dan. Georg. Morhofii de metallorum transmutatione Epiſtola	-	-	I. 168.
Thomæ Muſeti, Londinatis, dialogus apologeticus de jure & præſtantia chemicorum Medicamentorum	I.	75.	- -
- - Epiſtolæ quinque medicinales	I.	97.	- -
Nicolai Nigri Happelii chiragogia Heliana de auro Philoſophico necdum cognito	IV.	296.	- -
	IV.	326.	- -
Diſquiſitio Heliana aphoriſmi Baſiliani	IV.	368.	- -
Thomæ Northoni Crede mihi, ſive Ordinale	-	-	II. 285.
Odomari Magiſtri practica &c.	III.	164.	- -
Orthelii commentarius in Sendivogii Novum Lumen	-	-	II. 516.
Ortholani practica Pariſiis probata A. 1358.	IV.	1028.	- -
Jo. Auguſtini Panthei, Veneti, ars & theoria transmutationis metallicæ cum Voarchadumia numeris & iconibus illuſtrata	II.	528.	- -
Pantaleonis bifolium metallicum	-	-	II. 718.
- - tumulus Hermetis apertus	-	-	II. 728.
- - Examen alchemiſticum	-	-	II. 736.
- - Diſceptatio de lapide phyſico, in qua tumba Semiramidis ab anonymo phantaſtice non Hermeticè ſigillata recluditur, vacuaque eſſe oſtenditur	-	-	II. 744.
Bernardi G. Penoti de præparatione & uſu medicamentorum Chemicorum	I.	672.	- -

Ber-

2011 Ministerio de Cultura

	Theatr. Bibl. Chem. Tom.	pag.	Tom.	p.
Bernardi G. Penoti quæſtiones & reſponſiones atque alia	II.	146.	-	-
Philalethæ introitus apertus ad occluſum Regis palatium	-	-	II.	661.
- - de metallorum metamorphoſi	-	-	II.	676.
- - brevis manuductio ad Rubinum cœleſtem	-	-	II.	686.
- - fons Chemicæ Philoſophiæ	-	-	II.	693.
Jo. Franciſci Pici Mirandulani Comitis libri III. aurei de auro tum æſtimando tum conficiendo tum utendo, ad Conjugem	II.	357.	II.	558.
Jo. Pontani Philoſophi Epiſtola de lapide Philoſoph.	III.	826.	-	-
Proceſſus quinque variorum auctorum	III.	848.	-	-
Joſephi Quercetani Armeniaci reſponſio ad Jac. Ariberti Vendonis Epiſt. de ortu & cauſis metall.	II.	170. 180.	-	-
Quadriga aurifera	III.	891.	-	-
Richardi Anglici Correctorium	II.	442.	II.	266.
Georgii Riplei, Philoſophi Angli, Ord. Canonicor. regular. Brittlintonenſis, duodecim portæ axiomatum philoſoph.	II.	123.	II.	275.
Robertus Vallenſis de veritate & antiquitate artis Chemicæ	I.	1.	-	-
Joannis de Rupeſciſſa Ord. Minor. liber Magiſterii de confectione veri lapidis Philoſophorum	III.	191.	II.	80.
- - Liber Lucis	III.	297.	II.	84.
- - Roſarium Philoſophorum ex duplici exemplari	-	-	II.	87. 119
Philippi Jacobi Sachs à Lewenheimb aurum Chymicum	-	-	I.	192.
Sendivogii Poloni, vulgo Coſmopolitæ, novum lumen Chemicum	-	-	II.	463.
- - Dialogus Mercurii, Alchemiſtæ & Naturæ	-	-	II.	475.
- - Tractatus de ſulphure	-	-	II.	479.
- - Apographus Epiſtolarum hactenus ineditarum ſuper Chemia	-	-	II.	493.
Petri de Silento opus	IV.	1113.	-	-
Sympoſii ænigmata quædam	III.	858. 881.	-	-

2011 Ministerio de Cultura

	Theatr. Bibl. Chem. Tom. pag. Tom. p.
Dan. Stolcii de Stolcenberg, Boëmi Hortulus Hermeticus	- - II. 895.
Thomæ Aquinatis de lapide Philoſophico &c. & Theſaurus Alchemiæ ad fratrem Reinaldum	III. 277. - -
- - liber lilii benedicti	IV. 1082. - -
Jo. Ferdinandi Hertodt à Todtenfeld, Med. D. & Phyſici provincialis Moraviæ, Epiſtola Philalethæ oppoſita	- - II. 697.
Treviſani, vide Bernard.	
Joannes Trithemius de ſpagirico artificio	I. 437. - - IV. 663.
Tumba Semiramidis, Hermetica ſigillata	- - II. 759.
Turba philoſophorum exemplar 1.	I. 400.
2.	V. I. 480.
allegoriæ ſapientum	- - I. 467. 494
ænigma Arilei	- - I. 495.
exercitationes XV. in Turbam	- - I. 497.
Ægidii de Vadis dialogus inter Naturam & filium Philoſophiæ cum tabula, qua vocabula ænigmatica metallorum explicantur	II. 95. - -
Baſilius Valentini, Ord. S. Benedicti, de magno lapide antiquorum Sapientum	- - II. 409.
- - Duodecim claves	- - II. 413.
- - Opus ad utrumque	IV. 1061. - -
- - de prima materia lapidis Philoſophici	- - II. 421.
- - Appendix & perſpicua repetitio de magno lapide	- - II. 422.
Laurentii Venturæ Veneti de ratione conficiendi lapidis Philoſophici	II. 244. - -
Arnoldi de Villanova theſaurus theſaurorum, roſarium Philoſophorum	III. 118. I. 662.
- - Novum Lumen	- - I. 676.
- - Perfectum Magiſterium Gaudium, lumen luminum, flos florum	- - I. 679.

2011 Ministerio de Cultura

	Theatr. Bibl. Chem. Tom.	pag.	Tom.	p.
Arnoldi de Villanova Epiſtola ad Regem Neapolitanum	-	-	I.	683.
- - Speculum Alchemiæ	IV.	584.	I.	687.
- - Carmen	IV.	614.	I.	698.
- - Quæſtiones eſſentiales & accidentales ad Bonifacium VIII.	IV.	616.	I.	698.
- - Semita Semitæ	-	-	I.	702.
- - Teſtamentum	-	-	I.	704.
- - Practica ex libro breviarii librorum Alchemiæ	III.	129.	-	-
Evaldi Vogelii, Belgæ, de lapidis Phyſici conditionibus ad Gebrum & Lullium rectius intelligendos	III.	565.	-	-
Dionyſii Zacharii, Philoſophi Galli, opuſculum Chemicum	I.	804.	II.	336.
Senioris Zadith tractatus de Chymia, cum Aurelia occulta	-	-	II.	191.
Hieronymus de Zanetinis contra Angelum pro Alchymia	IV.	277.	-	-

XVIII. DE BALNEIS omnia, quæ exſtant apud Græcos, Latinos & Arabas tam Medicos, quam quoscunque cæterarum artium probatos ſcriptores, qui vel integris libris, vel quoquo alio modo hanc materiam tractaverunt, junctim exhibere ſe profitetur, qui hanc collectionem edidit Thomas Junta cum præfatione ad Franciſcum Contarenum, Zachariæ Equitis F. Venetiis apud Juntas, 1554. fol.

Ex Ariſtotelis problematibus. p. 470.
Aëtio. 482.
Alex. Tralliano. 480.
Aretæo. 480.
Avicenna. 321.
Averroë in Avicennam 417. & ex ejus *Colliget*. 434.
Abimeron Abynzohar. 434.
Abhengvefit Arabe. 429.
Alcadinus poëta Siculus de balneis Puteolanis. 203.

2011 Ministerio de Cultura

Aleardus Pindemontibus, Veronenſis de Balneis Calderii ſive Calderianis ad Hermolaum Barbarum. pag. 141. b. 189. b.
Antonius Gvainerius de Balneis civitatis Aquenſis in Monteferrato. 43.
Antonius Fumanellus Veronenſis de aquis Caldekianis. 183.
ex Bavero de Baveriis de balneo Porrettæ & aliis. 143.
Barthol. à Clivolo Taurinenſis de Balneis. 247.
Barthol. de Montagnana de balneis Patavinis. 37.
Chriſtoph. Barzizio Bergomenſe. 225.
Claudianus de fontibus Aponi. 91.
Conr. Geſnerus de Germaniæ & Helvetiæ Thermis. 289.
ex Celſo. 303.
Dioſcoride de mineralibus ſimplicibus & aqua. 238.
Franciſci de Senis de balneo Petrioli. 182.
Galenus & Hippocrates de aquarum natura & de balneis. 439.
Gentilis de Fulgineo. 181. & ex ejus expoſit. in Avicennam. 346.
Georgius Agricola de natura eorum, quæ ex terra effluunt. 273.
Georgius Franciottus Lucenſis de balneo Villenſi. 157.
Gvil. Gratarolus de termis Rheticis agri Bergomatis. 192.
Hippocrates. 439.
ex Hieron. Gardane, en balneum articulari morbo competat. 226.
Jacobo de Partibus in Avicennam. 352.
Jo. & Jac. de Dondis Patavini de fontibus calidis agri Patavini. 90.
Jo. Damaſceni aphoriſmis. 438.
Jo. Antonius Pantheus Veronenſis de fontibus Calderianis in agro Veronenſi. 110.
ex Joanne de Sancto Amando. 221.
Jo. Elyſius Neapolitanus de totius Campaniæ balneis. 208.
Jo. Franciſci Branchaleonis Neapolitani de balneis dialogus. 240.
ex Jo. Herculani Commentariis ad Almanſorem in Avicennam. 320. 418.
Jo. Joviani Pontani libro Meteororum de fontibus & fluminibus. 217.
Julii Delphini, Jo. Andreæ Cella nova & Bernandini Paterni Conſilia de balneis Aquenſibus. 303.
Laurentius Bertolinus de balneo Corſennæ. 155.
Leonardi Fuchſii ex compendio medicinæ excerpta. 271.
Ludovicus Paſinus, Patavinus, de thermis Patavinis, ac de quibusdam Italiæ balneis. 197.

Lud.

2011 Ministerio de Cultura

Lud. Zimalia, Bergomas, de balneis S. Pancratii, agri Bergomatis. p. 190.
ex Lucretio libro VI. 213.
Meſuæ Canonibus univerſalibus ejusque expoſitoribus. 422.
Matthæus Bendinellus de balneis Lucenſibus Villæ & Corſennæ. 145.
Mengus Blanchellus, Faventinus de balneis. 58.
Mich. Savanarola de balneis & thermis univerſalibus. 1.
Nic. Maſſæ Veneti de balneis Calderianis Epiſtola. 299.
ex Oribaſio de aquis & balneis. 474.
Ovidii ex libro XV. Metamorphoſ. 215.
Paulo Ægineta. 486. b.
Petro Aponenſi Conciliatore & ejus additionibus in Meſuem. 427.
Petrus Paulus Paravicinus de Maſinenſibus & Burmienſibus thermis. pag. 194.
Petrus de Tuſſignano de balneis Burmi apud Volturenos. 193.
ex Plinii Hiſt. Naturali. 232.
Pogii Florentini Epiſtola de balneis Helvetiæ. 291.
ex Rabi Moſe. 438.
Raſis ex Continente & ex libro ad Almanſorem, Herculanique commentariis. 320.
ex Seneca. 229.
Serapione. 430.
Siraſi Arabis in Avicennam commentariis. 340.
Theodorici, Oſtrogottorum Regis, de balneis Aponi Epiſtola. 93.
Turæ Bononienſis recepta aquæ balnei de Porretta. 46.
ex Turriſani, plusquam Commentario in microtechnes Galeni lib. III. balneandi Canones. 222.
Thermi ad Timavi oſtia, auctore Jovita Rapicio. 307.
Ugonis Semenſis ex Conſiliis, 221. & in Avicennam. 387.
Ugolinus de Montecatino de balneorum Italiæ proprietatibus. 47.
ex Vitruvio Roſcio Parmenſi excerpta de aquis. 227.
Joannis Antonii Sicci, Cremenſis, de balneis, præmiſſa veteri icone balnei, qualem dedi ad Sextum Empiricum. p. 30.

XIX. Medicorum antiquorum Græcorum, Latinorum, Arabum, DE FEBRIBUS * commentationes collectæ ſtudio Joannis Fernelii pro-

* Video & laudari collectionem ſcriptorum de hoc argumento vulgatam Lugd. 1517. 4. ſed in eam nunquam incidi.

2011 Ministerio de Cultura

prodierunt Venetiis 1576. fol. In hoc volumine recuſo ibid. 1594. fol. obvia ſcripta de hoc argumento vel apoſpaſmatia:

Hippocratis, ex commentariis Joannis Marinelli p. 1.
Oribaſii p. 9.
Noni p. 14.
Pauli Æginetæ p. 39.
Alexandri Tralliani p. 45.
Aëtii Amideni p. 58.
Avicennæ p. 67.
Raſis ſive Abubeker Rhazes p. 100.
Conſtantini Africani p. 102.
Abenzoaris liber p. 106.
Averrois p. 109.
Iſaaci p. 118. 130.
Serapionis p. 153.
Haly p. 165.
Jo. Actuarii p. 176.
Celſi p. 179.
Sereni Sammonici p. 184. Plinii p. 184.
Garioponti p. 187.
Bernhardi Gordonii p. 208.
Petri de Apono Quæſtiones p. 218.
Arnoldi Villanovani p. 241.
Philonii p. 254.
Nicolai Florentini de febribus Epitome p. 285.

XX. Claudam hoc caput ſuccincta notitia ſcriptorum, qui in hiſtoria Medicorum illuſtranda ad præſentem usque ætatem elaborarunt, licet juſtum corpus hiſtoriæ Medicæ, & pleniorem accuratioremque hiſtoriam litterariam Medicorum veteris ac recentis ævi adhuc deſideramus. Neque veterum tantum ſcripta nusquam exſtant * *Sorani* utriusque *Hiſtomachi* Epheſii & *Andreæ* Medici: ſed nec lucem viderunt promiſſa de hoc argumento vel etiam affecta opera doctorum virorum recentis ætatis *Joannis Baptiſtæ Capponi*, a) *Ægidii Menagii*, b) *Thomæ Reineſii*,

* De his ſupra p 675. 676.

a) De hujus hiſtoria Medica univerſali promiſſa vide Morhofium lib. 1. polyhiſt. p. 212. edit. primæ.

b) Menagius amœnitat. juris cap. 27. & anti Bailleti c. 20. Henr. Meibomius Epiſtola mox lau-

2011 Ministerio de Cultura

ſii, c) *Jo. Henrici Meibomii*, d) *Georgii Hieronymi Welſchii*, neque *Julii Gvaſtavini* e) Patricii Genuenſis vitæ illuſtrium Medicorum, aut *Joannis Tortellii* f) Aretini, liber de Medicina & Medicis: aut Hiſtoria Medicorum & Phyſicorum *Martini Fogelii* noſtri * τῦ μακαρίτυ, in manibus homi-

laudanda: *Supereſt adhuc & exornat noſtri ævi gloriam Ægidius Menagius, qui publico dudum promiſit Medicorum hiſtoriam, eamque brevi edendam jam ante hos ſex annos præſenti mihi ſpem fecit, quamvis necdum prodierit.*

c) Reineſius Epiſt. 16. ad Jo. Vorſtium data A. 1653. Jonſius lib. 2. c. 8. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſoph.

d) Henricus Meibomius in Epiſtola de Medicorum hiſtoria ſcribenda ad V. C. Georg. Hieron. Welſchium, Medicum Auguſtanum Helmſt. 1669. 4. patris ſui A. 1655. inſtitutum ita enarrat: *Geſſit eo fere modo ſe parens, quo in Hiſtoricis Græcis Latinisque, aliisque ſcriptoribus vir ſummus, Gerardus Joannes Voſſius. Initio introductionem quandam præmiſit, in qua de vaſto Medicinæ ambitu & de Medicorum ſectis ordinibusque, ex Antiquitate omni pluribus agit. Dein libro* primo *eos, qui ab orbe condito usque ad Urbem conditam:* ſecundo *qui ab Urbe condita usque ad natum Chriſtum:* tertio *qui à nato CHriſto usque ad ſæculi decimi quinti medium vixerunt.* Quarto *denique* omnes, *quorum in incerto ætas eſt, ordine Alphabetico enumerat. Quod ſi enim libeat illos quoque, qui poſt annum reparatæ Salutis MCCCCL. fuerunt Medici, colligere & in theatrum producere,* ille pulveris Erythræi ſiderumque micantium ſubducat numerum prius, *quam omnes nobis ſiſtat.* Poſtea refert à patre moriente ſibi tum XVI. annos nato opus commendatum, ut maturior annis ederet, teſtaturque multa ſe obſervaſſe & addidiſſe, ſed præcipue in Medicis Arabibus aquam ſibi hærere non diffitetur. Vide & Henr. Meibomii Addenda ad Voglerum pag. 181. Gunther. Chriſtoph. Schelhammerum ad Conringii introductionem ad Medicin. p. 127. Conringiana pag. 26. edit. primæ. G. Hieron. Welſchii vitam p. 56. & Morhofii lib. 1. polyhiſt. 52. 59.

e) Philippus Labbe in Bibl. Bibliothecarum.

f) Giornale de' letterati d' Italia T. XI. p. 312.

* Morhof. lib. 1. polyhiſt. p. 62. Vinc. Placcius ὁ μακαρίτης lib. de anonymis & Pſeudonymis p. 39. edit. primæ.

2011 Ministerio de Cultura

hominum verſantur. Neque *Bourdelotii* g) opus vidimus, quod omnes Bibliothecas Medicas longe poſt ſe relicturum ſcripſit A. 1702. vir clariſſimus Daniel Clericus: aut Hiſtoriam Medicinalem, quam à *Dionyſio Dodartio* h) A. 1707. defuncto parari, jam A. 1689. teſtatus eſt Joannes Baptiſta Lantinus. Etiam *Philippi Labbei* i) ſupplementa ad Lindenium de ſcriptis Medicis, & *Georgii Franci de Franckenau* k) ad Wolfgangi Juſti Chronologiam Medicorum, fato utriusque intercepta dolebunt mecum harum litterarum ſtudioſi.

Hiſtoriæ Medicæ Scriptores.

Antonius Poſſevinus, S. J. libro XIV. Bibliothecæ ſelectæ.
Jo. Beverovicii idea Medicinæ veterum. Lugd. Bat. 1637. 8.
Hermanni Conringii in univerſam artem Medicam ſingulasque ejus partes introductio, Helmſt. 1651. 4. edente Sebaſtiano Schefero: & cum aucta-

g) Dan. Clericus præf. ad Hiſt. Medicinæ A. 1702. Gallice editam (quam eidem Bourdelotio dedicavit) poſt commemoratos Lindenium ac Merklinum: *mais Mr. Bourdelot va bien tôt rendre public un grand ouvrage ſur la méme matiere, qui effacera tout ce qui a precedé, & oû il ajoutera ſon jugement ſur une bonne partie des livres & ſes conſeils ſur le choix de ceux qui doivent compoſer la Bibliotheque d'un ſavant Medicin.* Et in alia præf. ad edit. A. 1723. *il ſeroit à ſouhaiter que ceux qui ont herité de la belle Bibliotheque & des écrits de Mr. Bourdelot, mort depuis quelque tems, miſſent au jour un Catalogve que ce ſavant homme avoit fait de tons les livres en Medicine qui étoit beaucoup plus étendu & plus exact qu' aucun de ceux qui ont paru jusques à vreſent. Il y avoit méme joint une eſpece de Critique fort abregée pour faire connoitre plus particulierement qu' on ne le peut apprendre par les titres, ce qu'il y a de meilleur dans une partie de ces livres. Cet ouvrage écoit deja fort avancé il y a plus de vingt ans, comme l' auteur m' avoit fait l' honneur de me l' ecrire, en ſorte que depuis ce tems là il pourroit l'avoir achevé. C'eſt dommage qu'une piece de cette nature demeure enſevelie dans la pouſſiere d'un cabinet.*

h) Præf. ad Salmaſium de homonymis hyles iatricæ.

i) Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 125.

k) Dan. Clericus loco laudato.

2011 Ministerio de Cultura

auctario D. *Guntheri Christophori Schelhammeri*, ibid. 1687. 4. additis Casp. Bartholini de studio Medico, ex edit. Hafn. 1628. Petri Castelli Romani, Nobilis Messanensis optimo Medico, ex edit. Messan. 1637. Jo. Antonii van der Linden manuductione ad Medicinam, ex edit. Lovan. 1639. & *Joannis Rhodii* introductione ad Medicinam paullo accuratiorem & Jo. Rhodii Bibliotheca Medica familiari ac paullo diffusiori, ex MS.

Zacuti Judæi Ulyssiponensis, A. 1642. Amst. denati, Historiarum Medicinalium in principum Medicorum scriptis, libri X. tomo primo ejus operum Lugd. 1649. & 1657. fol. Liber undecimus praxin Historiarum complectitur.

Joannis Neandri, Bremani, Medicinæ natalitia,(*) sectæ earumque placita, tum ejus catacrypses ac restauratores, & ad nostra usque tempora propagatores, cum historiis eorum, vitis ac scriptis. Bremæ 1623. 4.

D. *Christiani Joannis Langii*, Medici Lipsiensis, defuncti A. 1701. 29. April. historia Medica, tomo primo ejus operum præmissa Lips. 1704. fol.

Joannis Conradi Barchusen, Medici Ultrajectini, Historia Medicinæ, in qua, si non omnia, pleraque saltem Medicorum ratiocinia, dogmata, hypotheses, sectæ &c. quæ ab exordio Medicinæ usque ad nostra tempora inclaruerunt, dialogis XIX. pertractantur, Amst. 1710. 8. Idem liber auctior & redactus in formam dissertationum XXVI. de Medicinæ origine & progressu, Trajecti ad Rhen. 1723. 4.

Jo. Philippi Burggrafii de Medicæ artis & Medicorum fatis, Libitina ovans fatis Hygiæ, Francof. 1701. 12.

Danielis Clerici, Medici Genevensis, pars prima Historiæ Medicinæ, Gallica lingua scriptæ, prodiit Genev. 1696. 12. & Anglicæ versionis mentio in Historia operum eruditorum A. 1699. p. 275. editæ Lond. 1700. Deinde tres partes Gallicè viderunt lucem, quarum ultima definit in anno CHRISTI ducentesimo, excusæ Amstelod. 1702. 4. Denique longe auctiores, atque cum sciagraphia brevi continuationis ab anno CHRISTI ducentesimo in præsentem ætatem, Amst. 1723. 4. Bibl. Françoise de Mr. Camusat, T. 2. p. 167.

(*) Contra sinistrum Labbei judicium hic liber defenditur à Theodoro Crusio, Vergnügung müßiger Stunden/ parte IX. p. 71. seq.

2011 Ministerio de Cultura

Andreæ Ottomari Gœlike, Medici hodie Duisburgenſis, hiſtoria Medicinæ univerſalis, periodus prima Hebræorum & ſecunda Ægyptiorum, Francof. ad Viadrum 1717. 8. periodus tertia & quarta Græcorum ab Æſculapio ad Hippocratem, ibid. 1718. 8. quinta de Hippocratis Medicina, id. 1719. 8. ſexta de ſtatu Medicinæ ſub Hippocratis poſteritate ad fatalem quam appellat artis Medicæ diviſionem in diæteticem, pharmacevticen ac chirurgicen, ibid. 1720. 8.

Gotfridi Andreæ Zahnii diſſ. de origine, progreſſu & dignitate Medicinæ, Veſaliæ 1708. 12. Hiſtory of the works of the learned A. 1710. pag. 18.

Theodori Janſonii ab Almeloveen inventa novantiqua, h. e. brevis enarratio ortus & progreſſus artis Medicæ ac præcipue de inventis vulgo novis, antiqua ætate cognitis, Amſt. 1684. 8.

Jo. Bernierii Hiſtoire Chronologique de la Medicine & des Medicins; Hiſtoria Chronologica Medicinæ & Medicorum, ubi de origine & progreſſu artis Medicæ aliisque ad eam pertinentibus diſſeritur, nec non de officiis mutuis ægrotantium Medicorumque, Gallice Pariſ. 1695. 4. ſecunda editio emendata & quibusdam locis contractior. Prior inſcribebatur Eſſais de Medecine, Pariſ. 1689. 4. Acta Erudit. T. 1. ſupplem. p. 451.

Salomonis Cellarii Origines & Antiquitates Medicæ, Halæ Saxon. 1696. 8. Filius hic fuit celebris viri Chriſtophori Cellarii, in flore ætatis extinctus.

Bernhardi Albini Oratio de incrementis & ſtatu artis Medicæ ſæculi XVII. Lugd. Bat. 1711, 4. Journal des Savans 1712. Dec. p. 659.

Jodoci Kelleri de excellentia Medicinæ libri.

Michaëlis Doringii, Uratislavienſis, de Medicina & Medicis, adverſus iatromagiſtas & pſeudiatros, libri II. Gieſſæ 1611. 8.

Leonardi de Capua, Medici Neapolitani, parere, diviſato in otto ragionamenti, ne' quali narrando ſi l' origine e'l progreſſo della Medicina, chiaramente l' incertezza della medeſima ſi manifeſta. Napoli 1689. 4. cui editioni ſecundæ acceſſerunt ad octo diſſertationes de incerto artis Medicæ, aliæ tres de incerto medicamentorum. Similiter & in tertia, Bononiæ 1714. 8. tribus Vol.

Jo. Henrici Meibomii commentarius ad Magni Aurelii Caſſiodori formulam Archiatrorum, Helmſt. 1668. 4.

Scripto-

2011 Ministerio de Cultura

Scriptores Hiſtoriæ Naturalis.

Paſchalis Galli index eorum qui in Phyſica & alia ſcripta Ariſtotelis commentati ſunt, auctus deinde à *Guilelmo du Vall*, occurrit in plerisque Græco-Latinis Ariſtotelis editionibus.

Jo. Jacobi Scheuchzeri, Medici Tigurini, Bibliotheca ſcriptorum Hiſtoriæ naturalis, Tiguri 1716. 8.

Jacobi le Long, Presbyteri Oratorii Pariſ. A. 1721. d. 13. Auguſt. denati, notitia ſcriptorum hiſtoriæ naturalis Galliæ, quæ Scheuchzeri libro p. 213. ſubjicitur, exſtat etiam locupletior in viri illius præſtantiſſimi Bibliotheca Hiſtoriæ Gallicæ, edita Pariſ. 1719. fol. pag. 24. ſeq.

Cornelii à Beughem ſyllabus recens exploratorum in re Medica, Phyſica & Chemica, excerptus ex Actis Naturæ curioſorum & Alphabetico ſcriptorum ordine digeſtus, Amſt. 1696. 12.

Bernhardi Valentini, Medici Gieſſenſis, de ſcriptis à membris Collegii Naturæ curioſorum ſeparatim editis, hiſtoria literaria, ſubjecta legitur ejus armamentario naturæ Syſtematico, Gieſſæ 1709. 4.

Dan. Georgius Morhofius in Polyhiſtore Phyſico & Medico.

Iac. Fridericus Reimmannus, Superintendens hodie Hildeſienſis, introductione in hiſtoriam literariam Germanorum, edita Germanice parte 3. c. 1. p. 474. ſeq. Hall. 1709. 8.

Sigismundi Jacobi Apini diſſertatio de incremento Phyſices per Medicos facto, Altdorf. 1719. fol. Journal des Savans A. 1720. Septembr. pag. 314.

* * *
* * *
* * *

Jo. Jacobi Mangeti Bibliotheca Medico-practica, Genev. 1695. fol. 4 Volum.

Ejusdem Bibliotheca pharmacevtico-Medica, Genev. 1703. fol. 2 Volum.

De obſervationum Medico-Phyſicarum ſcriptoribus videndus Joannes Schenckius à Gravenberg in præfatione ad Obſervationes ſuas Medicas, vulgatas Lugd. 1643. & Francofurti 1665. fol.

The rational Phyſicians library by *Abdias Cole* and *Nichols Culpeper*, Lond. 1661. fol.

2011 Ministerio de Cultura

De Medicis antiquis & recentibus.

Philippi Melanchthonis Orationes de Hippocrate, Galeno, Avicenna &c. in ejus tomis declamationum plus ſimplici vice editis.

Conradi Geſneri præfatio ad Galeni opera, Baſil. 1562. fol. ubi de Galeno ejusque ſcriptis & interpretibus, & de artis Medicæ inſtauratoribus.

Othonis Brunsfeldii, Moguntini, Catalogus illuſtrium Medicorum, ſive de primis Medicinæ ſcriptoribus, Argentorati apud Jo. Schottum 1530. 4.

Symphoriani Campegii ſive ***Champerii,*** Lugdunenſis, de claris ſcriptoribus Medicinæ veteribus & recentioribus, una cum ejus lucubratione de legum conditoribus, atque aliis opuſculis, 8. & cum ***Remalci Fuchſii,*** Limburgenſis, vitis aliquot illuſtrium Medicorum, Lugd. 1531. 8. & Pariſ. 1541. 8. Idem hic eſt Campegius cujus Epiſtolæ pro Medicorum Græcorum defenſione prodierunt cum Bernardi Unger, Germani, Epiſtolis pro defenſione Medicorum Arabum, ad calcem annotatiuncularum Sebaſtiani Montui, in errata recentium Medicorum per Fuchſium collecta, Lugd. 1533. 8.

Robertus Conſtantinus in nomenclatore inſignium ſcriptorum atque Indice Bibl. & Pandectarum Geſneri, Pariſ. 1555. 8.

Wolfgangi Juſti Chronologia illuſtrium Medicorum, Francof. ad Viadrum 1556. 8.

Marcus Squarcialupus inter ſcriptores de vitis Medicorum laudatur à Reineſio Epiſt. XVI. ad Jo. Vorſtium.

Caſparis Peuceri vitæ illuſtrium Medicorum, Argentorat. 1573.

Stephani de Villa vitæ duodecim Principum Medicinæ & de artis Medicæ originibus, Hiſpanicè. Burgis veteris Caſtellæ 1647. 8.

Jo. Lonæi Boſchii Oratio de optimo Medico & Medicinæ auctoribus T. I. Oratt. Ingolſtadienſium.

Henrici Blacuodæi, Scoti, de claris Medicis, Pariſ. 1608. 8.

Nicolaus Tiraquellus, diligentiſſimus ſcriptor, opere de Nobilitate.

Philibertus Bertinus, Auſſonienſis Burgundus, de claris Medicis ſcripſiſſe dicitur apud Labbeum in Bibliotheca Bibliothecarum.

Petri Caſtellani vitæ illuſtrium Medicorum, qui toto orbe ad ipſius usque tempora floruerunt, Antwerp. 1618. 8. & in tomo decimo theſauri

2011 Ministerio de Cultura

ſauri Antiquitatum Græcarum Jacobi Gronovii. Catalogum Medicorum Alphabeticum, quorum vitas perſequitur Caſtellanus, habes apud Lindenium & Mercklinum.

Renatus Moreau in libro de miſſione ſanguinis in pleuritide, Pariſ. 1622. 8. edito quamplurimos Medicos Græcos, Latinos, Arabes, Barbaros ordine temporis recenſet.

Gerardus Joannes Voſſius de Medicis antiquis egregia quædam annotavit libro poſtumo de Philoſophia cap. XI. XII. XIII. XIV. Hagæ Com. 1658. 4. atque inter opera Voſſii junctim edita Amſt. 1701. fol. Tomo tertio.

Epitaphia Medicorum in *Dodonis Richeæ* theatro funebri, Salisburgi 1673. 4. parte 3. p. 307.--344.

Jacobi Ruef, Tigurini, Catalogus Medicorum & Aſtrologorum. Et

Joannis Bartholomæi, Sveidnicenſis, elogia Medicorum apud Labbeum memorantur.

Plurimorum Medicorum vitas refert *Paulus Freherus* in theatro virorum eruditorum, parte tertia fol. *Iſaacus Bullart*, additis iconibus nitide in æs inciſis in Academia ſcientiarum vulgata Gallice, Pariſ. 1682. fol. T. 2. p. 65. ſeq.

Icones Medicorum aliquot veterum ac recentium, ex Bibliotheca *Joannis Sambuci.* Antwerp. fol. A. 1574. 1603. 1615.

De Scriptis Medicorum.

Conradi Geſneri pandectarum, ſive Bibliothecæ realis liber XIV. qui eſt de Medicis & naturalis Philoſophiæ ſcriptoribus p. 181. ſeqq. Tiguri 1548. fol.

Paſchalis Galli, Villæfanenſis Pictonis, Bibliotheca Medica, Baſil. 1590. 8.

Iſraëlis Spachii, Argentinenſis, nomenclator ſcriptorum Græcorum, Arabum, Latinorum, veterum & recentium Medicorum, ſecundum locos communes digeſtus, Francofurti 1591. 8. Argentorati 1597. fol.

Biblia iatrica ſive Bibliotheca Medica mactata, continuata, conſummata, qua velut faviſſa, auctorum in ſacra Medicina ſcriptis cluentium, reique Medicæ monumentorum ac divitiarum theſaurus clauditur, auctore *Jo. Georgio Schenckio* à Gravenberg, Philiatro,

2011 Ministerio de Cultura

Hagenoënſium Alſatiæ poliatro, Comitisque Hanoënſis Phyſico-Medico. Francof. 1609. 8. Ordine Auctorum Alphabetico, liber minime contemnendus & multorum etiam MSS. pandens notitiam.

Sigismundi Reguli Bibliotheca Medica, Lugduni apud Liberalium 1673. 12. Mentio in Bibliotheca volante Jo. Cinelli parte XIX. p. 101.

Petri à Caſtro Bibliotheca Medici eruditi, Patav. 1654. 12.

Barthol. Moſeri theſaurus Bibliatricus, ſive Bibliotheca Medica gemina, onomaſtica & claſſica. Dilingæ, fol. prodiiſſe dicitur, mihi necdum inſpecta.

De *Joannis Rhodii* Bibliotheca Medica dixi ſupra in hiſtoriæ Medicæ ſcriptoribus.

Jo. Antonidæ van der Linden, Doct. & Profeſſoris Medicinæ Practicæ primi in Academia Lugd. Bat. de ſcriptis Medicis (*) libri duo, quorum primus ſcriptores, alter materiam & argumenta librorum ordine alphabetico recenſet. Amſt. 1637. & auctior ſemper 1651. & 1662. 4. Auctarium ſe ad hoc opus parare teſtatus eſt *Philippus Labbeus* in Bibl. nova MSS. p. 125. ſed quod lucem non vidit.

Georgii Abrahami Mercklini, D. Reip. Norimberg. Domusque Teutonic. ibidem Medici Ord. & Academici Curioſ. Chironis, Lindenius renovatus auctusque, Norimb. 1686. 4. Hunc utiliſſimum & locupletiorem hactenus in iſthoc genere librum ab viro aliquo docto recenſeri, ſuppletumque & emendatum continuari in præſens usque tempus eſſet utique operæ pretium.

Martini Lipenii Bibliotheca realis Medica, ordine materiarum Alphabetico, ut cæteræ ejus Bibliothecæ, Theologica, Juridica & Philoſophica concinnata. Francof. 1679. fol.

Simonis Pauli, Bibliopolæ Argentoratenſis, Catalogus librorum Medicorum, 8.

Cornelii à Beughem, Embricenſis, Bibliographia Medica & Phyſica, ſcriptores ab A. 1650. ad 1680. excuſos, referens. Amſt. 1681. 12.

De

(*) Per errorem p. 237. & 642. edit. A. 1662. 4. à Lindenio Henricus Ernſtius laudatur, tanquam Bibliothecæ Medicæ ſcriptor, quem conſtat edidiſſe Catalogum MSS. Bibliothecæ Mediceæ, quæ eſt Florentiæ.

2011 Ministerio de Cultura

De Medicis certarum nationum, ætatum, &c.

De Medicis & re Medica HEBRÆORUM *Auguſtinus Calmet*, Monachus Benedictinus, diſſ. ſecunda præmiſſa commentario in Eccleſiaſticum. Pariſ. 1714. 4. Gallice.

Joannis Leonis, Africani, vitæ Medicorum XXVIII. ARABUM, Latine apud Hottingerum Bibliothecarii quadripartiti pag. 246.--291. Adde ejusdem theſaurum philologicum p. 344. Pauli Colomeſii opuſcula p. 140. & Iſaacum Voſſium de Sibyllinis Oraculis p. 281. & Henrici Meibomii Epiſt. de Medicorum Hiſtoria ſcribenda, qui præterea laudat *Elaigbas Ahmed Ebn Caſen* de doctis Arabibus, & hiſtoriam Medicorum & Philoſophorum Arabum, Latine translatam ab *Andrea Alpago*, necdum editam. Vide & Catal. MSS. Arabicorum Jacobi Golii in fol. num. 83. & in octavo num. 15. & 29. D. Theophilum Spizelium Τὸν μαναεήτην, ſpecimine Bibliothecæ univerſalis in *Abiobſeibea*. De pluribus etiam Medicis Arabibus conſulere juvabit Gregorium Abulpharajum in dynaſtiarum hiſtoria.

De Medicis veteribus GRÆCIS dixi præſenti capite, & de LATINIS Bibl. Latinæ Lib. IV. cap. 12.

Joachimi Viti Wigandi de philiatrorum GERMANORUM itineribus, Friburg. 1678. 12.

De Medicis Germanis ſæculi XVI. *Melchior Adamus* in vitis, Heidelberg. 1620. 8. Francof. 1653. 8. & 1705. fol. Syllabum Medicorum, quorum vitas refert, habes apud Lindenium, Mercklinumque.

De Medicis ſæculi XVII. *Henningi Witte* memoriæ Medicorum, decades duæ, Francof. 1676. 8.

En tibi Medicorum, quarum vitæ à Wittenio referuntur, nomina:

defunctus A.

1664. *Marci Banzeri, D. & Prof. Witeb. nomen in indice ſecundæ decadis exſtat, ſed in libro ipſo memoria vitæ ejus deſideratur.*
1629. Caſpar Bartholinus, D. & Prof. Hafnienſis, p. 48.
1670. Daniel Beckerus, D. & Prof. Regiomontanus, p. 271.
1609. Carolus Cluſius, D. & Prof. Lugd. Bat. p. 6.

defunctus

2011 Ministerio de Cultura

defunctus A.

1619. Hieron. Fabricius ab Aquapendente, D. & Profeſſor Patavinus, pag. 38.
1652. Jacobus Fabricius, D. & Prof. Roſtochienſis, p. 144.
1656. Thomas Finckius, D. & Prof. Hafnienſis, p. 189.
1659. Henricus Fuiren, D. & Prof. Hafn. p. 193.
1644. Jo. Baptiſta Helmontius, Philoſophus per ignem, p. 125.
1637. David Herlichius, D. & Poliater Stargard. p. 73.
1648. Caſpar Hofmannus, D. & Prof. Altdorf. p. 132.
1636. Gregorius Horſtius, D. archiater Ulmenſis, p. 67.
1653. Lud. Jungermannus, D. & Prof. Altdorf. p. 157.
1660. Georgius Kirſtenius, D. & Prof. Stetinenſis, p. 209.
1640. Petrus Kirſtenius, D. & Prof. Upſalienſis, p. 112.
1662. Chriſtianus Lange, D. & Prof. Lipſienſis, p. 215.
1664. Jo. Antonides van der Linden, D. & Profeſſor Lugd. Bat. pag. 243.
1673. Gvernerus Rolfinckius, D. & Profeſſor Jenenſis, p. 264.
1671. Jo. Theodorus Schenckius, D. & Prof. Jenenſis, p. 279.
1638. Daniel Sennertus, D. & Prof. Witeb. p. 88.
1613. Erneſtus Sohnerus, D. & Prof. Altdorf. p. 18.
1663. Adolphus Vorſtius, D. & Prof. Lugd. Bat. p. 222.
1654. Olaus Wormius, D. & Prof. Hafnienſis, p. 163.

De Medicis Argentoratenſibus, Acta Jubilæi Academiæ Argentoratenſis, A. 1638. p. 255. ſeqq. ad 275.

De Hafnienſibus *Tho. Bartholinus* in ciſta Medica, Hafniæ 1662. 8.

De Helmſtadienſibus *Juſtus Chriſtophorus Bœhmerus*, Guelferbyti 1719. 4.

De Jenenſibus *Jo. Caſpar Zeumerus*, Jenæ 1711. 8.

De Maximorum Pontificum archiatris, *Proſperi Mandoſii*, il teatro de' Medici Ponteficii, Rom. 1696. 4. Galleria di Minerva T. 2. p. 21.

De Medicis Mediolanenſibus *Joannes Baptiſta Sylvaticus*, Mediolan. 1687. 4.

Barthol. Corte notitia Medicorum Mediolanenſium & de inventis Italorum in arte Medica, notizie iſtoriche intorno a gli Medici ſcrittori Milaneſi &c. Mediolani 1718. 4. Acta Erud. A. 1723. p. 254.

De Mediolanenſibus Medicis etiam conſulendus Jo. Baptiſta Silvaticus in Collegii Mediolanenſium Medicorum origine, antiquitate, neceſſitate, Mediolan. 1607. 4.

Joſephi

2011 Ministerio de Cultura

Josephi Lanzoni de iatro-physicis Ferrarienſibus, qui Medicinam ſcriptis exornarunt, Bononiæ 1691. 4. Galleria di Minerva T. 2. pag. 244.

De Medicis Pariſienſibus *Gabriel Naudæus* libro de antiquitate ſcholæ Medicæ Pariſienſis, Pariſ. 1628. 8.

De Medicis Sanctis, Regibus, Theologis, Clericis, Monachis, Philologis, Poëtis, &c.

De CHRISTO Medico D. *Elias Veielius* ὁ μακαρίτης diſſ. de præſtantia & dignitate ſtudii Medici ad mentem SS. Patrum, Ulm. 1692. 4. p. 37. ſeq. D. *Conradus Johrenius* (*) Francof. ad Viadrum 1703. & D. *Andreas Ottomarus Gœlike* in Hiſtoria Medica univerſali p. 77. ſeq. *Guilelmus Ader* de ægrotis Evangelicis, (**) Toloſæ 1620. 8. & tomo nono Criticorum ſacrorum, Londini primum, deinde in Belgio & Francofurti recuſorum; *Georgius Wolfgangus Wedelius* ὁ μακαρίτης in Centuriis exercitationum Philologico-Medicarum, ut Centur. 2. diſſ. 8. & decad. 2. diſſ. 2. decad. 4. diſſ. 6. decad. 5. diſſ. 10. *Thomas Bartholinus* diſſ. de morbis Biblicis, Hafniæ 1672. Francof. 1673. 8. & tomo quinto faſciculorum V. C. Thomæ Crenii, Roterd. 1695. 8. ubi etiam liber ejusdem Bartholini de Paralyticis Novi Teſt. recuſus ad editionem A. 1662. 8. *Io. Andreæ Danzii* diſſ. de curatione CHRISTI Sabbatica, Jen. 1699. 4. *Chriſtianus Iohrenius* ſupra laudatus de morbis Biblicis Novi Teſt. Francof. ad Viadrum 1704. 4. Spectat & huc *Hieronymus Iordanus* Brunſvicenſis, Medicus & Phyſicus Gœttingenſis libro περὶ τοῦ θείου ſive de eo quod Divinum eſt aut ſupernaturale in morbis humani corporis, ejusque curatione, Francof. 1651. 4. Argumenta capitum LXXV. in quæ opus diviſum eſt, recenſet Lambecius

(*) Unſchuldige Nachrichten von alten und neuen Sachen A. 1717. p. 463. ſeq.

(**) Incerta & dubiæ fidei videntur, quæ de Aderi libro inedito contrarii argumenti de morbis iisdem per naturalia remedia curabilibus narrat perſonatus Vignolius Marvillius T. 3. Miſc. p. 153. Nec ipſe enim nec alius eſt qui vidiſſe illum ſe refert.

2011 Ministerio de Cultura

lib. 2. de Bibl. Vindobonenſi pag. 689. ſq. Exſtat & D. *Chriſtiani Warlizii* liber de morbis Biblicis è prava diæta animique affectu pravo reſultantibus, edita Witeb. 1714. 8.

De *angelis Medicis* Andreas Tiraquellus p. 265. libri de Nobilitate.

Ludovicus Miegius de Medicis extraordinariis Novi fœderis, Rinthelii 1692. 4.

De Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum, Divina facultate in nomine CHRISTI ejiciendi dæmonia atque medendi morbis, *Hugo Grotius* ad Marci XVI. 17. & *Tobias Pfannerus* libro de charifmatibus ſive donis miraculoſis antiquæ Eccleſiæ, Francof. 1680. 12. capite 2. & 5. de facultate ſuſcitandi mortuos, id. pag. 271. ſeq. venena impune edendi ac bibendi, id. cap. 4. &c. D. *Jo. Andreas Schmidius*, diſſ. de curatione morborum per oleum ſanctum (*) Jenæ 1695. *Philippus Iacobus Hartmannus* de geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis pag. 224. ſeq. *Antonius Daldinus Alteſerra* libro VII. Aſceticon ſive Originum Aſceticarum cap. 7. p. 380. ſeq. de gratia curationum & exorcizandi data Monachis.

In Græcorum Eccleſia celebres Sancti *ἀνάργυροι Coſmas & Damianus*, qui gratis omne morborum genus curarunt. Confer de his Svicerum & Cangium in voce *ἀνάργυροι*, & quæ Volum. IX. hujus Bibl. p. 68. ſeq. Similiter Menologia ac Menæa de Cyro & Joanne, Pantaleone & Hermolao, Sampſone & Diomede, Thallelæo & Tryphone. Vide Anſelmum Bandurium ad Origines CPolitanas, T. 2. Imperii Oriental. p. 624. His denique addas Godfridum de Haga, cognomine Sonderdanck, veluti qui nullam gratiam referri ſibi pateretur, Medicum Alberti & Guilelmi Ducum Bavariæ & Comitum Hollandiæ, de quo Acta Sanctorum T. 1. Junii p. 135.

Medicos Seleucienſes, S. Theclæ ægrotis medenti invidentes perſtringunt Acta S. Theclæ apud Jo. Erneſtum Grabium Tom. 1. ſpicilegii Patrum p. 117.

Jo. Molani, Theologi Lovanienſis, Medicorum Eccleſiaſticorum diarium, Lovanii 1595. 8.

Abrahami

(*) Præter interpretes ad Jac. V. 15. & ſcriptores de extrema unctione, quos laudavi in Bibliographia antiquaria, conferri poterunt Seldenus de Synedriis lib. 2. c. 7. § 11. Steph. le Moyne ad Varia Sacra p. 1049. ſeq. Jac. Rhenferd Opp. Philolog. p. 213. ſeq. & Rev. D. Salomo Deylingius parte 3. Obſ. ſacr. p. 376. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

Abrahami Bzovii, Ord. Præd. nomenclator ſanctorum, profeſſione Medicorum, anniverſariam quorum feſtivitatem univerſalis celebrat Eccleſia, Colon. 1623. 12.

Guilelmi du Vall, Ponteſiani Medici, Hiſtoria monogramma ſive pictura linearis ſanctorum Medicorum & Medicarum, in expeditum redacta breviarium. Adjecta eſt ſeries nova ſive auctarium de ſanctis præſertim Galliæ, qui ægris opitulantur certosque procurant morbos, cum digreſſiuncula de plantis nomenclaturæ ſanctioris, Pariſ. 1643. & 1649. 4.

De Medicis ſanctis *Andreas Tiraquellus* opere de Nobilitate pag. 262. ſeq.
Theophilus Raynaudus S. J. in heteroclitis ſpiritalibus pag. 399. ſeq.
D. *Io. Frid. Mayerus* ὁ μαναρίτης ecloga Evangelica XIX. Trinit.
Thomas Bartholinus de paralyticis Novi Teſt. p. 57.

Chriſtiani Benedicti Carpzovii diſſ. de Medicis ab Eccleſia pro Sanctis habitis, Lipſiæ 1709. 4. Nova literaria Hamburgenſia illius anni p. 442.

Pharmacopolæ ſancti, S. Æmilius, cujus memoria colitur 6. Decembr. & S. Apollonius, cujus Heraclides in paradiſo facit mentionem.

Chirurgi ſancti, S. Athanaſius 3. April. & S. Cyrus 31. Januar.

Medici Epiſcopi, Archiepiſcopi, Cardinales, Pontifices Maximi; vide Tiraquellum lib. de Nobilitate p. 273. Sirmondum ad Ennodium p. 40. Proſperum Mandoſium de Pontificorum Max. archiatris. (Acta Erud. A. 1697. p. 183.)

Io. Georgii Meintelii Theologus Philiater, Germanicè, Noribergæ 1717. 8. Unſchuldige Nachrichten von alten und neuen Sachen A. 1717. pag. 1088.

Valentini Henrici Vogleri programma ad ſacræ Phyſicæ & Medicinæ ſtudioſos. Helmſt. 4.

D. *Chriſtianus Polycarpus Lederlinus* im Leben der Deutſchen Gelehrten, Anno 1719. pag. 222. ſeqq. & 454. ſeqq. colligit exempla Medicorum Theologorum.

Io. Henrici von Seelen, Rectoris Lycei Lubecenſis, diatriba de meritis Medicorum in ſacram Scripturam, Lubec. 1719. 4. Idem vir clariſſimus promiſit etiam diſſertationem de Medicis Theologis, itemque aliam de Medicis parum religioſis, ſicut in Theologia ceſpitantes Medicos perſtrinxit B. D. Abrahamus Calovius præfat. doctrinæ

2011 Ministerio de Cultura

publicæ de perſona CHRISTI Θεανθρώπε, & diatribam de Medicis pſeudo-Theologis promiſit Venerandus D. Georg. Henr. Gœtzius meletem. Annæomontan. p. 436.

Caroli Drelincurtii Oratio de Medicorum Pietate. Monspelii 1653. 12.

D. Georgii Henrici Gœzii, Præſulis tunc Annæomontani, hodie Lubecenſis, diſquiſitio Lipſiæ 1700. 4. edita, exſtat in ejus meletematis Annæbergenſibus An. 1707. 8. pag. 433. ſeq. recuſa de Theologis pſeudo Medicis, ſeu num Theologo (ejusve uxori §. VII.) artem Medicam exercere liceat? quod negat contra Martinum Schoockium Exerc. var. XIX. Ultraj. 1663. Amſt. 1688. 4. Ac profecto lucri cauſa id facere, vel plane imperitiam vendere capite luentibus, turpiſſimum haud dubie eſt Sacerdoti, quo etiam tota Venerandi viri diſputatio collineat: at muſſante vel abſente Medico, certum & exploratum remedium quis non tam libenter ex ſacri hominis manu recipiat, quam ex alius cujuscunque? Vel quis auſit affirmare ſoli Theologo non eſſe permiſſum ſanare homines, quod etiam Sabbato facere CHriſtus ipſe ringentibus Phariſæis non dubitavit? Atque in hanc ſententiam, quod ſub certis conditionibus fas ſit etiam Sacerdoti Medicum ſe gerere ac medicamentis curare ægrotos B. D. Jo. Diecmannus T. 2. ſcriptor. Germanice junctim editorum p. 189. præter Reformatum Theologum Andream Hyperium de ratione ſtudii Theol. lib. 1. c. 6. p. 57. ejusque expilatorem Laurentium Villavincentium, Eremitam Auguſtinianum de recte formando ſtudio Theologico Colon. 1578. 8. p. 33. laudat è noſtratibus Arnoldum Mengeringium inform. Conſcientiæ Evangelic. p. 1066. 1067. Johannem Meelfuhrerum Vindic. Evangel. decad. 10. diſp. 2. §. 99. D. Caſp. Zieglerum de Diaconis vet. Eccleſiæ p. 266. Jo. Adamum Oſiandrum Theologiæ Caſualis parte V. p. 557. Appendicem Conſil. Theolog. Georgii Dedekenni p. 605. Erneſtum Stockmannum hodegetici peſtilentialis ſacri p. 306. & 307. & B.D. Philippi Jacobi Speneri Theologiſche Bedencken parte 1. p. 754. ſeq. Vide & Meliſſantis, ſive Jo. Gottfrid Gregorii gelehrten Hiſtoricum p. 128. ſq. Porro Pariſiis A. 1696. 12. Gallice auctore Medico Regio Agnano prodiit libellus, cui titulus *le Preſtre Medicin*, in quo diſputatur, nihil eſſe congruentius, quam ut Sacerdotes & Monachi medicinam faciant: quod & ab Ægyptiis Regibus, qui iidem etiam fuerunt Sacer-

2011 Ministerio de Cultura

Sacerdotes, & in multis aliis populis omni tempore factitatum, & Doctori Legis etiam injunctum à CHristo, ut exemplum Samaritani imitetur, *Vade, & tu fac similiter*, Luc. X, 37. Inde in Ecclesia Christiana per multorum sæculorum spacium vix usquam repertum esse Medicum, qui non fuerit Episcopus, aut presbyter aut Monachus: *pendant plusieurs siecles l' Eglise n' a pas eu un Medicin qui ne fust ou Evéque, ou Pretre, ou Religieux. Quantité de Rois ont pris leurs Medicins dans les Cloitres. Les Papes ont en souvent leurs Chapelains pour Medicins, & les Chanoines ont souvent fait profession de la Medicine. Les Medicins de la Faculté de Paris n'eurent dispense & permission de se marier qu'en 1480.* a) *que le Cardinal de Touteville la leur accorda en reformant l' Université.* Hæc qui legerit, minus mirabitur viro eruditiss. Joanni Mabillonio adeo probatam sententiam Jo. Baptistæ Helmontii, ut eam libro suo de studiis Monasticis b) insereret lectoribusque commendaret. Cum enim statuisset, non esse connivendum religiosis, ut morbos aliorum quam fratrum suorum in Monasteriis curent, eamque in rem laudasset duas S. Bernardi Epistolas ad religiosos S. Germerii, c) subjungit:

a) Suite du Menagiana p. 333. *Les Medicins étoient autrefois tous Clercs, & ce ne fut qu'en 1452. que le Cardinal d' Etouteville dans le tems de sa legation en France leur apporta la permission de se marier.* Cæterum, ut Monachi se gerant pro Medicis, valde periculosum esse generi humano, disputat auctor libri Gallice editi Hagæ 1699. 12. *le Medicin de soy méme* p. 265. seq. Uti monialibus consuetudinem Medicorum dissuadet Antonius Dadinus Alteserra p. 335. Asceticon. Utrum teneantur homicidii Clerici vel Monachi, si curationem eorum mors insequatur, vide Nic. Comnenum Papadopoli p. 258. seq. prænotionum Mystagog.

b) Mabillon. de studiis Monasticis part. 9. cap. 2. p. 422. versionis Latinæ auctore Udalrico Standigl, Benedictino, Campodun. 1702. 8.

c) S. Bernardi Epist. 67. 68. Addam hoc loco, quæ de Talapoinis Siamensium Monachis legi apud Louberium descriptione regni Siamensis edita Gallice Amst. 1700. 12. T. 2. p. 31. *L' art de la Medecine ne leur est pas défendu: ils s'en mêlent beaucoup. C'est pourquoi bien loin que les Siamois se scandalisent de voir les Missionnaires exercer la medicine, c'est par là principalement qu'ils les souffrent, & qu'ils les aiment. Il faut que les Missionaires guérissent gratuitement les malades, ou par l' art de la medecine, ou par miracle.*

2011 Ministerio de Cultura

Aliam ab hac, alienamque prorſus opinionem fovet, Johannes Baptiſta vanHelmont, *vir, ſi doctrinam ſpectes, ſingulariter illuminatus; ſi zelum Chriſtianum, religioſe accenſus; ſi reliquum animi typum, rotunde modeſtus. Quippe qui cogitatus ſuos, paganico ſcholarum veterno heroïce repugnantes, Eccleſiæ judicio cenſuræque paſſim humiliter ſubjicit, quantumvis ab altiori profectos illapſu, & multa experientia ſuccollatos. Inter rariora, quæ pingui ſane* Minerva *de variis rebus concepit incomparabilis iſte Philoſophus, judicia, numerari meretur & hoc; nimirum quòd à ſtudio medicinæ non modo non vitietur Eccleſiaſticorum ſtatus aut profeſſio, ſed ornetur potius: vitiari, proſtituique cœpta tum, quando neglectus ejusdem invaluit, contemptus aut oblivio. Ab re fortaſſe non fuerit pulcherrimas hujus Auctoris periodos inſerere, quas eloquenter contexuit in Tractatu* De virtute magna verborum ac rerum. d) Operatio ſanandi, *verba ſunt auctoris,* à primordio fuit in Eccleſia per verba, ritus, exorciſmos, aquam, panem, ſalem, herbas; „Idque nedum „contra diabolum, & effectus magicos, ſed & morbos omnes. Etenim „ſanatio in CHriſto Domino incepit, per Apoſtolos continuavit, & „modo eſt, atque perennis permanet. Sed poſtquam piorum Eleemo„ſynæ in ampliſſima beneficia, dignitatesque ſurrexerunt, leges ſunt in„ventæ, jurisdictiones, cauſas, proceſſus aſſumpſerunt, per modum prin„cipum ſæculi: ſubductiones, immunitates quoque, atque privilegia ſuc„ceſſere: neglectæ ſunt morborum ſanationes, proximorum opitu„lationes, & refrixit charitas. Phariſæi & Levitæ tranſierunt, nec vul„neratum ſemel aſpexerunt; imo non ſolum denegarunt oleum vulne„ribus infundere, ſed per leges cavetur, ne ſe rei medicæ ingerant ſa„cerdotes. Et recte quidem, ſi de medendi methodo Galenica intelli„gatur; non autem de applicatione magnæ virtutis, quæ in verbis, her„bis, ac lapidibus ineſt: ſicque converterent infideles in verbo Domini, „Adeoque ſanatio ægrorum de præcipuis ſcopis eſt in Eccleſia, quæ ho„die ita eſt neglecta, in converſione infidelium, ut rariſſima ſint mira„cula ejusmodi, putantque ſola concione hæreticos & infideles conver„tere. Defectus eſt Cleri, incuria eſt, negligentia, & ignorantia, non „autem debilitas CHriſti aut impotentia Eccleſiæ. Dolui ſæpe mecum, „quod in veteri, ac in figurali Religione, ut leproſi mundarentur, ad ſa„cerdotes mitterentur, (noſtri ipſos dedignantur & effugiunt) & tan„tundem non fiat in Eccleſia CHriſti. Certe! ſpreta ſunt media, qui„bus DEUS, tam in Eccleſia, quam in natura ſua reliquit pietatis ſtigmata, „ita ut quoties per ſuam debilitatem non cognoſcerent aliquem cauſarum

d) Helmontii Opera p. 761. ſeq.

2011 Ministerio de Cultura

ſarum nexum, confeſtim ad Rempublicam Diaboli relegaverint, ſine“ omni ſcrutinio.“

Ego vero (ſub meliori judicio Eccleſiæ) autumo, ubi honor DEI,“ proximi ſanitas, charitas agentis, media non impia concurrunt, rem“ non leviter proſcribendam. Multa enim hodie adhuc ſpectantur in Ec-“ cleſia CHriſti, DEUM noſtri non oblitum: nam *per formulas conſuetas*“ naturalem *adventum locuſtarum, aliorumque inſectorum avertunt*, vel in“ unum locum ligant, quoties nimirum Decimarum metus de remedio“ cogitandum ſuadet. Idem de fulmine & grandine contingeret. Sed in“ oblivionem abierunt formulæ. Sic etiam morborum omnium curatio fuit“ in Eccleſia, ſed abiit in oblivionem, quaſi in deſpectum.“ *Hæc Helmontius.*

Imperatores, Reges & Principes Medicos, referunt Andreas Tiraquellus lib. de Nobilitate p. 266. ſeq. Matthias Berneggerus Oratione V. pag. 150. ſeq. D. Jo. Frid. Mayerus ὁ μακαρίτης in homilia, Germanice in 4. Hamburgi edita, cui titulus: JESUS, der helffende König.

Introductionem in hiſtoriam literariam ſcriptorum, qui *Medicinam forenſem* commentariis ſuis illuſtrarunt, edidit *Andreas Ottomarus Gœlike*, Medicus Duisburgenſis, Francof. ad Viadrum 1723. 4.

De Medicis virorum principum amicis Caſaubonus ad Svetonii Cæſarem cap. 4. qua occaſione juvat annotare quod Jacobus Antonius Mareſcottus, Medicus, profeſſus eſt, tria ſe ſacræ arti Medicæ debere, quibus caruiſſet ſi propoſitum à parentibus aliud vitæ genus ſuſcepiſſet; ſanitatem athleticam ætatis anno LXXXII. centum aureorum millia, atque intimam innumerorum illuſtrium amicitiam, ut narrat Carolus Patinus in Gymnaſio Patavino p. 84.

Caroli Drelincurtii Apologia Medica, non exulaſſe Medicos Romanos 600. annos, nec poſtea ſervos tantum feciſſe Medicinam. Lugd. Bat. 1672. & in opuſculis 1680. 12. *Jac. Sponius* recherche d'antiquité diſſ. 27. Lugd. 1683. 4.

De *Medicis Philoſophis* Andreas Tiraquellus lib. de Nobilitate, p. 295. ſeq.

De *Medicis Philologis*, diatriba Epiſtolica *Georgii Franckii de Franckenau*, Medici Witebergenſis ac poſtea Hafnienſis, ad D. Godfridum Thomaſium, Witeb. 1691. 4.

Danielis Guilelmi Molleri indiculus Medicorum Philologorum ex Germania oriundorum, Altdorf. 1691. 4.

Iacobi Burckardi, Medicus humanitatis ſtudiorum vindex, addita *Ioannis Caſelii* Epiſtola A. 1610. data ad Henningnm Arniſæum de doctis Medicis ſæculi XVI. Gvelpherbyti 1716. 8. Acta Erud. Tom. 6. ſupplem. p. 480.

Chriſto-

2011 Ministerio de Cultura

Christophorus Arnoldus præfatione Epistolica ad Prosperi Parisii numismata differit de Medicis qui studium veterum numismatum illustrarunt, Norimb. 1683. fol.

De *Medicis Poëtis* Thomæ Bartholini dissertatio prodiit Hafniæ 1669. 8. adde Andream Tiraquellum libro de Nobilitate, p. 274.

De *fœminis Medicinæ peritia insignibus* idem Tiraquellus, p. 405. seq. Vide & Joannem Rhodium notis ad Scribonium Largum p. 193. seq.

De *servis Medicis* idem Tiraquellus, p. 426. & 463.

De Botanicis.

Conradi Gesneri Catalogus scriptorum de re herbaria, editus cum Hieron. Trago de stirpibus Argent. 1552. Ejusdem Gesneri syllabus auctorum de simplicibus & de hortis Germaniæ. ibid. 1561.

Io. Antonii Bumaldi Bibliotheca Botanica. Bononiæ 1657. forma minore.

Olai Bromelii Catalogus librorum Botanicorum, Chloridi Gothicæ sive Catalogo stirpium circa Gothoburgum nascentium subjectus. Gothoburgi 1694. 8.

Botanicorum historiam luculentam una cum ipsorum iconibus undique singulari studio conquisitis parabat Medicus ac Botanicus celeberrimus, *D. Augustus Quirinus Rivinus*, quem dum hæc scribo diem audio obiisse supremum Lipsiæ in patria mea Anno superiore 1723. die 30. Decembr. ætatis LXXII.

Historiam Botanices atque notitiam celebrium Botanicorum tradidit *Iosephus Pitton Tournefort* in limine institutionum rei herbariæ, quod egregium opus lucem vidit Paris. 1700. 4. Ab eo præterita supplet *Antonius Iussieu* in dissertatione edita Gallice de progressu Botanices Paris. 1717. 4. & in elogiis Botanicorum à Turnefortio omissorum, quæ leguntur in Jussiei appendice triplici ad illius institutiones rei herbariæ, ibid. 1919. 4.

De Anatomicis.

Thomæ Bartholini Bibliothecam Anatomicam incendio Hagestedano An. 1669. periisse dolendum est.

Andreæ Laurentii Historia Anatomica prodiit Francof. 1615. 8.

Andreæ Ottomari Gœlike, Medici hodie Duisburgensis historia Anatomiæ nova æque atque antiqua, conspectum scriptorum ad nostra usque tempora exhibens. Halæ Magdeburg. 1713. 8.

D. Lau-

2011 Ministerio de Cultura

D. Laurentii Heisteri, Medici Altdorfini nuper, hodie Helmstadiensis, Oratio de incrementis Anatomiæ hoc sæculo XVIII. cum subjuncto programmate de inventis Anatomicis hujus sæculi Helmstad. 1720. 8.

Io. Henrici Schultze, Medici Altdorfini, historiæ Anatomicæ specimen. Altdorf. 1721. 4.

Iacobi Duglas Bibliographiæ Anatomicæ specimen, sive notitia insignis scriptorum, qui ab Hippocrate ad Harveum rem Anatomicam scriptis illustrarunt. Lond. 1715. 7. Bibl. Angloise T. 1. p. 307. Journal des Savans A. 1715. Sept. p. 342.

Danielis Clerici & *Io. Iacobi Mangeti* Bibliotheca Anatomica sive recens in Anatomia inventorum thesaurus. Genev. 1685. 1699. 2. Volum. Vide Acta Erud. A. 1685. p. 296. Theatrum Anatomicum. Genev. 1718. fol. 2. Volum.

De Chirurgis.

Conradi Gesneri de Medicinæ Chirurgicæ præstantia & antiquitate enumeratio alphabetica virorum illustrium, qui rem Chirurgicam vel scriptis vel artis usu excoluerunt, exstat in collectione scriptorum de Chirurgia, Tiguri 1555. fol. 393--408.

Andreæ Ottomari Gœlike historia chirurgiæ antiqua sive conspectus plerorumque, si non omnium scriptorum veterum, qui chirurgicem usque ad sæculi XVII. initia scriptis suis exornarunt. Halæ Magdeburg. 1713. 8.

Ejusdem historia Chirurgiæ recentior, scriptores sæculo XVII. & sub initium sæculi XVIII. claros persequens. ibid. 1713. 8.

Ioannis Iacobi Mangeti Bibliotheca Chirurgica, sive rerum ad artem Machaonicam spectantium thesaurus, Genev. 1721. fol. quatuor Volum. Journal des Savans 1721. Jul. p. 105.

Index funereus Chirurgorum Parisiensium ab An. 1315. ad 1714. auctore M. J. D. V. Trevoltii 1714. 12. Journal des Savans 1715. p. 200.

De Medicis ocularibus, Joannes Rhodius in notis ad Scribonium Largum p. 76. seq.

De unguentariis. id. p. 124.

2011 Ministerio de Cultura

De Chymicis.

Petri Borelli Bibliotheca Chemica quater mille circiter ſcriptores, ſed parum diſtincte atque explicate, referens ordine licet Alphabetico, Pariſ. 1654. 12. Heidelberg. 1656. 12. & *Nathanis Albinai.* Genev. 1654. 1673. 8.

Olai Borrichii conſpectus ſcriptorum Chemicorum illuſtriorum, libellus poſtumus, cui præfixa hiſtoria Vitæ ab ipſo conſcripta. Havniæ 1697. 4. & in *Io. Iacobi Mangeti* Bibliotheca Chymica ſive collectione ſcriptorum præſtantiſſimorum Chemicorum. Francof. 1702. fol. Vide Acta Erud. illius anni p. 233.

Ejusdem ***Borrichii*** de ortu ac progreſſu Chemiæ diſſertatio. Hafniæ 1668. 4. atque in eadem Mangeti Bibliotheca.

Hermanni Conringii de Hermetica Medicina libri duo, quorum primus agit de Medicina pariterque omni ſapientia veterum Ægyptiorum: altero non tantum Paracelſi, ſed etiam Chemicorum, Paracelſi laudatorum, aliorumque, potiſſimum quidem Medicina omnis, ſimul vero & reliqua univerſa doctrina examinatur. Helmſt. 1648. 4. & editio ſecunda longe emendatior & auctior una cum apologetico adverſus Borrichium. 1669. 4.

Hermetis, Ægyptiorum & Chemicorum ſapientia ab Herm. Conringii animadverſionibus vindicata per ***Olaum Borrichium.*** Hafniæ 1674. 4.

William Cooper, Catalogve of Chymical books which have been written originally or translated into Engliſch, in three parts. Lond. 1672. 1675. 8. the third part containing an index of ſuch things, published in the Philoſophical Transactions of the Royal Society as pertain to Chymiſtry, or the Study by Art in the animal, vegetal or mineral kingdoms.

De ***Iohannis Philippi Manlii*** indice MSto Chymicorum, vide Nova litteraria Weſtphaliæ A. 1718. p. 146.

Frid. Rothſcholtzii Sileſii Bibliotheca Chemica A. 1719. prodromus Catalogi Bibl. Chemicæ curioſæ &c.

CAPUT

2011 Ministerio de Cultura

CAPUT VIII.

De MEDICIS Græcis ineditis.

Corpus Chemicorum Græcorum MSS. in Variis Bibliothecis. 1. Thomæ Reinesii de Codice Gothano judicium. 2. Codicis mei, qui Regii Parisiensis, sed parum emendatum parumque integrum apographum est, recensio cum variis observationibus. 3. Index Chemicorum Græcorum Alphabeticus. 4. Corpus Chirurgorum Græcorum MSS. 9. Scriptores inediti de urinis. 6. De Ælii Promoti & aliorum scriptis Medicis Græcis varii argumenti necdum excusis. 7.

I.

DOlendum est, Corpus Chemicorum Græcorum quod cum versione Latina in lucem dare voluit Leo Allatius, a) necdum lucem vidisse: neque enim antiquitatis tantum sed & doctrinæ & operationum quarundam causa operæ pretium esset edi illud recensitum & explicatum à viro aliquo docto artis Medicæ Chemicæque pariter & Græcæ linguæ bene perito, comparatis inter se MSS. quæ in Bibliothecis pluribus Italiæ, Germaniæ, Galliæ complura adhuc supersunt. Asservatur etiam Latina versio, sed quæ indiget accurata recensione, atque recensio Græci contextus diligenti imprimis & accurata notatione atque interpretatione signorum & characterum Chemicorum, quæ singulari capitulo (infra num. 31.) explicantur quidem, sed in apographis recentibus passim perperam expressa sunt, adeoque toti sermoni caliginem vix superabilem etiam intelligentibus & sagacibus lectoribus obducunt, sicut etiam in præstantissimi Cangii appendice glossarii Græci p. 8. seq. notas Chemicas hinc inde valde inemendate excusas esse, monet Celeberrimus Montfauconus Palæographiæ Græcæ pag. 375. ubi differit de Codice Chemicorum Græcorum qui exstat *Mediolani*, in Bibl. *Ambrosiana*. Codicum aliorum in Bibl. *Vaticana*, *Regia* Paris. *Escurialensi*, *Veneta* S. Marci, Monachiensi *Bavarica*, & *Coloniensi*, meminit Olaus Borrichius in Ægyptiorum & Chemicorum sapientia p. 79. & libri

(*) Borrich. de ortu & progressu Chemiæ p. 97. Labbeus p. 129. Bibl. nov. MSS.

2011 Ministerio de Cultura

de ortu ac progreſſu Chemiæ pag. 97. Ex Regio Pariſ. plura produxit Salmaſius exercitationibus ad Plinium. Meminit & Delrio disquiſitt. Mag. p. 71. Labbeus Bibl. nov. MSS. pag. 129. Caſaubonus Exercit. in Baron. cap. 10. pag. 70. De *Cæſareis* Græcis & Anonymi Latina verſione MS. in Biblioth. Vindobonenſi, Lambecius libro VI. pag. 168. usque ad 193. Codicis *Gvelpherbytani* mentionem facit Jacobus Tollius Epiſt. itinerar. I. p. 8. teſtatus ſe quædam ex illo deſcripſiſſe atque cum Cæſareo contuliſſe. De Codice chartaceo *Ilratislavienſi* in Bibl. *Rhedigeriana*, quem idem qui Cæſareos Cornelius Nauplienſis Andreæ F. circa A. C. 1565. deſcripſit, conſulere juvabit Novam librorum rariorum collectionem faſciculo IV. Halæ Saxon. 1715. 8. p. 767. De *Segvierianis* Catalogus vetus MSS. Bibl. Segvierianæ editus Pariſ. 1686. 12. p. 107. In Bibl. *Altenburgenſi*, quæ *Gotham* translata eſt, non modo apographum exſtat Latinæ verſionis anonymi deſcriptæ ex Codice Cæſareo, ſed etiam manu Reineſii paſſim caſtigatum Codicis Pariſienſis Græcum, ut Venerandus D. Erneſtus Salomo Cyprianus in Catalogo Codicum MSS. Biblioth. Gothanæ p. 71. & 87. annotavit, ubi etiam edidit eruditam ejusdem Reineſii cenſuram quam vernacula ille lingua conſignavit, ego Latine verſam, additis obſervationibus quibusdam hoc loco ſubjungam:

V. C. THOMÆ REINESII Judicium,

De Collectione MSS. Chemicorum Græcorum, quæ exſtat in Biblioth. Gothana.

1. In hoc MS. Codice Græco, quem Sereniſſ. Dux Saxoniæ Wilhelmus b. m. Friderici Wilhelmi, adminiſtratoris Elector. Saxoniæ filius, qui A. 1632. obiit, è Codice Biblioth. Auguſtanæ a) A. 1623. curavit deſcribi, varia obvia ſunt ſcripta, quæ partim certis & haud dubiis auctoribus, partim aliis quorum minime ſunt tribuuntur, partim ex ſimilibus ſed haud nominatis ſcriptoribus excerpta & in hoc volumen collecta ſunt, omniaque tractant de divina quam vocant arte, de lapide Philoſo-

a) Hunc Codicem Regii Pariſienſis eſſe apographum, Reineſius infra ſuſpicatur. De Gothano autem conſuli etiam poteſt D. Georg Wolfgang Wedelius introductione in Alchymiam & Dan. Georgius Morhofius lib. I. Polyhiſt. c. 11. pag. 102. ſeq. Altenburgo Gotham translatum teſtatur Wilh. Erneſtus Tentzelius Bibl. curioſæ A. 1704. pag. 443.

2011 Ministerio de Cultura

loſophorum ſive Magiſterio magno, quomodo nempe metalla imperfectiora ad perfectionem perduci atque in aurum vel argentum transmutari queant: nec non de vaſis fornacibusque variis & diverſis operationibus quibus etiamnum hodie, qui in re Chymica laborant, ſolent uti, ſed & brevis de ponderibus & menſuris tractatio. Brevis etiam notitia, quomodo (in Ægypto, haud dubie) ex hordeo polenta fiat & cereviſia coquatur. Nec non de gradationibus ignis, coloribusque & aliis ad hoc opus ſpectantibus uſitatisque operationibus. Et quoniam hæc ars nullo non tempore verbis allegoricis per parabolas & ænigmata tradi conſuevit, unde Zoſimus λοξὰς γραφὰς & Stephanus praxi tertia f. 10. b. ἀλληγορικὰς appellat, nec non per certos characteres & ſigna deſcribi ac denotari, adjunctum quoque eſt Lexicon in quo docetur quid per verba longo alio ſenſu apud Græcos auctores ſolita uſurpari ſignificetur, & characteres ſignaque in hoc volumine obvia explicantur, ſicut etiamnum hodie lexica ejusmodi & arcanam per notas ſcriptionem Chemici uſurpare conſueverunt. Præter hæc omnia à fol. 139. ad 142. exſtat deſcriptio aurifodinarum in Ægypto & Æthiopia, & quomodo in iisdem mancipia ad operas à præfectis angariarum compellantur, & qua ratione metallum illud omnino tractetur: quæ autem, quod probe notandum, ſuppreſſo auctoris nomine petita ſunt ex veteri hiſtorico, qui vixit ante hos mille & octingentos annos, *Agatharchide* Cnidio lib. V. de mari rubro cap. IX. X. & XI. apud Photium Cod. CCL.

2. Eſt porro hicce Codex expreſſus ex illo, quem ajunt alicubi exſtare in Italia & cujus meminere Robertus Vallenſis libro de veritate & antiquitate artis Chemicæ, & Geſnerus in Bibliotheca: vel ex illo qui aſſervatur in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi, laudaturque ab Iſaaco Caſaubono ad Baronii annal. Exercit. I. c. 10. & à Salmaſio in Exercitationibus Plinianis. Quæ enim hic ex illis profert, in MSto fide collationis meæ ad verbum leguntur omnia: Dicitur & Joannes Dee, Medicus Londinenſis in Anglia, qui Monada hieroglyphicam ſcripſit atque Regi Romanorum Maximiliano A. 1564. dedicavit, Phyſica Democriti cum ſcholiis Syneſii, Pelagii & Stephani MSS. habuiſſe. Eadem etiam à Dominico Pizimentio verſa Latine & A. 1574. Coloniæ cum Mizaldi memorabilibus prælo data ſunt. Ac quanquam hæc ſcripta, ſi non omnia, certe plura, * translata in Latinam linguam & in theatro chymico, in turba Philoſophorum, in tomis aurei velleris, atque aliis ejusce-

* Pauciſſima certe, ac fere nulla, ut collectiones illas conferenti patebit.

2011 Ministerio de Cultura

modi operibus publicata ſunt, ſiquidem & Democriti Phyſica ac Magica ab Hermolao Barbaro ad Dioſcoridem: Pſelli Epiſtola ad Xiphilinum Patriarcham à Jo. Daniele Mylio b) in Baſilica Philoſophica: Zoſimi opuſcula, Stephani praxis & alia ab aliis citantur: attamen quantum ſciam Græce nec dum typis exſcripta fuerunt, quod ſane mererentnr, quoniam multa non contemnenda ex antiquitate in illis continentur, atque ex illis origines & initia artis ex tam longinquo tempore poſſunt intelligi. Cæteroqui quoniam perobſcura ſunt & fragmentis conſtant meris, fortaſſe ad alchemiam ipſam provehendam parum poterunt conducere, quæ recenti ætate præceptis, & exemplis pulcherrime illuſtrata eſt à Zwingero, Libavio, Sala, Crollio, Bignino & ejus interpretibus Hartmanno, Fabro, Brendelio, Billichio, Sennerto, Mylio aliisque, ut multiplices proceſſus particulares artis transmutatoriæ ſilentio involvam. Univerſe de ſcriptis hiſce noſſe juvat, omnia illa à monachis quibusdam aliisque doctis Alexandriæ primum, deinde CPoli interjecto tempore compoſita, in unum collecta corpus, atque inde in Italiam, Regiamque Bibliothecam Gallicam perlata, ibique aſſervata eſſe. Perquam eſt credibile, eo perveniſſe illa per exules CPolitanos, quandoquidem ab A. 1400. ac deinceps usque ad urbem in Mahomedis poteſtatem redactam multi in Italia & Gallia excepti fuere, ut Beſſarion, Emanuel Chryſoloras, Laſcaris, Argyropulus, Gaza, Apoſtolius, Chalcocondylas, Nicolaus Trachaniotes, M. Cananus, Andronicus Calliſtus, Georgius Trapezuntius aliique: ſicut & alios Codices ut Corinthi, (hoc enim verum ejus nomen eſt non Cointi vel Quinti) Smyrnæi paralipomena Iliados & Odyſſeæ Homericæ, Coluthi poëma, Orphei Crotoniatæ Argonautica & alia rariora ex Græcia ſecum attulerunt.

3. Ut autem de ſcriptoribus, quorum in hoc Codice MS. exſtant nomina, ſingillatim nonnulla notem, pars eorum Ethnici, pars Chriſtiani c) Athenis primum vixere circa A. C. 400. deinde Alexandriæ Ægypti,

b) Etiam edita Latine à Dominici Pizimento, una cum Democrito, Stephano, Pelagio. Patav. 1573. 8.

c) Quoniam collector haud dubie Heraclii Imp. temporibus junior & Chriſtianus fuit, ac pro lubitu ex variis ſcriptis, quæ voluit, non excerpſit modo & digeſſit, ſed etiam interpolavit, hinc ex Chriſtianiſmi aut temporum veſtigiis, quæ paſſim in hac collectione apparent, vel etiam ex citatione ſcriptorum, non licet firmiter concludere vel de ætate vel de religione illorum, quorum nomina apoſpaſmatiis præfixa ſunt. Et quoniam apud Herodotum, Clementem Alex. & alios vetuſtiores ſcriptores, ubi de Ægy-

2011 Ministerio de Cultura

Ægypti, nutrice illa Philoſophorum præ ipſis Athenis, ut Camerarius in vita Syneſii demonſtrat. Nam & ante illud tempus ibi & in Perſia cum Imperator eſſet Diocletianus ars auri conficiendi à Judæis Chriſtianis atque Ethnicis frequentata fuit, ut Svidas in voce Χημεία teſtatur: & conſtat *Heliodorum* ſub cujus nomine opuſculum f. 42. legitur, ortum Alexandria & à parentibus ſuis Hermia Ædeſiaque una cum Ammonio fratre inſtituendum datum eſſe Proclo * clariſſimo illius temporis Philoſopho. Fieri etiam poteſt, ut hic arti illi addictus peritusque, & Theodoſio Magno aliquid ſcriptorum ſuorum dedicaverit: eſt enim probabile Imperatorem hunce artis ſingulari captum amore ac voluptate, & in aula ipſius hanc à pluribus exercitam fuiſſe, quoniam *Eugenius* quoque (ſive Fl. Eugenius Præf. Urbis, ſive alter, qui apud eum propter artem & eloquentiam, tanta enim eruditione præſtabat, ut aperta ſchola oratoriam profiteretur, inquit Zoſimus libro IV. magna auctoritate & gratia valebat: poſtea autem quoniam poſt Valentinianum interfectum ſtolide ſperaret ope Arbogaſtis Franci Occidentale obtinere Imperium, ab Imperatore in prælio victus captus & capite truncatus eſt, ut apud Zoſimum lib. IV. & Paulum Diaconum lib. II. legas,) eidem arti deditus fuit, ſicut etiam proceſſus ipſi tributus f. 190. a. refertur. At enim illum *Heliodorum* horum eſſe carminum auctorem credere haud fas eſt. Si enim illa conferantur cum S. Gregorii Nazianzeni carminibus, qui iisdem temporibus vixit, differentia nimis evidenti, poëma miſerum ſoloecimis ſcatens & vitiis proſodicis, ac vix lectu dignum apparebit, ex quo ipſo & tempus, quo ſcriptum eſt, colligitur. Græculi enim infimæ ætatis in ſumma barbarie carminum hujuſcemodi genere delectabantur, unde & Pſellus Legum ſynopſin ad Michaëlem Ducam circa A. C. 1100. & Tzetzes ac Conſtantinus Manaſſes ſuas hiſtorias circa An. 1200. & Nicephorus Calliſtus ſynopſin totius ſcripturæ circa A. 1300. verſibus politicis partim, partim jambicis deſcripſere, quorum excerpta æmulatus ſcriptor hic fuit. Nomina enim *Archelai, Hierothei, Theophraſti* commentitia ſunt omnia: carmina vero inepta unius omnia auctoris, neque aliud quicquam quam *Stephanus* verſibus expreſſus, ut taceam mira de-

com-

Ægyptiorum doctrina agunt, etiam apud Plinium altum eſt de Chemica arte ſilentium, ideoque non dubito cum Conringio & Reineſio potius, quam cum eruditiſſ. Borrichio facere, & quæcunque ſub antiquiſſimis nominibus in hac collectione jactantur, ſaltim Diocletiani & Theodoſiorum temporibus juniora exiſtimare.

* Duos Heliodoros hic confundit vir doctus. Et Proclum conſtat Theodoſio juniorem exitiſſe.

2011 Ministerio de Cultura

compoſita, exclamationes multiplices & parum neceſſarias repetitiones, quæ hiſce in carminibus ad nauſeam usque leguntur. Certum quoque eſt Heliodorum illum, quem dixi Ethnicum, è ſecta Platonica fuiſſe, ut ex Damaſcio in vita Iſidori apud Damaſcium Codice CCXLII. apparet: auctor autem horum carminum Chriſtianus. Sub memorato Imperatore Theodoſio, ut ex Svida novimus, vixit quoque *Pappus*, Philoſophus Alexandrinus, cujus collectaneorum Mathemat. libri habentur, ſub cujus nomine proceſſus in hoc Codice f. 189. b. occurrit.

4. Quod ad *Syneſium* attinet, cujus ſcholia in Democriti Phyſica & Myſtica ad Dioſcorum ſacerdotem magni Serapidis f. 71. ſeqq. exſtant, vixit ſane Theodoſiorum tempore Syneſius aliquis, Athenisque & Alexandriæ litteris operam dedit, & poſtea A. C. 410. Epiſcopus Cyrenes in Libya creatus, cujus ſcripta publicis typis noviſſime A. 1633. Lutetiæ à Dionyſio Petavio cum notis mandata ſunt. Huic autem jam dicta ſcholia tribui nequeunt, quoniam in illis error puerilis de Oſtane ac Democrito, de quo infra dicam, deprehenditur: Syneſium autem illum peritiſſimum doctiſſimumque ſcripta ipſius teſtantur, quem tam craſſæ inſcitiæ arguere nefas. Neque in ejus ſcriptis vola vel veſtigium de arte hac Chemica, d) neque de familiaritate cum Dioſcoro, cum tamen vitæ ſuæ curriculum integrum Epiſtola LVII. prolixe deſcripſerit, etiam de genere ſuo, de ſtudiis, connubio, liberis, fratre, amicis & variis cum quibus luctandum ipſi fuit rebus adverſis mentionem paſſim faciat. Sub idem tempus ſcripſit etiam *Zoſimus*, Philoſophus Alexandrinus, cujus varia ſcripta brevia etiam in hoc Volumine paſſim reperiuntur, quæ tamen jure ipſi tribui omnia nequeunt. Nam in illis, mentio fit ſimplicium quorundam, vetuſtis Medicis Græcis ignotorum, uſurpatorum autem deinde nominatorumque demum ab Perſis atque Arabibus, qualia ſunt Βελιλὲγ, Ναπὴφ, Θέναχαρ, Ζονθία, Τὰλκ, Χὰλκ, &c. hinc apparet poſt Perſarum Arabumque demum tempora, cum jam inciperent Græci artem quam amiſerant, à Perſis & Arabibus iterum repetere, quod circa A. C. 900. factum eſſe intelligitur, hæc ſcripta maximam partem eſſe compoſita. Quod ſi obſervaſſet Salmaſius, caput περὶ ποιήσεως Χαλκῦ ξανθῦ, quod in præſenti Codice MS. f. 112. b. ſub titulo βαφὴ τῦ Ἰνδικῦ σιδήρυ legitur, non adſcripſiſſet Zoſimo, ne dicam, quod in ipſo capite Zoſimus nomi-

d) Morhofius ὁ μανιαξίτης à Reineſio diſſentiens lib. 1. Polyhiſt. p. 106. objicit Syneſium Epiſtola 142. ad Herculeanum propalata quædam Philoſophiæ myſteria ipſi exprobare. Omitto alia à viro doctiſſimo notata, quæ apud ipſum legi poſſunt.

2011 Ministerio de Cultura

nominatim allegetur. Siquidem & ſcriptum, quod Zoſimo Salmaſius tribuit, in quo Arabes & Muhamedani eruditi atque artifices οἱ σοφοὶ τῶν ἰσμαηλιτῶν appellantur, non veterem illum Zoſimum, ſed alium juniorem auctorem habet. Saraceni enim Ægyptum demum A. 640. ſibi ſubjecere, eamque regionem annis ſexcentis tenuerunt, & ei per Caliphas ſuos imperitavere, in eaque urbem potentem Alcairum condiderunt circa A. 970. atque ad firmandam dominationem ſuam varias artes, Medicinam præcipue, Aſtronomiam & Chemiam coluere, poſtquam Perſiam omnesque ejus opes ſibi vindicaſſent: ab Anno quippe 750. ac deinceps quatuor potentes principes Saracenici invicem ſe in regno exceperunt Almanſor, Hazon, Raſchydus, Almainus & Almaimon, qui non ſolum ipſi in omni genere artium præſtabant, ſed & viros doctos ſive Chriſtianos ſive Judæos ex variis gentibus in aulas ſuas invitarunt, & craſſa barbarie ac caligine interim Italiam, Galliam, Germaniam, Græciamque occupante, per illos Oriens & Ægyptus poſſeſſione artium & eruditionis omnis vigebat florebatque quam maxime, itaque & Sultanorum eorundem auſpiciis libri utiliſſimi Homerus, Pindarus, Hippocrates, Plato, Ariſtoteles, Euclides, Dioſcorides, Galenus, Syntaxis magna Ptolemæi, atque ut nonnulli volunt Auguſtini etiam, Ambroſii, Hieronymi, Leonis & Gregorii M. opera in Arabicam linguam translata ſunt. Quod autem jam dictus Zoſimus haud diverſus ſit ab Hiſtoriarum ſcriptore, qui Theodoſio juniore imperitante circa A. C. 420. Comes & exadvocatus fiſci fuit, cujus libros editos habemus, minime dubium videtur. Quanquam enim, ut ex ejus libello ad Theoſebiam apparet, de creatione hominis, de Filio DEI homine facto, & crudeliſſima paſſo commeminit, tamen veteres fabulas Ægyptias Platonicasque ſpeculationes, (quibus docti in Ægypto apprime dediti erant, utpote quæ ad Chriſtianorum doctrinam propius quam Ariſtotelis Philoſophia accedebant, quibus & præcipuorum ex Ethnicis Philoſophorum Plotini, Amelii, Porphyrii, Jamblichi, Procli referta ſcripta, ex quibus fabulis etiam hæreſiarcha Valentinus, & ipſe Ægyptius, delirium de æonibus & alia commenta, ut ex Epiphanio patet, hauſit & confirmavit,) illas Zoſimus repetiit ex Poemandro Trismegiſti, ingenio ſuo exornavit, ſublimeque myſterium ad miſeram artem ſuam applicavit, & viſionem propheticam Ezech. XXXVII. de arefactis ac diſperſis defunctorum corporum oſſibus retulit ad ſcriptum ſuum de fornacibus Chymicis, ſicut alii Artiſtæ Canticum Canticorum Salomonis & alia S. Scripturæ loca obtorto collo traxere ad chryſopœiam

2011 Ministerio de Cultura

ſopœiam. In ejusdem *Zoſimi* nomine hallucinatur Salmuthus ad Pancirollum parte 2. lib. 7. p. 349. ubi eum ex Agricola Roſinum appellat, & cum alio hujus nominis Arabe confundit: perinde ut idem Salmuthus ex Magiſtro hujus artis, quem Olympiodorus vocat Orum Chryſochitem, duos effingit Orum & Chryſorichum, atque nominat Chanothum, cujus verum nomen eſt *Chemis* ſive *Chimes*, à quo etiam ars appellata eſt Chemica, & cujus tanquam vetuſtiſſimi Prophetæ ac doctoris mentionem faciunt Zoſimus, Olympiodorus, Stephanus. Hic Chemis, qui in dogmate de principiis *Parmenidem* teſte f. 173. Olympiodoro fuit ſecutus, nomen idem eſt cum nomine *Chemmi*, quod Pharaoni cuidam Ægyptio tribuit Diodorus Siculus lib. 1. & cum nomine filii Patriarchæ Noæ, qui appellatus fuit Cham ſive Chamephes. Hic cum poſteris ſuis primus poſt diluvium in Ægypto regnavit, & ab ejus nomine quoque ſacerdotes doctique Ægyptii regionem ſuam in ſcriptis arcanis nuncupavere Chemiam, ut Plutarchus libro de Iſide & Oſiride memoriæ prodidit. Denique etiam in Zoſimo notandum, quod f. 196. unius duntaxat meminit interpretis, qui Ptolemæi temporibus Biblia Hebraica in Græcam & Ægyptiam verterit linguam, cum ex communi ſententia hoc à pluribus factum eſſe tradatur: nec non quod refert Biblia tunc non in Græcam tantum, ſed etiam Ægyptiis vernaculam linguam fuiſſe translata, quod nusquam alibi legas, niſi huc, quod admodum eſt dubium, trahere velis Philonem lib. 1. de vita Moſis mentionem facientem feſti, quod Judæi atque Ethnici Ægyptii quotannis in inſula Pharo, ubi verſio Græca concinnata eſt, in illius memoriam celebraverint, atque ob eam cauſam ſolenniter convenerint. Zoſimi mentionem facit etiam Svidas & Χημευτικὰ ſcripſiſſe teſtatur, vocatque Philoſophum Alexandrinum: Sicut Photius in Bibl. Codice 170. memorat λόγους ejus Χημευτικούς. In hoc autem MSto f. 100. a. & f. 105. a. fortaſſe à natali ſolo appellatur Panopolita.

5. Poſt hunc ſcripſit *Olympiodorus*, cujus libellus f. 166. b. incipit. Salmaſii autem opinio, qui extremis illum Græciæ temporibus ait ſcripſiſſe, ideo falſa eſſe videtur, quoniam Stephani, qui circa A. C. 620. floruit, artisque hujus peritus fuit, nusquam: Zoſimi autem ac Syneſii, qui paullo eum præceſſerunt, ſæpius meminit. Eſt porro hoc ſcriptoribus hujuſcemodi ſolenne, ut omnes anteceſſores ſuos in arte allegent & de nomine citent libenter. Neque alius meo judicio eſt Olympiodorus iſte ab illo nato Thebis Ægyptiis, qui hiſtoriam ſui temporis ab A. C. 400.

ad

2011 Ministerio de Cultura

ad 425. libris XXII. ſcripſerat, Theodoſioque juniori dedicaverat. Quoniam idem f. 182. Hermetem ἐν τῇ Κυρανίδι βίβλῳ allegat, hinc colligas falſum eſſe, quod Gerhardus Cremonenſis præfat. libri virtutum Phyſicalium collecti experientia Kyrannidarum Kyranni Regis Perſarum, & poſt eum Barthius lib. XI. Adverſar. c. 17. affirmavit libellum illum A. 1168. primum CPoli ex Perſico ſive Arabico in Græcum fuiſſe converſum: ut omittam, quod Zoſimus l. 9. de Chemia ad Theoſebiam Hermetem in Phyſicis, quod ſcriptum non diverſum eſt ab hoc, de quo dixi, allegat. Laudat illud è Zoſimo fragmentum e) Scaliger notis ad Chronicon Euſebii f. 243. in quo eſt Angelos Egregoros (ſic ab Orientalium Eccleſiarum Doctoribus per figmenta Judæorum ad Geneſ. VI, 1. ſq. ſeductis appellati ſunt angeli mali, quos cum filiabus hominum coiiſſe & generaſſe Gigantes, ſtatuerunt,) docuiſſe fœminas Chemiam, aliasque inutiles & malas artes. Tertull. lib. de cultu fœminar. & Clemens Alex. l. 2. pædagog. c. 12. Coſmeticem ſeu fucatoriam, omnemque mundum muliebrem. Seldenus I. de Diis Syris cap. 10. ex apocryphis Enochi etiam Matheſeos inventionem quam Angeli iſti fœminas docuerunt, attribuit. Vide Lactantium lib. 2. Divin. inſtitutt. c. 15. Stephanum Gobarum apud Photium Cod. 232. c. 26. Raderi animadverſ. ad Chronicon Alex. p. 17. ſeq. Falluntur quoque, cum exiſtimant nomen Regis eſſe Kyranum, ut facit Schenckius Obſervatt. f. 649. & Montius practicæ ſuæ pluribus locis. Nic. Cauſſinus ad Hori Appollinis Hieroglyphica & in Polyhiſtore ſymbolico vocat eum Kyranidem, Hadr. Junius Adag. XXIV. 3. auctorem Κυρανίδων. f) Libelli enim hoc nomen, nam auctor vel cui communiter adſcribitur Hermes, Hormor, ſive Hormisda,

e) Petitum ex Syncello p. 13. ἄξιον δὲ καὶ Ζωσίμου τοῦ Πανοπολίτου φιλοσόφου χρῆσιν τινὰ παραθέσθαι ἐκ τῶν γεγραμμένων αὐτῷ πρὸς Θεοσέβειαν ἐν τῷ ἐννάτῳ τῆς Ἰμὺθ βιβλίῳ. Vocem Ἰμὺθ Ægyptiaca lingua Chemiam notare conjicit Reineſius pag. 385. Var. Lect. Etiam in fragmento Enochi de egregoris legas angelum Azaël homines docuiſſe καὶ τὰ μέταλλα τῆς γῆς καὶ τὸ χρυσίον πῶς ἐργάσωνται καὶ ποιήσωσιν αὐτὰ κόσμια ταῖς γυναιξὶν, quæ verba tamen de arte Chemica non neceſſe eſt intelligere.

f) Adde, ſi placet, quæ de Curanidum libro dicta lib. 1. hujus Bibl. c. 9. & de Olympiodoro Volum. VI. p. 237. ſeq. IX. p. 400. de Zoſimo VI. p. 612. & de Syneſio VIII. p. 232.

2011 Ministerio de Cultura

misda, quo nomine plures viri docti & Reges in Persia variis temporibus vixerunt, ut A. C. 270. & 290. Diocletiani ætate, & 570. Atque idem Diocletianus haud dubie præter abolitionem veteris Ægyptiæ temporum supputationis, non solum libros Ægyptiorum de auro conficiendo scriptos, Svida teste, g) ideo flammis jussit tradi, ne erepta illis hac arte tam facile rebellare possent: sed idem etiam fecit libris Persarum, quos de chrysopœia consequi potuit, quoniam & ibi ars illa ætate admodum frequentabatur, atque Persæ identidem Romanis negotium facessebant. Significat autem nomen Kyranidum, collectum & ex multis congestum volumen. Et quoniam Persæ & Arabes ex suorum aliorumque Philosophorum Magia illud composuere, vocarunt illud Curanon, sicut & Alcoranus recentioribus Græcis κυράνιον dicitur, quasi dicas collectionem præceptionum Divinarum. Præcipue nomen illud Kyranidum libro primus interpres Græcus imposuit. Græci autem scriptores vocabulum illud servavere, quoniam fortasse non intellexerunt, vocaturi alioqui *συναγωγὴν*, *συλλογὴν* vel *σύνοψιν*, ac terminatione modo leviter deflexa ad linguam suam accommodaverunt. Utrum vero eundem Olympiodorum auctorem habeant Commentarii in Platonis Gorgiam, Alcibiadem, Phædonem, Philebum, Phædrum: nec non in Aristotelis Meteorologica, posteriora Analytica & Metaphysica, definire non adeo facile aut expeditum. Conjecturæ meæ, Olympiodorum hunc, Philosophum Alexandrinum, eundem esse cum Historiæ scriptore, maxime favet, quod teste Photio Cod. 80. refert ipse se esse τὸ ἐπιτήδευμα ποιητήν. Ποιηταὶς enim hi scriptores appellant illos, qui artem sacram docent exercentve. Unde extremo hujus MS. Codicis: *γίνωσκε, ὦ φίλε, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ποιητῶν. Πλάτων, Ἀριστοτέλης, Ἰωάννης ὁ ἱερεὺς, Δημόκριτος, Ζώσιμος ὁ μέγας, Ὀλυμπιόδωρος, Στέφανος ὁ φιλόσοφος, Σοφὰρ ὁ ἐν Περσίδι, Ὀσάνης ἀπ' Αἰγύπτου*, &c. & ipsum artis exercitium sive doctrina *μυσηρίου, ποίησις* vocatur f. 80. b. Interpres autem Photii, quid

g) Svidas in Διοκλητιανὸς & Χημεία, ex Joanne Antiocheno in excerptis Peiresc. p. 834. *ὅτι δὴ καὶ τὰ περὶ Χημίας ἀργύρου καὶ Χρυσοῦ τοῖς παλαιοῖς αὐτῶν γεγραμμένα βιβλία διερευνησάμενος ἔκαυσε, πρὸς τὸ μηκέτι πλῆτον Αἰγυπτίοις ἐκ τῆς περιγίνεσθαι τέχνης, μήτε χρημάτων αὐτοὺς θαρρῆσαι πρὸς ἰσχύν τε καὶ λοιπὸν Ῥωμαίοις ἀνταίρειν.* Alius scripta alchymistarum fumum dantia ex fulgore, commendaret iis, quos cum paupertate & inopia colluctari velit.

2011 Ministerio de Cultura

quid eo loco ποιητὴς esset, non intellexit, vertit enim: *professione poëtam*, quasi carminibus pangendis deditum, quod longe secus est: simulque erratum est in isto, cum λόγους χειμευλικοὺς vertit *sermones frigidos* apud eundem Photium Cod. 170. vocem ἀπὸ τῦ χειμῶνος deductam esse opinatus.

6. *Stephanum* patet Christianum fuisse, quoniam loca quædam ex Evangelistis, etiam Epistolas S. Pauli sæpius allegat. In dogmate autem de Spiritu S. quod ille à Patre solo exeat, praxi septima communem cum omnibus quotquot Ecclesiis Orientalibus & Græcis tunc temporis fuere addicti errat errorem. Vixit tempore Imp. Heraclii, & in omnibus hisce scriptis nullum est, quo pronunciata & doctrinæ veterum melius explicantur.

7. De *Democrito*, cujus in scriptis hisce non modo frequenter fit mentio, sed cujus etiam libellus de colore purpuræ, de auro, argento & gemmis conficiendis f. 62. b. itemque alius Leucippo dicatus f. 212. b. exstat, inepta, licet vetus opinio est, non diversum esse ab eo qui Abderis in Thracia temporibus Persicæ Monarchiæ vixit, cui sententiæ diserte adstipulatur Pseudo-Synesius f. 73. a. Idem legas in Græco h) Eusebii Chronico f. 43. Sed narrationem eam Scaliger non esse Eusebii verum Panodori Monachi Ægyptii Chronographi, qui sub Arcadio Imp. floruerit: excerptamque à Georgio Syncello, qui totam ejus Chronographiam exscripserit circa A. C. 792. farragini isti insertam putat. Eusebii non esse, valde verisimile est: neque enim D. Hieronymus in Eusebianis reperit: Ægyptio autem autori ea oratio maxime convenit, cum faciat ad commendationem gentis, à qua Græcorum Sophorum famosissimus fuerit institutus & adscitus. Et quia Ostanis nomen omnibus

h) In Chronico Syncelli pag. 248. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ Ἀβδηρίτης φυσικὸς φιλόσοφος ἤκμαζεν, ἐν Αἰγύπτῳ μυηθεὶς ὑπὸ ΟΣΤΑΝΟΥ τοῦ Μήδου, σαλέντος ἐν Αἰγύπτῳ ἐπὶ τῶν πρώτων βασιλέων Περσῶν ἄρχειν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν, ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Μέμφεως σὺν ἄλλοις ἱερεῦσι καὶ φιλοσόφοις, ἐν οἷς ἦν καὶ ΜΑΡΙΑ τις Ἑβραία σοφὴ, ᾧ ΠΑΜΜΕΝΗΣ συνέγραψεν περὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθων καὶ πορφύρας λοξῶς. Ἀλλ' ὅτοι μὲν Δημόκριτος καὶ Μαρία ἐπηνέθησαν παρὰ Ὀσάνου, ὡς πολλοῖς καὶ σοφοῖς αἰνίγμασιν κρύψαντες τὴν τέχνην. Παμμένης δὲ κατέγνωσαν ἀφθόνως γράψαντος.

2011 Ministerio de Cultura

bus Perſarum Magis commune factum eſſe fatetur ipſe Scaliger, non debebat de Oſtane, Democriti Myſtagogo (ſi cetera vera eſt iſta narratio) dubitare, quod Oſtanem, Xerxis in Græciam comitem, de quo Plinius lib. XXX. cap. 1. noſcere per ætatem non potuerit Democritus. An oblitus erat, Xerxem in Græciam transeuntem cum exercitu, apud Democriti patrem divertiſſe, quod teſtatur ex Herodoto Laërtius? Quandoquidem enim Democritus, ut illi ajunt, ab Oſtane in Ægypto, quo iter ſuſcepiſſe dicitur, artem didicit, ab eodem etiam in templo Memphitico, totius Collegii Ammonei ſive ſacerdotalis initiatus atque inter membra illius adſcitus fuit: Oſtanes autem ille, ut ex fragmento f. 66. dilucet, fuit Chriſtianus, hinc evidenter colligitur illa Democrito i) tributa Abderitæ minime eſſe. Et licet obtenderit aliquis, quod & ipſe verum eſſe exiſtimo, fragmentum illud Oſtani falſo ac præter rem adſcribi: tamen ex ſtylo etiam patet libellum iſtum ab antiquiſſimo Democrito neutiquam eſſe profectum. Veteris tamen ſcriptoris iſta ſunt qui naturam mineralium bene perſpectam habuit & artis Medicæ peritus fuit, ac fortaſſe aliquis hoc nomine qui ante Conſtantinum M. cui Democritus myſtagogus fuiſſe traditur, tempore Regis Saporis (hic enim eſt qui in Codice MS. f. 85. Sophar appellatur) in Perſiam profectus eſt artis ſacræ hauriendæ cauſa: Sapor autem usque ad A. C. 270. regno præfuit, unde probabiliter conjicias hunc Democritum circa A. C. 300. qui adeo tertius hujus nominis erat, in Ægypto verſari potuiſſe. Fortaſſe etiam hæc quæ Syneſius & alii de Oſtane ac Democrito referunt, commentitia ſunt omnia, ſcriptaque alios longe habent auctores, qui ut autoritatem operibus ſuis adderent, nomina illis veterum Philoſophorum propter arcanarum artium peritiam toto orbe clariſſimorum inſcripſere. Neque adeo mirum vetuſtiſſimo illi Phyſico Democrito ſcripta hæc rudi iſto ac ſimplici ſæculo tributa & pro Democriteis habita eſſe, quoniam jam Plinii ætate ſimile aliquid contigit ut apparet ex lib. XXIV. c. 17. & lib. XXX. c. 1. Apud Laërtium in vita Democriti, Gellium lib. X. cap. 12. & Columellam lib. VII. de re ruſtica traditur hypomnemata Boli, (in vulgatis perperam eſt Doli) Mendeſii quæ fuere de re pecuaria, ſub nomine Democriti falſo eſſe prodita. Multique adeo conati ſunt portentoſas fabulas ſuas ſub ſplendido Democriti nomine hominibus commendare, quemadmodum ſimilis res Hermeti Tris-

i) Adde, ſi placet, quæ de Democrito tributis ſcriptis lib. 2. hujus Bibl. cap. 23. & de Bolo Mendeſio cap. 13.

2011 Ministerio de Cultura

Trismegisto accidit, & poëtæ, qui quingentis, sexcentis vel septingentis annis post Senecam vixerunt, carminibus suis Senecæ nomen præfixere. Sed & sæpius dicto Democrito libellum de colore purpuræ & περὶ ζωμῶ tribuerunt, quoniam ex Laërtio meminerunt eum scripsisse περὶ χυμῶν de humoribus, & περὶ χροιῶν de coloribus, licet argumentum utrinque plurimum differat.

8. Idem de *Cleopatra* dicendum, quam hi scriptores faciunt conjugem unius ex Regibus Ægypti Ptolemæis, at Stephanus praxi IX. cum Ostane colloquentem inducit. Quanquam enim dixeris Ostanem intelligi secundum, Alexandri M. in expeditionibus suis comitem, sicut Ostanes primus fuit comes Xerxis : constat tamen ex tribus primis Ptolemæis, qui per centum annos ab Alexandri morte in Ægypto regnarunt, nulli conjugem Cleopatram fuisse. Et quomodo Cleopatræ aut scriptoribus Geoponicis (*) veteribus è quibus pars scripti de mensuris ac ponderibus f. 114. a. repetita est, tribui potest, cum in illo fiat mentio triginta argenteorum, quorum pretio CHRISTUM Dominum Judas prodidit, sicuti etiam memoratur Jobum morbo & calamitate sua per septem annos ac dimidium laborasse. Clausula scripti per recentissimum Græculum adjecta est, ut ex vocabulis μόδης, κέμυλ& colligere licet. Cæterum scriptis ejuscemodi, de quorum auctoribus vel certo non constat, vel quæ alienis tribuuntur auctoribus, nihil inde decedit de pretio, sed merito id modo attenditur, quid in illis lectores doceantur.

9. De *Michaële Psello* notum est vixisse CPoli circa A. C. 1080. ac deinceps. Inter eruditissimos suæ ætatis in Græcia, arcanis artibus ac scientiis delectatus, quam plurima scripsit, quorum pleraque adhuc in Bibliothecis delitescunt, uti ex indicibus Bibliothecarum vel apud Possevinum cognoscere licet.

10. *Lexicon* recentiorem habet auctorem ante annos circiter duocentos & quinquaginta.

11. Multa in hoc Codice MS. inepta & exarata inemendatissime, multa confusa passim, ut pauciissima recte cohæreant, quod speciatim de Democriti ac Synesii opusculis dictum velim, quæ manu mea locis innumeris quantum per cursoriam lectionem fieri potuit correxi, crassioresque mendas expunxi, ac simul ubi & quomodo contextus discerptus vel transpositus sit demonstravi. Conjicio etiam plura scripta in hoc Volumine deesse. Nam Salmasius ex Codice regio memorat de ratione

(*) Etiam Geoponicorum collectorem non dubium est fuisse Christianum.

2011 Ministerio de Cultura

ratione colorem ſplendoremque debitum addendi ſmaragdis & aliis gemmis, de modo rotundandi margaritas, vel flaveſcentibus aut decoloribus reſtituendi ſplendorem alboremque, quæ artificia inter χειρόκμητα pertinent, quorum f. 192. b. fit mentio, & qualia Democritum ſcripſiſſe Plinius lib. XXIV. c. 17. teſtatur. Etiam in hoc MS. Volumine f. 184. laudatur Zoſimi βίβλος κλειδῶν, qui f. 103. κλειδίον, auctorque eſt Svidas Zoſimum XXIV. libros litterarum ordine ad Theoſebiam ſororem de arte chemica ſcripſiſſe. Quandoquidem vero Codex hic ex Regio deſcriptus eſt, male utique fecit librarius, quod inſigne antiquitatis monumentum non modo tam turpiter depravavit, ſed mutilavit etiam, adeoque labore hoc ſuo vix ac ne vix quidem panis, quem interim comedit, pretium promeruit. Optandum etiam, ut apographum hoc cum exemplari originario ſive avtographo conferendi daretur locus, quo pacto opus hocce eruditis & antiquitatis amantibus utile ac multis modis commodum eſſet futurum.

Altenburg. m. April. 1634. Th. Reineſius D.

III. Hactenus eruditiſſimus Reineſius. Nunc apographum Græcum Codicis Pariſ. quod beneficio Celeberrimi Viri Pauli Vindigii habeo, licet parum integrum minusque emendatum ſit, recenſere juvat. Occurrit igitur in illo:

1) ΗΛΙΔΩΡΟΥ φιλοσόφου πρὸς Θεοδόσιον τὸν μέγαν βασιλέα περὶ τῆς τῶν φιλοσόφων μυστικῆς τέχνης διὰ στίχων ἰάμβων. Hoc ſcriptum verſibus jambicis 269. conſtans Græce edidi Volum. VI. hujus Bibl. p. 790. neque diverſum eſſe ejus auctorem ab Heliodoro, cujus Æthiopica habemus, in Vaticano Æthiopicorum Codice annotatum reperit Gerhardus Falckenburgius his verbis: γράφει δὲ διὰ στίχων ἰάμβων τὴν τοῦ χρυσοῦ ποίησιν πρὸς τὸν αὐτὸν Θεοδόσιον (ad Theodoſium majorem) ὡς φησὶ Γεώργιος ὁ Κεδρηνός. Idem non quidem in Cedreni edito volumine, ſed in alio Chronico anecdoto reperit Cangius, quem vide in voce ποίησις. Etiam Chemicam artem in Æthiopicorum libris ſub cortice amorum Theagenis & Charicleæ latere, Petri Borelli parum credibilis ſuſpicio eſt in Bibl. Chemica p. 113. Præterea chirurgicum hujus an alterius Heliodori opuſculum deſcripſiſſe ſe ex Codice MS. Bibl. Mediceæ teſtatur, & locum ex illo Græce affert Tho. Bartholinus lib. de unicornu cap. 1. p. 7. Saltim veriſimilius eſt hunc Heliodo-

2011 Ministerio de Cultura

liodorum ſcriptorem eſſe Chemici carminis, Chriſtianum profeſſi, quam Heliodorum Hermiæ & Ædeſiæ F. ethnicum Philoſophum. Reineſio tamen non ab re indignum utroque & longe videtur eſſe junioris ſcriptoris: quanquam ſoloeciſmos erratáque proſodica, quæ illi objicit, librarii potius, quam ſcriptoris ipſius eſſe exiſtimaverim. Nota autem in alio Codice præmitti XIII. verſus politicos, inſcribique πραγματείαν ἐκ τῆς μυστικῆς χυμίας·

Ταύτης τῆς βίβλου μέλλων ἐμβαίνειν πύλην
ἔξω τ' μέθης βιωτικῶν φροντίδων
ἣν εὐμενὴς εὕρηται &c.

2) ΖΩΣΙΜΟΥ περὶ ἀρετῆς συνθέσεως ὑδάτων. Incip. Θέσις ὑδάτων καὶ κίνησις καὶ αὔξησις καὶ ἀποσωμάτωσις·

Παραινέσεις. Τοῦτο τὸ θεῖον ὕδωρ &c.

3) ΤΟΥ̃ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ̃ περὶ εὐσταθείας τ̃ χρυσοῦ. Incipit: τὰ θειώδη ὑπὸ τῶν θειωδῶν κρατοῦνται. In hoc apoſpaſmatio citatur Apollinis *oraculum*. φησὶν ὁ Ἀπόλλων ἐν τοῖς χρησμοῖς. καὶ πνεῦμα μελάντερον ὑγροῦ ἄχραντον. nec non ὁ σοφὸς ΖΩΣΙΜΟΣ ἐν βιβλίῳ κλειδῶν. Denique allegatur ἡ ΜΑΡΙΑ. Apud celeberr. Montafauconum in palæographica Græca p. 375. memoratur ex Codice Chemicorum Græcorum Ambroſiano Mediolanenſi: *Chriſtiani labyrinthus Salomonis de temperando ferro, conficiendo cryſtallo & de aliis naturæ arcanis.* Vide infra num. 8.

4) Ejusdem ad Sergium περὶ τ̃ θείου ὕδατος. Incipit: ὁ περὶ τ̃ θείου ὕδατος λόγος βέλιτε ΣΕΡΓΙΕ &c. Citatur præter Zoſimum Democritus ejusque dictum à Pelagio etiam infra num. 19. laudatum: Τί ὑμῖν καὶ τῇ πολλῇ ὕλῃ; ἑνὸς ὄντος τ̃ φυσικοῦ οὐχὶ εἴδους ἀλλὰ ὕδατος.

5) Ὁποῖον εἶναι χρὴ τοῖς ἤθεσι τὸν μελιόντα τὴν ἀπιστήμην. Χρεὼν εἶναι τ̃ μελιόντα τὴν ἀπιστήμην πρῶτον μὲν φιλόθεον καὶ φιλάνθρωπον, σώφρονα, ἀφιλάργυρον, ψεύδους ἀποστρεφόμενον καὶ πάντα δόλον καὶ κακουργίαν καὶ φθόνον. Εἶναι δὲ ἀληθῆ, καὶ πιστὸν παῖδα τ̃ ἁγίας καὶ ἐμουσίου καὶ συναϊδίου Τριάδος. Ὁ μὴ τοιοῦτος κάλλιστα καὶ θεάρεστα ἤδη κτησάμενος ἢ κτήσασθαι ἀγαθάσας, ἑαυτὸν ἀπατήσει, τοῖς ἀνεφίκτοις ἀπιχειρῶν, καὶ βλαβήσεται ἀπατηδῶν μᾶλλον.

6) Juris jurandi formula: Ὄμνυμί σοι, καλὲ πατ̃, τὴν μακαρίαν καὶ σεβασμίαν Τριάδα, ὡς οὐδὲν ἀποκρύψω τῶν ἐμοὶ παρ' αὐτῆς δεδομένων ἐν ταμείοις ψυχῆς μυστηρίων τῆς ἀπιστήμης, ἀλλὰ πάντα τὰ γνωρι-

θέντα

ἄ ἔντα μοι θεόθεν περὶ τῆς τέχνης ἀφθόνως ἐνέθηκα ταῖς ἡμετέραις γραφαῖς. Contraria hæc formula adjurationibus de arte hac occultanda, quas dedi lib. 5. cap. 1. p. 78. & ex hac ipsa collectione (infra num. 46.) vulgaverat Olaus Borrichius lib. de Ægyptiorum sapientia c. 3. p. 47. Quod in MS. meo sequitur, visum mihi est non omittendum: ἡ μυσικὴ ἡ τῶν Αἰγυπτίων καὶ ἱερογραμματέων Αἰγύπτε θεία καὶ ἀληθὴς ἡ τῶν φύσεων συγγένεια πέρωσι τὰς ὁμοσσίους φύσεις. Τοῦτ ἐστὶν Τ ΟΡΦΑΙΚΟΝ ὁμοούσιον Ϛ ἡ ΕΡΜΑΪΚΗ λύρα, ἐν ᾗ τῶν ὁσιῶν ποθητότε καὶ ἐναρμόνιον ἀποτελεῖται συμφωλοχή.

7) ΖΩΣΙΜΟΥ ☿ Πανοπολίτε γνησία γραφὴ περὶ τῆς ἱερᾶς καὶ θείας τέχνης τῆς ☿ ☉ καὶ ☽ ποιήσεως. Incipit: Λαβὼν τὴν ψυχὴν ☿ ♀ τὴν ὄσαν ἐπάνω ☿ ὕδατ τῆς ☽ &c. Citatur *Democritus* & *Epibechius*, nec non dictum *Mariæ*: Ἐὰν μὴ τὰ δύο γένηται ἕν, τοτέστιν ἐὰν μὴ τὰ φεύγοντα συγκεράσῃ τοῖς μὴ φεύγουσιν, οὐδὲν ἔσαι τῶν προσδοκωμένων.

8) Μέθοδ δι ἧς ἀποτελεῖται ἡ σφαιροειδὴς χάλαζα, κατασκευαθεῖσα παρὰ ☿ ἐν τεχνουργίᾳ Δαβοήτε ☿ ΣΑΛΜΑΝΑ. Incipit: Λαβὼν λεπιστάτας Χαλάζας &c.

9. Τῶν μαργάρων σκευασία. Λέυκωσις συγνῶν καὶ ῥωταρῶν. Λέυκωσις μαργάρων πιῤῥῶν. Βάλε εἰς γάλα κυνὸς λευκῆς &c. πῆξις μαργάρων· ποίησις ☽. ποίησις ☉ Καταβαφὴ λίθων καὶ σμαραγδων. Bili vulturis incoquendæ gemmæ, unde rectius imbibent colores, περὶ ἧ καὶ ὁ θεοπέσι λέγει ΜΩΥΣΗΣ ὁ σοφήτης ἐν τῇ οἰκείᾳ Χυμευτικῇ Τέξει. Σμαραγδε ποίησις. Εἰς τὸ γενέσθαι τὸν κρύσαλλον ἀσταλόν. Κατασκευὴ εἰς τὸ βάψαι λίθον ἐρυθρόν.

10. Ἑρμηνεία τ Πτισήμης τ Χρυσοποιίας ἱερομονάχε ☿ ΚΟΣΜΑ. Incip. ἡ ἀληθινὴ αὕτη καὶ μυσικὴ χυμία κόπε μόνε δεῖται, ἐξόδε δὲ ὑδρμιᾶς, ἓν γάρ ἐστι τὸ πᾶν καὶ δι ἓ τὸ πᾶν.

11. Ἐκ πν παλαιᾶ ΖΩΣΙΜΟΥ πνός. Incip. Λάβε ὠὰ τέσσαρα ἐν ἀγγείῳ βαλὼν ὀστρακίνῳ εὐρυχώρῳ. &c. Adjuncta pauca ἐκ τ μεγάλης τέχνης ΤΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ.

12. Ἀνεπιγράφε φιλοσόφε περὶ ☿ ὕδατ τ λευκώσεως. Incip. ὥσπερ γὰρ τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια πλύνεσθαι &c. Clauditur doxologiâ: Θεὸν δοξάζοντες ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ κ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνούμενον λατρευόμενον

2011 Ministerio de Cultura

μῶν, ὥσπερ πάσης τ αὐτ κλίσεως νῦν Ϛ ἀεὶ Ϛ εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

13. Ἀνεπιγράφ φιλοσόφ περὶ ☉ ποιίας. Incip. σύμφωνοι γὰρ ἅπαντες κατέσησαν &c.

14. ΖΩΣΙΜΟΥ ☿ θείκ περὶ ἀρετ κὴ ἑρμηνείας. Incip. Καὶ ἰδὰ βωμὸς Φιαλοειδ̃ς &c.

15. ΟΣΤΑΝΟΥ φιλοσόφ πρὸς ΠΕΤΑΣΙΟΝ περὶ τ ἱερᾶς ταύτης Ϛ θείας τέχνης. Incip. ut in Codice Cæsareo apud Lambecium VI. p. 170. τῆς Φύσεως τ ἀπόρρητον. Desinit & hoc apospasmation in doxologia: συνεργοῦντ☉ ☿ τῇ ἀοράτῳ Ϛ παντοδυναμίῳ δυνάμει Ϛ σοφίᾳ χρησαμένῳ, Ϛ ἐκ ☿ μὴ ὄντ☉ εἰς τὸ εἶναι τὰ σύμπαντα Ϛ ἀχθῆναι Ϛ γενέσθαι Ϛ μορφ̃σθαι κελεύσαντ☉, ᾧ κὴ κράτ☉ νέμειν δεῖ, αὐτῷ μόνῳ κὴ καθολικῷ κὴ ἀληθινῷ Θεῷ σὺν τῷ ζωαρχικῷ τ ἡμετέρας ζωῆς καὶ σωτηρίας Χριστῷ Ἰησοῦ, σὺν τῷ νοερῷ Ϛ ἡγεμονικῷ θείῳ Πνεύματι δόξα Ϛ μεγαλοπρέπεια εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας ἀμήν.

16. ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ φιλοσόφ περὶ τ θείας αὐτῆς τέχνης διὰ στίχων ἰάμβων. Versibus Jambicis 265. Incipit:

Οἱ τῶν σοφιστῶν ἄνδρες ὥσπερ ῥήτορες
Εὐδαιμονοῦντες Ϛ βιῶντες πανσόφως
Καὶ τὴν φύσιν δὲ γνόντες πάντων κτισμάτων &c.

Desinit in hac doxologia:

- - Ϛ μηδὲν εἰς πρᾶξιν τελεῖν
ἀλλ' ἢ Θεῷ τὸν αἶνον ὅτως προσφέρειν,
τῷ ὄντι Πατρὶ ἐκφύσαντι τὸν γόνον,
αὐτό τε γεννηθέντι τῷ Θείῳ Λόγῳ
συνεκπορευτῷ ὄντι Θείῳ Πνεύματι
νῦν πάντας εἰς αἰῶνας αἰώνων ἀμήν.

MS. Græce & Latine memorat etiam Lambec. VI. p. 191.

17. ΙΕΡΟΘΕΟΥ φιλοσόφ περὶ τ αὐτῆς θείας κὴ ἱερᾶς τέχνης διὰ στίχων ἰάμβων. In meo Codice vix versus sunt LXIV. Incip.

- - εἰς παιδείαν ἀῤῥήτων λόγων.

Etiam hic scriptor agnoscit artem illam desiderantibus & digne petentibus à DEO tribui

Χριστ̃ Θε̃ νέμοντ☉ ἐξ ὕψους χάριν.

Simile Hierothei carmen versum CCXXX. infra num. 52.

2011 Ministerio de Cultura

18. ΑΡΧΕΛΑΟΥ *Φιλοσόφου περὶ τῆς αὐτῆς ἱερᾶς τέχνης*, versus jambici CCCXXII. Incip.

ἡ πάνσοφος θ̄ θεῖα τέχνη τῶν σοφῶν
τεχνουργικῶς ἔχουσα τὴν θεωρίαν
σοφουργικὴν ἔντεχνον ἐνεργὸν φέρει &c.

Clauditur & hoc carmen doxologia, *τῷ Πατρὶ σὺν Λόγῳ τε Θείῳ Πνεύματι*, unde Christianum esse scriptorem colligas, quod & Lambecius VI. p. 191. annotavit.

19. ΠΕΛΑΓΙΟΥ *Φιλοσόφου περὶ τ̄ θείας ταύτης κ̄ ἱερᾶς τέχνης.* Fragmentum, quod tantummodo habeo, incipit: *ὁ ♀ ♂ βάπτει ἀλλὰ βάπτεται, ἐὰν γὰρ βαφῇ ὅτε βάπτει.* In Codice Cæsareo integri apud Lambecium p. 190. hoc est initium: *οἱ μὲν προγενέστεροι κ̄ ἱερασαὶ θ̄ ἀνάωλεοι φιλόσοφοι ἔφησαν, ὅτι πᾶσα τέχνη ἕνεκεν τ̄ τέλους αὐτ̄ ἐπινοεῖται τῷ βίῳ οἷον* &c. Citat Zosimum seniorem, ὅθεν Ὁ ΑΡΧΑΙΟΣ ΖΩΣΙΜΟΣ ἔλεγεν, ὅτι &c. Atque iterum simpliciter Ὁ ΑΡΧΑΙΟΣ. Laudatur & Democriti dictum itemque aliud Philosophi, quod eidem tributum Democrito, reluti supra num. 4. Hujus Pelagii scriptum Latine à Pizimentio versum prodiit, ut notare me memini p. 709.

20. ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ *Φιλοσόφου Ἀλεξανδρέως πρὸς* ΠΕΤΑΣΙΟΝ *τ̄ βασιλέα Ἀρμενίας εἰς τὸ κατ' ἐνέργειαν* ΖΩΣΙΜΟΥ *ὅσα ἀπὸ* ΕΡΜΟΥ *κ̄ τῶν Φιλοσόφων ἦσαν εἰρημένα.* Incipit: *Γίνεται ἡ παρεκβολὴ ἀπὸ μηνὸς Μεχὶρ ιέ κ̄ ἕως Μεσωρὶ ιέ* &c. In hoc apospasmatio multa non indigna relatu, quæ excerpere juvat. *Ἔθος γὰρ τοῖς ἀρχαίοις συγκαλύπτειν τὴν ἀλήθειαν, κ̄ τὰ πάντα τοῖς ἀνθρώποις ἐυδηλα διὰ ἀλληγοριῶν λιθων κ̄ τέχνης ἐνφιλοσόφου ἀποκρύπτειν, ὃ μόνον δὲ ὁλὴ τὰς τιμίας ταύτας τέχνας τῇ ἀφεγγεῖ αὐτῶν κ̄ σκοτεινοτάτῃ ἐκδόσει συνεσχίασαν, ἀλλὰ κ̄ αὐτὰ τὰ κοινὰ ῥήματα δι' ἄλλων τινῶν ῥημάτων μετέφεραν, εἰς τ̄το αὐτὸ Πλάτωνα κ̄ Ἀριστοτέλην ἀλληγορήσαντες - - - Αὐτὴν δηλαδὴ τὴν ψάμμον ἄνωθεν ὑσιδσαν, ἥντινα οἱ ἀρχαῖοι διὰ τὸ κύριον ὄνομα ἐπέθηκαν λιθάργυρον. κ̄ εἰς αὐτὴν ἐστιν εὑρεῖν κ̄ τὸ τετρασύλλαβον * κ̄ τὸ ἐννάγραμμον - - - γνὸς ὅτι τὰ σκωρίδια δὲι τὸ ὅλον μυστήριον, ὅλοι γὰρ εἰς αὐτὰ κρέμανται ἐποβλέπουσι, κ̄ τὰ μυρία αἰνίγματα εἰς αὐτὰ ἀνατρέχει, κ̄ αἱ βίβλοι αἱ τοσαῦται αὐτὰ αἰνίττονται. -- αὗται αἱ Αἰγυπτίων γραφαὶ κ̄ ποιή-

* In vocem tamen λιθάργυρος, ænigma, de quo supra p. 696. neutiquam quadrat.

2011 Ministerio de Cultura

ποιήσεις καὶ δόξαι, χρησμοίτε δαιμόνων καὶ ἐνθέσεις προφητῶν. Sæpius citatur *Zosimus*, sed & *Democritus*, *Agathodæmon* & *Maria*. Zosimi dictum ab aliis etiam laudatum: ἐὰν μὴ τὰ σώματα ἀσωματώσης καὶ ποιήσῃς τὰ δύο ἕν, οὐδὲν τῶν προσδοκωμένων ἔσαι. Sed quæ ex ejusdem τῇ τελευταίᾳ ἀποχῇ πρὸς Θεοσέβειαν afferuntur, adscribenda sunt, quæ & infra num. 45. repetuntur, nihilo magis integra: Ὅλον τὸ τ Αἰγύπτ βασίλειον ὦ γύναι ἀπὸ τῶν δύο τούτων τεχνῶν συνέστηκε, τῶν τε κηρύκων καὶ τῶν Φυσικῶν ψάμμων. ἡ γὰρ καλουμένη θεία τέχνη, τουτέστιν ἡ δογματικὴ περὶ ἣν ἀσχολεῖσθαι ἅπαντες οἱ ζητοῦντες τὰ χειροτμήματα * ἅπαντα τὰ τῶν λιμίας τέχνας, τὰς τέσσαρας φημὶ, δοκοῦσιν τι ποιεῖν μόνοις ἐξεδόθη τοῖς ἱερεῦσιν. ἡ γὰρ Φυσικὴ ψαμμουργικὴ βασιλέων ἦν. ὥστε καὶ ἐὰν συμβῇ ἱερέα ἢ σοφὸν λεγόμενον ἑρμηνεύσαντα τὰ ἐκ τῶν παλαιῶν ἢ ἀπὸ προγόνων ἐκληρονόμησεν, καὶ ἔχων καὶ ἰδὼν τὴν γνῶσιν αὐτῶν τὴν ἀκώλυτον, οὐκ ἐῶσίει, ἐλιμωρεῖτο γὰρ ὥσπερ οἱ τεχνῖται οἱ Ἠπισάμενοι βασιλικὸν τύπτειν νόμισμα, οὐχ ἑαυτοῖς τύπτουσιν, ἐῶσι λιμωρεῖσθαι. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῖς βασιλεῦσι τῶν Αἰγυπτίων οἱ τεχνῖται τ ἐψήσεως, οἱ ἔχοντες τὴν γνῶσιν τ ἀμμοστολυσίας καὶ ἀκολουθίας, οὐχ ἑαυτοῖς ἐῶσιν, ἀλλ' εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐσκάτευον τὸ εἰς τοὺς θησαυροὺς ἐργαζόμενοι. εἶχον δὲ καὶ ἰδίους ἄρχοντας ἐπικειμένους ἐπάνω τῶν θησαυρῶν, καὶ ἀρχισκαπήγους, καὶ πολλὴν τυραννίην τ ἐψήσεως. νόμος γὰρ ἦν Αἰγυπτίοις, μηδὲ ἐγγράφως αὐτὰ ἵνα ἐκδιδόναι. Τινὲς οὖν μέμφονται ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΝ καὶ τοὺς ἀρχαίους, ὡς μὴ μνημονεύσαντας τούτων τῶν δύο τεχνῶν, ἀλλὰ μόνων τῶν λεγομένων λιμίων. μάτην δὲ αὐτοὺς μέμφονται. οὐ γὰρ ἠδύναντο φίλοι ὄντες τῶν βασίλεων Αἰγύπτ, καὶ τὰ πρωτεῖα ἐν σοφιστικῇ αὐχοῦντες, πῶς ἠδύναντο ἀναφανδὸν μαθήματα τ τῶν βασιλέων δημοσίᾳ ἐκθέσθαι, καὶ δοῦναι ἄλλοις πολίτ τυραννίδα. ὅτε εἰ ἠδύναντο ἐξεδίδου, ἐφθόνουν γάρ. μόνοις δὲ Ἰουδαίοις ἐξὸν ἦν λάθρᾳ ταῦτα ποιεῖν καὶ γράφειν καὶ ἐκδιδόναι· ἀμέλει γοῦν εὑρίσκομεν ΘΕΟΦΙΛΟΝ τ Θεογένους, γράψαντα ὅλα τὰ τ χειρογραφίας εὐτυχείᾳ, καὶ ΜΑΡΙΑΣ τὴν καμινογραφίαν, καὶ ἄλλους Ἰουδαίους, καὶ ΣΥΝΕΣΙΟΣ πρὸς Διόσκορον γράφων &c. Ad Ptolemæi Bibliothecas allegat his verbis: καλεῖται δε καὶ παρθένος γῆ, καὶ γῆ αἱματώδης. Ταῦτα δὲ εὑρήσεις ἐν ταῖς Πτολεμαίου Βιβλιοθήκαις.

21. ΖΩΣΙΜΟΥ πρὸς Θεόδωρον κεφάλαια.

22. Ανεπιγράφου Φιλοσόφου. Desinit in his verbis: ἄκεσον πρῶτον χυμευτόν. λαβὼν λιθαργύρου πυρίτην πύρωσον ἐπ' ἀνθράκων, ἕως γίνεται

* al. χειροτεχνήματα vel χειρόκμητα.

2011 Ministerio de Cultura

ται τῷ πυρὶ ὅμοιον, καὶ ἀνελόμενον κατάβαψον εἰς ὕδωρ ψυχρὸν, καὶ βάλε αὐτῷ τῷ δακτύλῳ σου σίαλον, καὶ ἐὰν αὐτὸ ἀναστῇ, καλῶς ἐστυρώθη, καὶ τότε εἰς τὴν βαφὴν ἀνάθες.

23. ΠΑΠΠΟΥ Φιλοσόφου. Incipit per jus jurandum de veritate processus, quem describit, ὄμνυμί σοι τὸ μέγαν ὅρκον ὅστις ἂν σὺ ἦ. Θεόν φημι τὸ ἕνα τὸ εἴδει καὶ ἀριθμῷ, τὸ ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τῶντε στοιχειώσεων τὴν τετρακτὺν καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν, ἔλι δὲ καὶ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς λογικάς τε καὶ νοερὰς ἀρμόσαντα σώματι, τὸν ἀπὸ ἀρμάτων χερουβικῶν ἐποχούμενον καὶ ὑπὸ ταγμάτων ἀγγελικῶν ἀνυμνούμενον. Ait, se καθ' ὁλάτου ea de re scripsisse ad *Stephanum*, per epitomen autem ad *Mosen*, ὡς καθ' ὁλάτου πρὸς ΣΤΕΦΑΝΟΝ τὸ Θεοφιλέστατον ἐξεθέμεθα, καὶ τῇ κατ' ἀπαμὴν ἡμῖν πραγματείᾳ πρὸς ΜΩΥΣΕΑ τὸ πρισεύμοιρον. Hinc & Pappum illum & Moysen juniores esse constat, & Christianos. Citatur & λόγου, nescio an ipsius Pappi περὶ ἀστέρος ὠοῦ ὕδατος, & subjicitur ΜΩΥΣΕΩΣ διάλωσις, quam & in Cæsareo Codice subjectam Pappo reperit Lambecius VI. p. 189.

24. ΕΥΤΕΝΙΟΥ, &

25. ΙΕΡΟΘΕΟΥ περὶ τῆς ἱερᾶς τέχνης. Clauditur hoc voto: τούτῳ χρῶ συνεργοῦντος Ἐμμανουὴλ τοῦ ζωαρχικοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου καὶ ἁγιάσματος τοῦ ἁγίου Πνεύματος. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ Σωτὴρ καὶ δοτὴρ καὶ αἴτιος πάντων ἀγαθῶν· δι' αὐτοῦ τελεῖται τοῖς πιστοῖς καὶ ἀξίοις τοῦτο τὸ θεῖον μυστήριον, τὸ τῆς ψυχῆς ἵαμα καὶ πάντος μόχθου λύτρον. Ἀλλ' ὅς τι τοῦτο εὑρηκὼς καὶ δοθεὶς παρὰ Θεῷ καὶ οἰκονομῶν, καὶ τυχὼν τῶν ἐφιεμένων δεδόσθαι ὑπὸ τοῦ ὑψίστου Ἐμμανουὴλ, ὑπουργὸς καὶ οἰκονόμος αὐτοῦ γενήσεται ἐν ταύτῃ τῇ θείᾳ τέχνῃ καὶ ἐν ἅπασι. καὶ τὸ δέκατον μέρος εἰς οἰκοδομὴν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν καὶ εἰς πτωχοποίησιν πτωχῶν ὑπέρ τε αὐτοῦ καὶ ὑπὲρ τῶν ἐμῶν ἀναγκῶν ἐγκλημάτων ποιήσαντα καὶ μέσον βίον διάγειν, ἵνα ἀφθόνως ἡ πρᾶξις γενήσεται - - ἧς (αἰωνίου βασιλείας) γένοιτο τυχεῖν πάντας ἡμᾶς διὰ εὐλογίας καὶ λιτανῖς τῆς παναμώμου καὶ Θεοτόκου Μαρίας καὶ Ἰωάννου τοῦ προδρόμου, ἅμα τε καὶ τῶν ἀκηράτου ὁμολογίας τῶν Θείων Ἀποστόλων, Προφητῶν τε αὖθις καὶ πάντων τῶν Ἁγίων· γένοιτο, ἀμήν.

26. ΖΩΣΙΜΟΥ τοῦ Πανοπολίτου περὶ ὀργάνων καὶ καμίνων, additis iconibus. Incipit: Τὰ τοῦ θείου ὄργανα πρὸ πάντων δεῖ ἐκδῦναι. Ejusdem περὶ τοῦ θείου ὕδατος. Incipit: τοῦτό ἐστι τὸ θεῖον καὶ μέγα μυστήριον. Ejus-

2011 Ministerio de Cultura

Ejusdem περὶ τ τριβίκου καὶ τ σωλῆνος. Incipit: Ποίησον, φησὶν ΜΑΡΙΑ, ἐκ χαλκοῦ ἐλατοῦ σωλῆνας τρεῖς &c. Mentio & *Salamonis*, additurque, vasa illa rectius fieri posse εἴ τις σεσταιδευθῇ τὰ πνευματικὰ Ἀρχιμήδους ἢ Ἥρωνος, καὶ τῶν ἄλλων, καὶ τὰ μηχανικὰ αὐλῶν. Subjicitur ἕτερος κάμινος ΜΑΡΙΑΣ, ἧς ἐμνημόνευσεν, additis iconibus. Deinde de lapide Philosophiæ sive Philosophorum citantur *Hermes*, *Democritus*, *Olympiodorus* & *Joannes*, Ἰωάννης ὁ ἀρχιερεὺς ἐν τῇ τ Χρυσοποιΐας σεσημείωσει, *Zosimus* præterea & *Stephanus*. Etiam Lambecius VI. p. 179. ex Cæsareo Codice memorat Zosimi, περὶ ὀργάνων καὶ καμίνων γνήσια ὑπομνήματα. Incipit: περὶ τ ὡ στοιχείου· τὸ ὡ στοιχεῖον στρογγύλον τὸ διμερές &c.

27. ΖΩΣΙΜΟΥ πράξις ἐ ὅραμα περὶ τ συνθέσεως τῶν ὑδρῶν. Incipit: μόλις ποτὲ εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθὼν τοῦ ἀναβῆναι ἐπὶ τὰς ἐπὶ κλίμακας &c.

28. Τοῦ μακαρίτου καὶ πανσόφου ΨΕΛΛΟΥ Ἐπιστολὴ πρὸς τ ἁγιώτατον Πατριάρχην ΞΙΦΙΛΙΝΟΝ περὶ χρυσοποιΐας. Incipit: Ὁρᾷς ὦ δέσποτα ὃ ποιεῖς, ὁ ἐμὸς δυνάστης καὶ τ ἐμῆς ψυχῆς τυραννὶς ἀπὸ τ τ φιλοσοφίας μεγέθους ἐπὶ τὴν ἐμπύελον καταβιβάζων τέχνην καὶ βάναυσον. Hæc Mich. Pselli Epistola Latine exstat versa à Pizimentio cum scriptis Stephani & aliorum, quos p. 709. memoravi. Patriarcha Xiphilinus Ecclesiæ CPolitanæ præfuit ab A. C. 1064. ad 1075. Laudat in hac Epistola Psellus Strabonem Geographum, Platonis in Ægyptum Siciliam & plerasque Africæ partes susceptas itinera & sapientiam Democriti Abderitæ, quam pandere se profitetur.

29. Ὁ ΖΩΣΙΜΟΣ περὶ τ ἀσβέστου. Incipit: λαβὼν ἀλαβάστινον λίθον, ὅπερ νυχθήμερον &c. Citatur *Stephanus*, διὸ ὁ Στέφανος τῶν φιλοσόφων φησίν. DEUM muneris tanti datorem Christiano ore celebrat his verbis: σὲ γὰρ αἰνοῦσιν ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, θρόνοι, κυριότητες, δυνάμεις, τὰ πολυόμματα Χερουβὶμ ἐ τὰ ἑξαπτέρυγα Σεραφίμ. Ænigma additur Chemicum:

μέσον ἵσαμαι τ γαίας καὶ ξ πόλου
τρίγραμμός εἰμι συλλαβὴν φέρω μίαν.
ὁ ψῆφος μοι χίλια πεντακόσια
καὶ ὁ εὑρὼν με σοφὸς ὢν τῶν γραμμάτων,
ὁ δὲ μὴ εὑρὼν με, δὲ οἶδεν τὸ ἄλφα, ἐ
ὑπάρχει σὺν τῷ βῆτα καὶ δέλτα - -

30. Τῆς

2011 Ministerio de Cultura

30. Τῆς ΚΛΕΟΠΆΤΡΑΣ, περὶ ϛαθμῶν καὶ μέτρων ἐξήγησις καὶ πλάτος πρὸς ἐυχερῆ ἔυρεσιν ἑκάϛης μνᾶς καὶ λίτρας καὶ ϛαγγίας καὶ δραχμῆς καὶ γράμματος. Confer Galenum T. 4. edit. Basil. p. 467.

31. Ἑρμηνεία τῶν ΣΗΜΕΙΩΝ, τ ἱερᾶς τέχνης καὶ χρυσοῦλλα βίβλα. Hujusmodi notas Chemicas & signa ac characteres longe plures ex Codicibus regiis publicavit Cangius in appendice glossarii Græci p. 8. seq. sed auctore absente non satis accurate interdum expressas, ut jam supra notare me memini ex eruditiss. Montfauconi * palæographia Græca p. 375.

32. ΛΕΞΙΚΟΝ καὶ ϛοιχεῖον τ ἱερᾶς τέχνης πρῶτον ἑλληνιϛί. Incipit: ἀφροδίτης ϖϖέρμα ὄϛιν ἄνθος. Hoc lexicon sive glossas Chemicas totum suis locis idem Cangius utilissimo suo atque præstantissimo glossario inseruit, collatis etiam aliis ejusmodi glossis MSS. Lambecio itidem inspectis & Salmasio, ut dicere me memini lib. IV. c. 36. §. 9.

33. ΔΗΜΟΚΡΊΤΟΥ Φυσικὰ καὶ μυϛικά. ** Hic libellus Latine quidem ex versione Pizimentii prodiit, ut dixi p. 709. atque incipit à verbis: Ἡ Φύσις τῇ Φύσει τέρπεται, καὶ ἡ Φύσις τὴν Φύσιν νικᾷ, καὶ ἡ Φύσις τὴν Φύσιν κρατεῖ. In MS. meo autem præmittitur, OSTANEM Democriti in hac arte Magistrum suscitatum ab eo ex inferis, interrogatumque de arte, respondisse prohiberi se à dæmone, quominus hanc doceret, cæterum libros suos in templo reconditos exstare.

* Uti solet accidere cum procul auctoris conspectum res hujusmodi intricatæ & perplexæ typis dantur, multi nævi inter edendum irrepserunt, qui plerumque possunt incautum Lectorem in errorem deducere. Notæ quippe ut plurimum non vocibus per eas significatis respondent, sed aliis subsequentibus, ut hinc magna perturbatio oriatur. Literæ aliæ pro aliis positæ in signis hujusmodi omnia confundunt, notæ eædem cum explicationibus suis aliquando plus quam decies repetuntur. His omnibus mederi non potuit vir ille doctissimus (Cangius) & Galliæ decus, tum quia procul positus (nam Lugduni edebatur opus) editionem curare suam nequibat, tum quia vix dum in lucem glossarium prodierat, cum ille è vivis excessit. Nam si superstes hæc retractare potuisset, has utique mendas sustulisset: in extremis quippe laborans multa ab se in Glossario Græco recognita mihi transmisit, ut in exemplari suo emendarem, quæ vitio laborare: adderem quæ deficere jam ipse vel moribunbus animadverterat. *Hæc celeberr. Montfauconus.*

** Apud eundem pag. 375. *Democriti Physica Mystica de confectione Azymi* vitiose excusum pro *de confectione Auri.*

2011 Ministerio de Cultura

exstare. δύσκολον ἔχω λέγειν ἀπ᾽ ἀπιστέωντος αὐτῷ τ̃ δαίμονος. μόνον δὲ εὗρεν, αἱ βίβλαι ἐν τῷ ἱερῷ εἰσιν. Postinde scrutantibus nihil aliud repertum, quam verba illa. Eandem narrationem & idem scripti hujus, quod in MS. meo est initium, etiam Lambecius VI. p. 170. e Cæs. Codice annotavit, sed pro βαλὼν εἰς λίτρας ά πορφύρας, meus rectius habet: λαβὼν λίτρας σκωρίας ά. Qui porro in Latina Pizimentii versione Hepammenes est, in Græco rectius *Pammenes*, à quo didicisse se Democritus profitetur. αὕτη ἡ ΠΑΜΜΈΝΟΥΣ (πρᾶξις) ὅδ᾽ ἣν ἐπεδείξατο τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ ἱερεῦσι.

34. ΣΥΝΕΣΊΟΥ φιλοσόφ πρὸς ΔΙΟΣΚΟΡΟΝ ἱερέα τ̃ μεγάλ Σαραπιδος τ̃ ἐν Ἀλεξανδρεία, εἰς βίβλον ΔΗΜΟΚΡΊΤΟΥ ὡς ἐν σχολίοις. Hæc Synesii scholia in Democriti libellum Græce vulgavi Volumine VIII. hujus Bibl. p. 233. addita Latina Pizimentii, quæ sola lucem antea viderat cum Democrito, Pelagio, Psello, Patavii 1573. 8. & recusa etiam Norimbergæ 1717. 8. una cum recentis scriptoris tumba Semiramidis Hermetice sigillata. Ejusdem argumenti scriptum Synesianum ex Codice Bibl. Cæsarea versum Anglice exstat ad calcem Basilii Valentini in Anglicam conversi linguam Lond. 1678. 8. & Germanice curante Frid. Rothscholtzio, Silesio, Altdorf. 1718. 8. Meminit & Synesius de *Osiane* p. 234. & *Epibechii* p. 240.

35. ΣΤΕΦΆΝΟΥ Ἀλεξανδρέως οἰκουμενικ̃ φιλοσόφ κὴ διδασκάλ τ̃ς μεγάλης κὴ ἱερᾶς ταύτης τέχνης περὶ χρυσοποιΐας πράξεις sive lectiones IX. ad *Heraclium* Imp. Prima incipit: Θεὸν τῶν πάντων ἀγαθῶν ἥλιον κὴ βασιλέα τῶν ὅλων κὴ τ̃ ἐξ αὐτ̃ πρὸ τῶν αἰώνων ἐκλάμψαντα μονογενῆ Υἱὸν συν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ὑμνήσαντες. De his lectionibus Stephani, Christiani scriptoris ex versione Pizimentii Latine pridem editis dixi supra p. 694. ex quibus excerpta tantum leguntur in meo Codice, sed πράξεις integræ supersunt Græce in Codicibus Cæsareis, Regiis, aliisque. Post praxin sive lectionem secundam solet sequi *Epistola ad Theodorum*, quæ in Cæsareo Codice incipit: περὶ τ̃ ἀρχ̃ γνῶθι ὡς πολλὰς γεωργὰς ἀχρήστας ἔχει καὶ εἰ μὴ &c. Ex hac Epistola in meo MS. apographo legitur hoc excerptum: ἄλλο ἐστὶν ἡ μυθικὴ χυμία, ἄλλο ἡ μυστικὴ κὴ ἡ κρυπτή. Καὶ ἡ μὲν μυθικὴ πολυσημάτων λόγων συγχέεται, ἡ δὲ μυστικὴ λόγῳ δημιουργίας κόσμον μεθοδεύει, ἵνα ὁ Θεόφρων κὴ Θεογενὴς ἄνθρωπος διὰ τ̃ς ἐνθέας ἐργασίας κὴ Θεολογικῶν κὴ μυστικῶν λόγων μανθάνῃ.

2011 Ministerio de Cultura

36. ΚΟΜΑΡΊΟΥ φιλοσόφου ἀρχιερέως διδάσκοντος τὴν ΚΛΕΟΠΆΤΡΑΝ τὴν θείαν καὶ ἱερὰν τέχνην τοῦ λίθου τῆς φιλοσοφίας. Scriptor Chriſtianus eſt, ſed ex Comario Philoſopho Ethnico hauſiſſe, quæ refert vult videri. ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ πάσης κτίσεως δημιουργὸς, ὁ μακάριος καὶ ἀεὶ Ἀμήν. ὑμνοῦμεν, εὐλογοῦμεν, αἰνοῦμεν, σεμνυνόμεν τὸ ὕψος τοῦ βασιλείας σου. Φώτισον τὸν νοῦν καὶ τὰς καρδίας ἡμῶν, ὅπως καὶ ἡμεῖς δοξάζειν σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, καθὼς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιοῦντι Πνεύματι νῦν καὶ εἰς αἰῶνας. Ἀπαρξώμαι ταύτης τῆς βίβλου τῆς ἡλιακῆς καὶ σεληνιακῆς γραφίδος τοῦ ποιηθέντος παρὰ ΚΟΜΑΡΊΟΥ τοῦ φιλοσόφου καὶ ΚΛΕΟΠΆΤΡΑΣ τῆς σοφῆς περὶ κρίσεως &c. Colloquentes finguntur cum Cleopatra non Comarius tantum, ſed & Oſtanes atque alii. ἀποκριθεὶς δὲ ΟΣΤΆΝΗΣ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ εἶπον πρὸς τὴν Κλεοπάτραν - - θεωροῦντες δὲ οἱ φιλόσοφοι &c. Tamen ſcriptor eos inducit ad Cleopatram dicentes: ἐξέστησας ἡμᾶς ὦ Κλεοπάτρα εἰς ὃ ἐλάλησας ἡμῖν. μακαρία γὰρ ὑπάρχει ἡ σὲ βαστάσασα κοιλία.

37. ANONYMI breve apoſpaſmation de vaſis.

38. ΖΩΣΊΜΟΥ τοῦ Πανοπολίτου. Incipit: ὑσίας ἐκάλεσεν ὁ ΔΗΜΌΚΡΙΤΟΣ τὰ δ' σώματα. In eodem apoſpaſmatio ΕΠΙΒΗΧΙΟΣ laudatur.

39. ANONYMI de dracone ὑροβώρῳ.

40. ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ. Incipit: ὅτε οἴδεις τὰ πάντα ἀποδὸν γενόμενα, τότε νόει ὅτι καλῶς ἔχει.

41. ΖΩΣΊΜΟΥ τοῦ Πανοπολίτου γνησία γραφὴ περὶ τῆς ἱερᾶς καὶ θείας τέχνης τῆς ☉ καὶ ☽ ποιήσεως κατ' ἐπιδομὴν κεφαλαιώδη. Incipit: λαβὼν τὴν ψυχὴν τοῦ ☿ τὴν ὑσαν ἐπάνω τοῦ ὕδατος τὸ ☽ ποίησον σῶμα πνευματικόν. In hoc apoſpaſmatio laudatur ΜΑΡΊΑ.

42. ΑΝΩΝΎΜΟΥ (fortaſſe PELAGII) Incipit: λάβε τὰ λευκὰ καὶ ξανθὰ τῶν ὠῶν &c.

43. Αἴνιγμα τοῦ φιλοσοφικοῦ λίθου ΕΡΜΟΥ̃ καὶ ΑΓΑΘΟΔΑΙΜΟΝΟΣ. ἐννέα γράμματ' ἔχω &c. De hoc ænigmate dixi ſupra p. 696. ſeq. Illud præter Olympiodorum ſupra n. 20. reſpicit etiam Democritus apud Cedrenum p. 121. ὅτε καὶ Δημόκριτος ἐγνωρίζετο φιλόσοφος, ὃς ἐδίδασκε περὶ τοῖς ἄλλοις ὅτι δεῖ τὴν φιλοσοφεῖν ἐθέλοντα πάντων ἀπέχεσθαι κακῶν, σωφροσύνην ἀσκεῖν, καὶ πάντα ὀρθῶς νοεῖν καὶ

2011 Ministerio de Cultura

καὶ περάτων, καὶ ὅτως ἔστι τὸ ΕΝΝΕΑΓΡΑΜΜΑΤΟΝ μαθεῖν. καὶ ὅτως φησὶ, ὄψει τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸν ἀπαθῆ παθητὸν νεοφανῆ.

44. ΙΩΑΝΝΟΥ Ἀρχιερέως τοῦ ἐν ἐβαγία (apud Cangium in ποίησις, τοῦ σκευασίας τοῦ θείας, sed Lambec. VI. p. 175. τοῦ ἐν εὐαγίᾳ τοθίας) περὶ τοῦ θείας τέχνης. Incipit: ἐὰν μὴ ἡ σύγκρασις τῶν στερεῶν ἀποτελεσθῇ, εἰς κενὸν καὶ μάταιον πᾶς πόνος ⊂ κάμα]⊃ λογισθήσεται ἡμῖν.

45. ΖΩΣΙΜΟΥ Θηβαίου μυστικὴ βίβλος. Incipit: ἔνθεν βεβαιῶται ἄλλη τις βίβλος. ΖΩΣΙΜΟΣ Θεοσεβείᾳ χαίρειν. ὅλον τὸ τοῦ Αἰγύπτου βασίλειον, ὦ γύναι, ἀπὸ τῶν δύο τούτων τῶν τεχνῶν ἐστιν &c. Narrat in hoc apoſpaſmatio Zoſimus artem ab Ægyptiis diligentiſſime clam habitam, qui vero eam exercuiſſent, in Regum uſus id feciſſe, ſolis autem proditum Judæis, ut ex Olympiodoro retuli ſupra num. 20. Mentio libri Hermetis, cui titulus φυσικαὶ βαφαί, & Democriti, qui ſolus ex antiquis aliquid de arte prodiderit.

46. ΐΣΙΣ προφήτης τῷ υἱῷ ΩΡΩΙ. In hoc apoſpaſmatio, Angelus Amnaël docet myſterium Chryſopœiæ & per omnia ſacra adjurat myſtam illud aliis non prodere, quam formulam adjurationis dedi lib. V. hujus Bibl. p. 78. Aliæ jurandi formulæ his contrariæ in præſenti collectione num. 6. & 23.

47. ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ βίβλος ε, περὶ φυσικῶν τῶν τεχνῶν τῶν Αἰγυπτίων, περὶ φθορᾶς Περσικοῖς βίβλοις ἐγραψα τῇ κοινῇ Διαλέκτῳ πρὸς ἥνδε μάλιστα ἁρμόζονται. ἡ δὲ βίβλος ἐκ ἔστι κοινὴ, αἰνίγματα γὰρ ἔχει μυστικά &c.

48. Ανωνύμου. Incipit: ἐὰν τὸν χαλκὸν ἀσκίαστον ποιήσεις &c.

49. ΑΓΑΘΟΔΑΙΜΩΝ εἰς τὴν χρησμόν. ΟΡΦΕΩΣ συναγωγὴ καὶ ὑπόμνημα. Incipit: Ἀγαθοδαίμων ΟΣΙΡΙΔΙ χαίρειν· ἤδη σοι τοῦτο τέταρτον γράφω ἐκ τῆς ἀρχαίας χρησμοῦ &c.

50. Ἡ ΙΑΜΒΛΙΧΟΥ ποίησις.

51. Μῆνες Ῥωμαίων; Μάρλιος Φαμενώθ &c.

52. Ἀνωνύμου περὶ τῆς τιμιωτάτης καὶ πολυφήμου χρυσοχοϊκῆς, περὶ τοῦ λαγαρῆσαι τὸ χρυσίον καὶ ἄργυρον. περὶ τῆς κολλήσεως τοῦ ἀργύρου. περὶ τοῦ χρυσῶσαι &c. Huic loco conveniunt, quæ de arte aureis characteribus & liquore aureo ſcribendi olim frequentata, & de chryſographis notavit celeberrimus Montfauconus p. 5. Palæographiæ:

2011 Ministerio de Cultura

„Ars illa aureis characteribus ſcribendi, usque adeo frequentaba-„tur apud Græcos, ut multi hujusmodi artifices, qui χρυσογράφοι & „χρυσογραφεῖς vocantur, apud Scriptores memorentur. Sic Cedrenus „de Theodoſio Adramitteno, ἦτος ἦν χρυσογράφος, *hic erat Chryſogra-„phus*, ſive aureis litteris ſcribens. Simeon Logotheta de Artemio Imp. „τοῦτόν φασιν οἱ ἱστοριογράφοι, καὶ χρυσογραφέα εἶναι, *hunc narrant Hiſto-„rici Chryſographum fuiſſe.* In Cod. Regio 2137. laudatur Simeon Mo-„nachus & Chryſographus.

„Ars porro aureis litteris ſcribendi, χρυσογραφία dicebatur. Ex-„ſtat in Regia Bibliotheca Codex Græcus num. 618. hoc titulo, περὶ „χρυσογραμμίας, ubi ſtylo Græco vulgari & infimæ ætatis, docetur „quo pacto liquor ille aureus ad ſcriptionem ſit conficiendus. Item „apud Lambecium Biblioth. Cæſarea lib. 7. p. 95. memoratur Codex „inſcriptus, κατασκευὴ τῆς χρυσογραφίας, *Apparatus ad ſcriptionem auream*, „eodem, ut videtur, quo Regius argumento. Opuſculum autem hujus-„modi Græcobarbare ſcriptum cum verſione Latina ſubjicimus, excer-„ptum ex codice Regio, cujus numerus olim erat 618. nunc autem, „3178. ubi ſcriptores varii de auro conficiendo. Deſcriptus autem „fuit in Creta à Theodoro Pelecano Corcyræo, anno Chriſti 1478. ut in „fine legitur. Fol. 291. hæc habentur.

Περὶ χρυσογραμμίας ἕτερον.

Τρίψον βόλον ὥσπερ κυναβάρην, ἔπειτα ἔπαρον τοῦ ὠοῦ τὸ λευκὸν, καὶ θὲς εἰς ἀγγεῖον· καὶ βάλον ὕδωρ, τάραξον καλῶς, καὶ ἐξάφρυστον ὡς ὅτε να ἐυγῇ ὁ ἀφρὸς ὅλος. ἔπειτα βαλὼν ἀπὸ τοῦ ὕδωρ τοῦ ὠοῦ καὶ μίξον μετὸν βόλον· εἶθ' ὅταν θὲς ὅπου χρείζεις, καὶ ἀφ' ὅτου ξηραν θῇ, θὲς πάλιν ἔπάνω εἰς τὸν βόλον ἀπὸ τοῦ ὠοῦ τὸ λοιπόν· καὶ θέται (sic) τ' ἀέρα τὸν χρυσόν· καὶ ἀφότης ξηραν θῇ, ἐπάνω τρίβε καὶ θλίβοναι μετὸ (sic) παραχόνην.

Aliud Opuſculum de Aurea ſcriptione.

COntere bolum quaſi Cinnabarin. Deinde ſume candidum ovi, & in vaſi depone: immitte aquam, & valde commiſce, ſpumam ejice, ita ut tota exeat. Poſtea ex ovi aqua partem injice & commiſce cum toto bolo. Deinceps pone ubi opus eſt tibi. Cum autem exſiccatus fuerit, pone rurſum in bolo reliquam partem ovi, & expone aurum in aëre: & cum ſiccatum fuere, cum cote politum & fulgidum redde.

ΔΙΗ- ENAR-

2011 Ministerio de Cultura

ΔΙΗΓΗΣΙΣ

Περὶ τῦ ποιῆσαι χρυσᾶ κεφάλαια ἐν βιβλίοις.

Λαβε χρυσάφην καθαρὸν καὶ λέπινον, καὶ ἀνάμιξον μετ' ἀργυρίου ἐν πυρὶ εἰς τὸ χωνήν· εἶτα βάλε τιάφην καὶ ἀνάμιξον μετ' αὐτοῦ ὅπι μάρμαρον πορφυρῆν, καὶ τρίψον αὐτὰ ὅσον σοι δυνατόν, ἵνα γένηται ὥσπερ παπάλη, & θὲς αὐτὰ εἰς πηνάκιν ἀγανοτὸν πήλινον· καὶ θὲς αὐτὰ ἐν πυρὶ μαλθακὸν, καὶ σκέπασον μετ' ὀστράκε καθαρᾶ, καὶ ὅπιμελίθητι ἵνα ἐκκαῇ (sic) ἕως ἂ ἐρυθριάσει. ἔπειτα ψυχρὰν θήτω ἐν μαρμάρῳ πορφυρῆν, καὶ τρίψον μετ' ὕδατος πολλᾶ, καὶ μικρᾶ ἀπογναφείᾳ, καὶ σύναξον αὐτὰ, καὶ βάλε εἰς ἀγγεῖον καθαρὸν, καὶ ἔα αὐτὸ ὀλίγον, ἕως ἂ νὰ καθαρίσει κάτω· καὶ ῥίψας τὸ ὕδωρ πάλιν πλύνον αὐτὸ, ἕως ἂ καθαρισθῇ ἀπὸ τῆς ὕλης. καὶ ὅταν θέλῃς χράψεις, βάλε ἀφ' ἑαυτέρας κομίδιν μεθ' ὕδατος, καὶ σύγκαυσον μετὰ χρυσαφίου. εἶτα χράψον πρῶτον τὰ κεφάλαια. εἶτα πάθι ἕτερον μετ' ὤχρας ἀναμιγμένα μετὰ ἀγ κομιδίου, ἢ λαγχάνη μετὰ κυναβάρεως. ἐπάνω δὲ αὐτῶν τῶν κεφαλαίων χράφε μετὰ ζωγραφικᾶ κονδιλίου, ὡς ἔθος ὅπι τῶν κονδιλίων, καὶ ἀποτελεῖ τὰ χρυσᾶ.

ENARRATIO

De Arte conficiendi aurea capitula in Libris.

SUme aurum purum & commi-nue, miſceque cum argento in igne in vaſculo *conflatorio*: Deinde injice ſulphur & cum illo commiſce in marmore Porphyretico, & pro viribus contunde, ita ut fiat quaſi pulvis, & pone illud in paropſide figlina lævigata: admove igni exiguo, & operi operculo figlino mundo: curatoque ut calefiat, donec ruborem contrahat. Deinde cum frigidum erit, repone in marmore Porphyretico, & contunde cum aqua multa, & cum ſpongia (abſterge): poſtea collige & injicito in vaſculum mundum, & deſine modico tempore, donec infra demiſſum expurgetur: ac ejecta aqua, rurſum ablue illud, donec à materia emaculetur. Cum autem ſcribere voles, à veſpera injice gummi cum aqua, & cum auro calefacito. Deinde ſcribe primum capitula, tum pone aliud cum ochra ſeu flava materia & gummi commixtum, aut cum cinnabari. Supra autem ipſa capitula ſcribe cum penicillo pictorio, eodem modo quo penicilli adhiberi ſolent, & literas fac aureas.

2011 Ministerio de Cultura

Περὶ τ χρυσῶσαι ζῶα εἰς κόπανον, ἢ κλάδη ἢ ἄλλον ἕτερον, καὶ τὸ ἄλλον ἀχρύσωτον.

De modo inaurandi animalia in catino, aut ramos, aut aliud quidvis auri superficiem non habens.

ΛΑβὼν ὀστέα θηβαΐνας (sic), καῦσον αὐτὰ ἐν πυρὶ, ἕως ἂ πέφρωθῶσιν· εἶτα μίξον ὀλίγον γύψον μετὰ ψιμμυθίου, καὶ τρίψον καλῶς ἕως ἂν λειανθῶσιν. καὶ μίξον ἰχθυόκολλαν· θερμάνας τὰς χώρας ὅθεν βάλῃ χρυσώσαι, καὶ ἂν ξηρανθῇ, μετέπειτα δὲ χρύσονε τὸ ἕτερον.

OVilla offa combure igne, donec in cinerem convertantur: deinde immiſce parum gypſi cum ceruſſa, & probe contunde, donec tenuiſſima evadant, miſce ichthyocollam, ſive collam piſcis, & illini loca, quæ inaurare cupis, & poſtquam ſiccata fuerint, reliquum inaura.

„Artis aureas literas conficiendi, ut hic edocetur, periculum nu„per fecit quidam è noſtris, harumce rerum peritiſſimus: qui rem ſibi „probe ceſſiſſe renunciavit, & ſpecimen aureæ ſcriptionis, ſecundum tra„ditam hîc normam confectæ, nobis obtulit. *Hactenus eruditiſſimus Mont-fauconus.*

53. ΡΙΝΑΛΔΩΝ - - - φησὶ θεὶ τ χυμευτικῆς τέχνης. λειώσατε τὰ σώματα εἰς ὕδωρ &c.

54. ΙΩΑΝΝΟΥ τ Δαμασκηνὸ ἐκ τ διόπτρας. Verſus XV. politici:

λοιπὸν, Κυρία, ἄνες μοι, μή μοι κόπτε παρέχῃς
πολλὰ λαλεῖν δ' δύναμαι εἰς ὧτα βεβυσμένα
τὸ γὰρ συνάξαι τῶν βροτῶν τὴν φθαρεῖσαν ὐσίαν
τὴν γενεάν τε καὶ ῥευστὴν καὶ κάτω πατουμένην
μετὰ τ ἄνω ὑψιλῆς τ θεσ τε καὶ λόγου
τοῦτό ἐστιν ὃ ἔρηκα μειζόνως δοξασθῆναι
ὥσπερ μολίβδου καὶ χρυσοῦ πόρρω ἀφεστηκότων
ἀσφιστομένων ἐξ ἀμφοῖν ἀσεχισμένων λίαν,
Εἶτα σοφός τις τεχνουργὸς δεῖξαι θελήσας τοῦτο
τὴν τεχνικὴν ἐνέργειαν καὶ δεξιὴν ὄντως,
αὐτὸν λαβὼν τὸν μόλιβδον καὶ χωνεύσας τοῦτον γε
καὶ ἀναπλάσας τὸν αὐτὸν χρυσὸν ὄρυζον δείξει:
Τοῦτό ἐστι τὸ θαυμαστὸν καὶ ξένον ὥσπερ λίαν
ὅτι χρυσὸς γὰρ οὐκ ἦν τὸ πρίν, νῦν δὲ χρυσὸς πέλει,
ὃ δ' οὐκ ἦν καὶ γέγονεν ὥσπερ οὐκ ἦν τὸ πρῶτον.
Ὢ τῆς πολλῆς χρηστότητος, ὢ τῆς δεξιότητος!

55. Ἀνωὰ

2011 Ministerio de Cultura

55. Ἀνωνύμου περὶ χρ ὠῶν. Incipit: οἱ παλαιοί φασιν περὶ χρ ὠῶν, οἱ μὲν λίθον - - οἱ δὲ χρ κόσμου μίμημα &c.

56. ΤΟΥ ΙΕΡΟΘΕΟΥ περὶ λίθου τῶν φιλοσόφων, versus Jambici CCXXX. Incip.

ἀπαίρξομαι πρώτως ἐυφραδεστάτου
Εἰπὼν λίγου πόνημα &c.

Vide & supra n. 17. 25. & de Cæsareo Codice Lambecium VI. p. 191.

57. Ἀνωνύμου ἀρχὴ τῆς κ τῶν ἔργων ἐξηγήσεως. Incipit: λαβὲ τὰ λευκὰ καὶ ξανθὰ τῶν ὠῶν &c. τοῦ ὕδατος ἐργασία καὶ χρ ἀρσενικοῦ ὄξους. ὀνομαθοποιΐα αὐτοῦ. ἀρχὴ τῆς ἐργασίας χρ ἀέρος. ὀνομασία αὐτοῦ. ἀρχὴ τ ἐργασίας χρ πυρός. ἀρχὴ τ ἐργασίας τ γῆς, ἤτοι τῆς παγκράτους ἀσβέστου. ὀνομαθοποιΐα αὐτῆς. ἡ ἕνωσις τῶν τεσσάρων στοιχείων. ὀνοματοποιΐα χρ ὠῶν, αὐτὸ γάρ ἐστιν τὸ μυστήριον τῆς τέχνης.

58. Ἀνωνύμου περὶ τ θείας τέχνης τῶν φιλοσόφων. Incipit: ἡμεῖς μὲν ἐν αἰνίγμασιν γράψαντες - - Laudat *Philosophum*, intelligens *Democritum*, & *Cleopatræ* βραχεῖαν ἐξήγησιν.

59. Χρυσοποίησις. σκευασία ἀφρονίτρου χρ ζητοῦμεν εἰς τὰς κολλήσεις ☉ καὶ ☽ καὶ ♀. Κινναβάρεως σκευασία.

IV. Index Græcorum (*) Chemicorum, de quibus hactenus dictum.

Africanus. Julius Africanus, qui in cestis suis etiam Chemica attigit. Confer Reines. p. 352. Var. Lect.

Agatharchides de aurifodinis in Ægypto & Æthiopia, supra p. 749.

Agathodæmon, n. 20. 26. 31. 32. 43. 47. & in Græco qui hic subjicitur indice.

Ano-

(*) In Codice Regio Paris. 618. apud Cangium in ποιητής & Gothano apud Reines. p. 155. Var. Lect. γίνωσκε ὦ φίλε καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ποιητῶν. ἀρχὴ Πλούτων, Ἀριστοτέλης, Ἑρμῆς, Ἰωάννης ἱερεὺς τ σκευασίας τ θείας, Δημόκριτος, Ζώσιμος ὁ μέγας, Ὀλυμπιόδωρος, Ἐλέφανος ὁ φιλόσοφος. Σοφὰρ ὁ ἐν Περσίδι. Διόσκορος ὁ ἱερεὺς χρ μεγάλης Σαραπίδος χρ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὁ Ὀσάνης ἀπ' Αἰγύπτου καὶ ὁ Κομάριος ἀπ' Αἰγύπτου, ἡ Μαρία καὶ ἡ Κλεοπάτρα ἡ γυνὴ Πτολεμαίου

2011 Ministerio de Cultura

Anonymus, n. 5.9.12.13.22.37.39.42
Anonymus περὶ χρυσογραφίας sive de arte aureis characteribus scribendi, p. 772.
Apollonidem Chemicis accenset Reinesius p. 380. Var. Lect. Vide tamen Rever. Wolfii notas ad Theophilum Antiochen. p. 92.
ὁ ἀρχαῖος, Zosimus, n. 19.
Archelaus, n. 18. & in Græco indice. Huic plurimum tribuit Borrichius conspectu scriptor. Chem. § 11. Morhofio videtur, qui περὶ θαυμασίων ab Antigono citatur. Sed longe junior est.
Aristoteles, p. 756. & in Gr. indice. de Alchymia, Arabice memoratur à Labbeo p. 255. Bibl. nov. MSS.
Athenagoras. Volum. VI. huj. Bibl. p. 803. seq.
Aureum vellus, Svidas in δέρας ex Joanne Antiochensi, Salmas. p. 1097. in Solin. Hadr. Junius V. 12. animadvers.
Christianus, n. 3. 4.
Chrysogonus Polydorus. Labbe p. 197. Bibl. novæ MSS.
Claudianus, Græcis Chemicis accensetur in Græco indice & à Borrichio p. 97. de ortu & progressu Chemiæ. Etiam Latinus Poëta Claudianus in carmine de raptu Proserpinæ Chemicum artificium tegit, si Jo. Nic. Furichio credim⁹.
Cleopatra, conjux Ptolemæi Regis, n. 30.36.54. p. 759. & Lamb. VI. p. 174. 178.
Comarius Ægyptius Philosophus, n. 36. & in Græco indice.
Cosmas Hieromonachus, n. 10.
Democritus, n. 4. 7. 20. 26. 33. 45. 47. 54. p. 757. & Lambec. VI. p. 168.
Dioscorus, sacerdos magni Serapidis Alexandriæ, ad quem Synesius, n. 34. & p. 752.
Epibechius, n. 7. 34. & in Græco indice. al. Ἐπιβόχιος vel Ἐπιβύχιος, vel Pebechius etiam, vitiose.
Eugenius, n. 24. & p. 751.
Heliodorus, n. 1. & p. 751. Borrichius conspectu scriptorum Chemicor. § 13. (an idem ad quem Synesii Epist. 17. & 107.?)
Heraclius Imperator ad quem Stephanus, p. 695. n. 35.
Hermes, n. 20. 26. 43. 45. Lambecius VI. p. 175.
Ἑρμαϊκὴ λύρα, n. 6.
Hierotheus Philosophus, (Lambecio videtur is, cujus isagoge in scalam μαῆς ☿ βασιλέως, Πορφύριος καὶ Ἐπιβύχιος, Πελάγιος, Ἀγαθοδαίμων, Ἡράκλειος ὁ βασιλεὺς, Θεόφρας☿, Ἀρχέλα☿, Πεζάσι☿, Κλαυδιανὸς, ἀνεπίγραφ☿ φιλόσοφος, Μένος ὁ φιλόσοφος, Πάνσευρις, Σέργιος. Οὗτοί εἰσιν οἱ παλαιοὶ καὶ οἰκουμενικοὶ διδάσκαλοι καὶ νέοι ἐξηγηταὶ τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους. αἱ δὲ χῶραι ἐν αἷς τελεῖται τὸ θεῖον ἔργον τοῦτο, Αἴγυπτος, Θεφάκις, Ἀλεξάνδρεια, Κύπρις, καὶ εἰς τὸ ἱερὸν ☿ Μέμφεως.

2011 Ministerio de Cultura

ſcalam Jo. Climaci exſtat MS. in Biblioth. Vindob.) n. 17. 25. 52.
Borrichius conſpectu ſcriptor. Chemicorum § 10.
Jamblichus, n. 46.
Liber ἰμὲθ, Zoſimi ad Theoſebiam ſororem, p. 755.
Joannes, Sacerdos ſive Pontifex, n. 26. 44. & p. 776. Lambec. VI. p. 175
Joannis Damaſceni ἐκ τ διόπτρας, n. 50.
Iſis ad Horum filium, n. 46.

Ad Leucippum ſcribit Democritus, n. 47.

Maria, n. 3. 7. 20. 26. 41. p. 757. & 776
Menes Philoſophus, (al. Μέν.) pag. 776.
Michaël Patriarcha, ad quem de modo conficiendi aurum ſcripſit Michaël Pſellus. Labbe p. 199. Bibl. novæ MSS.
Moſes ὁ προφήτης ἐν τῇ οἰκείᾳ χημευλικῇ τάξει, n. 9. 23. Lambec. VI. p. 189.
Neophytus Monachus Cod. Reg. Pariſ. * 618. & 957.
Nicephorus Blemmydes, περὶ χρυσοποιΐας, καὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν, &c. MS. in Bibl. Regia Pariſ. vide Labbeum Biblioth. nova MS. p. 129. & Petri Borelli Bibl. Chemicam p. 48.
Olympiodorus, n. 20. 26. 40. p. 754. & 776.
Orpheus, n. 47. Ὀρφαϊκὸν ὁμοούσιον, n. 6.

Oſiris. ad Oſiridem ſcribit Agathodæmon. n. 47.
Oſtanes Medus, Democriti præceptor, n. 4. 15. 33. 34. 36. p. 757. & 776.
Ἡ μεγάλη τέχνη τῶν παλαιῶν, n. 11.
Pammenes, n. 33. p. 757.
Paraſeuris, p. 776.
Pappus, n. 23. Lambec. VI. p. 188.
Pebechius vide Epibechius.
Pelagius, n. 19. & p. 776.
Petaſius, Rex Armeniæ, n. 15. 20. p. 776.
Philippus Sidetes. Vide Lambecium VI. p. 179.
Philonis Philoſophi Chemica memorat Labbeus pag. 218. Bibl. novæ MSS.
Philoſophus anepigraphus, p. 775. (Democritus n. 54.) vide Borrich. conſpect. ſcriptor. Chemic. §. 12.
Plato, p. 756. & 775.
Porphyrius, p. 776.
Ptolemæi Bibliothecæ, n. 20.
Mich. Pſellus, n. 28. & p. 759.

Rinaldus, n. 49.

Salmana, n. 8.
Salomo, n. 3. 26.
Apollonidis liber Σεμνοθέι. Reineſ. Var. lect. p. 380.
Sergius, n. 4. p. 776.
Sophar Perſa, Magiſter Oſtanis Medi, p. 776.
Stephanus Philoſophus Alex. n. 23. 26. 35. p. 694. 757. & 776.

2011 Ministerio de Cultura

Ejus *πεφάξεως*, Morhofius p. 102. polyhiſt. *proceſſus* interpretatur. Et conſtat ſane vocem illam paſſim ita in Chemicorum libris accipi. Sed ſi quis Stephanum evolvat, videbit neutiquam ab eo novem tradi proceſſus, ſed potius novem *πεφάξεσι* hoc eſt lectionibus, ut p. 694. expoſui, argumentum, quod ſibi propoſuit, illuſtravi.

Syneſius n. 34. & p. 752. Lambecius VI. 172. ſeq.

Petrus Theoctonicus de methodo Alchemiæ, memoratus Labbeo p. 129. 272. Bibl. novæ MSS.

Theodorus ad quem Stephanus, n. 35.

Theophraſtus, n. 16. & p. 776. Lambec. VI. p. 191. Borrich. conſpectu ſcriptor. Chemic. §. 9.

Theoſebia ad quem Zoſimus, n. 45.

Xiphilinus, Patriarcha CPol. n. 28.

Zachlas, Propheta Ægyptius, apud Apulejum 2. Metamorphoſ.

Zoſimus Thebanus, Pelagio *ὁ δεξιᾶς*, n. 19. aliis *ὁ μέγας*, p. 776. & n. 45.

Zoſimus Panopolites, (idem fortaſſe quem cum Pelagio interfecit Zeno Imp.) n. 1. 3. 4. 7. 14. 20. 21. 26. 27. 29. 38. 41.

Hæc de Græcis Chemicis dicta ſufficiant, quam artem à Græcorum curioſioribus adhuc impigre exerceri Borrichio confeſſus eſt Allatius, Græcus gente, qui cum Latina verſione ſcriptores hujus argumenti in lucem dare voluit. Vide Borrichii conſpectum Chemicorum §. 14.

V. Non minus dolendum eſt illam Allatii voluntatem in edendis Chemicis, quam Jacobi Tollii in vulganda *Chirurgorum* Græcorum collectione interceptam fuiſſe, qui hanc ex Codice Florentino cum Vidi Vidii partim (de quo ſupra p. 707.) cum ſua verſione editurum ſe promiſit in litteris ad Frid. Benedictum Carpzovium *τὸν μακαρίτην* datis Florentiæ 1687. Id. Novembr. Conſtat autem præter illa, quæ Vidio debemus, necdum vulgatam iſtam *συναγωγὴν*, aſſervari Græce in variis Bibliothecis * Italiæ, Galliæque. Auctor collectionis *Nicetas* Medicus, ſcripta, ex quibus illa, iconibus etiam iliuſtrata conſtat, ſunt præter *Hippocratis*, *Dioclis*, *Amyntæ*, *Nymphodori*, *Pauli* ** *Æginetæ* & *Palladii* nonnulla, *Ruſique* Epheſii,

HAIO-

* De Codice Florentino in Bibl. S. Laurentii vide Bartholinum de tibiis veterum p. 349. Jac. Sponium itineris in in Græciam p. 14. edit. Germanicæ, D. Guntherum Chriſtoph. Schelhammerum ad Herm. Conringii introduct. in artem Medicam pag. 402. Georgii Paſchii de novis inventis p. 309. De Codicibus Gallicis meminit Labbeus Bib. nov. MSS. p. 152 ſeq. 211.

** Pauli iatroſophiſtæ liber de fracturis earumque differentiis MS. Græce etiam in Bibl. Auguſtana.

2011 Ministerio de Cultura

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων. περὶ τιρηδονισμοῦ κραυίου. περὶ ὀστώδους ἐκφύσεως. περὶ ἀκρωτηριασμοῦ. περὶ τῶν κατὰ τὰς δακτύλους συμβαινόντων.

ΓΑΛΗΝΟΥ περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ καταγμάτων.

ΑΡΧΙΓΕΝΟΥΣ περὶ ὑποδραμόντος αἵματος. περὶ τῆς τῶν ῥαφῶν διαστάσεως περὶ τῶν ἀφαιρεθησομένων μερῶν.

ΟΡΕΙΒΑΣΙΟΥ ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ καταγμάτων καὶ ἐξαρθρημάτων. περὶ ἐπιδέσμων.

ΑΝΤΙΛΛΟΥ περὶ ὑδροκεφάλων.

ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ ἐν βιβλίῳ ὅτι καὶ διὰ νόσον χρονίαν ἐξαρθροί γίνονται.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ Κιτιέως ἐκ τῆς περὶ ἄρθρων πραγματείας.

ΣΩΡΑΝΟΥ περὶ σημείων καταγμάτων καὶ κραυίου. περὶ ἐπιδέσμων.

Etiam Latinam verſionem Chirurgicorum MS. in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi memorat Labbeus Bibl. nova MSS. p. 277. & libros duos Chirurgicorum collectos à *Magno*, (illo ni fallor de quo Eunapius) fuiſſe apud Scipionem Tettium, docet p. 385.

VI. Præter Actuarium, Magnum & Theophilum ſive Philotheum & Stephanum Alex. *de urinis*, quos ſupra retuli, plures adhuc exſtant manu exarati Græci ſcriptores, ut *Abitianus* neſcio quis de urinis & pulſibus quem memorat Labbeus p. 122. Bibl. novæ MSS. *Athenæus*, Ἀθηναίου περὶ ὕρων σύνοψις ἀκριβής, qua uſus Cangius, ex Cod. Colbert. 3614. *Conſtantinus* Africanus περὶ ὕρων in Bibl. Cæſarea. *Joannes* Epiſcopus Priſdryanorum circa Bulgariam (Περισδυανῶν) περὶ ὕρων διάγνωσις καὶ πραγματεία ἀκρι βής Cod. Reg. 3497. *Maximi Planudæ* de urinis, *Meletius* Monachus de urinis & differentia urinarum, verſibus politicis. Cod. Reg. 3175. *Nicephori Blemmydæ* cantica Medica de urinis & de phlebotomia, in Bibl. Cæſarea. *Anonymi* περὶ κλοκίων ἀῤῥώστων de matulis ægrotantium Cod. Colbert. 3614. μέθοδος τῶν ὑαλίων Γαληνοῦ φιλοσόφου. ibid. σύνοψις ἀκριβεστάτη περὶ ὕρων ἑρμηνευθεῖσα ἐκ τῆς ἰατρικῆς τέχνης τῶν Περσῶν. Cod. Colbert. 4230. & in Bibl. Cæſarea. *Piropuli* (Πειροπούλου) & aliorum in Bibl. Coisliniana p. 448.

2011 Ministerio de Cultura

VII. Latent & alii adhuc Græci Medici in Bibliothecis, quos viri docti quibus facultas datur inſpicere, ſi digni videantur editione, publicæ luci non invidebunt: *Ælii Promoti* Alexandrini Medici liber περὶ ἰοβόλων καὶ δηλητηρίων φαρμάκων MS. in Bibl. Vaticana, ex quo nonnulla profert Hieron. Mercurialis III. 4. Var. lect. illa tamen non eſſe antiqui illius, (Oſtanis Magi diſcipuli, qui Xerxi in Græciam trajicienti, teſte Plinio XXX. 1. comes adfuit,) ſed Æſchrionis Empirici, quem præceptorem ſuum laudat Galenus, vide diſputantem Antonium Poſſevinum XIV. 17. Bibl. ſelectæ p. 163.

Actuarii & *Aëtii*, quæ non ſunt in vulgatis libris, nec non *Adamantii*, *Africani*, *Dioſcoridis*, *Sorani* & aliorum de menſuris ac ponderibus, inedita memorat Labbeus p. 123. Bibl. novæ MSS.

Alexandri Sophiſtæ liber de temperatura & mixtione herbarum ſacrarum. Bibl. Bodlejan. codice Baroccian. 150.

Anonymi περὶ τροφῶν σύνταγμα ad Imp. Pogonatum Cod. Reg. Pariſ. 2147.

Ἑρμηνεία βοτανῶν Γαληνῷ περὶ φαρμάκων, Cod. Reg. 2146. alius botanicus Anonymus, Cod. Reg. 2104. Anonymorum gloſſæ lexicaque botanica & iatrica in variis Codd. Et περὶ λίθων δυνάμεων Codd. Reg. * 945. &*2206.

Ex *Antonii Camtacuzeni* Obſervationibus Medicis excerpta in Biblioth. Cæſarea.

Archigenis & *Philagrii* de calculis in renibus cum remediis ad calculoſos.

Bothri, Regis Perſarum, de utilitate & remediis è vulture.

Calliſti de Antidotis, trochiſcis, emplaſtris, oleis, in Bibliotheca Cæſarea.

Conſtantini Meliteniotæ antidotarium ex Medicamentis Perſicis: αἵδε αἱ ἀντίδοτοι ἐμεθερμηνεύθησαν ἐκ τῶν Περσῶν εἰς τὴν Ἑλλάδα ὑπὸ Κωνσταντίνου ἱερέως τοῦ Μελιτηνιώτου. Cod. Reg. 2686.

Conſtantini Rhegini, poſtea Monachi Caſinenſis ἐφόδια τῶν ἀποδημούντων *viaticum peregrinantium* ex Syriaco, libri VII. de morbis omnis generis curandis, MSS. in Bibl. Cæſarea (Lambec. VI. p. 125.) Regia Pariſ. & Colbertina.

Didymi

2011 Ministerio de Cultura

Didymi Alex. de marmoribus & lignis omnium generum.

Euphemi Siculi & *Philippi* Xeri, Rhegini compositiones medicamentorum.

Georgii Sanginaticii, Consulis Romani & Comitis Lateranensis, ὀνομασίαι τῶν μελῶν τ ἀνθρώπ ad Nicolaum V. Papam (circa A. C. 1450.) versibus politicis. Hic est *Hypatus* de partibus corporis humani, quem citat Cangius in ἀκακία & alibi, ex Cod. Reg. * 1510. Ejusdem de pulsibus. id.

Heronis Philosophi florilegium de re Medica.

Hierophili Sophistæ περὶ τροφῶν κύκλος τὸ ποίοις δηλοῖ χρᾶσθαι ἑκάστῳ μηνὶ καὶ ὁποίοις ἀπέχεσθαι. Cod. Barocc. 150. in Bibl. Bodlej.

Hippocratis Epistola ad Ptolemæum Regem de structura hominis. Labbe pag. 124.

Hypati, vide supra in Georgio.

Joannis Damasceni de pharmacis ad purgandum idoneis. in Bibliotheca Cæsarea.

Joannis iatrosophistæ λόγ καὶ ποίημα πάντων τῶν παθῶν καὶ τῶν ἀδόλων τὰς θεραπείας πρὸς ἓν ἕκαστον τὴν τάξιν. Capitulis CCLII. Cod. Reg. Paris. * 126.

Joannis Episcopi Prisdianensis excerpta ex antiquis Medicis collecta. Labbe p. 125.

Leonis Philosophi & Medici synopseon iatricæ, seu Medicinæ libri VII. ad quendam Georgium. in Bibl. Cæsarea & Cod. Reg. 3511.

Marcelli περὶ σφυγμῶν, in Bibl. Cæsarea.

Melani Cocini κοκίνου excerpta iatrica ἑρμηνεία πάνυ ὠφέλιμ εἰς τὸν πυρετόν. Cod. Reg. * 1261.

Meletius in aphorismos Hippocratis.

Mich. Pselli definitionis Medicæ & Medicarum quæstionum solutiones, & περὶ καινῶν ὀνομάτων ἐν νοσήμασι. Cod. Reg. 3502.

Ejusd. πόνημα ἰατρικὸν ἄρισον διὰ ἰάμβων. ibid. περὶ γεωργικῶν. ibid. Synopsis artis Medicæ ad Constantinum Porphyrogenitum capitulis CXVIII.

2011 Ministerio de Cultura

Neophyti Monachi collectanea iatrica capitulis DCXLIV. Antiballomena cum nominum Perſicorum explicatione. *περὶ βοτανῶν καὶ ἄλλων τῶν παντοίων εἰδῶν θεραπευτικῶν φόχειρ καὶ χρήσιμ εἰσαγωγή.* Cod. Reg. 957.

Nicephori Blemmydæ varia opuſcula Medica in Bibl. Cæſarea.

Nicomedis iatroſophiſtæ Lexicon. Cod. Reg. 2147.

Olymnii Alexandrini fragmentum de diebus criticis. Labbe p. 126.

Romani Κυβικλησίς ſive Cubicularii de acutis & diuturnis morbis. in Bibl. Cæſarea.

Sethi lexicon botanicum in Bibl. Cæſarea.

Simeonis Magiſtri Antiocheni *περὶ πινων πετεινῶν καὶ νηκτῶν καὶ χερσαίων ζώων δυνάμεως.* Cod. Reg. * 957.

Stephani Magnetis empirica, Cod. Colbert. 1477.

Stephani Athenienſis de febrium differentia. in Bibl. Cæſarea.

Theophanis de diæta ad Conſtantinum Porphyrogenitum. in Bibl. Cæſarea & Cod. Reg. Pariſ. 2216.

Theophili Ἐπισυναγωγὴ *περὶ κοσμικῶν καταρχῶν.* Cod. Reg. 2137.

2011 Ministerio de Cultura

AD LECTOREM.

THEOPHILI
Protoſpatharii
DE
FABRICA CORPORIS HUMANI
LIBRI V.
GRAECE ET LATINE.

2011 Ministerio de Cultura

AD LECTOREM.

Dignam atque inexhauſtam intuentibus, corpus noſtrum quotidie offert materiem amandi admirandique Optimi Opificis, & Bonitatem Ejus, Sapientiam ac Potentiam aſſiduis laudibus prædicandi. Nam & de microcoſmo hocce & terrella, quam animus noſter incolit, vere affirmaveris, quod de majore mundo pronunciavit acutus ſcriptor Arabs, quem Philoſophi αὐτοδιδάκτῳ *nomine clariſſ. Pocokius vulgavit, illi eſſe ſeptuagies millenas facies, & faciei unicuique ſeptuagies millena ora, & unicuique ori ſeptuagies millenas linguas, quibus laudet eſſentiam unius illius Veri Entis, illamque ſanctificet ac celebret indeſinenter. Itaque à tot ſæculis, imo à tot jam millenariis annorum in eo occupata eſt fuitque laudabilis Anatomicorum innumerabilium induſtria, ut opificii hujus compagem & artificium penitius luſtratum accuratius explicent, atque oculis & conſiderationi omnium exponant: & plura adhuc non diffitentur relicta poſterorum indaganda ſtudio. Quanquam vero recentis ætatis attentio atque acumen multa non inficianda feliciter obſervavit, quæ priorum oculos & aciem fefellerunt: tamen & veterum in hoc minime contemnendum eſt ſtudium, pietas vero imitanda inprimis, qua ad laudem Conditoris omnia unice referre laborarunt. Qua in utraque parte princeps* Galenus *in opere incomparabili de uſu partium diligentis ac ſagacis obſervatoris, & pii hominis partes egregie implevit,* * *profeſſus hanc ſibi videri* τὴν ὄντως εὐσέβειαν *ac germanam pietatem, non ſi bene multas taurorum hecatombas offeras, ſed ſi noſcere ipſe prius ex DEI operibus ſtudeas, deinde & aliis demonſtres* οἵᾳ μὲν ἐστι τὴν σοφίαν, οἵᾳ δὲ τὴν δύναμιν, ὁποίᾳ δὲ τὴν χρηστότητα, *quanta ſit Sapientia, qua Potentia, qua Bonitate denique. Hujus operis Galeniani, prolixioris paullo, quam fert ſtomachus quorundam hominum, cum epitomen haud inſcitam compoſuerit Chriſtianus ſcriptor* Theophilus *protoſpatharius,* ** *eam rarius hactenus obviam reducere in lucem, ac ſtudioſorum etiam eorum, qui Medicæ arti ſe non conſecraverunt, lectioni commendare volui. Huic ſi quis alios vetuſtos ſcriptores de eodem argumento junxerit Græcos quidam* Gregorium *Nyſſenum,* Nemeſium, Chryſoſtomum, *(homilia XI. ad populum Antiochen.)* Theodoretum, *(lib. 3. ſeq. de Providentia)* Meletiumque, *& Latinos* Ciceronem, *(lib. 2. de Natura Deor. c. 53.)* Plinium *(libro VII. Hiſt. Nat.) &* Lactantium, *lib. de hominis opificio: næ is tempus non male collocaverit, ſed in ſe ipſo propius noſcendo amplum gaudendi ac de DEI Bonitate & Majeſtate exultandi campum habebit. Vale!*

* Vide librum IV. hujus Bibl. cap. 17. p. 550.
** De ſcriptore hoc ſupra p. 648. ſeq.

THEO-

2011 Ministerio de Cultura

ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣ.

Βιβλίον α'.

THEOPHILI
Protoſpatharii
De corporis humani fabrica,
Liber I.

Junio Paulo Craſſo, Patavino Interprete.

I.

Ὅτι μὲν πάντα τὰ ζῶα, τετράποδα καὶ ἑρπετὰ, πηνά τε καὶ ἔνυδρα τῇ νεύσει τοῦ Θεοῦ γέγονε, μαθεῖν ὅσιον ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς. Ἐξαγαγέτω γάρ φησιν, ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος, τετράποδα καὶ ἑρπετὰ, καὶ θηρία. καὶ πάλιν, Ἐξαγέτωσαν τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν κατὰ γένος, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ. Ὅτι δὲ μόνος ὁ ἄνθρωπος χειρὶ Θεοῦ ἐπλάσθη, καὶ τοῦτο μαθεῖν ἐστιν ἀπὸ τῆς ἁγίας γραφῆς. Ἔπλασε γάρ φησιν τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. συνθέτου οὖν τοῦ ἀνθρώπου γεγονότος παρὰ τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ τῆς μὲν ψυχῆς νοερᾶς οὔσης, καὶ ἀσωμάτου, καὶ ἀοράτου, τοῦ δὲ σώματος αἰσθητοῦ καὶ συνθέτου κατασκευασθέντος, εἴπωμεν περὶ τῆς συνθέσεως αὐτοῦ, πόθεν τε σύγκειται, καὶ ἐκ πόσων καὶ ποίων μορίων κατεσκευάσθη, καὶ τίς ἡ ἐνέργεια τῶν αὐτοῦ μορίων,

I.

Omnium animantium genera, quadrupedum, reptilium, volucrum, & aquam colentium, DEI arbitratu eſſe genita, divina nobis teſtantur volumina. Inquiunt enim: *Producat terra animam viventem per ſingula genera, quadrupedes, & reptilia, & feras.* Et iterum: *Producant aquæ reptilia animarum viventium per ſingula genera, & volatilia volantia ſuper terram, per ſtabilimentum cæli.* Hominem autem ſolum manu DEI creatum eſſe, nos docent ſacræ literæ; ajunt enim: *Hominem finxit, glebam terræ capiens, & in faciem ipſius afflavit ſpiritum vitæ, & factus eſt homo cum anima vivente.* Igitur cùm homo à DEO noſtri opifice ex anima & corpore conſtans factus fuerit, anima quidem intellectuali, & incorporea, & inviſili, corpore autem ſenſili & compoſito: de ejus compoſitione ſermonem faciamus, unde componitur, ex quot, & qualibus conſtat partibus, & quænam eſt ejus partium

2011 Ministerio de Cultura

μορίων, καὶ διὰ τίνος ἡ κίνησις αὐτῶν, καὶ διὰ ποίας αἰτίας τὰ τοιαῦτα ὕτως γεγόνασιν.

II. Ἔστιν οὖν τὰ μόρια τοῦ σώματος, τὰ μὲν ψυχικὰ, τὰ δὲ σωματικά τε καὶ φυσικά. τῶν αὐτῶν τὰ ψυχικῶν, τὰ μὲν κινητικὰ, τὰ δὲ αἰσθητικά. τὰ δὲ φυσικῶν, τὰ μὲν ζωτικὰ, τὰ δὲ θρεπτικά. κεφαλὴ δὲ καὶ χεῖρες, σκέλη, θώραξ, ὀσφὺς, μείζονα καὶ εἰσεκτικώτερα πάντων τοῦ σώματος μορίων γεγόνασιν. ἐν αὐτοῖς γὰρ πάντα τὰ μόρια εἰσέχεσθαι, τά τε φυσικὰ, καὶ τὰ ψυχικὰ, ζωτικά τε καὶ θρεπτικά. πρῶτον οὖν περὶ τῶν εἰσεκτικῶν μορίων εἴπωμεν, ὅπως πρεπόντως ἐχόμενα ἡ τε θέσις, καὶ ἡ διάπλασις αὐτῶν, καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ χρεία. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ αὐτῶν τῶν εἰσεκτικῶν μορίων, τὰ μὲν τοῦ ζῆν ἕνεκα γέγονεν, ὡς κεφαλὴ καὶ θώραξ καὶ ὀσφύς. τὰ δὲ τοῦ καλῶς ζῆν, ὡς χεῖρες καὶ πόδες. πρῶτα περὶ χειρῶν εἴπωμεν, ὅτι δεόντως κατεσκευάσθησαν. συνθέτων δὲ καὶ αὐτῶν ὀστῶν, ἔκ τε βραχίονος καὶ πήχεως, καὶ ἄκρων χειρῶν, δέξώμεθα τοῦ λόγου ἀπὸ τῆς ἄκρας χειρὸς, ὅτι εἰς ὄστοῦν ἥκει σοφίας ἡ τέχνη τοῦ φύσεως, ὡς μήπω πᾶσαν αὐτὴν εὑρῆσθαι ὄστοῦν χρόνον ζητηθεῖσαν ὑπὸ τηλικούτων ἀνδρῶν. ἐπεὶ δὲ ὕτως ὅσιν ὁ δημιουργὸς ἡμῶν σοφὸς, ὡς μὴ μίαν ἕκαστον τῶν αὐτοῦ γνωσθέντων ἔχειν χρείαν, ἀλλὰ καὶ δύο, καὶ τρεῖς, πολλάκις καὶ πλείους, διὰ

tium functio, & unde prodit earum motio, & quibus de causis hæc singula ad hunc modum instituta sunt.

II. Igitur alia corporis membra animalia sive animata sunt, alia corporea & naturalia: rursus ex animalibus alia moventia, alia sentientia: naturalium vero aliqua vitalia, aliqua nutrientia. Caput autem, manus, crura, pectus, lumbi, majora creata sunt, & capaciora inter cæteras corporis partes: his enim omnia membra continentur naturalia, animata, vitalia, & nutrientia. In primis itaque de continentibus partibus habeatur oratio, ut decenter eorum positus, forma, functio, & usus sese habeant. Cæterum, quoniam & ex his membris nonnulla vitæ causa creata sunt, ut caput, pectus, & ilia: nonnulla melioris vitæ, ut manus & pedes: prius de manibus sermo sit, appositè videlicet eas esse compositas. Cumque ex humero, cubito & summis manibus constent, à summa manu nostra ordiatur oratio: tantum videlicet sapientiæ atque artis in ea fabricanda naturam ostendisse, ut nondum tota à tam claris viris tanto tempore vestigata, inveniri potuerit. Cæterum quoniam conditor nostri DEUS adeo sapiens est, ut quicquid ab eo creatum est, pluribus usibus, non uni tantum, duobusve,

2011 Ministerio de Cultura

διὰ τὸ ῥᾶσον ἤδη τῶν ἀφανεστέρων τοῖς πολλοῖς παραλιπεῖν ἔνια. νόει δὴ μοι, καὶ τὸ ζῷον σῶμα μηδὲν ἀργὸν, μηδ' ἀκίνητον, ἀλλὰ πάντα παντοίαν ἔμπρακτον ἐνέργειαν ἐνεργοῦντα μετὰ τῆς σοφωτάτης κατασκευῆς, καὶ θείας αὐτοῖς δυνάμεως δημιουργὸν χαριζομένης. ἐπεὶ δὲ μὴ ἐνδέχεται τῶν μορίων ἐξευρίσκειν τὰς χρείας, ἀγνοουμένων τῶν ἐνεργειῶν, διὰ τοῦτο ἑκάστου τὰς ἐνεργείας ἀναμνήσαντες, ἐπὶ τὰς χρείας εὐθέως μεταβησόμεθα.

busve, aut tribus ſit accommodum: propterea jam facillimum fuerit, multos ex his quæ obſcuriora ſunt, prætermittere quæpiam. Tu igitur tecum cogita, in animalis corpore nihil eſſe ignavum, nihil immobile: ſed omnia variis modis decenter ſtructa, utilem operam præſtare, divinas facultates ipſis ſummo creatore largiente. At quia partium uſus ignoratis functionibus, inveniri nequeunt, ideo cujusque functionibus prius explicatis, ad uſus illico transibimus.

III. Διὰ τῶν χειρῶν ἄνθρωπος πολεμίοις ἀντιτάσσεται, ὅπλον θεὸθεν δημιουργὸν τὰς χεῖρας λαβών. δι' αὐτῶν καὶ ἱμάτιον ὑφαίνει, καὶ οἶκον, καὶ ναῦν κατασκευάζει, καὶ νόμους γράφει, καὶ βίβλους θεοῖς ὑπομνήματα συγγράφεται, καὶ ἄγρια ζῶα ὑποτάττει, τὰ μὲν θεοῖς ὑπηρεσίαν, τὰ δὲ τροφῆς ἕνεκεν. ὥστε ἐπειδὴ ἀντιληπτικὸν ὄργανον ἐδόθη ἡ χεὶρ τῷ ἀνθρώπῳ, παντοίων μὲν σχημάτων, παντοίων δὲ μεγεθῶν, καὶ ὅσον πέφυκεν ἀντιλαμβάνεσθαι, ἄμεινον ἦν αὐτῇ, ὡς καὶ γέγονε, σχισθῆναι πολυειδῶς. εἰς πολλὰ γὰρ σχισθεῖσα, καὶ οὐ πολὺ μείζονας ὄγκους ῥᾳδίως θιλαμβάνει, καὶ θηρᾷ τὰ σμικρότατα τῶν σωμάτων ἀκριβῶς. τοῖς μὲν γὰρ σώμασιν ἐπεκτείνεται, τῇ διαστάσει τῶν δακτύλων πᾶσα θιλαμβάνουσα. τοῖς μικροῖς δὲ ὀλίγη πρόσληψιν ἐπιχειρεῖ. διαδιδράσκει γάρ. ἀλλ' ἀρκεῖ θεοῖς ταῦτα δυοῖν

III. Per manus homo hoſtibus opponitur, arma à creatore manus accipiens: per ipſas & veſtem texit, & domum, & navem conſtruit, & leges ſcribit, & libros rerum monumenta componit, & feras animantes alias ad ſervitia, alias ad eſcam perdomat. Quare poſtquam homini manus data eſt, inſtrumentum variarum figurarum, variarum magnitudinum apprehenſivum, quatenus ad corripiendum naturaliter apta eſt, melius ipſi fuit, quemadmodum & eſt, multifidam eſſe: nam in multa ſciſſa partes, multo majores moles facilè complectitur, & minutiſſima corpuſcula diligenter aſſequitur, magna enim corpora digitis diſtentis undique ambiens comprehendit: exigua vero, non ipſa tota capere conatur: diffugerent enim: ſed ad hæc capienda,

2011 Ministerio de Cultura

δυοῖν δακτύλοιν τοῖς ἄκροις. ὡσαύτως δὲ καὶ πρὸς τὸ πολυειδῆ σχήματα περιλαμβάνειν καλῶς, ἔφυσαι πολυειδῶς. καὶ γὰρ ἐπὶ τὸ σφαιροειδὲς, σφαιρῶδαι δύνανται, καὶ κύκλον αὐτὸ περιλαμβάνουσα, καὶ τὰ εὐθῆ ἢ κοῖλα, ἀσφαλῶς περιλαμβάνει. ἐπεὶ δὲ πολλὰ τῶ σωμάτων μείζονα τὸ ὄγκον ἔχει, ὡς πρὸς μίαν χεῖρα σύμμαχον ἑκατέραν ὁ δημιουργὸς Θεὸς ἡμῶν πεποίηκεν, ὥστε ἀμφοτέρας ἐξ ἐναντίων περιλαμβανούσης, μηδὲν ἀπολείπεσθαι. διὰ τοῦτο τοίνυν ὥσπερ καὶ πρὸς ἀλλήλας νενεύκασι, καὶ πάντη πεφύκασιν ἴσαι.

pienda, ſufficiunt duorum digitorum ſummitates. Pariter & ad multiformes figuras ritè capiendas multiplici ſciſſura partita eſt; nam circa globoſum aliquod, & ipſa in globum curvari poteſt, ipſum in orbem cingens: recta autem & cava, ſecure amplectitur. Verum quoniam pleraque corpora ampliora ſunt, quam ut manu contineri valeant, alteri alteram opem ferre faber ſapientiſſimus noſtri DEUS imperavit: quare utraque ex adverſo cingente nihil non teneri poteſt. Eam ob cauſam in ſe viciſſim vergunt, & æquum magnitudinis modum prorſus fortitæ ſunt.

IV. Τῇ θέσει δὲ οὐκ ἐπ' εὐθείας πάντας οὐδ' ὁμοίως δακτύλους συντέθεικεν. ἐχρῆν γὰρ τὸν ἕνα τοῖς τέτταρσιν ἀντιτεταγμένον εἶναι, ὥσπερ καὶ νῦν ἐστίν. οὕτω γὰρ ἔχει θέσεως καὶ κινήσεως ὁ εἷς, ὥστε ὑπηρετούμενος μετ' ἐκάστου τῶν τεττάρων ἐνεργεῖν, ὡς μηδὲ τὸ σμικρότατον σῶμα διαφεύγειν, οἷον κέγχρου, καὶ τρίχας, καὶ ἀκάνθας, καὶ τὰ ὅμοια. διὰ τοῦτο δὴ καὶ μαλακοὶ καὶ περιφερεῖς, καὶ ὄνυχας ἔχοντες κατεσκευάσθησαν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἀνείλαμβάνεσθαι τῶν σμικρῶν τε καὶ σκληρῶν σωμάτων ἠδύναντο, εἰ σαρκώδεις μόνον αὐτῶν τὸ πέρας ἦν. ἔδρας τοιγαροῦν ἐδέοντο πρὸς τὸ μὴ ἀνατρέπεσθαι. τοῦτο δ' ἐστὶν ὄνυχες. πάλιν δὲ ὄνυξι μόνοις οὐκ οἷόν τε λαβεῖν τι

IV. Poſitu autem non omnes digitos ſecundum rectum collocatos habent: ſiquidem unum reliquis quatuor oppoſitum eſſe oportebat, quemadmodum & nunc collocatus eſt. Sic enim ex digitis unus poſitus eſt, atque movetur, ut ad ſingulum aliorum quatuor curvatus operam præſtet, ut neque vel minimum quicquam poſſit evadere, ut milium, pili, ſpinæ, & id genus alia. Atque ideo molles, teretes, & unguibus præmuniti creati ſunt: neque enim exigua corpora & dura arripere valerent, ſi eorum extremitas carnea tantum foret; munimento igitur quopiam, unguibus videlicet, ne repellerentur, indiguerunt. Iterum ſolis unguibus quic-

2011 Ministerio de Cultura

τ τοιούτων ἐδέν. σκληροὶ γὰρ ὄντες, ἀπὸ τ σκληρῶν ὁμοῦ ὀλιθαίνοσι. Διὰ ταῦτ' ἄρα τ μὲν σαρκοειδὲς ὑ- σίας ἐν ταῖς τ δακτύλων κορυφαῖς τ τ ὀνύχων ὀλιθηρὸν ἐπανορθυμένης, τ δὲ ὀνύχων τ σαρκὸς εὐανάτρεπτον σημαίνοντων, ὄργανον ἀντιληπτικὸν ἁ- πάντων τῶν τε σκληρῶν ἅμα καὶ σμικρῶν σωμάτων ὁ δάκτυλος γέ- γονε. πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι χρεῖαι τῶν ὀνύχων. ἐπεὶ τοίνυν τ ἔργον τ χειρὸς ἡ ἀντίληψις, δῆλον ὡς τ πρῶ- τον τ ἐνεργείας αὐτῆς μόριόν ἐστι τὸ κινοῦν αὐτὴν πρῶτον. τοῦτο δέ ἐστιν οἱ μῦες. τὰ δ' ἄλλα πάντα, τὰ μὲν ἕνε- κα τ βέλτιον ζῆν ἐφύη τὰς ἐνεργείας. τὰ δὲ, τῶν ὧν οὐκ ἄνευ ζῆν δυ- ατόν. τὰ δὲ ὑπὲρ τ κεφαλῆς πάν- των ἐδημιουργήθη. τὸ μὲν δὴ ζῆν τῶν ὀνύχων τ βελτίονος ἕνεκα ἐγένετο, ἵνα τὰς κορυφὰς τ δακτύλων σημήνῃ. Διὰ τοῦτο γάρ ἐστι σκληροὶ συμμέτρως γεγόνασιν, ὅτι οὐκ ἀμυντήρια ὅπλα τῷ θεῷ τῷ ἀνθρώπῳ δεδώρηται, καθάπερ τοῖς ἀλόγοις ζῴοις. ἥμερον γὰρ τὸ ζῷον καὶ λογικόν. Διὰ τί δὲ περιφερεῖς εἰσὶ πάντοθεν, ὅτι καὶ κυ- κλοτερὲς σχῆμα δυσδιάθετόν ἐστι πάντων τῶν σχημάτων τῶν γωνίας ἐ- χόντων. ἄθραυστα γὰρ τὰ τοιαῦτα. αὐξάνονται δὲ οὐκ εἰς πλάτος καὶ βάθος, ἀλλὰ μόνον εἰς μῆκος ταῖς θριξὶ παραπλησίως. ὥστε οὐδὲ τὸ πέ- ρας αὐτῶν εἶναι ἀντιδιαθιστάμενον τοῖς

quicquam hujusmodi apprehendi nequiret: duræ enim cum ſint, à duris dilaberentur. Quamobrem carnea materia in ſummis digitis unguium lubricitatem moderante, contra unguibus carnis ad reſiſtendum imbecillitatem confirmantibus, digitus, ad omnia tam dura quam parva inſtrumentum tenaciſſimum effectus eſt. Sunt autem & multa alia ex unguibus emolumenta. Itaque cum manus officium ſit apprehenſio, in confeſſo eſt, primum functionis illius membrum eſſe primum illam movens, hoc autem eſt, ipſi muſculi: cætera vero omnia alia, ut melius functiones fiant, creata ſunt: alia eorum rationem habent, ſine quibus functiones obire nequeunt, alia vero omnium præcipui cauſa ſunt fabrefacta. Sane genus unguium ob melius genitum eſt, ut digitorum extrema roboraret; idcirco enim & mediocriter duri ſunt, quoniam ultricibus armis humanum genus à DEO non fuit condonatum, quemadmodum brutæ animantes: mite namque animal homo eſt, & ratione utens. At quare undique rotundi ſunt? An quoniam rotunda figura inter omnes angulares minime eſt patibilis, eo quod minime refringi poteſt? Augeſcunt vero non in latum aut profundum, ſed haud aliter ac pili,

2011 Ministerio de Cultura

τοῖς ἀποτρίβειν αὐτὰς δυναμένοις. ἀλλ' ὕτω μὲν εἰς ἄκρον ἥκει πρόμηθείας τὰ κ τὰς ὄνυχας ὁ τοῦ ἀγαθοῦ θεὸς ἡμῶν.

in longitudinem tantum: quapropter ſecundum extrema cauſis eos conterere valentibus renituntur: ita humanorum unguium ſtructura ab opifice noſtri DEO maximam providentiam ſortita eſt.

V. Τὸ δὲ τῶν ὀστῶν γένος ἐν τοῖς δακτύλοις ὅτι καὶ αὐτὸ τοῦ βελτίονος ἕνεκα γέγονεν, ἐκ τῶν δεῖ μάθοις. κινεῖσθαι μὲν γὰρ πολυειδῶς ἔφερεν ἂν αὐτοῖς καὶ χωρὶς τῶν ὀστῶν, ὥσπερ καὶ πολύποσι. τὸ ἑδραῖον δὲ ἐκ ἂν εἶχον, ἀπορρῶγτα ἀνιβατικοῦ καὶ σκληροῦ μορίου. τοιοῦτον δέ ἐστιν ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασι τὸ γένος τῶν ὀστῶν. ἐπεὶ δὲ καμπτεσθαι, καὶ ἐκτείνεσθαι, καὶ πολυειδῶς ἅμα κινεῖσθαι οἱ δάκτυλοι πεφύκασιν, ὅτε ἐξ ἑνὸς ὀστοῦ, ὅτε ἴσοι τὸ μέγεθος ἐγεγόνεισαν, ἀλλ' ἐκ τριῶν καὶ ἀνίσων ἀλλήλοις συνηρθρωμένων, ὡς εἰς ἅπασαν ἐνέργειαν εὐθέως σχηματίζεσθαι. πρὸς δὴ ταῦτα χρήσιμος καὶ ἡ τοῦ σαρκὸς γένεσις συνειλημένη τοῖς ὀστοῖς, καὶ σκέπουσα πανταχόθεν, καὶ τὰς κενὰς χώρας ἐν τοῖς κάμψεσιν ἀναπληροῦσα, ὡς φαίνεσθαι καὶ ἐπὶ καὶ εὐθὺ κειμένους τέτταρας δακτύλους, ἐξωθεν μὲν ὀλιγοσὰρ, ἢ ἐδόλως, ἔσωθεν δὲ καὶ ἐν τοῖς παλαγίοις μέρεσι πλείσην, ὡς εἰ καί τι τοῦ ὑγρῶν σωμάτων ἐθέλοις κατέχειν, ὑπαίαν ἐργασάμενος τὴν χεῖρα, μὴ ἐᾶν αὐτὸ ἐκρυῆναι. εἴ τι δὲ πρὸς τούτοις, μαλάττειν καὶ τρίβειν ὅσα μετρίως μαλακά. αὗται μὲν ἴδιαι χρεῖαι τοῦ ἐν

V. Ipſum quoque oſſium digitos conſtituentium genus melioris cauſa factum eſſe, inde diſcendum eſt, ſiquidem & multiformiter citra oſſa, non ſecus ac polypi moveri poſſent: firmamentum autem non haberent, indigentes, renitente & dura particula, quale eſt in animantium corporibus oſſium genus. Præterea, quoniam & curvari, & extendi, & variis ſimul motibus agitari digiti naturaliter apti ſunt, neque ex oſſe uno, neque eodem magnitudinis modo fuere formati, ſed ex tribus & in æqualibus inter ſe articulatè junctis, ut ad quodcunque opus præſto effigiem capiant. Ad hæc ſanè utilis eſt, & carnis creatio, quæ oſſibus adhæreſcit, undique tegens, & loca replens in flexuris vacua: ut in quatuor digitis ſecundum directum collocatis, extrinſecus paucam aut nullam carnem videre liceat, interius autem & à lateribus plurimam: ut ſi aliquod humidum ſupina manu continere velis, nihil prorſus effluat: præterea carne molliantur & atterantur, quæcunque mollia ſunt. Hæc utique propria ſunt carnis in manu emolumenta:

2011 Ministerio de Gultura

ἐν χερσὶ σαρκός. αἱ δὲ κοιναὶ, τὸ οἷον προβλημά τι, τοῖς ὀστώδεσι σώμασι τὴν σάρκα εἶναι, καὶ ὅτι ἅπασαν θερμὴν ἐντὸς ἑαυτῆς ἔχει τὴν ἐκ τοῦ αἵματος ἰκμάδα. καὶ ὅτι θερμὴ ἴσα συμμέτρως διήκει καὶ ἴσον ἐν τοῖς ἀμετρίαις κρύος τε καὶ θάλπος. ἀλλὰ περὶ μὲν σαρκὸς γενέσεως τε ἐν τοῖς δακτύλοις ἐχεῖ τοσαῦτα.

VI. Περὶ δὲ τῆς ἄρθρων φύσεως τῶν ἐν τοῖς δακτύλοις, ῥητέον, καὶ διευκρινητέον τό, τε πλῆθος αὐτῶν, καὶ τὸ μέγεθος, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ τρόπον τῆς ἀρθρώσεως. περὶ μὲν πλήθους, ὅτι ἀπὸ τριῶν ἐπιτελεσθῆναι τούτους καὶ μόνων, ἀναγκαῖον ἦν. τὰ γὰρ ἐκ πλειόνων συγκείμενα μορίων, ῥᾷον πάσχει τῶν ἐξ ἐλαττόνων. ἐλάττων δὲ τῶν τριῶν οὐκ ἦν ἀριθμὸς χρήσιμος, τὴν ποικιλίαν τῶν κατὰ μέρος σχημάτων ἂν οὐκ ἔσχε τοσαύτην. ἵν' ὦσιν καὶ κινῶνται πολυειδῶς, καὶ φύγωσι τὴν εὐπάθειαν, ὁ τῶν τριῶν ἀριθμὸς αὐτάρκης. περὶ δὲ μεγέθους, οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ οἶδε τὸ πρῶτον ὑπάρχον ὑπερέχειν τοῦ μετ' αὐτὸ, πρόδηλον πᾶσι. τὸ μὲν γὰρ ὀχεῖ. τὸ δὲ ὀχεῖται. μεῖζον δὲ εἶναι τὸ βαστάζον τοῦ βασταζομένου. ῥᾴδιον γὰρ ἑτέρως τοῦτο ἀμήχανον, μὴ τοῦ βεβαρυμένου τὸ μέγεθος τῶν ὀστῶν. καὶ διὰ τοῦτο ἔλαττον χρὴ εἶναι τὸ πρότερον τοῦ δευτέρου.

VII. Περὶ δὲ τοῦ σχήματος αὐτῶν, οὐκ ἀπὸ πλατυτέρας τὰ ἄνω βάσεως εἰς στενοτέραν τὴν κάτω τελευτᾷ, ταὶς

menta : communia autem, quoddam ceu propugnaculum osseis corporibus caro est, & omnem à sanguine veluti rorem calidum intra se continet, cumque moderatè calens sit, æque in excellenti frigore atque in calore opitulatur. Et de digitorum carne hactenus dictum sit.

VI. De ipsorum autem artubus deinceps agendum, eorumque multitudo, magnitudo, figura, modusque junctura, examinanda sunt. De multitudine, quod tribus tantum internodiis constare digitos necesse est. Nam quæ ex pluribus partibus componuntur, noxæ magis patent quam quæ ex paucioribus : ut si ex paucioribus quam tribus tam varias figuras subire non possent ; ut igitur multis motionibus moveatur, minimeque periculis objiciantur, ternarius numerus fuit aptissimus. De magnitudine autem neminem latet, os primo loco positum, sequenti majus esse : illud enim vehit, hoc vehitur : at vehens, vecto majus esse oportet. Secus autem id fieri nequit, quin paulatim ossium magnitudo minuatur : ideoque secundum priore minus esse necesse est.

VII. Quantum ad figuram pertinet, quod à latiore basi superiore in arctiorem inferiorem desinant, eædem

2011 Ministerio de Cultura

τὰς αὐτὰς ἔξει τοῖς περὶ τῦ μεγέθους εἰρημένοις αἰτίας. ὅτι δὲ καὶ περιφερῆ, ἦν δυσπάθειαν αἰλιατέον. ἁπάντων γὰρ τῶν σχημάτων τὸ τοιῦτον δυσπαθέσταλον, ὡς ἂν ὀδεμίαν ἔχον ἐξοχὴν ὑπὸ τῶν περιστιπλούντων ἔξωθεν ἀποθραυσθῆναι δυναμένην. διὰ τί δὲ ἀκριβῶς μὴ ἔξωθεν κυρτὸν, ἔνδοθεν δὲ καὶ τῶν πλαγίων οὐκ ἀκριβῶς. ἐ τῦτο τῦ βελτίονος ἕνεκα. τοῖς μὲν γὰρ ἐντὸς μέρεσιν οἱ δάκτυλοι καὶ ῥίβυσι καὶ μαλάττυσι, καὶ λαμβάνυσι τὰ σύμπαντα. χεῖρον δ' ἂν ἐγίνετο, κυρτῶν ταύτῃ γινομένων τῶν ὀστῶν. τοῖς δ' ἐκτὸς ὀδὲν τύτων ὀδ' ἄλλην τινὰ ἐνέργειαν ἐνεργοῦντες, ἀκριβῶς κατεσκευάθησαν κυρταί. ἐν δ' ἂν τοῖς πλαγίοις, τὸ μὲν δυσπαθὲς εἶχον ἂν ἀλλήλοις φερομένοις. ἐδέοντο δὲ ἐν τῷ συνάγεσθαι, μηδεμίαν ἀπολιπεῖν χώραν κενὴν ἐν τῷ μεταξύ. ὅπως ἐχρῆν αὐτὰς κυρτὰς ταύτῃ γενέσθαι. πίστις δὲ ἱκανὴ τὸ λεγόμενον, τὸ τῦ μεγάλυ δακτύλυ ἐ τῦ μικρῦ, τῦ μὲν τὴν ἄνωθεν, τῦ δὲ τὴν κάτωθεν περιφέρειαν ἀκριβῶς γενέσθαι κυρτήν. ὅτε γὰρ ἐφερομένω ταυτὶ πρὸς ὀδενὸς, ὅθ' ὁμίλουν ἑτέρῳ δακτύλῳ. θαῦμα μὲν δὴ καὶ τῦτο τῦ ἀγαθῦ Θεῦ ἡμῶν τῦ Διαπλάσαντος ὅτως τὴν τῶν ὀστῶν κατασκευήν. θαῦμα δὲ ὀδὲν ἧττον ἐ τὸ τῦ διαρθρώσεως τρόπου. ὀ γὰρ ἁπλῶς ὀδὲ ὡς ἔτυχεν ἐκ τριῶν ὀστῶν ἕκαστον διῆρθρῶσθαι τῶν τεσσάρων δακτύλων, ἀλλ' ὥσπερ οἱ τῶν θυρῶν

eædem ſunt cauſæ, quas & de magnitudine diximus. Teretia ſunt quoque, quoniam minus patiuntur: omnium enim figurarum tutiſſima, rotunda eſt: eo quòd nihil habet eminens, quod externis occurſans refringi queat. Cæterum quare extrinſecus exquiſitè convexa videntur, intrinſecus & à lateribus non item? An id etiam melioris notæ cauſa factum fuit? nam digiti internis partibus terunt, ſubigunt, capiuntque omnia: quod deterius fieret, ſi hac parte oſſa gibba forent. Exteriore autem nihil quicquam iſtorum, neque aliud quippiam agentia, ad unguem gibba fuerunt: ſed à lateribus ſeſe mutuo defendentia, ægrè à peregrinis cauſis violantur: opus eſt autem cum inter ſe committuntur, ne ulla rima patens inter ea relinquatur: quare hac parte, ut eſſent rotunda, non decuit. Dictis noſtris inde fides acquiritur: magni digiti ſuperiorem, minimi inferiorem ambitum ad amuſſin fuiſſe rotundum; à nullo namque partes hæ defendebantur, neque alteri digito adhæreſcebant. Id utique eſt boni DEI noſtri miraculum tam elegantèr oſſium compoſituram ſtatuentis, miraculumque nihilominus ipſe junctturarum modus: eo, quod neque ſimpliciter, neque utcunque externis oſſibus unusquisque quatuor

2011 Ministerio de Cultura

ρῶν σρόφιγγες, οὕτως καὶ τ᾽ ἄρθρων ἕκασον ἐξοχὰς κοιλοτήτων ἀντεμβαινούσας ἔχει σύμμετρα. εὐρυτέρας μὲν γὰρ τῆς κοιλότητος ἢ γλοιώδης, χαλαρὸν ἂν ἦν τὸ ἄρθρον· σενοτέρας δὲ, δυσχερὴς ἂν ἡ κίνησις ἐγίνετο μηδεμίαν ἀνασροφὴν ἔχουσα. καὶ κίνδυνος δ᾽ μικρὸς, τὰς ἐξοχὰς τ᾽ ὀσῶν θραυσθῆναι σενοχωρουμένας. ἀλλ᾽ οὐδέτερον τούτων ἐγίνετο, καὶ πάσας τὰς τῶν ὀσῶν κοιλότητας οἷον ἄμβωνές τινες κύκλῳ περιθέουσιν, ἀσφάλειαν μεγάλην τοῖς ἄρθροις παρεχόμενοι, τ᾽ μήποτε ἐκπεσεῖν ἄνευ τινὸς ἐξαισίας ἀνάγκης.

tuor digitorum coagmentatus eſt, ſed quemadmodum valvarum cardives, ſic articulorum quilibet eminentes quosdam tumores in cava illis magnitudine reſpondentia ſubeuntes poſſident. Nam ſi capax nimis eſſet ſinus, laxior artus labaſceret: ſi anguſtior, ægrè motus fieret, nullam habens in converſione lubricitatem: diſcrimenque haud mediocre inſtaret, ne oſſium tubercula nimis arctata frangerentur. Sed neutrum horum factum eſt, omnesque oſſium ſinus veluti colliculi quidam ambiunt, magnum præſidium artubus præbentes, ut nunquam citra inſignem neceſſitatem luxatio fiat.

VIII. Ἀλλ᾽ ἐπεὶ πάλιν ἐκ τῆς οὕτως ἀσφαλοῦς κατασκευῆς κίνδυνος ἦν, τάσε κινήσεις δυσχερέσερον γίνεσθαι, τάσε ὑπεροχὰς ἐκτρίβεσθαι, διὰ τοῦτο δὴ καὶ βοήθεια τοῖς δεδώρηται· χόνδρῳ μὲν γὰρ πρότερον τούτων ὑπαλείψας τ᾽ ὀσῶν ἑκάτερον, ὑπαχέας δὲ τοῖς χόνδροις οἷον ἔλαιον λιπαρὸν καὶ γλιχρὸν χυμὸν, εὐκίνητόν τε ἅμα καὶ ἀνέκπλωτον ἁπασῶν διάρθρωσιν τῶν ὀσῶν ἀπειργάσατο. ἦν μὲν ἐν καὶ τὸ κατὰ τὰς κοιλότητας τ᾽ ὀφρύων τέχνασμα τῆς δημιουργίας ἱκανὸν κωλύειν τὰς διεκπλώσεις τ᾽ ἄρθρων. ἀλλ᾽ οὐκ ἐπίστευσεν αὐτῷ μόνῳ τὴν φυλακὴν ὁ Θεὸς, εἰδὼς πολλὰς πολλάκις βιαίους τε καὶ σφοδρὰς κινήσεις καταλήψο-

VIII. Cæterum quoniam adhuc tam munitâ ſtructura periculo non vacabat, quin motus difficilius prodirent, atque illæ prominentiæ elliderentur, propterea geminum ſubſidium adverſus hæc à ſummo creatore paratum eſt: nam cartilaginem prius utrique oſſi illinens, cartilaginesque quodam ceu oleo, pingui viſcidoque humore perfundens, bene verſatilem ſimul & firmiſſimam univerſam oſſium compagem comparavit. Erat ſane in ſinibus ſummorum oſſium ſufficiens artis opus, ad arcendam artuum luxationem: non ei tamen ſoli hanc curam Divina providentia mandavit, cum multoties multis vehementi-

2011 Ministerio de Cultura

λημψομένας τὸ ζῶον. ἵν' ἓν παντα-χόθεν ἀκριβῶς ἅπαν ἄρθρον φρυρηθῇ, συνδέσμους πινὰς τῶν ὀστῶν ἑκατέρων ἐξέφυσεν, ἑκατέρου καθάπτοντας εἰς θάτερον. εἰσὶ δὲ αὐτῶν, οἱ μὲν ὥσπερ νεῦρα στρογγύλοι τε καὶ παχεῖς, οἱ δὲ ὥσπερ ὑμένες πλατεῖς τε καὶ παχεῖς, καὶ τὴν χρείαν τῶν ἄρθρων διὰ τοῦτο γεγονότες μέγιστοι καὶ παχύτατοι, ὥστε τὰ κυλιώτατα τῶν ἄρθρων φρυρεῖν καὶ συνδεῖν· οἱ λοιποὶ δὲ ἐν τοῖς ἀκυροτέροις αὐτῶν καὶ μικροτέροις. ταῦτ' οὖν ἅπαντα κοινῶς μὲν πᾶν ἄρθρον ἐπεχνήσατο, καὶ μὴν καὶ τοὺς δακτύλους· ἐν τούτοις γὰρ ἔπρεπε μάλιστα· μικραὶ μὲν γὰρ αἱ διαρθρώσεις αὐτῶν· ἀλλ' ἀκριβῶς ἐγγεγλυμμέναι, λεπταῖς τε ἴτυσι πανταχόθεν ἐσεφανωμέναι, καὶ χόνδροις ἐπαλληλιμμέναι, καὶ συνδέσμοις ὑμενώδεσι συνημμέναι. τὸ δὲ μηδαμῇ τὰς ὀφρύας τῶν ὀστῶν ἴσας ἐργάζεσθαι, ἀλλ' ἔξωθεν μὲν πολὺ μείζους, ἔσωθεν δὲ ἐλάττους, μέγιστον δεῖγμα καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐν δακτύλου κατασκευῇ. μικραὶ μὲν γὰρ χρώμεναι, ἐπέκειναν ἂν τῆς ἐκτάσεως συνεχώρουν ἀνακλᾶσθαι τοῖς ἄρθροις· μείζους δὲ οὔσας ἔσωθεν ἦσαν, εἰκὸς ἂν ἦν πλεῖον κάμπτεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο ἐλάττους μὲν ἐντὸς, μείζους δὲ ἐκτός. διὰ τί δὲ σκληρὰ καὶ ἀμύελα, καὶ πυκνὰ τὰ τῶν δακτύλων ὀστᾶ· ἢ ὅτι γυμνὰ πάντη, καὶ διὰ τοῦτο ἀπαθῆ; μέγιστον ἄρα

bus ac violentis motibus animalia vexatum iri cognoſceret. Igitur ut abſolute & ab omni parte articulus quisque in tuto eſſet, copulas quasdam ab utroque oſſe produxit, ab altero ad alterum pertingentes: quarum aliæ ceu nervi, rotundæ craſſæque ſunt, aliæ inſtar membranarum oblongarum craſſarumque, pro artuum uſu maximæ & craſſiſſimæ, ut maxime principes artus cuſtodiant atque devinciant: ignobiliores vero minoribus copulis continentur. Hæc ſane omnia univerſim in omnibus artubus conditor noſtri Deus fabrefecit, ſed præcipuè in digitis: in his enim maxime decorum eſt; nam exigui ſunt digitorum articuli, ſed accurate verticillati, & gracilibus orbibus undique coronati, cartilaginibus veſtiti, vinculisque membranoſis copulati. Verum & oſſium ſupercilia nequaquam paria effecta eſſe, ſed extra multo majora, interius autem minora: ingens id quoque Divinæ ſapientiæ in faciendis digitis indicium fuit. Minora namque ſi exterius fuiſſent, ultra ſummam diſtentionem articulos retrorſum flecti permiſiſſent: ſi majora interius, multum curvari digitos vetuiſſent, proptereaque minora interius, majora exterius fuere locata. Sed quare dura, non medulloſa, denſaque ſunt digitorum oſſa? An quia nuda, & ob id injuriis

2011 Ministerio de Cultura

ἄλλο βοήθημα αὐτοῖς ἡ τοιαύτη κατασκευὴ πρὸς δυσπάθειαν. τὰ μὲν δὴ τῶν ὀστῶν τῶν ἐν τοῖς δακτύλοις, ὧδε ἔχει.

riis obnoxia? unde maximo illis præsidio est talis materiæ modus, ne facile patiantur. Digitorum quidem ossa ita à natura fuere instituta.

IX. Τὰ δὲ τῶν μυῶν, ἐν τῷ περὶ μυῶν κινήσεως βιβλίῳ τοῦ Γαληνοῦ αὐτάρκως εἴρηται. περὶ δὲ τενόντων, καὶ ἰνῶν, καὶ ὑμένων, τῶντε τὴν χεῖρα καὶ τοὺς δακτύλους κινούντων, εἴσε τὴν ἐκτὸς κίνησιν, καὶ εἰς τὴν ἐντὸς, καὶ εἰς πλάγια, ὡσαύτως καὶ ἐν τῷ περὶ μυῶν κινήσεως βιβλίῳ τοῦ Γαληνοῦ, καὶ ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς ἀνατομικῆς αὐτοῦ ἐγχειρήσεως διείληπται. περὶ δὲ νεύρων, καὶ ἀρτηριῶν, καὶ φλεβῶν, εἰπεῖν ἡμῖν οὐ προκειται. ὅτι μὴν γὰρ ἐγκέφαλος, καὶ καρδία, καὶ ἧπαρ ἀρχαί· καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου τὴν ἀρχὴν ὁ νωτιαῖος λαμβάνει, ἐκ δὲ τοῦ νωτιαίου ἕκ αὐτοῦ τοῦ ἐγκεφάλου τὰ νεῦρα τὴν ψυχικὴν δύναμιν· ἐκ καρδίας δὲ τὴν σφυγμικὴν αἱ ἀρτηρίαι· αἱ δὲ φλέβες ἐξ ἥπατος τὴν θρεπτικὴν, ἐν τῷ περὶ τῶν Ἱπποκράτην καὶ Πλάτωνα βιβλίῳ τοῦ Γαληνοῦ, ἱκανῶς λέλεκται.

IX. At de musculis, in libro de musculorum motu à Galeno scripto, satis abunde dictum est: de tendonibus, de fibris, & membranis manum digitosque introrsum, extrorsum, & ad latera moventibus, itidem in Galeni libro de musculorum motu, & in primo de Arte dissecandi comprehensum est. De nervis autem, arteriis, & venis, sermonem facere intentio nostra non est. Et cerebrum quidem, cor & jecur, principes partes esse, & à cerebro spinæ medullam oriri, ex eaque, & ipso cerebro nervos animalem, ex corde arterias pulsatricem, ex jecore venas nutritoriam vim haurire, in Galeni volumine de Hippocratis Platonisque decretis latissime est disputatum.

X. Ὑπόλοιπον δ' ἂν εἴη περὶ τῶν ἐντὸς τῆς ἄκρας χειρὸς διελθεῖν. Διὰ τί τε λεῖον καὶ ἄτριχόν ἐστι, καὶ σκληρὸν, εἴ τε κοῖλον τὸ μέσον, ὅπερ καὶ θέναρ καλεῖται. ἑκάστῳ γὰρ μυὸς τοῦ κοινοῦ τοὺς τέτταρας δακτύλους ἑνὸς ὄντος μικροῦ καθ' ἕκαστον δάκτυλον, ἰδίως δύο δάκτυλοι κατὰ τὸν μέγαν εἰσίν· οἳ καὶ τὰ καλούμενα θέναρα γλυφόντες, περιέχον-

X. Supereſt de his, quæ intra ſummam manum ſunt, differere: propter quid media manus, quæ & thenar Græce vocatur, Latine vola, lævis, glabra, dura, & concava eſt: muſculo enim cuique digitorum quatuor uno & exiguo conceſſo, proprie duo in digito, qui magnus vocatur, thenara appellata con-

2011 Ministerio de Cultura

χονται μέγιστοι· δι ὃς τε σαρκῶδες τῆς χειρὸς ὑψηλὸν γίνεται, τὸ τε μέσον κοῖλον· καὶ τὸ δακτύλων ὁ, τε μέγιστος, καὶ ὁ σμικρότατος ὅπη ῥᾳδιστον τὰ ἄλλων ἀπάγονται. καὶ μὴν καὶ μεταξὺ τοῦ τε μεγάλου καὶ τοῦ λιχανοῦ μῦς ἔνεκα τοῦ σαρκῶδες ἐργάσασθαι τὸ ταύτης μέρος τῆς χειρὸς ἐγένετο. ἐξηγήσασθαι δὲ χρὴ τὸ ὑποπεφυκότα τῷ δέρματι τῆς χειρὸς ἔσωθεν τένοντα, τὴν ἔκφυσιν ἔχοντα ἐκ τοῦ μέσου μυὸς τοῦ εὐδέος, ὃς ἐλάττων ἐστὶ τῶν ἄλλων τεττάρων μυῶν, ὅτι μηδὲ κινεῖ τινα διάρθρωσιν· ἐπιπολλῆς δὲ ὑπὸ τὸ δέρμα, τὴν μέσην χώραν τοῦ κοιλώματος ἔλαχεν. ἀποφύεται μὲν οὖν ὁ τένων οὗτος πρὶν ἐπὶ τὴν τοῦ καρποῦ διάρθρωσιν ἀφικέσθαι, πλατύνεσθαι δὲ ἄρχεται καθ' ἑκείνην πρῶτον, ἐντεῦθέν τε φαίνεται καθάπερ τι δεύτερον δέρμα λευκὸν καὶ πυκνὸν καὶ ἄναιμον, ὑποτεταγμένον παντὶ τῷ δέρματι καθ' ὅλην τὴν χεῖρα καὶ τοὺς δακτύλους τοῦ σύμφυτον· καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῇ ἄκρᾳ χειρὶ καὶ τοῖς δακτύλοις δέρμα τὸ ἔντος οὐκ ἀποδέρεται. διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν καὶ τὸ τῶν ποδῶν δέρμα, ἔτι τε τὸ μέτωπον καὶ ὀλίγου δεῖν ἅπαν τὸ πρόσωπον, ἄλλα τέ τινα τῶν τοῦ ζῷου, οὐκ ἔστιν ἀποδεῖραι διὰ τὴν τοιούτων τενόντων ἢ μυῶν εἰς αὐτὰ καθάφυσιν. καθόλου δὲ χρὴ γιγνώσκειν, ὡς ἤτοι τοῦ μεταδοῦναι χάριν αἰσθήσεως ἀκριβεστέρας, ἢ κινήσεως τῆς καθ'

constituentes, maximi sunt, per quos pars carnosa manus altior fit, & medium concavum, & ex digitis maximus atque minimus longissime ab aliis diducuntur: quin etiam musculus, qui inter magnum digitum indicemque est, ut ea manus pars carnosior redderetur, factus fuit. At in in præsentia exponere oportet, tendonem sub manus cute interna adhærescentem, à medio musculo recte exorientem: qui musculis aliis quatuor minor est, eo quod nullum articulum movet: superne autem sub cute mediam cavitatis sedem sortitus est. Exoritur sane tendo ista antequam ad manus cubitique communem junctiuram (carpon Græci vocant, nostri brachiale) perveniat: sed apud illam primum dilatari incipit, indeque veluti secunda cutis, alba, densa, & exangüis apparere incipit, universæ cuti in summa manu per coalitum substratus, & hanc ob causam in summa manu, digitisque cutis interna excoriari nequit: atque ob idipsum, pedum cutis, præterea frons, & fere tota facies, aliaque nonnulla in animali membra propter hujusmodi tendonum, aut musculorum cum ipsis concretionem, cute spoliari non possunt. Atqui in universum sciendum est, aut exquisitioris sensus impartiendi, aut motus voluntarii causa, cutim

hanc

2011 Ministerio de Cultura

καθ' ὁρμὴν, δυσπερίτρεπτον τε σκληρὸν τε ἄτριχον εἴργασται τὸ δέρμα, καὶ καταφύονται τοῖστοι εἰς αὐτὸ τένοντες. ἔπρεπε δὲ τε ταῖς χερσὶν ἀνθιλητικαῖς ὑπαρχέσαις δυσπερίτρεπτον ἔχειν τὸ ἔνδος δέρμα καὶ ἄτριχον, ὡς πρὸς ἄλλα τε πεποιημέναις, τε μάλιστα πρὸς τὴν τῶν σμικρῶν σωμάτων ἀσφαλῆ τε καὶ ἀκριβῆ λαβήν. καὶ μέντοι τε αἰσθητικώτερον παντὸς τοῦ ἄλλου δέρματος. ἐπεὶ γὰρ ἕτερον ἐχρῆν μὲν εἶναι τὸ ἀντιληπτικὸν, ἕτερον δὲ τὸ ἁπτικὸν ὄργανον· ἐπεὶ δ' ἕτερον μὲν λαμβάνειν ἕκαστον τῶν ἐκτὸς, ἄλλο δὲ κρίνειν τῶν ληφθέντων θερμότητα καὶ ψυχρότητα, τε σκληρότητα καὶ τὰς ἄλλας τοιαύτας διαφορὰς· ἀλλ' εὐθέως ἅμα τῷ λαμβάνειν ἕκαστον ἄμεινόν ἐστι καὶ συνδιαγινώσκοι ὁποῖόν τι καὶ τὴν φύσιν ἐστί. συντελεῖ δὲ καὶ σμικρὰ πρὸς ἀκριβῆ διάγνωσιν ἁπασῶν τῶν ποιοτήτων καὶ τὸ ἄτριχον τοῦ δέρματος, ἐκ τοῦ τε πλατυνθέντος τένοντος ἀποφύσεως ἀπεργασθὲν, καὶ μάλιστα διὰ τὰς ἐν τῷ θέναρι μαλαγὰς ἐμπολείστρων τε καὶ χειροπλάστων· διὰ ταῦτα δὴ τοὺς τοιούτους τένοντας εἰς τὰ τῶν χειρῶν ἔνδον ἡ τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ ἡμῶν πρόνοια ἐνέφυσε δέρματα. τε πρὸς μὲν τὸ κατασκευῆς τῆς ἄκρας χειρὸς, ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

XI. Εἰς δὲ τὰ λοιπῶν μορίων τὸ ὅλης χειρὸς μετέλθωμεν τὴν ἐξήγησιν, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ πήχεως ποιησάμενοι, ΧΡΙΣΤΟΝ τὸν ἀληθινὸν ΘΕΟΝ ἡμῶν προπάτορά τε καὶ ὁδηγὸν γενέσθαι, ὅπως μὲν ἂν ἔκτασιν καὶ κάμψιν τῆς ὅλης χειρὸς

hanc ægrè alterabilem, duram & glabram fuiſſe creatam, talesque in ipſa tendones inſertos eſſe. Decebat vero manus, apprehenſoria organa, cuti interna difficulter alterabili eſſe præditas: quippe & ad alia factæ ſunt, & ad exiguorum corporum tutam diligentemque capturam. Eſt utique cutis hæc ultra omnem aliam ſenſitiva: quandoquidem non aliud eſſe decebat apprehenſorium inſtrumentum, aliud tactorium: neque aliud externa quæque apprehendere, aliud apprehenſorum caliditatem, frigiditatem, duritiam, cæteraque id genus diſcrimina judicare, ſed ſimul atque aliquid corripuerit, præſtat ut & correpti naturam dignoſcat. Non parum autem & accuratæ qualitatum omnium dignotioni cutis glabritas conducit, ex tendonis dilatati proceſſu exoriens, potiſſimumque ob emplaſtrorum, & aliorum quæ manu fiunt ſubactionem, vola manus id præſtante: atque ideo ejusmodi tendones, internis manus cutibus optimi Dei providentia inſervit. Et de ſummæ manus ſtructura hactenus.

XI. Ad reliquarum totius manus partium expoſitionem accingamur, initiumque à cubito ſumamus, prius Chriſtum verum Deum noſtrum nobis fautorem, itinerisque ducem adeſſe precati. Totius manus ten-

2011 Ministerio de Cultura

χειρὸς ὁ πῆχυς καὶ τὸ τούτου ἄρθρον ἐργάζεσθαι, τὴν δὲ ὠλεκρανὴν πρὸς τὸ πρηνῆ καὶ ὑπτίαν γνέσθαι τὴν χεῖρα, ἡ κερκὶς καὶ τὸ ταύτης ἄρθρον, πᾶσι τοῖς ἐμπείροις ἀναλομικῆς ἐγχειρήσεως δῆλόν ἐστιν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἔμ πήχεως καὶ τ κερκίδος προηγεῖσθαί ὁ, τε καρπὸς καὶ τὸ μετακάρπιον, ἀπ' αὐτῶν ἀρξώμεθα τῆς ἐξηγήσεως. θαυμάσωμεν δὲ τὴν σοφίαν τ Δημιουργοῦ Θεοῦ ἡμῶν, πῶς τὰ μεγάλα τ ὀστῶν, μηρόν τε φημι καὶ κνήμην, καὶ τὰ λοιπὰ ἐξ ἑνὸς ὀστοῦ. τὸν δὲ καρπὸν σμικρὸν καὶ ὀστιδανὸν, ὅτε ἐκ τοσούτων ὀστῶν συνέθηκεν. ἀλλ' ἐὰν ἀκριβῶς καταμάθωμεν τὴν ἐνέργειαν καὶ τὴν χρείαν αὐτοῦ, πάντως καὶ ἀναγκαῖον εἶναι αὐτ κυρώσομεν ἐκ πολλῶν ὀστῶν συγκεῖσθαι, σμικρῶν τε καὶ ἀμυέλων· καὶ τὴν σύνταξιν αὐτῶν διὰ συνδέσμων εὐρώστων γεγονέναι. δυσπαθὲς γὰρ τὸ ἐκ πολλῶν ὀστῶν σύνθετον ὀστοῦν. καθάπερ γὰρ τὰς ἀσπίδας οὐκ ἐκ μιᾶς σανίδος, ἀλλ' ἐκ πολλῶν καὶ μικρῶν οἱ καὶ τοὺς πολέμους ἔμπειροι συντεθείκασι, διὰ τὸ μὴ εὐκόλως θραύεσθαι· τ αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ καρποῦ καὶ τοῦ μετακαρπίου.

XII. Διὰ τί δὲ τὸ μὲν μετακάρπιον ἐκ τεσσάρων ὀστῶν συγκεῖσθαι, ὁ δὲ καρπὸς ἐξ ὀκτώ. ὅτι τὸ μὲν μετακάρπιον διαρθροῦσθαι τοῖς τέτρασι δακτύλοις τοῖς καὶ εὐθεῖαν κειμένοις. ὁ γὰρ μέγας, ὃν καὶ ἀντίχειρα καλοῦμεν, ὁ τῷ μετακαρπίῳ διαρθροῦται, ἀλλὰ τῇ ἐξοχῇ τοῦ πήχεως τῇ συναπτομένῃ τῷ καρπῷ. ὅπ

tionem, flexuramque, à cubito, ejusque articulo præstari: pronam vero & supinam manum à radio ejusque articulo fieri neminem incisoriæ artis peritum præterire arbitror. At quoniam cubitum & radium carpus, id est brachiale, palmaque præcedunt, ab ipsis explicare ordiemur, sapientiamque Divini opificis demirabimur, quo modo magna ossa, femur scilicet, crus, & alia, ex uno tantum osse: brachiale vero exiguum, nulliusque precii, ex tot osficulis instruxerit. Verum si diligenter ejus functionem usumque percipimus, prorsus necessarium esse affirmabimus, eum ex multis paruis & medulla privatis ossibus fuisse contextum, eorumque structuram robustis ligamentis fuisse firmatam. Os enim ex multis ossibus compositum, valentissimum est. Nam sicuti bellicæ rei periti clypeos, ne facile rumpantur, non ex una lignea tabula, sed ex multis parvisque componunt: eadem est brachialis & palmæ ratio.

XII. Cæterum quare palma ex quatuor, brachiale ex octo ossibus constat? An quia ex palma quatuor digiti e regione positi oriuntur? magnus enim, quem & pollicem appellamus, non palmæ inseritur, sed cubiti tuberculo, quod cum brachiali committitur. Quoniam autem, cum quatuor sint palmæ ossa, debe-

2011 Ministerio de Cultura

ὅτι δὲ τεσσάρων ὄντων τ μεταφρενίων ὀστῶν, ἔμελλε τὸ αὐτὸ μεταφρένιον διαρθροῦσθαι κ τὸ ἕτερον πέρας τῷ καρπῷ, δηλαδὴ τεττάρων ὄντων τ ὀστῶν τ τοιούτου καρποῦ, οὐκ ἤρκει δὲ ἁπλῶς τὴν σμικρότητα, προσίθησιν ἡ τ θεοῦ πρόνοια τοῖς τέρασιν ἄλλα τέσσαρα ἐν δυσὶ στίχοις, κοιλαινόμενα κ τὴν ἕνωσιν αὐτῶν εἰς ὑποδοχὴν τῶν τ μεταφρενίων ὀστῶν, ὡς εἶναι πάντα τὰ ὀστᾶ τ καρποῦ ὀκτώ. μαθήσοις δ' ἂν τὸ λεγόμενον, εἰ ἀληθές ἐστιν, ἐξ ἀνατομῆς. διὰ τί δὲ τὰ τ καρπῶν ὀστᾶ, σιμὰ μὲν ἐντὸς, κυρτὰ δὲ ἐκτός. ἵνα ταῖς ἀναπλάσεσι τῆς ἄκρας χειρὸς, μήτε πέρα τ μέτρου προΐσηται, μήτε ἀστήρικτον μένῃ, ὡς ἂν εἴπῃ τις πάρεργον. ὡσαύτως δὲ φαμὲν καὶ περὶ τῶν ὑποφύσεών τε καὶ ἀποφύσεων ἁπασῶν τῶν ἐν τοῖς κώλοις, ἔνθα χρὴ διάρθρωσιν γίνεσθαι ὀστῶν, καὶ μάλιστα μεγάλων, κυρτὸν μὲν εἶναι χρὴ τὸ ἐμβησόμενον, κοῖλον δὲ τὸ ὑποδεχόμενον ὀστοῦν καὶ περιφερὲς πανταχόθεν· ὥστε μὴ ὀλισθαίνειν ἐν ταῖς σφοδραῖς κινήσεσι τὴν κεφαλὴν τ ἐμβαίνοντος ὀστοῦ. ἐπεὶ τοίνυν καὶ τ καρπὸν ἔδει διαρθροῦσθαι τοῖς πήχεώς τε καὶ κερκίδος πέρασι, δεόντως ἑκάτερον τῶν ὀστῶν διαφυσιν ἔσχε, κυρτὴν μὲν καὶ περιφερῆ τοῖς ἐκτὸς, κοίλην δὲ τοῖς ἔνδοθεν. ἀλλ' ἡ μὲν κερκὶς πανταχόθεν ὀφρῦν ἔχει περιτέταται, ὑφ' ἧς ἀκριβῶς σφίγγεται τῷ ταύτης πέρατι ὁ καρπός· ὁ δὲ πῆχυς οὐκ ἐθ' ὁμοίως, ἀλλὰ τὸ μὲν ἔσωτε καὶ πρὸς τὴν κερκίδα

debebat ea ſecundum alterum extremum brachiali conjungi, ſi quatuor tantum fuiſſent oſſa brachialis, non ſatis ob ſuam parvitatem feciſſent: Dei ſapientia quatuor illis per duos proceſſus totidem adjecit, in vertices ſinuata: ut palmæ oſſium tubercula, dum illis committuntur, recipiant, adeo, ut brachialis oſſa octo numero ſint. Dictorum autem noſtrorum veritatem ex diſſectione percipies. At quare brachialis oſſa intra ſima, extra gibba fuere? vt ne manus, dum reflectitur, ſupra modum convertatur, & ne ſine fulcro aliquo, veluti reſoluta labaſcat. Idem de omnibus appendicibus, proceſſibusque dicendum, ubi oſſa & præcipue magna committi opus eſt, quod quidem ingreditur, tuberoſum: quod autem recipit, verticillatum & undique rotundum eſſe oportet, atque ita evenit, caput ſubeuntis oſſis neque in fortioribus motibus elabi. Poſtquam igitur & brachiale cum radii cubitique extremis connecti neceſſe fuit, jure utrunque os quandam appendicem habuit gibbum, rotundumque exterioribus, interioribus ſinuatum. Sed radius ſupercilium circumambiens undique, quo diligenter ejus termino brachiale ſtringitur. Sed cubitus non ita habet, pars enim interior, & ad radium

ſpe-

2011 Ministerio de Cultura

κίδα βλέπον τοιῦτον, τὸ δ' ἄλλο τὸ κῆ μῆκός τε καὶ εὐρυχωρίαν ὅλε ξ κώλε πέρας, εἰς περιφερῆ κεφαλὴν τελευτᾷ, ἣ περιβεβλῆται τὸ ταύτης τελαγμένον ὀστοῦν τὴν ξ καρπε γληνοειδῆ κοιλότητα· ὥστε διπλῆν εἶναι κῆ τ καρπὸν διάρθρωσιν, καὶ διὰ μὲν τῆς μιᾶς, τὴν ἐπὶ τὸ πρανές τε καὶ ὕπτιον ἐπιστροφὴν τῆς χειρὸς γίνεσθαι· διὰ δὲ τ ἄλλης τ μεγάλης ἐκτείνεσθαι καὶ κάμπτεσθαι τὸ κῆ τ καρπὸν ἄρθρον.

XIII. Περὶ δὲ θέσεως καὶ διαπλάσεως τ κερκίδος ε πήχεως ἐξῆς ἂν εἴη ῥητέον. ἡ μὲν δὴ θέσις αὐτῆς λοξὴ γέγονεν, ἡ δὲ ξ πήχεως εὐθεῖα. κῆ γὰρ τὴν φύσιν τ κινήσεως ἑκατέρας, ἐχρῆν εἶναι καὶ τὴν θέσιν ἑκατέρᾳ τ ὀστῶν. ἡ μὲν γὰρ κατ' ἐκτασίν τε καὶ κάμψιν κίνησις, ἐπὶ ξ πήχεως γίνεται ὅλε ξ κώλε κατ' εὐθεῖαν γινομένη· ἡ δὲ ἐπὶ τὸ πρανὲς ε τὸ ὕπτιον, κῆ κατὰ πλάγια τ χειρὸς κίνησις ὑπὸ τ κερκίδος γίνεται. εὐλόγως ἄρα λοξὴ μὲν ἡ κερκὶς, εὐθὺς δὲ ὁ πῆχυς ἐστίν. διὰ τοῦτο καὶ εἰς τὸν βραχίονα ἡ διάρθρωσιν ἑκατέρων τῶν ὀστῶν ἀνόμοιον ἐγγύετο· τὸ μὲν γὰρ πήχεως πρὸς τ βραχίονα δύο ἀποφύσεις εἰσὶ, κυρταὶ μὲν ἔξωθεν, ἔσωθεν δὲ κοῖλαι· μία μὲν ἐκ τῶν ὀπισθέν τε καὶ κάτωθεν αὐτοῦ μερῶν, ἥπερ δὴ καὶ μείζων ἐστίν· ἑτέρα δὲ ἐκ τ ἄνωθέν τε καὶ πρόσθεν, ἐλάττων ἐκείνης. ἐσταλμένων δὲ πρὸς ἀλλήλας τ κοιλοτήτων καὶ ἡνωμένων, μία μεγάλη κοιλότης γίνεται ἐοικυῖα τῷ

spectans, talis est, totum reliquum in longitudinem, latitudinemque totius membri, extremum in rotundum caput intumescit, qua os hic collocatum se in brachialis sinuosam cavitatem conjicit. Quare brachiale duos articulorum ordines continet, quorum uno manus & inclinatur & resupinatur, altero autem majore brachialis actus tenditur, & recurvatur.

XIII. De positu autem formaque radii, & cubiti, deinceps dicere tentabo. Radii positus obliquus est, cubiti rectus, nam pro motus in utroque natura, utriusque etiam situs esse debuit. Siquidem tentionis flexionisque motus per cubitum secundum totius membri rectitudinem fit: inclinatio vero, supinitas, & ad obliqua conversio, per radium ministratur. Non ab re igitur radius obliquus, cubitus rectius positus est, propterea & cum humero utriusque ossis commissura dissimilis facta est, cubiti enim humerum versus duo vertices extantes, sunt gibbi extra, interius sinuati: quorum unus à posterioribus inferioribusque partibus est, qui & major est: alter à superioribus prioribusque antepositio minor: in sese autem vergentibus, conjunctisque cavis unus magnus sinus literæ Sigma persimilis efficitur. Hos autem excessus

ambos

2011 Ministerio de Cultura

τῷ σῖγμα γράμματι. ὀνομάζουσι δὲ αἱ ἀποφύσεις αὐταὶ, ἀμφοτέρας μὲν κορώνας, διότι πρόσφορεῖς εἰσιν ἀμφότεραι· τὴν δὲ μεγάλην τὴν ὄπισθεν Ἀθηναῖοι μὲν ὀλέκρανον, Ἱπποκράτης δὲ ἀγκῶνα. Τῆς δὲ ὅλης τῆς χειρὸς εἰς τὰ πολλάγια κινήσεων, αἱ μὲν πρὸς τὸ ὕπτιον ἐλάττους εἰσὶν ἐνέργειαι, αἱ δὲ πρὸς τὸ ὕπτιον μείζους καὶ ἀναγκαιότεραι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν τῆς κεφαλῆς θέσιν ἑτοιμοτέραν ὑπακούειν ἔμελλε πρὸς τὰς πρανεῖς, τοιαύτην ἡ πρόνοια τοῦ Θεοῦ κατεσκεύασε, τὸ μὲν ἄνω πέρας ἐπὶ τὴν ἔξωθεν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ἀγαγοῦσα, τὸ δὲ κάτω ἐπὶ τὸν μέγαν ἐκτείνασα δάκτυλον. Ἐναντίαν δὲ εἶπερ εἶχε τὴν θέσιν, ἧκισα ἂν ἐπὶ τὰς πρανεῖς ἢ τὸ ὕπτιον ἐκκίνητο. Διὰ ταῦτα μὲν δὴ κερκὶς λοξὴ κατεσκευάσθη καὶ ὠδίπους λοξή.

XIV. Διὰ τί δὲ ἐπίκειται τῷ πήχει; ὅτι μακρότερος αὐτῆς ὁ πῆχυς, καὶ τὸ πλεῖον τοῦ πρὸς τὸν βραχίονα ἁρθρώσεως αὐτὸς ἐπέχει. Εὔλογον δὲ ἦν ὀχεῖσθαι τὸ βραχύτερον ὀστοῦν ὑπὸ τοῦ μακροτέρου. Διὰ τί δὲ ἀμφοτέρων, τὰ μὲν ἐν τῷ μέσῳ, λεπτότερα· τὰ δὲ καθ' ἁγκῶνά τε καὶ καρπὸν, παχύτερα· ὅτι τὰ μὲν ἐχρῆν χώραν τοῖς μυσὶ παρέχειν, τὰ δὲ ὀγκωθῆναι ταῖς ἐπιφύσεσιν· αὗται δὲ πρὸς τὰς ἁρθρώσεις εἰσὶ χρήσιμοι. Διὰ τί δὲ αὐτῶν τὰ περάτων, πήχεως μὲν τὸ καθ' ἁγκῶνα παχύτερον, κερκὶς δὲ τὸ πρὸς τὸν καρπόν· ἢ ὅτι κοινὴ μὲν ἀμφοῖν ὀστοῦν ἡ πρὸς τὸν καρπὸν ἁρμονία· ἐν δὲ τῷ τὸ πρὸς τὸν βραχίονα πλεονεκτεῖν, ἀναγ-

ambos quidem coronas à rotunditate nominant: magnum quidem posteriorem Attici olecranum, Hippocrates autem anconem appellat. At universæ manus in obliqua motionum, quæ ad supinum trahunt, minores sunt, quæ in pronum majores & magis necessariæ: atque idcirco radii positum magis in prona vergentem immensa Dei sapientia collocavit, superiorem extremitatem ad exterius humeri caput adducens, inferiorem ad magnum digitum protendens. Quod si contrarium huic positum sortitus esset, minime in pronum supinumve moveri potuisset. Hæc in causa fuere, ut radius obliquus, atque ita obliquus locaretur.

XIV. Sed quare cubito superjacet? Quoniam longior eo cubitus est, plurimumque ejus, quæ cum humero fit commissuræ obtinet: rationique erat consentaneum, brevius os à longiore gestari. Item quare utriusque media tenuiora sunt, quæ anconem brachialéque contingunt pleniora? An quoniam ea sedem musculis præbere, hæc ad excessus intumescere oportuit? hi vero ad commissuras utiles sunt? At quare cubiti extremitas anconi propinqua plenior est, radii contra, quæ brachiale attingit? An quia communis utrique est cum brachiali connexio? Sed in his, quæ ad humerum

2011 Ministerio de Cultura

ἀναγκαῖόν ἐστι τ̃ ϖῆχυν εἰς τοσοῦτον τ̃ χειρὶδ̃ μείζονα εἶναι, εἰς ὅσον περ ἡ ἀρθρωσις αὐτ̃ χρησιμωτέρα ταῖς ἄλλαις τῆς χειρὸς ἐνεργείαις ὑπάρχει. ϖεὶ μὲν δὴ τ̃ τ̃ ϖήχεως καὶ τῆς χειρὶδ̃ ὀστῶν, θέσεώς τε καὶ ἁρμολάσεως, καὶ κινήσεων ἀμφοτέρων, ὧδ̃ ἔχει. τίνες δὲ μῦες καὶ τένοντες οἱ κινοῦντες αὐτά, ἐν τῷ ϖεὶ μυῶν κινήσεως Γαληνῷ αὐταρκῶς εἴρηται.

XV. Λείποιδ δ' ἂν ἔτι τὰ κ̃ τ̃ βραχίονα τ̃ ϖήχεως εἰπεῖν. γίνεται δὲ ὧτως τ̃ ϖήχεως αἱ κορῶναι τῇ μεγάλῃ κοιλότητι τ̃ βραχίονδ̃ ἁρθρούμεναι, τὴν ἔκτασιν καὶ τὴν κάμψιν τ̃ χειρὸς ἀπεργάζονται, ὥσπερ ἡ τῆς χειρὶδ̃ πρὸς τ̃ βραχίονα τὴν ὅπῃ τὸ πρανὲς καὶ ὕπτιον κίνησιν. ἀκριβῶς δὲ ἀμφοτέρων αἱ ἁρθρώσεις τ̃ τε χειρὶδ̃ κ̃ τ̃ κορωνῶν τ̃ ϖήχεως πρὸς βραχίονα παντα χόθεν ϖεισφιγγόμεναι ταῖς βαθμίσι τ̃ κοιλότητος τ̃ βραχίονδ̃, ὡς μὴ ἀπολείπεσθαι χώραν κενὴν μεταξύ· ὥστε ἐν ταῖς ἐκτάσεσι τ̃ χειρὸς, πρὸς τ̃ ϖῶτίσω μὴ ἀνακλᾶσθαι τὴν χεῖρα, μηδ' αὖ πάλιν εἰς τὰ πλάγια, ἀλλ' ἐκτείνεσθαί τε καὶ κάμπτεσθαι μόνον τὴν χεῖρα συμμέτρως. σύνδεσμοι δέ τινες ἰσχυροὶ κ̃ τὰς τ̃ ἐπιφύσεων χώρας ἀνίσχοντες, συνάπτουσί τε καὶ συμφίγγουσι κυκλοτερῶς ϖεικείμενοι τὴν ἁρθρωσιν ὅλην, ὡς μὴ ἐκπίπτειν ῥᾳδίως τὰς κορώνας τ̃ ἀγκῶνα ἐκ τ̃ ὑποκειμένης κοιλότητδ̃. τὸ δὲ τ̃ βραχίονδ̃ ὀστοῦν, κυρτὸν μέν ἐστιν ἐν τοῖς ἔξωθεν μέρεσιν, ἐν

merum pertinent, cum cubitus excellat, tanto radio major esse debuit, quanto articulus ad alias manus functiones utilior fuit. De radii cubitique ossium situ, forma, motibusque ita res habet. At qui sunt musculi, & tendones ipsa moventes, in Galeni libro de lacertorum * motibus abunde dissertum est.

XV. Supersunt adhuc ea de cubito dicenda, quæ secundum humerum sunt: ita vero se habent. Cubiti excessus, in magno humeri sinu inserti, manui tentionem & curvationem largiuntur: quemadmodum radii ad humerum nexus motum supinum, pronumque efficiunt: utriusque autem, radii videlicet & cubiti, capitulorum ad humerum commissura perfecte absolvitur, imis cavi humeri partibus arctè adhærescens, adeo, ut nihil vacui interjaceat. Quare cum manus tenditur, retro non labitur neque ad latera, sed erigitur curvaturque moderate. At vincula quædam valentia in commissurarum sedibus enata, universum articulum ambientia copulant & devinciunt, ut non facile illi duo extantes vertices, coronæ vocati, & ancon, ex subjecto sinu elabi queant. Verum humeri os extra gibbum est, interius cavum, idque opificis nostri DEI providentia effectum est, siqui-

* Musculorum.

2011 Ministerio de Cultura

ἐν δὲ τοῖς ἔσωθεν, κοῖλον, καὶ τοῦτο τῇ προνοίᾳ τοῦ δημιουργοῦ θεοῦ ἡμῶν. πρὸς ἀλλήλας γὰρ βλέπειν τὰς χεῖρας, ἄμεινον· καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν κοῖλα τοῦ βραχίονος, ἔνδοθεν, τὰ δὲ κυρτὰ πρὸς τὰ ἐκτὸς ἀπέρραπται.

siquidem manus, ut seſe respicerent, atque in seſe vergerent, melius fuit: atque propterea humeri simum introrsum, gibbum vero extrorsum fuit positum.

XVI. Μῦες δὲ τέτταρες οἱ κινοῦντες τὸ βραχίονα, δύο μὲν ἔσωθεν, δύο δὲ ἔξωθεν. ἅπτεται δὲ ὁ ἕτερος τῷ ἑτέρῳ, πέμποντες ἀλλήλοις τὰς γωνίας ὀξείας καὶ ἀμβλείας τῷ χ γράμματι παραπλησίως, πρὸς τὸ σκεπάσαι τὸ βραχίονα παντοθεν, ὡς μὴ καταλιπεῖν χώραν γυμνήν. μέγιστον δὲ θαῦμα τῆς κατασκευῆς αὐτῶν, ὅτι διττὰς κινήσεσι λοξὰς μίαν εὐθεῖαν ἀπεργάζονται. ἀρχόμενος γὰρ ὁ μὲν ἕτερος τῶν τὸ πῆχυν καμπτόντων μυῶν ἀπὸ τῆς ἔνδοθεν μερῶν τοῦ καθ' ὦμον χωλεᾶ, καὶ φερόμενος ἐντεῦθεν ἅπτεται τοῦ πρόσω τοῦ βραχίονος· ὁ δὲ ἕτερος τὴν ἔκφυσιν ἐκ τῆς ἔξω μέρους τοῦ βραχίονος μερῶν, κάτω δὲ ἐντεῦθεν ἀτρέμα ἅπτεται στρεφόμενος, πρόδηλος μὲν ἡ θέσις ὅτι τῷ χ γράμματι ὡμοίωται· πρόδηλος δὲ καὶ ἡ τῆς κινήσεως λοξότης. ἀμφότεροι δὲ τείνοντες μὲν καθ' εὐθὺ ἀκριβῶς κάμπτουσι τὸ πῆχυν· ἐκτρεπόμενοι δὲ τῆς εὐθύτητος, ἐφ' ἑκάτερα παρατρέπουσι. διὰ τί δὲ ὁ βραχίων τοῦ πήχεως μείζων· ὅτι δὲ οἱ κινοῦντες τὸ βραχίονα μῦες, μείζους εἰσὶ τῶν τὸ πῆχυν κινούντων μυῶν· ὥστε εἶναι καὶ τοὺς ὄγκους τῶν ὑποκειμένων αὐτοῖς ὀστῶν, μείζονας. καὶ διὰ τοῦτο ὁ βραχίων τοῦ πήχεως μείζων ἐστί· διὰ δὲ τὸ μέγεθος αὐτοῦ καινότερος, καὶ

XVI. Muſculi autem quatuor humerum moventes, bini extra, binique intra positi sunt: alterque alteri incumbit, seſe acutis angulis & obtusis ad X. literæ figuram intersecantes, ut humerum undique ita contegerent, ne locum aliquem nudum relinquerent. Sed in eorum fabrica id præcipue mirabile eſt, quod geminis obliquis motibus unum rectum conſtituunt. Nam cum lacertorum cubitum curvantium unus ab internis ſummi humeri partibus oriens, inde ad anteriora humeri deſcedat, alter ab exterioribus humeri locis incipiens, inde ſenſim ab interna flectatur, in confeſſo eſt eorum positum X. elemento non eſſe abſimilem. Evidens quoque eſt eorum motus obliquitas, ambo autem trahentes seſe ſecundum rectum exquiſite cubitum curvant, ſed à recto declinantes ad alterum latus circumducunt. Verum quare humerus cubito major? Quoniam & eum cientes muſculi cubitum moventibus majores ſunt: quare & oſſium moles eis ſubjacentium majores eſſe oportuit: atque ideo humerus cubito major fuit,

2011 Ministerio de Cultura

καὶ συραγγώδης καὶ κοίλῳ ἔνδοθεν, ἅμα μὲν ὡς ἀβαρὴς εἶναι, ἅμα δὲ καὶ τὴν τροφὴν ἐαυτῇ τῇ κοιλότητι ἐναποτίθεσθαι, ἥπερ δὴ Ϲ μυελὸν ὀνομάζομεν.

ob hancque magnitudinem inanior, interius cavernosus & concavus, simul ut levis sit, & proprium alimentum in cavitate illa reponat, quam sane medullam nominamus.

XVII. Διὰ τί δὲ ἓν μὲν ἐστὶν ἐν τῷ βραχίονι, δύο δὲ ἐν τῷ πήχει; ἢ ὅτι καὶ ἡ ἐνέργεια τοῦ πήχεως, καὶ σφόδρα ἀναγκαία καὶ πολλάκις γινομένη; ἢ διότι ἡ τοῦ βραχίονος κεφαλὴ μεγάλη, καὶ σιμὴ, καὶ ἀδαμῶς κονδυλώδης; διὸ καὶ τὴν δεχομένην αὐτὴν κοιλότητα τοῦ ὠμοπλάτης, ἀ κοτύλην γεγονέναι, ἀλλὰ γλήνην, μηδαμόσε ὀφρύας περιέχουσαν, λεπτοῖς δὲ καὶ χαλαροῖς καὶ ὑμενώδεσι συνδέσμοις τὸ καθ' ὦμον ἄρθρον διειλημμένην. καὶ περὶ μὲν τὰς τῶν χειρῶν κατασκευῆς τῆς τε τῶν ὀστῶν, καὶ συνδέσμων, καὶ ἄρθρων, ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

XVII. Præterea, quare humerus ex osse uno, cubitus ex binis constat? An quoniam cubiti functio sane admodum necessaria, crebroque usui esse solet? aut quoniam humeri caput magnum est simumque, & minime extuberans? Quamobrem scapulæ sinus, in quem id inseritur, non in heminæ formam, sed pupillæ, cavatus est minime extantibus labiis circumdatam, gracilibus, laxis, membranosisque copulis secundum humeri commissuram deligatus. Hactenus de manuum fabrica, quatenus ad ossa, copulas, artusque pertinet, tractatum est.

XVIII. Καιρὸς ἂν λοιπὸν ἐξηγήσασθαι περὶ τῆς τῶν σκελῶν κατασκευῆς, καὶ τῶν ἄκρων ποδῶν, τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν αἰτουμένοις, ὅπως μεγαλύνωμεν αὐτὸν ἐν τοῖς δημιουργήμασιν αὐτοῦ· πῶς ἐν τοῖς πεζοῖς ζώοις μόνον τὸν ἄνθρωπον δίπουν εἰργάσατο, καὶ ὀ μόνον δίπουν, ἀλλὰ καὶ ὄρθιον. καὶ ἐθείαν γὰρ χαμμὴν ἐκπεφυκότα τὸ ῥάχεως τὰ σκέλη πεποίηκεν. εἰ γὰρ καὶ τὰ πτηνὰ δίποδα καὶ ἄνω τὰ ὦπα ἔχοντα ἐδημιουργήθη, ἀλλὰ πρὸς τὰς ὀρθὰς γωνίας ἡ ῥάχις τοῖς σκέλεσιν αὐτοῖς διάκειται βαδίζουσιν, ὥσπερ ἀνθρώπῳ ἐν τῷ καθέζεσθαι, ἡ μὲν

XVIII. Reliquum modo est, crurum structuram summorumque pedum explicare, Dei prius ope implorata, ut eum ex propriis operibus extollere ac celebrare valeamus. Inter cæteras omnes gressiles animantes solum hominem Deus bipedem creavit, neque solum bipedem, sed etiam erectum: nam secundum rectam lineam ex dorso orientia crura produxit. Quamvis enim & aves bipedes sunt, sursumque spectantes, ad rectos tamen angulos spina ipsarum gradientium cruribus alli-

2011 Ministerio de Cultura

μὲν ῥάχις τοῖς μηροῖς πρὸς ὀρθὰς γωνίας κεῖται, οἱ μηροὶ δὲ τῇ κνήμῃ. τὰ δ' αὖ τετραπόδων, οὐχ ὕτως. πάντα γὰρ εἰς τὸ πρόσω τὰς καμπὰς ἔχει τὰ ὀπισθίων σκελῶν, καθάπερ τὰ ἔμπροσθεν, εἰς τὸ ὀπίσω. καὶ γὰρ τὰς καμπὰς πρὸς ἄλληλα ποιεῖται τὰ τετράποδα ζῶα, ὁμοιότατον τρόπον βαδίζουσι τοῖς ἐπὶ τὰ χειρῶν ἕρπουσι βρέφεσιν· ὥστε σοφῶς ὁ ἀγαθὸς θεὸς ἡμῶν τοιούτους πάντας τοὺς ἀνθρώπους ἐσχημάτισεν, ὀρθοὺς μὲν, καὶ καθημένους τὰς κατὰ τὸν βίον ἐνεργείας ἐργάζεσθαι, πρηνεῖς δὲ καὶ ὑπτίους, τὰ τούτων ἐνεργεῖν οὐδέν, καὶ ἄλλως ὀρθίους ἐσηκότας εἰς τὸ οὐρανὸν ἑτοίμως ἀναβλέπειν τῷ ὄμματι, καὶ νοῦν καὶ χεῖρας ἐκτείνειν πρὸς τὴν καταοικοῦσαν ἐν οὐρανοῖς θεὸν ἡμῶν τὸ ἀγαθόν τε καὶ ἅγιον, εἰς αἶνον τὰ θαυμασίων αὐτοῦ καὶ ὕμνον. τοῦτο τοίνυν χάριν τοιούτους τοὺς ἀνθρώπους ἐδημιούργησεν. εἰ γὰρ ὁ καλούμενος οὐρανοσκόπος ἰχθὺς τὸ ὄμμα ἄνω ἔχει, ἀλλὰ τὰ δόξης καὶ θεοῦ ἄμοιρος ἄλογος γάρ. ἐπὶ τὸ προκείμενον δὲ λοιπὸν ἐπανέλθωμεν.

alligatur: ſicut in homine, dum ſedet, ſpina femoribus, tibiis femora, per rectos angulos inhæreſcunt. In quadrupedibus autem non ita conſtitutum: ſiquidem iis omnibus prorſum verſus poſteriora crura flectuntur, ſicut priora retrorſum. Contrarias enim quadrupedes crurum flexuras efficiunt, pueris repentibus quam ſimillimæ. Quare ſapienter Deus noſter homines ſic omnino formavit, ut erecti aut ſedentes vitæ negotia obirent: proni autem, aut ſupini, nihil prorſus facerent. Atque alioqui erectos facili in cœlum intuitu ſuſpicere juſſit: mentemque & manus ad bonum purumque Deum cœlorum incolam laudandum, ejusque mira opera celebranda attollere naturaliter apti ſumus. Hujus itaque rei cauſa tales nos DEUS inſtituit: quamvis enim piſcis ille uranoſcopus, id eſt cœli ſpeculator nominatus, oculos in ſuperna corporis parte contineat, Dei tamen cognitionis eſt expers, cum ſit ratione privatus. Verum ad ſuperius propoſitum reuertamur.

XIX. Εἴπωμεν οὖν περὶ τῆς τῶν σκελῶν κατασκευῆς. ὥσπερ γὰρ ἡ χεὶρ ἀνθρώπου ἁπτικὸν ὄργανον, οὕτω τὸ σκέλος βαδιστικὸν ἐγνώσθη, ὡς ἂν πρέπῃ ζώῳ σοφῷ, λογικῷ τε καὶ ἡμέρῳ. ὅπου μὲν οὖν προμήκεις τε καὶ πολλαὶς, καὶ μαλακὰς, καὶ πολυχιδεῖς ἔπρεπε τοὺς πόδας γνέ-

XIX. Dicamus itaque de crurum conſtitutione, quoniam quemadmodum manus capiendi inſtrumentum, ita crus ambulandi, inſtitutum fuit, ut ſapiens animal, rationabileque & manſuetum decuit. Igitur neminem præterit, pedes oblon-

2011 Ministerio de Cultura

γλυέσθαι, τῦτο ἐναργές. πρὸς πάσας γὰρ τὰς δυσχωρίας ἁπτήδειος ἡ τοιαύτη κατασκευή, εἴ πῃ δεηθείη ἐν ὑψηλοῖς ἀνιέναι τοίχοις, ἢ δένδροις, ἢ πέτραις. ἀλλὰ τὰς μὲν κοίλας ἀτρεμα κάτωθεν, ἄνωθεν δὲ κυρτὰς εἶναι. ἐπεὶ τίνυν ἡ βάδισις γίνεται, τοῦ μὲν ποδὸς ἁπτομένου γῆς ἑστηριγμένου, τοῦ δὲ σκέλους τοῦ ἑτέρου προφερομένου, ἀνάγκη ἄκρους μὲν τοὺς πόδας, ἕδρας ἕνεκα γεγονέναι, τὰ δὲ σκέλη, τοῦ κατὰ τόπον ἀμείψεως. καὶ γὰρ πολλάκις δι' αἰτίαν τινὰ τῶν ἄκρων ποδῶν ἀποληφθέντων, δύνασθαι κόνδυς ἁπτόμενοι προβαίνειν οἱ ἄνθρωποι. ὡς τι ἐπεὶ ἕδρας ἕνεκα γεγόνασιν οἱ ἀνθρώποδες, ἀνάγκη καὶ πλατεῖς εἶναι, καὶ προμήκεις, καὶ πολυσχιδεῖς, καὶ κοίλους κάτωθεν, κυρτοὺς δὲ ἄνωθεν. ὥσπερ γὰρ αἱ χεῖρες τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἄρθρων ἐπιτήδειαι πρὸς τὸ τὰ σώματα περιπλύνεσθαι, οὕτως οἱ πόδες ὡς μάλιστα χεῖρας μιμησάμενοι, καὶ πολυσχιδεῖς μὲν ταῖς διαρθρώσεσι γεγόμενοι, κοῖλοι δὲ κατ' ἐκεῖνα, καθ' ἃ ἐρείδεσθαι τοῖς κυρτοῖς ἐδάφεσιν ἔμελλεν, παντὶ χωρίῳ καλῶς πεφύκασιν ἁπτεσθαι. πρέπον ἄρα ἦν τοιαύτην ποδῶν κατασκευὴν ἐγγενέσθαι τῷ ἀνθρώπῳ, οὐχ ὡς βαδιστικῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς λογικῷ ζώῳ. μάθοις δ' ἂν ἐναργέστερον τὸ λεγόμενον, εἰ ἁπτῆς κλίμακος ἴδοις ἀναβαίνοντά τινα. πειλαμβάνεσθαι γὰρ ὄψει τὴν τοῦ ποδὸς κοιλότητα τὴν βαθμίδα, τῷ ἑπατέρω-

gos, latos, molles, & multifidos esse debuisse: talis enim fabrica ad omnia difficilia loca permeanda est idonea, si forte altos parietes, aut arbores, aut saxa conscendere oporteat. Sed eos etiam à terra subcavos, superius convexos esse oportuit. Quamobrem quoniam ad hunc modum ambulatio perficitur, pede uno terram premente, altero autem crure se promovente, necesse utique fuit extremos pedes firmamenti causa, crura vero motionis per locum creata esse: frequenter enim aliqua ex causa resciſſis pedibus, contis quibusdam nixi homines deambulare potuerunt. Propterea cum summi pedes stabilitatis causa ficti fuerint, eos latos esse, oblongos, multifidos, inferius cavos, superiusque convexos coëgit necessitas. Nam sicut manus articulorum varietate ad complectenda corpora fuerunt accommodæ, ita & pedes quam maxime manus æmulati, multifidi quidem articulis, eaque ex parte cavi, qua convexo solo inniti debuerant, omni loco firmiter inhærere exquisite apti sunt. Hanc ob causam talem pedum structuram homini adesse expedivit, non solum quatenus gressile, verum etiam quatenus rationabile animal est. Inde autem evidentius, quod diximus, percipere poteris, si quempiam gra-

2011 Ministerio de Cultura

τέρωθεν αὐτὴν περιπύσεσθαι τές τε δακτύλες καὶ τὴν πέρναν ὡς δυνατὸν, καὶ ἔτω τὴν βάσιν ἀπεργάζεσθαι περιφερῆ, δίκην χειρὸς περιλαμβάνεσαν τὸ ὑποκείμενον σῶμα.

ΧΧ. Κατὰ τοῦτο γοῦν ὅμοιοι ταῖς χερσὶν οἱ πόδες εἰσίν. ἀντίχειρ δὲ αὐτοῖς ἀ δέδοται, διὰ τὸ ἔδρας μόνον εἶναι ὄργανα. ἀλλὰ καὶ τῷ καρπῷ παραπλήσιον ἔχον τὸ λεγόμενον ταρσὸν, καὶ τῷ μετακαρπίῳ τὸ πρὸς τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ὀνομασθὲν πεδίον. τὰ μὲν οὖν τρία μέρη ταῦτα τοῦ ποδὸς, οἵπερ τοῦ χειρός εἰσιν, οἱ δάκτυλοι, τὸ πεδίον, ὁ ταρσός. ὧν ὀδέν ἐστιν ἄλλῳ ζώῳ πλὴν ἀνθρώπῳ. τὸ δὲ ὑποκείμενον τῇ κνήμῃ μέρος τοῦ ποδὸς σύνδεσμον ὂν, ἴδιον ὄνομα ἀ κέκτηται. σύγκεινται δὲ ἐκ τριῶν ὀστῶν, ἀστραγάλου τε, καὶ πέρνης, καὶ τοῦ κληθέντος ὑπὸ τῶν ἀνατομικῶν ἰατρῶν, σκαφοειδοῦς. ὁ δὲ ταρσὸς καὶ τὸ πεδίον, καὶν σύνθετα ὦσι, τοῦ συνήθων ὀνομάτων τετυχήκασι. λέξομεν οὖν ἕκαστον τῶν ἀστῶν ἐν τῷ ποδὶ μορίων, ἥ τὸ σχῆμα κέκτηται, καὶ τίνα τὴν θέσιν, ὅπως τε τὰ πρὸς ἄλληλα σχέσεώς τε καὶ συντάξεως ἔχουσι, καὶ ὅσις ἀριθμὸς αὐτῶν ἐστιν· ἀλλὰ καὶ πεὶ μαλακότητος, καὶ πυκνότητος, καὶ

graciles ſcalas conſcendentem intuitus fueris: gradus enim comprehendentem pedis cavitatem cernes, eos utrinque digitis, calcaneoque quoad ejus fieri poteſt complectentibus, ſicque pedis baſim rotundam fieri, inſtar manus ſubjectum corpus ambientem.

XX. Secundùm hoc igitur manuum ſimiles pedes fuerunt. Pollex autem aliis oppoſitus digitis, pedibus conceſſus non fuit, cum ſuſtentationis tantum ſint organa, ſed brachialis ſimilem eam partem habent, quæ tarſus dicitur, & poſtbrachiali reſpondentem eam, quæ à junioribus medicis pedion, Latine planta eſt nominata. Hæ utique tres pedis partes tribus, quæ ſunt in manu, correſpondent, digiti, planta, atque tarſus, quarum nulla alii ab homine animali ineſſe reperitur. Pedis autem pars tibiæ ſubjecta, cum ſit compoſita, nulla propria nomenclatura inſignita eſt, tribus ea oſſibus conſtat, talo, calcaneo, eoque quod à medicis diſſectoriis naviculare os appellatur. Tarſus autem & planta, quamvis ſunt compoſiti, uſitata tamen nomina ſortiti ſunt. Dicemus itaque ſingula ſimplicium pedis partium, qua figura ſint prædita, & ad quid referantur, quomodo ſeſe reſpiciant, atque inter ſe collocentur: præterea quis ipſarum numerus habea-

2011 Ministerio de Cultura

ἡμῖν ὅσα τοῖς σώμασιν ὑπάρχουσι, διελθωμεν.

habeatur, deque mollitie, & denſitate, & omnibus, quæ earum corporibus inſunt, ſermonem faciemus.

XXI. Ὅτι μὲν πέντε δάκτυλοι ἑκάστου ποδὸς, μαρτυρεῖ τὸ φαινόμενον. Διὰ τί δὲ οἱ τέσσαρες ἐκ τριῶν φαλάγγων, ὁ δὲ μέγας ἐκ δυοῖν, ἐπειδὴ ὑψηλότερόν τε καὶ κοῖλον ἔμελλεν ἔσεσθαι τὸ ἐντὸς ἑκάστου ποδὸς, οἷον ψαλὶς, εὔλογον ἦν ἕδρας ἀσφαλεῖς τε καὶ μείζονας ἔχειν, καὶ δύο τὰ ἑκάστου μεγάλου δακτύλου ὀστᾶ. ἐφεξῆς δὲ τούτοις ὄπισθεν ἡ ἑκάστου ποδὸς θέσις, συναπτομένη τῷ ἑκάστου μεγάλου δακτύλου ὀστῷ κατὰ γῆς ἐστηριγμένῳ. ἀναλογεῖ δὲ τὸ ποδίον τῷ μετακαρπίῳ, ὑποδεχόμενον τὰ ἐκ δακτύλων τὰ ὀστᾶ, καὶ ἐπειδὴ κατὰ στίχον ἕνα κεῖνται οἱ ἐκ δάκτυλοι, εὔλογον καὶ τὸ ποδίον ἔχειν ὀστᾶ ἐκ πρὸς ὑποδοχὴν τῶν ἐκ δακτύλων. Μετὰ δὲ τὸ ἑκάστου ποδὸς ὄπισθεν ὁ ταρσὸς, συγκείμενος καὶ αὐτὸς ἐκ τεσσάρων ὀστῶν μικρῶν τε καὶ ἀμυέλων, ἐξ ὧν ὀκτὼ ἐν τὸ κυβοειδὲς, κείμενον ἐκ τῶν ἔξω αὐτοῦ μερῶν. διαρθροῦται δὲ τῇ τοῦ πτέρνης κοιλότητι. τῶν δὲ λοιπῶν τριῶν ἐπιβαίνει ὁ κύβος τοῦ σκαφοειδοῦς ὀστοῦ. ὁ δ' αὐτὸς κύβος ὑποβέβηκε τῇ κεφαλῇ τοῦ ἀστραγάλου. ὁ δὲ ἀστράγαλος ἕγκειται μὲν ταῖς τοῦ κνήμης καὶ περόνης ἐπιφύσεσιν, ἐπίκειται δὲ τῇ πτέρνῃ, κάτω δύο ἴνας ἐξοχὰς ταῖς κοιλότησιν ἐκείνης ἐνηδρακώς. καὶ ἔστι, τὸ μὲν ἐκτεῖναί τε καὶ κάμψαι τὸ ἄκρον πόδα ἄνω τε καὶ κάτω, τοῦ ἀστραγάλου

XXI. Quinque eſſe pedis digitos, ſenſus ipſe teſtatur. Sed propter quid quatuor ex his tribus oſſium ordinibus componuntur, magnus autem digitus duobus? Quoniam interna pedis pars cum altior, ac tanquam fornix ſinuata eſſe deberet, rationi fuit conſentaneum, eam tuta majoraque ſuſtentacula habere, duoque tantum eſſe magni digiti oſſa. Deinceps poſt hos planta ſita eſt, magni digiti oſſi terræ innixo copulata. Planta autem poſtbrachialis vicem gerit, quinque digitorum oſſa ſuſcipiens, & quoniam uno ordine quinque digiti poſiti ſunt, par eſt & plantam quinque oſſibus ad quinque digitos excipiendos contineri. Poſt plantam tarſus eſt, & ipſe quatuor oſſicula parva, nec medulloſa continens. Ex quibus unum cubicæ figuræ eſt ab exterioribus tarſi partibus, & calcanei cavo conjungitur: ex reliquis autem tribus os cubicum naviculare ſupervenit, rurſumque ipſum cubicum ſuper tali caput aſcendit: talus autem tibiæ ſuræque appendicibus inſeritur, calci vero incumbit, inferius duos quosdam exceſſus, in ejus ſinus injiciens: atqui extremum pedem ten-

2011 Ministerio de Cultura

τ̃ ἁρθρώσεως ἔργον, πρὸς τὰς τ̃ κνήμης τε καὶ περόνης ἀποφύσεις· τὸ δὲ εἰς τὰ πλάγια φέρειν, τ̃ αὐτ̃ ἀστραγάλε τ̃ πρὸς τὸ σκαφοειδὲς ἁρθρώσεως. ἡ δὲ πέρνα ἕδρας ἕνεκα γεγονυῖα, δικαίως μείζων πάντων τ̃ ἐν τῷ ποδὶ ὀστῶν γέγονεν. ἔστι δὲ, κάτωθεν μὲν πλατεῖά τε καὶ λεία, ὄπισθεν δὲ φερὴς, δύο κοιλότητας ἔχουσα, εἰς ἃς ὑποδέχεται τὰς τ̃ ἀστραγάλε ἐξοχάς. ὁ γὰρ ἀστράγαλος μέσος κεῖται τ̃ κνήμης καὶ περόνης καὶ πέρνης, ἄνωθεν μὲν ἁρθρώμενος τῇ κνήμῃ καὶ τῇ περόνῃ, κάτωθεν δὲ τῇ πέρνῃ τῷ σκαφοειδεῖ ὀστῷ, συνδέσμοις εὐρώστοις ἐν ἀμφοτέροις τοῖς ἄρθροις ἐστηριγμένος. πρὸ μὲν οὖν τ̃ συντάξεως τ̃ ὀστῶν τ̃ ἄκρου ποδὸς, τ̃ τε θέσεως αὐτῶν καὶ κινήσεως, ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

XXII. Ὑπόλοιπον δ' ἂν εἴη περὶ τ̃ τ̃ σκέλους ὀστῶν διελθεῖν, ἐξηγούμενον περί τε τ̃ σχήματος αὐτῶν καὶ μεγέθους, θέσεώς τε καὶ κινήσεως, καὶ τ̃ ἐν αὐτοῖς ἁρθρώσεως. ἔστιν οὖν ἡ κνήμη, πρὸς μὲν τὸ ἄνω πέρας παχεῖα, πρὸς τὸ κάτω δὲ ἀπολείπεται βραχὺ τ̃ μεγέθους, ῥάχιν ἔχουσα ἔμπροσθεν ἀπὸ τ̃ ἄνω μέρους ἕως κάτω, ὄπισθεν μὲν τῷ σκαφοειδεῖ ὀστῷ, τῇ δὲ περόνῃ συγκειμένη. ἀμφοτέρων δὲ τὰ κάτω πέρατα, τ̃ τε κνήμης καὶ τ̃ περόνης, ἠνωμένα ὄντα, ἁρθροῦνται τῷ ἀστραγάλῳ ἰσχυροῖς καὶ νευρώδεσι συνδέσμοις· τῷ δὲ μηρῷ ἁρθροῦνται τ̃ τὰ ἄνω αὐτῶν πέρατα. ἔστιν οὖν ἡ περόνη πρὸς-

tendere, ac ſurſum verſum deorſumque convertere ad tibiæ ſuræque proceſſus, peculiare talaris articuli munus eſt, verum ad obliqua converſio, ejusdem tali articulo ad os naviculare vergente, perficitur. At calx ſuſtinendi cauſa fabrefactus, haud injuria cæteris pedis oſſibus grandior fuit, à terra latus lævisque, à tergo rotundus, duos ſinus habens, in quos tali capitula ſuſcipit. Ipſe namque talus medius inter tibiam, ſuram, & calcem ſitus eſt, à ſuperioribus tibiæ ſuræque commiſſus, inferius autem calci navicularique, prævalidis vinculis utrobique deligatus. De extremi pedis oſſium ordine, eorumque poſitu, ac motu, ſatis diſſeruimus.

XXII. Modo ſupereſt de cruris oſſibus ſermonem facere, & eorum figuram, molem, poſitum, motiones, commiſſurasque explicare. Igitur tibia ſuperiori capite craſſa eſt, inferiori parum gracileſcit, ſpinam præ ſe habens ſuperne usque ad inferiora promiſſam, naviculari oſſi incumbens: ſuræ autem deligata, utriusque inferiora extrema, tibiæ videlicet ac ſuræ, talo valentibus nerveisque copulis annectuntur. Sura vero extrinſeca parte tibiæ adhæreſcit, ſane admodum tenuis, cruri tamen accommoda, inferiori enim articulo quo talo

2011 Ministerio de Cultura

προσπεφλασμένη τῇγε κνήμῃ κῶ τὸ ἔξωθεν αὐτῆς μέρος, λεπτὴ μὲν πάνυ, ἀλλὰ ξηρωδὴς τῷ σκέλει. κῶ μὲν γὰρ τὴν κάτω διάρθρωσιν, καθ' ἣν ἄρθρεῖται τῷ ἀστραγάλῳ, σὺν τῇ κνήμῃ τὸν ἄκρον πόδα κινεῖ ἄνω τε καὶ κάτω. κῶ δὲ τὴν πρὸς τὰ ἄνω ἕνωσιν τ κνήμης, βασάζει τὸν μηρὸν πάνυ μέγιστον ὄντα. τρίτη δὲ αὐτῷ χρεία, ὅτι πρὸς τάχος ὑπιβεβλημένα τῇ κνήμῃ, διαφυλάττει τὰ ᾠ σκέλους ἀγγεῖα, καὶ τοὺς μῦς πασῶν τ ἔξωθεν προσβολῶν ἀπαθεῖς· ἀλλὰ καὶ χώραν παρέχειν τοῖς μυσὶ τοῖς πρειμμένοις τῷ σκέλει, ὑπιόντι ἡ λεπτότης. ἐπειδὴ δὲ ἡ κνήμη βασάζει τ μηρὸν, μεῖζον δὲ τὸ βασάζον τ βασαζομένου εἶναι χρὴ, ἔδει τὴν κνήμην μείζονα τ μηροῦ γεγονέναι. ἀλλ' ὑπερ μείζων ἦν, ἐκώλυεν ἂν τῷ βάρει τὴν εἰς πάχος κίνησιν. πάλιν δὲ, εἰ ἐλάσσων ἦν, κατέπιπτεν ἂν ὁ ἄνθρωπος ἐν τῇ ἕδρᾳ τ στάσεως. ἵνα οὖν τὸ βάρος ἐκφύγῃ διὰ τὸ μέγεθος, τὴν ἕδραν ἔχῃ τ μηροῦ βαστάσεως, πρεμενοήσατο ἡ φιλάγαθος τ θεοῦ φιλανθρωπία συμπλέξαι τῇ κνήμῃ τὴν περόνην ἀναπληρῶσαν ἀμφότερα, τήν τε ἑδραίαν στάσιν, καὶ τὸ τάχος τ κινήσεως. διαρθροῦνται δὲ ἀμφότεραι τῷ μηρῷ κῶ διὰ τ κνήμης κοιλότητας, συνδέσμοις εὐρώστοις παντα χόθεν πρειδεδεμένας, καὶ φορεῖν τε ἅμα καὶ φυλάττειν τὴν διάρθρωσιν, ὡς μήτε καμπτόντων, μήτε ἐκτεινόντων ὑπὸ πλεῖον ὀλισθαίνειν ἐκ τ

connectitur, quum tibia extremum pedem ſurſum deorſumque contorquet, qua autem ſuperius tibiæ jungitur, femur longe maximum geſtat: tertius ſuræ uſus eſt, quod exterius tibiæ ſuperpoſita cruris vaſcula & muſculos ab externis injuriis tutos præſtat, quin etiam ejus gracilitas, ad ſedem muſculis cruri circumvolutis concedendam, fuit opportuna. Quoniam autem à tibia femur geſtari neceſſe fuit, at geſtans geſtato majus eſſe oportet, femore major creari debuit: contra, ſi major foret, pondere motus celeritatem impediret, rurſus ſi minor fuiſſet, homo dum firmus ſtare vellet, procideret. Itaque ut molis pondus effugeret, firmitudinemque pariter in ſuſtinendo femore haberet, mirificus DEI erga homines amor tibiæ ſuram copulare excogitavit, utrumque abunde præſtantem, & immobilem ſtandi ſedem, & motus pernicitatem. Utraque femori per tibiæ ſinuata capita deligantur, undique vinculis præpotentibus conſtrictæ, ut ſimul & conſervent articulum & tueantur, ne curvantia tendentiave plurimum ex tibia femur elabi permittant. Patella vero, à Græcis ὑπιγονὶς, ſeu μύλη appellata, quæ os nerveum cartilagineumque eſt, à priori parte commiſſuram hanc totam contegit, femurque ipſum in priora pro-

2011 Ministerio de Cultura

τ κνήμης τ μηρόν. ἡ δὲ ἐπιγονατὶς ἡ καὶ μύλη καλυμένη, νευροχονδρώδες ὀστοῦν ὂσα, τὰ πρόσω μέρη τ διαρθρώσεως ἅπαντα καταλαμβάνει, κωλύουσα μὲν αὐτ τ μηρὸν ὀλισθαίνειν εἰς τὰ πρόσω, κατ' ἐκεῖνα μάλιστα τὰ σχήματα τὰ καλύμματα, γνὺξ καὶ ὀκλάξ· ἤδη δὲ καὶ τ μὴ καταστρέφειν, τῇ μάλιστα ἐν τοῖς καθάντεσι χωρίοις, προπετὲς εἰς τὰ πρόσω τὸ πᾶν ἡμῶν σῶμα γιγνόμενον, ἀμηχανὰν ὠφέλειαν παρέχεται.

prolabi impedit, ſecundum eas maxime figuras, quæ à Græcis γνὺξ & ὀκλαὶξ vocantur, Latine ſonant in genua, & flexis genibus. Quin etiam non parum opus affert, ne corpus noſtrum corruat, in locis præſertim declivibus totum in priora propenſum.

XXIII. ὁ δὲ μηρὸς ἁπάντων τ ἐν τῷ σώματι ὀστῶν, εὐλόγως μείζων ἐγένετο. πρῶτος δὲ ἔστος ὑπερέρεισαι τῇ κοτύλῃ, καὶ πρῶτος ἅπαντα τὸν ὑπερκείμενον ὄγκον τ σώματος ὑπερκείμενον ἔχει. διαρθροῦται δὲ ἡ κεφαλὴ τ μηροῦ τῇ κατ' ἰσχίον κοτύλῃ, διὰ συνδέσμων τριῶν εὐρώστων τε ἅμα καὶ στρογγύλων. ἑνὸς μὲν ἐκ τ ἔξω μερῶν ὅλης τ διαρθρώσεως περιτεταμένου, δευτέρου δὲ ἐκ τ ἔσω, τρίτου δὲ ἐκ τ μεταξὺ τ ὀπίσω, καὶ τῷ μέσῳ χώρας. ὀρθὸς δ' ἐκτέταται ὁ μηρὸς, ἀλλὰ κυρτὸς μὲν εἰς τὰ πρόσω καὶ τὰ ἔξω ὄντων, σιμὸς δὲ ὀπίσω τε καὶ ἐντός. ταύτην δὲ αὐτοῦ τ ἰδέαν καὶ εἰπεῖν οἶδεν Ἱπποκράτης, καὶ καταγῆναι φυλάττειν, καὶ μὴ διαστρέφειν εὐθύς. ὅσοις γὰρ ὁ μηρὸς φύσει εὐθύτερος τ δέοντος ἐγένετο, βλαισοῦνται κ γόνυ. ἐξ ἀνάγκης οὖν κυρτοῦσθαι δεῖ τ μηρὸν πρόσω τε καὶ ἐκτός. ἀπαγόμενος γὰρ τ κοτύλης λοξῶς, χώρας εὐρείας παρέχει τοῖς βαδίζουσι, καὶ τοῖς ἐντὸς μέρεσιν

XXIII. Cæterum non ab re aliis corporis noſtri oſſibus grandius femur creatum eſt: primum namque heminæ innititur, primumque totam ſuperiorem corporis molem ſibi incumbentem ſuſtinet: ipſius vero caput in ſinum coxæ conjicitur, tribusque robuſtis pariter ac rotundis copulis devincitur: prima exterioribus totius commiſſuræ circumtenta, altera interioribus, tertia inter priora poſterioraque mediam ſedem occupante. At femur ipſum non recta protenditur, ſed à prioribus extrinſecisque gibbum: ſimum vero à poſterioribus & internis. Talem hujus figuram etiam dicere novit Hippocrates, atqne fractum conſervare, neque protinus diſtorquere præcepit: quibuscunque enim femur directius quam oporteat, factum eſt, hi ſecundum genu obtorquentur, vacciique reddun-

2011 Ministerio de Cultura

ρεσιν αὐτὸ, πρὸς ὑποδοχὴν τε μυῶν καὶ τε νεύρων, καὶ ἀρτηριῶν ἐφλεβῶν ἀξιολόγων ὄντων αὐτῶν. κυρτοῦνται δὲ τῷ σχήματι εὐλόγως. ἀπὸ γὰρ τῆς κοτύλης ἕως τοῦ μέσου λοξῶς ἀπαγόμενον, ἐκ τοῦ μέσου πάλιν ἕως τοῦ γόνυος ὡς ἐπὶ τὰ ἐντὸς ῥέπει, εὐθετον ποιῶν τὸ σχῆμα εἴς τε τὰς καθιζήσεις, καὶ πρὸς πολλὰ τῶν ἔργων ὅσα δρῶμεν καθήμενοι. ἀποφύσεις δὲ ἔχει, μικρὸν ὑποκάτω τοῦ αὐχένος ἐν τῷ σιμῷ μέρει, δύο, ἃς τροχαντῆρας ὀνομάζουσιν. ἀλλὰ δὲ μείζονα ἀπόφυσιν τὴν ἐν τῷ κυρτῷ ἔξω, ἣν γλουτὸν καλοῦσι.

mur in priora & extrinseca curvatum est, ab hemina namque in obliquum abductis inguinibus, internisque suis partibus spacioſam regionem concedit, ut musculi, nervi, arteriæ, venæque magnitudine insignes admitti valerent. Igitur secundum figuram non injuria curvatur: siquidem à sinu, qui cotyla dicitur, in medium usque oblique porrectum: à medio rursus usque ad genu in interiore devergit, figuram appositam faciens & ad sedendum, & ad multa quæcunque sedentes facimus obeunda. Duos præterea excessus paulo infra cervicem in sima parte continet, quæ trochanteres à Græcis, tuberosa capita Latine nominantur. Quinetiam ab exterioribus in gibbo alius major excessus est, quem γλουτὸν, id est, natem vocaverunt.

XXIV. Περὶ μὲν οὖν χειρῶν ἄκρων καὶ ἕως βραχιόνων, καὶ τῶν μεταξὺ τούτων ἀρθρώσεών τε καὶ κινήσεων, ὁμοίως δὲ καὶ ποδῶν ἄκρων ἕως μηρῶν, ἐν τῷ παρόντι λόγῳ αὐτάρκως διήλθομεν· τίνες δὲ μῦες καὶ τένοντες οἱ κινοῦντες αὐτὰ, ἐν τῷ περὶ μυῶν κινήσεων Γαληνῷ, καλῶς εἴρηται· καὶ ὅστις μαθεῖν θέλει αὐτὰ, ἐν ἐκείνῃ τῇ βίβλῳ γυμναζέσθω.

XXIV. Hactenus de summis manibus usque ad humeros, deque intercedentibus commissuris ac motibus, pariter de extremis pedibus usque ad femora, in præsenti libro differuimus. Sed qui sint lacerti, & tendones hæc membra cientes, in libello Galeni de musculorum motibus accuratissime positum est: quique ea discere optaverit, in eo sese libro exerceat.

ΘΕΟ-

THEO-

2011 Ministerio de Cultura

ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣ.

Βιβλίον β'.

I.

Ἐν τῷ πρὸ τοῦδε βιβλίῳ πρώτῳ ὅπη τῆς ὅλης πραγματείας, περὶ πρώτου τῶν χειρῶν καὶ ἄκρων ποδῶν τε καὶ σκελῶν κατασκευῆς διήλθομεν ἐξηγούμενοι, ἐπειδὴ καὶ τὸ καλῶς ζῆν τὸν ἄνθρωπον, δι' αὐτῶν ἔφαμεν γίνεσθαι· ἐπεὶ δὲ καὶ τρέφεσθαι ταῦτα καὶ πάντα ἕτερα ζῴου μόρια ἀναγκαῖον ἦν, τῆς δὲ θρέψεως πρηγεῖτο ἡ ἐξομοίωσις, αὐτῆς δὲ πάλιν ἡ πρόσφυσις, ταύτης δὲ ἡ πρόσθεσις, τῆς δὲ προσθέσεως ἡ διὰ τῶν ἀγγείων τῆς κοίλης φλεβὸς ἀνάδοσις εἰς ὅλον τὸ σῶμα, ταύτης δὲ ἐκ τῆς σκελαίας φλεβὸς εἰς τὴν κοίλην μετάληψις τοῦ αἵματος, τῆς δὲ κατὰ τὴν σκελαίαν φλέβα αἱματοποιήσεως πρηγεῖται ἡ διὰ τῶν μεσαραϊκῶν φλεβῶν ἀνάδοσις τοῦ ἐκ γαστρὸς καὶ λεπτῶν ἐντέρων χυλοῦ, αὐτὴ δὲ ἡ γαστὴρ χυλοποιεῖ τὰ σιτία πρώτως ὑποδεχομένη διὰ τοῦ οἰσοφάγου καὶ τοῦ φάρυγγος, ἀπὸ τῶν ὀδόντων προληφθέντα, καλῶς ἂν ἔχοι ἐν τῷδε τῷ γράμματι ἀπὸ τῆς γαστρὸς ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν. πάντων γὰρ τῶν προσφερομένων σιτίων τε καὶ πομάτων πρώτου ὑποδοχεὺς αὕτη κατεσκευάσθη πρόνοιᾳ τοῦ δημιουργοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

II. Εἴπωμεν οὖν πρότερον περὶ τῆς θέσεως αὐτῆς, εἶτα περὶ τοῦ σχήματος καὶ

THEOPHILI,

De humani corporis fabrica,

Liber II.

I.

IN ſuperiore libro totius hujus operis primo, de manuum, extremorum pedum, crurumque conſtitutione ſermonem fecimus, ea membra melioris vitæ cauſa homini fuiſſe conceſſa declarantes. Cæterum quoniam & ipſa & reliqua omnia animalis membra neceſſario nutriuntur: nutricationem vero aſſimilatio prævenit, hanc rurſus agglutinatio, quam applicatio antecedit, & hanc ipſa per cavæ venæ vaſcula in totum corpus digeſtio, quam item ex caudicis vena in cavam ſanguinis derivatio: ſanguinis autem in caudicali vena confectionem, ſucci ex ventriculo gracilibusque inteſtinis per medianas venas diſtributio antevertit: at ipſe ventriculus cibos primum ſuſcipiens, per gulam & fauces deſcendentes, prius dentibus attritos in ſuccum vertit: non alienum fuerit, in hac ſecunda operis parte à ventriculo narrationem ordiri, quandoquidem & conditor noſtri DEUS ipſum primum aſſumpti cibi potusque receptaculum conſtituit.

II. Itaque primum de ejus poſitu loquamur, mox de figura & viri-

2011 Ministerio de Cultura

καὶ τὴν ἐν αὐτῇ δυνάμεων· ἐξῆς δὲ περὶ τῆς ἐνεργείας αὐτῆς, εἶτα περὶ τῆς καθ' ὅλου τοῦ σώματος οὐσίας αὐτῆς. ἀρκτέον δὴν ἐντεῦθεν· ἡ γαστὴρ ἐν τῷ μέσῳ τῆς ζώου καθίδρυται, εἴσοδον ἔχουσα πρὸς τὸ ἄνω αὐτῆς μέρος, ὅπερ καὶ στόμα κοιλίας ὠνόμασαι, σενήν τε καὶ πεπομένην, ἀπὸ τοῦ στόματος τῆς κοιλίας ἀνήκουσαν μέχρι τοῦ φάρυγγος. ταύτης τὴν εἴσοδον, τὸ μὲν ἴδιον ὄνομα οἰσοφάγος, τὸ δὲ κοινὸν στόμαχος. ἔστι δὲ φάρυγξ, ἡ ἐντὸς τοῦ στόματος εὐρυχωρία, εἰς ἣν κρέμαται ἡ σταφυλή.

III. Ἕλκει δὴν ἡ γαστὴρ τὰ σιτία ἀπὸ τοῦ στόματος διὰ τοῦ οἰσοφάγου καταρτισθέντα εἰς τροφῆς ἐπιτηδειότητα. προσελθόντα γὰρ ἐν τῷ στόματι, λεαίνονται μὲν ὑπὸ τῶν ὀδόντων, σφαιροποιοῦνται δὲ ὑπὸ τῆς γλώσσης, καὶ ὡθοῦνται πρὸς τὸ φάρυγγα. ἕλκει δὴν αὐτὰ ἡ γαστὴρ διὰ τοῦ οἰσοφάγου, σύνθετος ἐκ δύο χιτώνων περιειλημμένων ἀλλήλοις, τοῦ μὲν ἔσωθεν ὄντος, τοῦ δὲ ἔξωθεν. καὶ τοῦ μὲν ἔξωθεν ἴνες κατ' εὐθεῖαν γραμμὴν κεῖνται, τοῦ δὲ ἔσωθεν κύκλον ἐγχάρσιαι, ὅπως ἐν τῇ καταπόσει, αἱ μὲν εὐθεῖαι ἴνες ἕλκωσι πρὸς τὰ κάτω, αἱ δὲ ἐγχάρσιαι ἐπιστέλλωσι τὸ ἑλχθέν. ἔστι δὲ ὁ οἰσοφάγος καὶ τὴν κάτωθεν ἄνω φορᾶς ὁδός, οὐχ ὡς ἕλκων, ἀλλ' ὡς ὁδὸς μόνον. ἐπεὶ τὴν γὰρ πολλάκις τὴν τροφὴν ἐπισυνεγκαμένου τοῦ ζώου, ὅτε ἡ γαστὴρ βαρυνομένη, οὐ μὴ δύνα-

II. Igitur à corde initium capiam, quippe quod ingeniti caloris radix & fons eſt, ipſumque per arterias in univerſum corpus diffundens omnibus ejus partibus vitam elargitur: nam cordis cauſa reliqua ſpirabilia organa creata ſunt, ut ejus inſitus calor refrigeretur, augeſcat, & nutriatur: idcirco boni DEI noſtri providentia pulmonem ſpirandi officinam procreavit, ut attractus per ipſum externus aër in cor transmittatur, ejus calorem refrigerans, nutriens, augensque. Verum quia non per ſe pulmo, ſed ad motum pectoris cietur, ne vacuum in rerum natura ſit, initium exponendo-

2011 Ministerio de Cultura

ται κ τὴν κενὴν ὑποχώρησιν, τὴν ἀρχὴν τ ἐξηγήσεως τ ἀναπνευστικῶν μορίων ἀπὸ τ θώρακος ποιήσομαι.

III. Ἔστι μὲν οὖν ὁ θώραξ, σῶμα σύνθετον, ἐκ δεξιῶν μὲν καὶ ἀριστερῶν τ πλευρῶν συγκείμενον, ἔμπροσθεν δὲ ὑπὸ τ στέρνου καὶ τ στήθους, ὄπισθεν δὲ ὑπὸ τ ιβ΄ ἀπονδύλων τ ῥάχεως τ ἀφωρισμένων τῷ θώρακι, εἰς ἃς συναρθροῦνται οἱ αὐτοὶ ἀπόνδυλοι ταῖς ἑκατέρωθεν παγίσι τῶν πλευρῶν. στέρνον μὲν οὖν τὸ ὑπὲρ τ μαζόν ἐστι· τὸ δὲ μεταμάζιον, στῆθος. ἄνωθεν μὲν οὖν ἀφορίζεται ὑπὸ τ κλειδῶν καὶ τ τραχήλου, κάτωθεν δὲ ὑπὸ τ διαφράγματος, ὡς εἶναι τὴν θέσιν τ θώρακος ὑπὲρ τ φρενῶν. ὄργανον οὖν ἐστὶν ὁ θώραξ πνευματικὸν, ἀναπνευστικὸν, κινούμενον κ προαιρέσιν. ὑπὸ μυῶν γὰρ καὶ νεύρων αὐτῷ ἡ κίνησις. κοῖλος δέ ἐστιν ἔσωθεν, ὡς μαρτυρεῖ τὸ φαινόμενον· ἀναπληροῖ δὲ πᾶσαν τὴν εὐρυτῆτα αὐτ ὁ πνεύμων φωνητικὸν ἅμα καὶ ἀναπνευστικὸν ὄργανον ὑπάρχων. εἴπωμεν τοίνυν πρῶτον τ χρείας αὐτῶν ἐντεῦθεν ἀρξάμενοι.

IV. Ἡ χρεία τ ἀναπνοῆς τοῖς ζώοις ἐδείχθη διὰ τ καρδίαν, δεομένης αὐτ κ ἔξωθεν ἀέρος. ἀναψύχει γὰρ αὐτὴν ὁ ἔξωθεν ἀὴρ εἰσπνεόμενος ὑπὸ θερμότητος ζέουσαν. διπλῆς δὲ τ κινήσεως τ ἐν τῇ καρδίᾳ ὔσης, κ διαστολὴν, καὶ συστολὴν, ἐν μὲν τῷ διαστέλλεσθαι, καταψύχεται· ἐν δὲ τῷ συστέλλεσθαι, τὰ λιγνυώδη πρὸ-

nendorum ſpirantium membrorum à pectore faciam.

III. Itaque pectus eſt corpus compoſitum ex dextris lævisque coſtis: in priore autem duobus ex oſſibus conſtans, quorum unum στῆθος, alterum στέρνον Græci vocant: à tergo duodecim ſpinæ vertebris, quæ una cum pectore deſinunt: inter ſeſe autem vertebræ utrinque coſtarum compagibus deligantur. Sternon quidem, os ſupra mammas vocant: quod infra eſt, ſtethos: ſuperius quidem jugulis & collo terminatur, ab inferioribus transverſo ſepto: ſupra enim pectus eſt. Igitur pectus ſpiritus inſtrumentum eſt, ipſum trahens, reddensque, voluntatis motu agitatum: nam per muſculos & nervos ipſi motus ineſt, interius concavum, ut ſenſus declarat; totum vero internum ſpacium pulmo occupat, vocale ſimul, ſpirabileque inſtrumentum. Verum hinc exorſi, eorum commoda exponamus.

IV. Spirationis uſum in animalibus propter cor fuiſſe à natura inventum demonſtravimus, quod ſane externi aëris indiget: ſiquidem externus aër attractus, ipſum calorem præfervidum refrigerat. Duplex vero cum ſit in corde motus, per diſtenſionem videlicet & contractionem, dum diſtenditur,

2011 Ministerio de Cultura

πειπώματα ἀπωθῆται. ὅπ εὐθὺς δὲ ἀπὸ τ̃ φάρυγγ̃ ἕλκει ἡ καρδία· μέσ̃ γὰρ ὁ πνευμών κεῖται τ̃ τε φάρυγγος καὶ τ̃ καρδίας· καὶ τοῦτ̃ τ̃ ἀγαθ̃ προνοίας τ̃ Θε̃ ἡμῶν. εἰ γὰρ ἀμέσως ἐπ τ̃ φάρυγγος εἵλκεν ἡ καρδία, καὶ αὖθις εἰς τὸ ἐκτὸς ἀπεδίωκε τὸ πνεῦμα, δυοῖν θάτερον ἡμῖν ἀναγκαῖον κακὸν ἐγίνετο, ἢ ἀκαίρως εἰσπνεῖν ἀέρα μοχθηρὸν, ἢ μηδόλως εἰσπνέοντι πνίγεσθαι πρόχρημα. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἡ δημιουργικὴ τ̃ Θε̃ σοφία, ὃ τὴν καρδίαν μόνην ἀναπνευστικὸν ἐποίησεν ὄργανον, ἀλλ' ἔξωθεν αὐτῇ προσέθηκε πνεύμονα καὶ θώρακα, διασκευάζοντας ἐκείνῃ καθαρὸν τ̃ ἀέρα, ἅμα δὲ καὶ φωνεῖν τὸ ζῷον διὰ τ̃ συστολῆς αὐτῶν ποιοῦντας.

V. Μέσην δὲ ἄρα παντὶ τῷ κύτει τ̃ θώρακος αὐτὸν ἐγκατέθετο, ὅπως ἰσορρόπως ἕλκῃ ἅπασαν τὴν ἐκ τ̃ πνεύμονος κατάψυξιν, ἅμα δὲ καὶ τ̃ τῷ θώρακι προσπιπόντων βλαβερῶν ἀπαχθῇ πορρωτέρω. καὶ τὸ μέσον δὲ ὁ θώραξ ὅλος ἡμέσιν εὐρώστοις διαφράττεται ἄνωθεν τ̃ κλειδῶν ἕως κάτωθεν τ̃ ξιφοειδοῦς χόνδρου, καὶ μέχρι βάθους τ̃ ῥάχεως, χωρίζουσι τὴν δεξιὰν κοιλίαν τ̃ θώρακος καὶ τὴν ἀριστερὰν· καὶ ἄλλως δὲ ἀναγκαίαν χρείαν τῷ ζώῳ παρέχουσι. πολλάκις γὰρ τὰ δεξιὰ βλαβέντα ἰσχυρῶς, ἡμίπνουν καὶ ἡμίφωνον τὸ ζῶον τηρεῖ, ἀβλαβῶν τῶν ἀριστερῶν διαφυλαττομένων, ὡς

refrigeſcit: dum contrahitur, fuliginoſa recrementa propellit, neque ſtatim à faucibus cor ſpiritum adducit: medius enim pulmo inter fauces corque intercedit, idque divinæ eſt providentiæ teſtimonium, nam ſi protinus à faucibus cor animam acciperet, rurſumque expelleret, duorum incommodorum alterum evenire neceſſe foret, aut importune aërem lædentem immitti, aut dum nihil attrahitur, confeſtim ſuffocari. Propterea igitur DEI conditrix ſapientia non cor ſolum ſpirabile viſcus machinata eſt, ſed extra pulmonem pectusque ipſi aërem purgantes, temperantesque circumdedit, ſimulque per ipſorum compreſſionem vocem animali fabrefecit.

V. Atqui intra pectoris inane exquiſite medium cor eſt poſitum, ut æque totum ex pulmone refrigerium abducat, itemque ut longius à noxiis in pectus incidentibus ſummotum ſit: totum autem pectus prævalidis membranis medium interſepitur: ſuperius à jugulis, inferius à cultrali cartilagine, usque ad profundam ſpinam, in dextrum ſiniſtrumque ventriculum diviſum, qui neceſſarium alioqui animali uſum præſtant: quandoquidem plerumque dextra pars læſa, animal ex dimidio ſpirans & ſemivocale ſervavit, incolumi ſiniſtra

2011 Ministerio de Cultura

ὡς εἰ καὶ ταῦτα πάθῃ, ἄφωνον καὶ ἄπνουν τὸ ζῶον αὐτὸ καὶ ἄπνουν γίνεται. περιλαμβάνει δὲ τὴν καρδίαν ὁ πνεύμων, ὥσπερ τισὶ δακτύλοις τέσσαρσι λοβοῖς αὐτὴν περιών. ὁ γὰρ πέμπτος ὁ μικρὸς ὑ φυλακῆς τῆς καρδίας ἕνεκα γέγονεν, ἀλλ' ὑποστήριγμα καὶ οἱονεὶ βάσαγμα τῆ κοίλης φλεβός· καὶ διὰ τοῦτο καὶ κοιλότητα εἰς τὸ αὐτὸ ἄνω μέρος ἔχουσιν εἰς ὑποδοχὴν τῆ φλεβὸς, ὅπως μὴ ἐκτρέπηται δεξιὰ ἢ ἀριστερά. ὁ δὲ αὐτὸς λοβὸς καὶ εἰς τὰ δεξιὰ παρεγκλίνει. ἡ γὰρ κοίλη φλὲψ ἀπὸ τῆ ἥπατος ἐκφυομένη, δεξιωτέρα πως ἀνέρχεται πρὸς τὴν τῆ θώρακος εὐρυχωρίαν τῆ δεξιᾶς κοιλίας· τὸ δὲ μέσον αὐτῆς βασάζεται ὑπὸ τῆ βλαστῆ αὐτῆς, τῆ καταφυέντος εἰς τὴν δεξιὰν κοιλίαν τῆ καρδίας, χορηγοῦντος αὐτῇ αἷμα πρὸς τὸ τρέφεσθαι. τὸ δὲ ἄνω μέρος κοίλης φλεβὸς τὸ πρὸς ταῖς κλεῖσιν, βασάζεται ὑπὸ ἀδένος τῆ ὀνομαζομένου θύμου. ἀπὸ δὲ τῶν κλειδῶν χιζομένη, τὰς σφαγίτιδας φλέβας ἀποτελεῖ, καὶ ἄλλας πολλάς, τὰς μὲν εἰς ὠμοπλάτας καὶ χεῖρας ἐκπεμπομένας, τὰς δὲ εἰς κεφαλὴν καὶ ἐγκέφαλον. περὶ μὲν οὖν θέσεως καρδίας καὶ πνεύμονος, καλῶς εἴρηται.

VI. Περὶ δὲ τῆ σχήματος αὐτῆς, νυνὶ λέξομεν. ἔστιν οὖν ἡ καρδία κωνοειδὴς τῷ σχήματι· καὶ ἡ μὲν βάσις αὐτῆς πρὸς τῷ μέρει τῆ ῥάχεως ἥδραίωται· τὸ δὲ ὀξὺ, πρὸς τῷ στέρνῳ, ἄπτεται σαρκὸς ἀπεμπόλιον ἔχον πολύ, ἵνα

stra remanente, qua & ipſa laborante, totum protinus animal voce ſpirituque privatur. At cor vitale principium, à pulmone quatuor fibris tanquam digitis utente præcingitur: quinta enim exigua eſt, neque muniendi cordis cauſa creata, ſed ſtratum quoddam, & venæ cavæ ceu vehiculum, atque ideo in ſumma parte ad eam venam recipiendam in ſinum deſinit, ne in dextram aut ſiniſtram laberetur. Eadem etiam fibra in dextram vergit: nam cava vena ab jecore exoriens, dexterior ad dextri in pectore ſinus cavitatem aſcendit, ejus vero medium à ſuo ipſius ramo ſuſtentatur, qui in dextrum cordis ſinum ſe inſinuans, ei ad alimentum ſanguinem ſubminiſtrat: ſuperior cavæ venæ pars ad jugula repens, à glandula thymo appellata ſuſtinetur: ſuper jugula ſciſſa jugulares venas profert, & alias multas, quasdam ad ſcapulas & manus, quasdam ad caput cerebrumque diſcurrentes promittit. De cordis pulmonisque ſitu abunde dictum ſit.

VI. At de figura nunc orationem habeamus. Coni figuram refert cor, ejusque baſis è regione ſpinæ ſtatuitur, mucro è regione pectoralis oſſis, quod ſternon dicitur, carnis tegumentum ſatis firmum

2011 Ministerio de Cultura

ἵνα καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ φυλάττηται κ τοῦτο τὸ μέρος, καὶ τὰς πρὸς τὸ στέρνον ἔξωθεν προσβολὰς ἀπιπτούσας ἀπάγῃ τῆς καρδίας. ῥέπει δὲ μικρὸν πρὸς τὰ ἀριστερὰ τὸ ὀξὺ τοῦ κώνου, ἑλκόμενον ὑπὸ τ εὐκαίνητος πνεύματος ἐν γαστρί. ἐν δὲ ἀριστερᾷ δέ, τ πνεύματος κοιλίαν ἡ φύσις ἐσκεύασε, ὡς ἐν τῇ δεξιᾷ τ αἵματος. μέσον δὲ τ βάσεως τοῦ κώνου, καὶ τ ὀξέος γύρωθεν εἰσὶν αἱ κοιλίαι τῆς καρδίας δύο· τούτων, ἡ μὲν δεξιὰ, ἡ δὲ ἀριστερά· αἱματικὴ μὲν ἡ δεξιὰ, περιέχουσα πνεῦμα ὀλιγοστόν. πνευματικὴ δὲ ἡ ἀριστερὰ, περιέχουσα αἷμα ὀλίγον. καὶ γὰρ καὶ αἱ ἀρτηρίαι πνεῦμα περιέχουσαι καὶ αἵματος ὀλίγου μετέχουσι τροφῆς χάριν, ὡς αὐτὴ καὶ αἱ φλέβες αἷμα περιέχουσαι καὶ πνεύματος μετέχουσι, χάριν τοῦ ζῆν· ῥιπίζεσθαι γὰρ χρὴ ἅπαν μόριον τοῦ μέλλοντος ζῆν σώματος.

mum habens, ut & ſpiritus cordis incola hac parte conſervetur, atque ut externos in ſternon occurſus à corde ſummoveat; paulum in ſiniſtram coni acies vergit, à proprii ventriculi ſpiritu exurente pertracta, in ſiniſtra autem parte ſpiritus ventriculum natura molita eſt, quemadmodum in dextra ſanguinis. Verum in medio baſis cuſpidisque ſpacio utrinque ſunt cordis ſinus gemini: horum unus dexter eſt, alter ſiniſter; ſanguinis quidem receptaculum dexter eſt, paucum ſpiritum continens: at ſpiritus fons ſiniſter, modicum ſanguinis habens: quandoquidem & arteriæ ſpiritu affluentes, exiguo ſanguine alimenti cauſa participant, contra venæ ſanguinis plenæ, & ſpiritus aliquid vitæ cauſa retinuerunt: victuri enim corporis parti ventilatione opus eſt.

VII. Ἀπὸ δὲ τ βάσεως τ καρδίας, ὅπερ καὶ κύριον αὐτῆς μέρος ὀνομάζεται, ἐκφέρεται ἀγγεῖα· ἐκ μὲν τ αἱματικῆς κοιλίας ἡ φλὲψ ἡ ἀρτηριώδης, ἐξάγουσα τὸ αἷμα τὸ ἀπὸ τ κοίλης φλεβὸς εἰσαγόμενον εἰς τὴν δεξιὰν κοιλίαν τ καρδίας, καὶ ἐπάγουσα εἰς τ πνεύμονα, πρὸς τροφὴν καὶ αὔξησιν αὐτοῦ καὶ τ ἐν αὐτῷ ἀγγείων· ἐκ δὲ τ ἀριστερᾶς κοιλίας τ καρδίας ἐκφέρεται ἡ ἀρτηρία ἡ μεγάλη, ἡ ὀνομαζομένη πνευματικὴ, ὑπό τινων δὲ ἀορτή. αὕτη ἐκπέμπε-

VII. Cæterum à cordis baſi, quæ ejus princeps pars nominatur, vaſcula oriuntur: ex ſanguineo ventriculo atterialis vena, ſanguinem ex cava in dextrum cordis ſinum derivatum exhauriens, in pulmonemque profundens, ut ipſe ipſiusque vaſcula alantur ac augeantur: at ex ſiniſtro cordis cavo grandis arteria exoritur, quæ ſpirituoſa à nonnullis & aorta vocata eſt: hæc per totum corpus diſſipata vagatur, omnes ejus partes refrigerans, vita-

2011 Ministerio de Cultura

πεται καπασπειρομένη εἰς πᾶν τὸ σῶμα ζ ζώσ, ῥιπίζσα καὶ ζωογονοῦσα πάντα αὐτ τὰ μόρια. πὶ μὲν δὴ σχεδὶ ζ σχήματος αὐτ καὶ τ μορίων ἑκάστ τ θέσεως, ὧδε ἔχ.

vitalique calore ſuſtentans: & venalis arteria nuncupata, ab aſperis per pulmones diviſis aèrem trahens & in cordis penetralia refundens. De cordis figura, ejusque partium ſitu hæc diſſeruimus.

VIII. Τὰ δὲ σχεδὶ τ ὅλης αὐτ οὐσίας, διαληπτέον. σάρξ ἐστιν ἡ καρδία σκληρὰ καὶ δυσπαθής, ἐξ ἰνῶν πολυειδῶν συγκειμένη, διαλλάττσα τ μυῶν τ ἰσὶ. τοῖς μὲν γὰρ μυσὶ μονοειδὴς ἡ τ ἰνῶν φύσις. ἢ γὰρ εὐθείας μόνον ἔχσι κ μήκος, ἢ ἐγκαρσίας κ τὸ πλάτος ἑαυτῶν. ἅμα δὲ ἑκατέρας οὐδείς. ἡ καρδία δὲ καὶ ταύτας ἀμφοτέρας ἔχει, καὶ τρίτας ἐπ' αὐταῖς λοξάς· ἀλλὰ καὶ σκληρότητι, καὶ τόνῳ, καὶ τῇ συμπάσῃ ῥώμῃ τε καὶ δυσπαθείᾳ πολὺ διαλλάττσιν αἱ τ καρδίας ἶνες ἁπασῶν τ ἄλλων. οὐδενὸς γὰρ οὕτως ὀργάνου συνεχὴς καὶ σφοδρόν ἐστι τὸ ἔργον, ὡς τ καρδίας· ὅθεν εὐλόγως εἰς ῥώμην τε ἅμα καὶ δυσπάθειαν ἡ τ σώματος αὐτ οὐσία κατεσκεύασται. τὸ δὲ πολυειδὲς τῶν ἰνῶν τ καρδίας διὰ πὰς κ διάστολὴν κινήσεις αὐτῶν· τ γὰρ εὐθειῶν ἰνῶν ἐνεργσῶν, ἕλκει· τ δὲ ἐγκαρσίων, ἐκκρίνει· ἀμφοῖν δὲ ἐνεργσῶν καὶ σὺν αὐταῖς τῶν λοξῶν, κατέχ.

VIII. Totam ejus ſubſtantiam nunc docebimus: Cor eſt caro dura, noxiis cauſis valde reſiſtens, ex varii generis fibris compoſita à muſculis per fibras differens. Muſculi namque unius tantum generis fibris conſtant: aut enim rectas tantum ſecundum longitudinem, aut transverſas ſecundum latum fibras habent: ſimul vero utrasque nullus habere viſus eſt. At cor non ex his utrisque modo, verum etiam ex obliquis compositur, quin etiam duritia, tenore, omnique robore & firmitate, cordis fibræ longe cæteris omnibus antecellunt: nullius enim inſtrumenti ita, ut cordis aſſidua eſt, ac vehemens opera. Quare non injuria corporis ejus ſubſtantia robuſta firmaque facta eſt; ſed fibrarum eſt varietas, ob motiones per diſtenſionem compreſſionemque factas: nam per rectas attrahit, per transverſas expellit, per utrasque obliquis additis retinet.

IX. Εἰς δὲ τὴν αὐτὴν κατοχὴν συνεργσι καὶ αἱ τριγλώχινες ὑμένες, ἀποφράττοντες πὰ στόματα τ ἀγγείων, καὶ ὐ μόνον συνεργοί εἰσιν εἰς καθ-

IX. Ad ipſam quoque retentionem, tricuſpides membranæ vaſculorum oſcula obſtruentes faciunt, neque ſolum retentionem materialis

2011 Ministerio de Cultura

κατοχὴν δ' ἐλχθέντος ὑπὸ τ καρδίας ὑλώδης πνεύματος, ἀλλ' οὐδ' ἐῶσιν ἔξω παλινδρομεῖν τὰ ἐλχθέντα ἐν ἀκαρεῖ τῷ χρόνῳ. τὴν προσωνυμίαν δὲ ὑμένες ὅτοι τριγλώχινες καλεῖσθαι ἐκ τ ὁμοιότητος τ τριγλωχίνων. ὅμοιοι γὰρ κ πάντα τοῖς τριγλώχισιν εἰσίν.

X. Ἀλλὰ κὴ τὰ ὦτα τ καρδίας διὰ ταύτας τὰς αἰτίας γέγονε. κοῖλα γάρ εἰσι κὴ προσφερῆ, κὴ προσδεκτήρια ἔξωθεν ἑκατέρου τ εἰσαγόντων σωμάτων τὰς ὕλας, καθάπερ τι ταμεῖον τροφῆς, ὡς μὴ κινδυνεύσαι ποτε ῥαγῆναι τὸ ἀγγεῖον ἐλκυσθείσης ἀθρόως τε κὴ σφοδρῶς τ καρδίας, ἀλλ' ἐκ τ κοιλότητος τ ὤτων κατ' ὀλίγον χορηγεῖσθαι. ἐπιβέβληται δὲ τῇ καρδίᾳ περιλαμβάνων αὐτὴν ὁ περικάρδιος ὑμὴν, ὥσπερ τι ἕρκος ἢ οἶκος ἀσφαλὴς, ἐκφυόμενος μὲν ἀπὸ τ βάσεως αὐτ, στενόμενος δὲ κ βραχύ, κὴ τελευτῶν ὁμοίως κὴ αὐτὸς τῇ καρδίᾳ, εἰς τὴν κορυφὴν δ κώνου τῷ στέρνῳ συνημμένος. ἀφέστηκε δὲ ἀπὸ τ καρδίας πανταχόθεν τοσαύτην διάστασιν, ὡς διαστελλομένη αὐτὴν ἱκανῶς ὑποδέχεσθαι. εἰ γὰρ ἔτι πλέον ἀφεστήκει, ἔλαπτεν ἂν τ θώρακος τὴν εὐρύτητα ταῖς κ τὰς ἀναπνοὰς ἴσως τι κὴ ἔξω φορᾶς τ πνεύματος· νῦν δ' ὀλίγον ἀπ' αὐτῆς ἀφεστήκει, ἐσενοχώρει ἂν αὐτὴν ἐν ταῖς μεγάλαις διαστολαῖς τ καρδίας. ἔστιν δ' ἡ μὲν οὐσία τ περικαρδίου χιτῶνος, νευρώδης τε παχεῖα, μέση καθεστηκυῖα συμπλη-

τητός

lis ſpiritus à corde attracti adjuvant, immo neque ea, quæ breviſſimo tempore attracta ſunt, retro effluere permittunt: appellationem autem eam à ſimilitudine tricuſpidum telorum adeptæ ſunt, quibus perſimiles ex toto fuerunt.

X. Aures præterea cordis iisdem de cauſis comparatæ fuerunt. Etenim cavæ rotundæque ſunt & exterius oſtiis humores in cor admittentibus appoſitæ, tanquam alimenti promptuarium, ne unquam repente contentiusque trahente corde, vaſculum diſruptionis periculum ſubeat, ſed ex aurium gremio paulatim commeatus ſubvehatur. Exterius autem cor firmo eſt opertum membranæ involucro, quæ ab hoc pericardios Græce vocata eſt, inſtar valli cujusdam, domusque munitiſſimæ. Hæc à cordis baſi incipiens, paulatim arctior fit, tandemque una cum corde in coni aciem gracileſcit, & oſſi pectoris, quod ſternon vocatur, conjungitur. A corde vero undique tanto abeſt ſpatio, quantum diſtento cordi ſatis eſſe valeat: quod ſi longius diſtaret, pectoris cavum impediret, dum in anhelitu trahitur ſpiritus ac redditur. At ſi minus ſpatii intereſſet, ipſum cor cum latius diſtenditur, in anguſtiis verſaretur. Membranæ hujus ſubſtantia nervoſa & craſſa eſt, & inter

2011 Ministerio de Cultura

σητός τε καὶ μαλακότητος. εἰ μὲν γὰρ σκληρότητος μετέχε πλείονος, ἔθλα ἂν τῇ γειτνιάσει τ πνεύμονα σομφόν τε καὶ μανὸν ὄντα· εἰ δ' αὖ μαλακότητος, ἐθλᾶτο ἂν ὑπὸ τῶν ὀστῶν. Διὰ ταῦτά τοι ὥσπερ τῇ θέσει σύμμετρος, ὕτω καὶ τῇ οὐσίᾳ ἐστίν. ἀλλὰ περὶ μὲν τ καρδίας καὶ τ ἐξ αὐτῆς ἀγγείων, καὶ τ ἐν αὐτῇ ὠτων, ἔτι τε τ οὐσίας αὐτῶν καὶ ἐνεργείας, ἱκανὰ ταῦτα.

XI. Ἐξηγητέον δὲ ἤδη καὶ κατασκευὴν τὴν τ πνεύμονος. πλέγμα δέ τι καὶ τοῦτο τὸ παλάγχνον, ὥσπερ καὶ τὸ ἧπαρ, ἀγγεῖα πολλὰ ἔχον, μαλακῇ σαρκὶ, καθάπερ ἐν σοιβῇ τινὶ, πᾶς μεταξὺ χώρας ἀναπεπληρωμένον. ὁρμῶνται δὲ τῶν ἀγγείων, τὸ μὲν ἐκ τ ἀριστερᾶς κοιλίας τ καρδίας, τὸ δὲ ἐκ τ δεξιᾶς, τὸ δὲ ἐκ τ φάρυγγος. ἐντεῦθεν ἂν περιόντα, καταχίζεται τρόπον ὁμοιότατον ἅπαντα. χίζεται δὲ ὁ πνεύμων εἰς λοβοὺς τέτταρας, ὧν δύο μὲν καθ' ἑκάτερον μέρος οἱ μεγάλοι, πέμπτος δ' ὁ μικρὸς ἐν τοῖς δεξιοῖς, ὃς δὲ διὰ τὴν ἀναπνοὴν γέγονεν, ἀλλ' εἰς ὑπηρεσίαν τ κοίλης φλεβὸς, ἀπὸ τ διαφράγματος ἄχρι τ τῆς καρδίας ὠτὸς ἐκτέταμένος. παρέχονται δὲ τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ καταπειρόμεναι εἰς τ πνεύμονα ἑκατέρωθεν αἱ λοιπαὶ δύο, καὶ αὗται καταπειρόμεναι σὺν αὐτῇ εἰς αὐτὸν τὸν πνεύμονα, ἡ μὲν φλεψὶ ἀρτηριώδης, ἐξάγουσα ἀπὸ τ δεξιᾶς κοιλίας τ καρδίας

ter duritiam mollitudinemque mediocris: quoniam si durior esset, vicinitate pulmonem rarum fistulosumque collideret, contra si mollior, pectoralium ossium asperitate tunderetur. Idcirco ut situ, ita etiam substantia media effecta est. Hactenus de corde, vasculisque ab eo prodeuntibus, de auribus, & pericardia membrana, præterea de horum omnium substantia, muneribusque narravimus.

XI. In præsentia pulmonis artificium exponamus. Id viscus textura quædam est, ex pluribus vasculis integrata, molli carne tanquam culcitra medias plagas infarciens: at vasorum unum ex sinistra cordis cella, alterum ex dextera, tertium ex faucibus prodit. Igitur his de locis prodeuntia modo quam simillimo omnia in ramos sparguntur, in quatuor fibras pulmo ipse dividitur, quarum duæ utraque ex parte magnæ sunt, quinta in dexteriore parte non spiritus causa creata est, sed ut cavæ venæ à transverso discrimine ad cordis usque aurem porrecta servitio esset. Verum prope asperam arteriam reliqua duo vasa collocantur, per pulmonem utrinque divisa, unaque cum ipsa aspera arteria per totum id viscus ramorum serie distributa: arterialis quidem vena ex dextro cordis sinu sangui-

2011 Ministerio de Cultura

διας αἷμα, ℭ παγσάγγσα τῷ πνεύμονι· ἡ δὲ ἀρτηρία φλεβώδης, ἐπάγγσα τὸ ἐκ τ̃ τραχείας ἀρτηρίας πνεῦμα, εἰς τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν τ̃ καρδίας. αὕτη δὲ ἡ τραχεῖα ἀρτηρία λαμβάνει τ̃ ἔξωθεν ἀέρα, διαστελλομένγ τ̃ πνεύμονος· ὑπὸ τ̃ ῥινῶν καὶ τ̃ φάρυγγος. ὁ γὰρ θώραξ ὄργανόν ἐστι ψυχικὸν, κινούμενον κ̃ μεθαίρεσιν τὴν κ̃ τόπον κίνησιν, κ̃ διαστολὴν καὶ συστολὴν, ὑπὸ μυῶν καὶ νεύρων. διεστάλη τοιγαρῶν ὁ θώραξ, ἐπηκολούθησε δὲ τῇ τ̃ κενοῦ ὑποχωρήσει συνδιασταλεὶς καὶ ὁ πνεύμων. κινεῖται δὲ ἡ καρδία κ̃ διαστολὴν καὶ συστολὴν, ἀλλὰ φυσικῶς· σὺν αὐτῇ δὲ ℭ αἱ τ̃ σώματος ἀρτηρίαι πλεῖσαι καὶ αὗται κ̃ διαστολὴν ℭ συστολὴν ἴσως τῇ καρδίᾳ κ̃ πάντα ℭ φυσικῶς. τ̃ δὲ πνεύμονος ἡ κίνησις ὅτε φυσική ἐστιν, ὅτε μεθαιρετική. κ̃ συμβεβηκὸς γὰρ κινεῖται, καὶ οὐ καθ' αὑτόν. ἕλκεται δὲν ὁ ἔξωθεν ἀὴρ ὑπὸ τ̃ πνεύμονος διαστελλ[ομένου]. αὕτη δὲ ἡ ἔσω φορὰ τ̃ πνεύμονος, ὀνομάζεται εἰσπνοή· διακρίνεται, δὲ ὁ ἑλχθεὶς ἀὴρ ἐν τῷ πνεύμονι, καὶ ὁ μὲν καθαρώτατός τε καὶ χλιαρὸς, ἕλκεται αὖθις ὑπὸ τ̃ καρδίας, ℭ τ̃ ἀρτηριῶν ὅλ τ̃ σώματος ὑπὸ τ̃ πνεύμονος διὰ τ̃ φλεβώδους ἀρτηρίας· ὁ δὲ λιγνυώδης καὶ περιττωματικὸς, ἐκπέμπεται διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας καὶ τ̃ ῥινῶν ἔξω. ἡ μὲν αὐτὴ δὲ φορὰ, ἐκπνοὴ ὠνόμασται· τὸ δὲ τ̃ εἰσπνοῆς καὶ ἐκπνοῆς σύνθετον ἀποτέλεσμα, ἀναπνοὴ ὀνομάζεται· διαπνοὴ δὲ, ἡ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι διὰ τ̃ ἀρτηριῶν

nem hauriens, in pulmonem rigat: venalis vero arteria ex aspera spiritum abducens, in sinistrum cavum cordis impellit. At ipsa aspera per nares, faucesque extrinsecus animam, dum pectus dilatatur, exhaurit: pectus namque animabile, ut ita dicam, instrumentum est, locali motu secundum electionem per musculos & nervos dilatando contrahendoque agitatum. Igitur pectus dilatatur, pulmo pariter distentus (ut vacuo succedat,) consequitur: cæterum cor distensione contractioneque natura movetur: cum ipso vero corporis arteriæ pleræque, & ipsæ dilatatione compressioneque modo prorsus assimili vi naturæ agitantur. Sed pulmonis motus neque natura neque electione perficitur, siquidem ex accidenti, non per se movetur. Itaque extrinsecus aër dilatato pulmone attrahitur, idque inspiratio nominatur. Tractus autem aër dividitur: mundissimus enim, ac tepidus iterum à corde, totiusque corporis arteriis ex pulmone per arteriam venalem attrahitur: fuliginosis autem, atque excrementis affluens, per asperam arteriam naresque redditur, id exspiratio vocatum est: sed quod inspiratione expirationeque componitur ἀναπνοὴν Græci, spirationem nostri appellaverunt: at διαπνοὴ Latine diffatio, ea est, quæ toto corpore ab arte-

2011 Ministerio de Cultura

τηελῶν γινομένη εἰσπνοὴ καὶ ἐκπνοὴ ἐκ τῶν ἀδήλων πόρων. τῶν δὲ ἀναπνοῆς εἰσὶν αἱ δη τρία. ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἀβίαστος, ἡ δὲ βιαστὴ, ἡ δὲ μᾶλλον ἔτι. ἀβίαστος μὲν οὖν ἐστὶν ἀναπνοὴ, ἡ κατὰ φύσιν γινομένη· βιαστὴ δὲ, ὅταν ἤδη διὰ δρόμου, ἢ διὰ παλαίσματων, ἢ διὰ νόσου τραχυτέραν ταύτην ἔχῃ· ἔτι δὲ μᾶλλον, ὅταν διὰ ταύτην ἀναγκαίαν ἀναγκάζηται ὁ ἄνθρωπος κατέχειν τὸ πνεῦμα, ὡς ἐπὶ τῶν ψαλλόντων καὶ τῶν νηχομένων. γίνεται δὲ ἡ μὲν ἀβίαστος ἀναπνοὴ ὑπὸ τοῦ διαφράγματος μόνου πρὸς τὴν ἰδίαν ἀρχὴν συστελλομένου, καὶ διαστέλλοντος τὸ στῆθος· ἡ δὲ βιαστὴ ἀναπνοὴ γίνεται ὑπό τε τοῦ διαφράγματος, συνεργούντων καὶ τῶν μεσοπλευρίων μυῶν· ἡ δὲ τῶν ψαλλόντων καὶ τῶν νηχομένων, ὑπὸ τοῦ διαφράγματος, καὶ τῶν πλευρίων μυῶν τοῦ ἔξω καὶ τῶν μεγίστων τῶν ἀναστώντων τοὺς ὠμοπλάτας. οἱ γὰρ ἔσω μεσοπλεύριοι συστέλλουσι τὸ στῆθος· ὁ δὲ στῆθος συστελλόμενος, ὑποπιέζει τὸν πνεύμονα, θλίβων αὐτὸν καὶ ἀθροίζων, ὥστε τρόπον ὑπὸ χειρῶν τις ἐκπιέζει σπογγίον· καὶ τὸ πνεῦμα ἔξω ἐκπέμπει τὸ ἐλχθὲν ἐκ τοῦ ἔξωθεν ἀέρος. ἐξερχόμενον δὲ τὸ πνεῦμα, ποιεῖ τὴν ἐκπνοήν.

arteriis per ſenſum latentia itinera fit inſpiratio & exſpiratio. At ſpirationis tres ſpecies ſunt, prima eſt non coacta, altera coacta, tertia adhuc coacta magis: non coacta ea eſt, quæ vi tantum naturæ efficitur: coacta, quando curſu, lucta, aut vehementiore morbo talis redditur; adhuc vero magis cogitur, cum hominem interdum diutius ſpiritum continere neceſſe fuerit, ut canentibus aut natantibus accidit. Non coacta ſpiratio per ſolum transverſum ſeptum, ad proprium principium contractum, pectusque diſtendens abſolvitur: coacta vero, per ſeptum intercoſtalibus muſculis adjuvantibus, ſed canentium atque natantium per ſeptum & coſtales exteriores muſculos, perque maximos ſcapulas attollentes efficitur: ſiquidem interni intercoſtales muſculi pectus contrahunt, contractum pectus pulmonem urgens & undique coactans deprimit, inſtar manuum ſpongiam comprimentium. Atque ita ſpiritus ab externo aëre abductus emittitur, qui exiens exſpirationem facit.

XII. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἄνθρωπος καὶ φωνεῖ, καὶ διαλέγεται· πᾶν δὲ ἀποτέλεσμα τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ γινομένων ὑπὸ αἰτίων γίνεται· τὸ δὲ αἴτιον τετραχῶς, ἢ ποιητικὸν, ἢ ὀργανικὸν, ἢ ὑλικὸν, ἢ τελικὸν, εἴη ἂν τοῦ ἐν ἀνθρώπῳ

XII. Verum enimvero quoniam homo & vocalis eſt, & ſermocinatur, quicquid autem in homine fit, cauſas habet, cauſaque quadripartita eſt: aut enim effectrix, aut inſtrumentaria, aut materia, aut finis:

2011 Ministerio de Cultura

πῳ φωνῆς, ποιητικὸν μὲν αἴτιον, ὁ ἐγκέφαλος κινῶν τ θώρακα πρσαιρετικῶς. πρσεχὲς μὲν οὖν αἴτιον ὁ ἐγκέφαλος. τὸ γὰρ πόρρω αἴτιον ἡ ψυχὴ, κελεύσατῳ ἐγκεφάλῳ κινεῖν τὸν θώρακα. ἔπειτα τὸ ποιητικὸν αἴτιον διττῶς λέγεται, τὸ μὲν πρσεχῶς, τὸ δὲ πόρρω. εἴη δ' ἂν ἐνταῦθα ὅτι τ φωνῆς δηλαδὴ ἔτι πόρρω τοῦτο ποιητικὸν αἴτιον ἡ πάντων αἰτία καὶ συνεκτικὴ τ θεῖ σοφία, ἡ ὅτως δημιουργήσασα κ καταστευάσασα τ ἀνθρώπων τὰ μόρια. ὑλικὸν δὲ τὸ ἔξω φερόμενον πνεῦμα τ ἐκπνοῆς· ὀργανικὸν δὲ, ἡ τραχεῖα ἀρτηρία καὶ ὁ κοινὸς χιτὼν αὐτ καὶ τ στόμαχος· τελικὸν δὲ, αὐτὴ ἡ φωνή.

finis: ideo in homine vocem cerebrum facit, pectus motu voluntatis attollens. Igitur proxima vocis causa cerebrum est: longinquior vero est anima, cerebro motum pectoris imperans. Deinde quoniam efficiens causa bifariam dicitur, una prope, altera procul: erit utique & hoc loco longinquissima vocis causa, omnium causa, contentrixque omnium, Divina sapientia, quæ ita humana membra condidit & fabricata est. At vocis materia spiritus est, per exspirationem ejectus: finis autem, ipsamet est vox.

XIII. Ἡ μέν τοι τραχεῖα ἀρτηρία, καὶ βρόγχος καλεῖται, διὰ τὸ ἐκ πολλῶν βρογχίων συγκεῖσθαι. βρόγχια δέ ἐστι σώματα χονδρώδη κύκλῳ περιγραπτὰ· καὶ καθάπερ πολλοὶ κύκλοι συνελθόντες καὶ μιχθέντες ἀλλήλοις κ μῆκος κύλινδρον ἀποτελοῦσιν, ὅτως καὶ ἡ τραχεῖα ἀρτηρία, καθ' ὃ μὲν ἐκ πολλῶν βρογχίων συντεθέντων ἀποτελεῖται, βρόγχος καλεῖται· καθ' ὃ δὲ ἐκ πολλῶν κύκλων, κύλινδρος. οὐκ ἔστι δὲ ὅλος ὁ κύκλος τ βρογχίων χόνδρος. τὸ γὰρ ὀπισθεν μέρος αὐτῶν τὸ προσκείμενον τῷ οἰσοφάγῳ, νευρῶδές ἐστιν, ὡς εἶναι τοὺς κύκλους πάντας, κ τὸ μὲν τὰ ἔμπροσθεν καὶ πλάγια, χόνδρους· κ τὸ δὲ τὰ ὀπισθεν, νευρώδεις, διὰ τὸ μὴ θλίβειν τὸν οἰσόφαγον. συνῆπται δὲ ὅ, τε στόμαχος, καὶ ἡ τραχεῖα

XIII. Aspera quidem arteria & bronchus nominatur, quia ex multis bronchiis componitur: bronchia vero corpora sunt cartilaginea circuli imaginem referentia. Atque ut multi compositi circuli, inter seseque in longitudinem impliciti, eam figuram, quæ cylinder dicitur, constituunt, ita etiam aspera arteria, quatenus ex multis compositis bronchiis integratur, bronchi vocabulum consequitur: quatenus vero ex multis circulis, cylinder appellatur. Non est autem totus bronchiorum circulus, cartilago, posterior enim ipsorum pars gulæ adhærescens, nervea est, adeo ut omnes circuli oblique & à lateribus cartilaginosi, secundum posteriora vero nervi natura præditi sint, ne gulam

2011 Ministerio de Cultura

χεῖα δρτηρία, διά τινος χιτῶνος ἑνὸς κοινῦ ὑπαλείφοντος αὐτὰ ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν· καὶ διὰ τοῦτο ἐν ταῖς καταπόσεσι καλασπωμένης τῦ οἰσοφάγυ, ἀναστῶται ὁ λάρυγξ. ἔστι δὲ ὁ χιὼν ἁβὴς, τὴν ὐσίαν λεπτὸς καὶ πυκνὸς, καὶ συμμέτρως ξηρός. εἰ γὰρ ἀραιὸς ἦν, ἑτοίμως ἀνεδέχετο ῥεύματα· καὶ διάβροχος γιόμενος, βραγχώδη τὴν φωνὴν ἀπετέλει· εἰ δὲ πάλιν ξηρότερος τ συμμέτρυ, καχόφωνος ἂν ἐγίνετο ὁ ἄνθρωπος. πολλάκις γὰρ ἐν διακαέσι πυρετοῖς ἀναξηραινομένων τ ὑπὸ τὴν φάρυγγα καὶ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, τὰς ὑπὸ τ Ἱπποκράτυς κλαγγώδεις ὠνομασμένας φωνὰς γίνεσθαι συμβαίνει. ὅτως δὲ καὶ ἐν τοῖς ζώοις ὅσα μακρὸν ἔχει τὸν τράχηλον καὶ σκληροὺς τοὺς χόνδρυς, συμβαίνει γίνεσθαι οἷον γεράνοις καὶ τοῖς ὁμοίοις. τ γάρ φησιν Ομηρος ὦδὲ τύτων,

„ Κλαγγηδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων.

Ἀποδέδεικται δὲ μὴ δύνασθαι γινέσθαι φωνὴν ἄνευ τ σενωθῆναι τὴν διέξοδον τ λάρυγγος· ὠθροωτέραν δὲ γινέσθαι τ τὴν ταχυτέραν τ πνεύματος. εἰ γὰρ ἀτρέμα τὸ πνεῦμα ἔξω φέροιτο, τὴν χωρὶς ψόφυ συντελυμένην ἀποτελέσει φωνήν· εἰ δὲ ἀθρόως τε καὶ σφοδρῶς, τὴν μετὰ ψόφυ ἐκπνοὴν ἀπεργάσεται, ὅπερ ἐστὶν τὸ σεναίζειν. ἵνα δὲ φωνήσῃ τὸ ζῶον, δεῖται μὲν πάντως καὶ τ κατωθεν

gulam duritia collidant. Gula autem & aſpera arteria, una quadam communi tunica, ipſas intus extraque involvente, committuntur, idque in cauſa eſt, ut devorando, dum gula detrahitur, guttur aſcendat. Subſtantia tenui & denſa ea membrana eſt, & moderate ſicca: nam ſi rarior eſſet, facile fluxionibus vexaretur, & humidior reddita raucam vocem efficeret: item ſi aridior, aſperam vocem homo ederet, ſiquidem in ardentioribus febribus, plerumque ſedibus circa fauces aſperamque arteriam arefactis, clangoroſas (ut ita dicam,) ab Hippocrate appellatas voces fieri neceſſe eſt, atque ita in animalibus procerum collum, aridasque cartilagines habentibus, ut gruibus, & id genus aliis fieri contigit, quare de his cecinit * Homerus:

Cum clangore volant liquidi ſuper æquoris undas.

Oſtenſum eſt præterea, vocem formari non poſſe, niſi tranſitus gutturis arctetur, occurſusque exeuntis ſpiritus vehementior repentinusque ſit. Nam ſi tarde ſpiritus emittatur, efflationem ſine ſtrepitu edet: quod ſi celeriter & repente, cum ſtrepitu efflationem faciet, quod ſuſpirium dicitur. Ut vero vocem animal efformet, aëris ab inferioribus ſurſum verſum prorſus vehe-

* Iliad. γ'. 5.

2011 Ministerio de Cultura

τωθεν ἄνω φορᾶς ἀθροωτέρας, ϗ τ κ̃ τὸν λάρυγγα διεξόδ̃ στενοτέρας, κ̃ βραχὺ δὲ ἐκ τ̃ στενῶ ἀνευρυνομένης. ὅπερ ἐργάζεται ἡ ἐπιγλωττίς.

mentiore motu transituque per guttur indiget, anguſtiore quidem, ſed paulatim ab anguſto in latius ſe pandente, quod præſtat vocata epiglottis.

XIV. Ἔστι δὲ ἡ ἐπιγλωττὶς, σῶμα χονδρῶδες, ἐπιπωμάζον τ̃ λάρυγγα. ὁ γὰρ σύμπας λάρυγξ σύγκειται ἐκ τριῶν χόνδρων, ὧν πρῶτός ἐστιν ὁ θυρεοειδὴς, δεύτερος δὲ ὁ ἀρυταινοειδὴς, τρίτος δὲ ὁ ἀρυταινοειδής. διήρθρωνται δὲ πρὸς ἀλλήλους οἷον χόνδροι συνδεόμενοι διὰ μυῶν ϗ νεύρων, πρὸς τὸ ἀνοίγεσθαι τ̃ λάρυγγα ϗ κλείεσθαι. ἀνοίγεσθαι μὲν γὰρ ἐν ταῖς ἀθρόαις ἐκπνοαῖς ὑπὸ τῶν ἔξω μυῶν διὰ πλείστου πνεύματος βαρεῖάν τε ϗ μεγάλην τὴν φωνὴν ἐργαζόμενος· κλείεται δὲ παντελῶς ὑπὸ τ̃ ἐπιγλωττίδος ἐν ταῖς καταπόσεσιν. ἵνα μὴ ἀθρόου θανάτου καταλάβῃ τὸ ζῶον, ταῦτα τὰ τ̃ ἀφάτου θεοῦ σοφίας δημιουργήματα. πολλάκις γὰρ ὑστερησάσης τ̃ ἐπιγλωττίδος κλεῖσαι, ὑγρότης ἐν ποτῷ παραδραμοῦσα, κεγχνεῖν ἀναγκάζει τ̃ ἄνθρωπον, ὡς ῥήγνυσθαι τῇ βίᾳ τ̃ ἐμπεσόντος τοὺς ὀφθαλμοὺς, ϗ πεπτωκέναι γίνεσθαι· εἰ δὲ ψὶξ παραδράμῃ, αἰφνίδιον ἐπάγει θάνατον. ἀλλ' ἐξηγητέον τ̃ τῶν τριῶν χόνδρων τ̃ λάρυγγος τὸ, τε σχῆμα, ϗ τὴν ἐνέργειαν.

XIV. Eſt autem epiglottis, corpus cartilaginoſum, guttur contegens. Totum enim guttur ex tribus cartilaginibus conſtat, quarum prima thyreoides, hoc eſt clypeo ſimilis, dicitur: altera, nomine carens, tertia arytænoides, id eſt, ſitulæ aſſimilis. Inter ſe vero, utpote cartilagines nervis muſculisque revinctæ committuntur, ad claudendum ac reſerandum guttur; in ſubitis enim efflationibus guttur ab exterioribus muſculis aperitur, per plurimum ſpiritum gravem ingentemque vocem efficiens, penitus autem ab epiglottide occluditur, dum aliquid devoratur, ne repentina morte animal intereat. Hæc ſunt inenarrabilis DEI ſapientiæ opera: nam ſæpius epiglottide lentius claudente inter bibendum humor illapſus ſcreatum citat, oculosque erumpere ac veluti proſilire cogit: quod ſi mica inciderit, confeſtim necatur animal. Sed jam ad trium gutturis cartilaginum expoſitionem transeamus, quæ ſcilicet earum ſit figura, quæ functio.

XV. Ἔστιν οὖν, ὁ μὲν πρῶτος χόνδρος, θυρεοειδὴς, κείμενος ἔμπροσθεν τ̃

XV. Igitur prima gutturis cartilago thyreoides, id eſt, clypealis,

2011 Ministerio de Cultura

τῆ τραχήλῳ, καὶ κάτω τῆ γλώττῃ, ὅσις καὶ φάγνεται καὶ καλεῖται πτερύγιον, θυρεῷ ἀσπιδήσει τῷ σχήματι, ἐξ οὗ δὴ καὶ τὴν ἀσπιδωτὸν ἐκλήσατο, ἔοικε γὰρ θυρεῷ· ὁ δὲ δεύτερος ὄπισθεν καὶ ἔσω κεῖται, ἀσφυάων τῷ στομάχῳ, ἀνόμοιος δὲ τοῖς φαινομένοις πᾶσιν, οἷς καὶ μηδὲν ἐοικὼς, ἀκατονόμαστος ὠνομάσθη· ὁ τέταρτος δὲ, τῇ μὲν θέσει ἄνω καὶ μέσος κεῖται τῶν δύο τούτων, ἀρυταίνῃ ἀσπιδήσιος, ὅθεν καὶ τὴν ὀνομασίαν ἔσχηκεν ἀρυταινοειδὴς λεγόμενος. ἔστι δὲ ἀρύταινα ξυλουργικὸν σκεῦος, ὥπερ ἀρῶνται οἱ ναυτικοὶ εἰς τὸ ἀντλεῖν τὸ ἐν τῇ νηῒ ὑπιπολάζον ὕδωρ, οἱ κηπευτικοὶ δὲ πρὸς ἄρδειν τοὺς κήπους. τούτῳ τῷ ἀρυταινοειδεῖ χόνδρῳ ὑπίκειταί τι σκέπασμα νευροχονδρῶδες τὴν οὐσίαν, τοιοῦτον τὸ μέγεθος ἔχον, ὅσον ὅσον τὸ ἄνοιγμα τοῦ ἀρυταινοειδοῦς χόνδρου, πρὸς τὸ κλείειν αὐτὸν παντάπασιν. ὀνομάζεται δὲ τοῦτο τὸ μόριον γλωττίς. ἔοικε γὰρ ταῖς τῶν αὐλῶν γλώτταις τε καὶ γλωττίσι· ταύτας γὰρ ἀμφοτέρως προσαγορεύουσι. καλασκευάζεται δὲ ἡ γλωττὶς αὕτη ὑπὸ ὑμένων τινῶν ἅμα σώμασι γλιχροῖς, ὑπερφορμένων πρός τε τὸ στόμαχον, καὶ τὸ στόμα τοῦ λάρυγγος. διὰ τοῦτο δὲ ὑμενώδες τὸ σῶμα τῆς γλωττίδος ἐγίνετο, πρὸς τὸ μήτε πλῆρές μέλιτος τοῦ πνεύματος ῥήγνυσθαι, μήτε τοῦ λάρυγγος εὐρυνομένου ἢ συστελλομένου ταῖς ἐναντίαις αὐτοῦ κινήσεσιν ἑπόμενον εἰς κίνδυνον ἔρχεσθαι ῥήξεως. ὑγρὸν δὲ ἀχ ἁπλῶς,

lis, in priore cervicis parte infra mentum posita est, quæ & videtur, & quadrilatera appellatur, clypei imaginem referens, unde & cognomen assumpsit: secunda posterius atque intus collocatur, gulæ contigua, nullius eorum, quæ sensu percipiuntur, assimilis, quare & nomine carens dicta est: tertia vero, sedem superiorem, mediamque inter hasce duas nacta est, arytænæ id est situlæ similis: indeque appellationem traxit, arytænoides vocitata. Arytæna vero ligneum vasculum est, quo nautæ ad hauriendum è navi supervacuum humorem, olitores autem ad irrigandos hortos uti solent. Huic situlari cartilagini quoddam operculum, mediæ inter nervum, cartilaginemque naturæ superimponitur tanta magnitudine, quantum ipsius cartilaginis hiatus patet, ut iste videlicet exquisite occludatur: huic vero lingulæ nomen inditum est, quoniam tibiarum linguis ac lingulis (utrumque enim dicitur,) est persimilis: ex membranis autem quibusdam, tenacibusque corpusculis, gulam versus gutturisque ostium versatilibus, hæc lingula componitur: eamque ob causam ejus corpus membranosum est, ne spiritus plenum disrumpatur: neve gutturis dilatati aut compressi contrarias motiones sequens, in fracturæ periculum incidat. Humidum

2011 Ministerio de Cultura

ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ γλιχρόν πως ὑπάρχει καὶ λιπαρὸν, ἵνα ὑπιτέγγηται διὰ παντὸς, καὶ ἐξαρκῇ χρόνῳ πολλῷ· ὡς ἐ μηδ' ἑτοίμως αὖτὸ ἀπορρέοντα, μήτε ξηραινομένου, κινδυνεῦσαι ἀμαυρωθῆναι τὴν φωνήν. ἔνιοι γὰρ τῶν ἀκμαζόντων ὑπὸ πυρετῶν ἀδύνατοι φθέγγεσθαι, πρὶν διαῤῥῆξαι τὸν λάρυγγα, καὶ ὅσοι διὰ καύματος ὁδοιπορῶσι σφοδροῦ, ταὐτὸ τοῦτο πάσχουσιν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς γλωττίδος τοῦ λάρυγγος ἱκανὰ τὰ εἰρημένα.

dum quoque eſt, non tamen ſimpliciter, ſed viſcidum quodammodo & pingue, ut ſemper humectetur, longiorique tempore duret, ut neque facile humore dilabente, neque facile ſicceſcente vocem corrumpere periclitetur: ſiquidem in deurentibus febribus loquendi facultas tollitur, niſi prius guttur humeſcat: idem etiam perpetiuntur, per magnum æſtum iter facientes. De gutturis lingula ſatis copioſe diſſeruimus.

XVI. Περὶ δὲ τῶν παλινδρομούντων νεύρων ὅτι καὶ αὐτὰ ὄργανα φωνῆς εἰσιν, ἐκ τῶνδ' ἂν μάθοις. ἔκτη γάρ τις ἐστὶ συζυγία τῶν ἀπ' ἐγκεφάλου πεφυκότων νεύρων εἰς τὸν θώρακα διὰ τοῦ τραχήλου καταερχομένη· καὶ ταύτης ὅταν ἐν τῷ θώρακι γένηται, συζυγία τις ἀποφυομένη νεύρων ἑτέρων μικροτέρων ἀναφέρεται διὰ τοῦ τραχήλου τῶν τραχείας ἀρτηρίας, ἐπικάμπτουσα ἐν τῷ λάρυγγι· ἐνθεῦθεν δὲ ἄτρεμα λοξὰ τὰ δύο ταῦτα νεῦρα πρὸς τὴν ἔσω τε καὶ ἄνω χώραν αὖτοῦ φερόμενα, καταπείρονται εἰς ἅπαντας τοὺς τὸν λάρυγγα κινοῦντας μῦς, ὡς διὰ τοῦτο ταῦτα πρῶτα ὄργανα γένεσθαι φωνῆς. παλινδρομοῦντα δὲ λέγονται, ὅτι καταερχόμενα διὰ τοῦ τραχήλου ἕως τοῦ θώρακος, πάλιν δι' αὖτοῦ τοῦ τραχήλου ἀνέρχονται εἰς τοὺς λάρυγγος χόνδρους. εἰ θέλεις δὲ μαθεῖν ὅτι πρῶτα φωνῆ ὄργανα τὰ παλινδρομοῦντα νεῦρα, πρόσεχε τὸν νοῦν. εἰ γὰρ τέμνοις αὐτὰ, ἢ θλά-

XVI. In præſentia vero recurrentes nervos, vocis edendæ inſtrumenta eſſe, hinc percipere poſſis. Eſt enim quoddam ſextum à cerebro orientium nervorum conjugium in pectus per collum deſcendentium ab hoc, poſtquam in pectus deſcenderit, altera quædam minutorum nervulorum conjugatio exoriens, ſurſum verſum per colluin arteriam aſperam calcans revertitur, gutturique inſeritur: inde paulatim duo hi nervi obliqui ad internam ſuperioremque gutturis partem ſubeuntes per omnes ipſum moventes muſculos ſparguntur, atque ideo primaria hæc vocis inſtrumenta fuere. Verum ideo recurrentes nominantur, quoniam per collum in pectus usque deſcendentes, iterum per idem collum ad gutturis cartilagines revertuntur: quod ſi certior fieri volue-

2011 Ministerio de Cultura

ἢ θλάσης, ἢ βρόχῳ ἁλαλάξῃς, ἡ φωνὴ ἅπασα πλείως ἀπόλλυται· ὥστε ἀναπνευστικῶν τε καὶ φωνητικῶν ὀργάνων ὄντων, θώρακός τε καὶ πνεύμονος, καὶ τραχείας ἀρτηρίας, ἔτι τε λάρυγγος, καὶ τῶν ἀνοιγόντων τε καὶ κλειόντων μυῶν, ἔτι τε τῆς ἐπιγλωττίδος, καὶ τῆς κοινῆς χιτῶνος τῆς λάρυγγος καὶ τῆς στομάχου, πρῶται μὲν ὀργανα φωνῆς τὰ παλινδρομοῦντα νεῦρα· τὰ δ' ἄλλα πάντα τῶν ἀνευ λόγου ἐπέχει.

XVII. Ταῦτα τοίνυν τὰ ἀναπνευστικὰ καὶ φωνητικὰ ὄργανα ἐνεργοῦσι, διαστελλόμενά τε καὶ συστελλόμενα τῷ θώρακι. ἡ δὲ διαστολὴ τοῦ θώρακος γίνεται ὅτως· δώδεκα παγίδες εἰσὶ μιᾶς ἑκάστης τῶν πλευρῶν· ὥστε εἶναι τὰς παγίδας τῶν δύο πλευρῶν, κδ'. προσήρτηνται δὲ αὗται ἑκατέρωθεν τοῖς ιβ'. ἀπονδύλου τοῦ ῥάχεως τοῖς ἀφεστηκόσι τῷ θώρακι. αἱ μὲν οὖν ἀνώτεραι ιδ' συναρθροῦνται τοῖς ὀστέοις τοῦ στέρνου, ἑκατέρωθεν ἑπτὰ κατ' ὀξείας γωνίας· αἱ δὲ τῆς ἀδιάστου ἀναπνοῆς ἕλκουσαι κάτω πρὸς τὴν γαστέρα αἱ συναρθρώσεις αὗται ὑπὸ τῶν φρενῶν, ἀναγκάζονται τὰς ὀξείας γωνίας τῶν συναρθρώσεων ἀμβλείας ἀποτελεῖν, ὥστε φέρεσθαι τὸν θώρακα κάτω. καταφερόμενος δὲ ὁ θώραξ, θλίβει τὴν γαστέρα· θλιβομένη δὲ ἡ γαστὴρ, ἐξογ-

volueris recurrentes nervos præcipua vocis inſtrumenta eſſe, ad id animum adverte, ſi eos aut ſecueris, aut contuderis, aut laqueo diſtrinxeris, animalis vox funditus tollitur. Quamobrem cum pectus, pulmo, aſpera arteria, præterea guttur, aperientes claudentesque muſculi, epiglottis, i. lingula: communisque gutturis & ſtomachi membrana, ſpirabilia ſint, & vocalia inſtrumenta, præcipui utique ſunt vocis auctores recurrentes nervi, cætera omnia eorum rationem habent, ſine quibus fieri non poteſt.

XVII. Igitur hæ ſpirabiles vocalesque machinæ dilatato compreſſoque pectore operantur: at pectus hunc in modum diſtenditur. Cujusque lateris duodecim ſunt coſtæ, ut duorum laterum ſint viginti quatuor, utrinque vero ipſæ dorſi vertebris pectore terminatis committuntur: ſuperiores quatuordecim, cum ſterni oſſibus ab utroque latere ſeptem, ſecundum acutos angulos copulantur, & in ſpiratione vi carente, hæ commiſſuræ in ventrem à ſepto transverſo detractæ, acutos angulos obtuſos facere coguntur. Quare pectus deorſum labitur: delabens vero, ventriculum comprimit, compreſſus ventriculus, turget: deinde iterum contractum pectus ad ſu-

2011 Ministerio de Cultura

ἐξογκᾶται· εἶτα πάλιν συστελλόμενος ὁ θώραξ ἀναπᾶται πρὸς τὰ ἄνω, ὡς διὰ τοῦτο χαλᾶσθαι τὸ διάφραγμα· χαλώμενον δὲ τὸ διάφραγμα, δίδωσι χώραν τῇ κοιλίᾳ, ἀποκατασῆναι εἰς τὴν ἑαυτῆς κοίτην· ὅτο δὲ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις γινόμενον διαστέλλεσθαι καὶ συστέλλεσθαι ποιεῖ τὴν γαστέρα· καὶ διὰ ὅτο οἱ ἄπειροι ἀναθυμῆς ἀπαλῶνται, οἰόμενοι ἕλκειν τὴν κοιλίαν πνεῦμα ἐν ταῖς ἀναπνοαῖς, καὶ πάλιν ἐκπέμπειν, καὶ διὰ τοῦτο διαστέλλεσθαι καὶ συστέλλεσθαι· εἰ δὲ βιαιοτερόν πως ἀναπνεύσειε τὸ ζῶον, οὐ μόνον κάτω φέρεσθαι ποιεῖ τὸν θώρακα, ἀλλὰ καὶ ἔξω τῶν μεσοπλευρίων μυῶν τῶν ἔξω ἐνεργησάντων· εἰ δ' ἀναγκασθείη τίς ποτε καθέξειν τὸ πνεῦμα, οὐ μόνον κάτω καὶ ἔξω φέρεται ὁ θώραξ, ἀλλὰ καὶ ἄνω τῶν μεγίστων ἐνεργησάντων μυῶν τῶν ὠμοπλάτας ἀναπαιώντων.

periora retrahitur: atque propterea transverſum ſeptum laxatur, laxatum vero, locum ventriculo præbet, ut in ſuum ipſius vacuum concedat: id non ſemel ſed crebrius factum, ut & ventriculus dilatetur comprimaturque, efficit. Atque ideo diſſectionis imperiti falluntur, ventriculum in ſpirando adducere ſpiritum, ac rurſus emittere, & hoc pacto dilatari contrahique putantes. Quod ſi quando violentius ſpiret animal, non deorſum modo ferri pectus coget, verum etiam extra intercoſtales muſculos, exterius munere ſuo defunctos. At ſi quis diutius interdum ſpiritum continere urgeatur, non ſolum deorſum, extraque feretur pectus, ſed etiam ſupra maximos muſculos ſcapulis ſurſum trahentes adducetur.

XVIII. Αἱ δὲ ὑπόλοιπαι δέκα παγίδες αἱ κατωτέρω κείμεναι, ἀπολείπονται μὲν τῷ μήκει, καὶ ὀνομάζονται νόθοι. προσήρτηνται δὲ τῷ διαφράγματι ἀποπερατούμεναι εἰς χόνδρους, καὶ τοῦτο δι' ἄκραν πρόνοιαν τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ ἡμῶν. ἔπικεινται γὰρ τῇ γαστρὶ αἱ νόθοι πλευραί· καὶ εἰ δι' ὅλου ὀστᾶ ἦσαν, ἑτοίμως ἂν ἐθραύοντο ὑπὸ τῶν ἔξωθεν προσπιπτουσῶν πληγῶν· θραυόμεναι δὲ, καὶ πρὸς τὰ ἐντὸς ὠθούμεναι, ἐνεπήσσοντο ἐν τῇ γαστρὶ, ὡς ἐπακολουθῆσαι θάνατον· ἀλλὰ καὶ ἄλλως χρήσιμον τὸ ἀποπερατω-

XVIII. Reliquæ autem decem coſtæ inferius ſitæ longitudine deficiunt, & ſpuriæ dictæ ſunt, in cartilaginemque degenerantes, transverſo diſcrimini appenduntur: id ſummæ optimi DEI providentiæ fuit artificium: ventriculo enim ſpuriæ coſtæ incumbunt: quod ſi totæ oſſeæ forent, facile ab extra incidentibus ictibus colliderentur, colliderentur, colliſæ autem, atque intro in ventriculum retruſæ, necem inferrent. Ob aliud etiam utile fuit, ſpuriarum coſtarum laqueos in

2011 Ministerio de Cultura

σωθῆναι τ νόθων πλευρῶν τὰς παγίδας εἰς χόνδρους, ἀπικείμεναι γὰρ τῇ γαστρὶ, ἀκολυθεῖν αὐτῇ ἔμελλον ἀφισαμένῃ τε καὶ προπετεῖ γιομένῃ. πολλάκις γὰρ ἀκρασίᾳ χρησάμενον τὸ ζῶον βρωμάτων τε καὶ ποτῶν, εἰς τοσοῦτον ἔχει τὴν γαστέρα ἐξαιρομένην, ὡς ἀπορρήγνυσθαι κινδυνεύειν. χαλᾶσθαι ὧν ἔδει τὰς νόθους πλευράς, συνεισερχομένας τε & συνεξερχομένας τῷ ὄγκῳ αὐτῆς. τοῦτο δὲ τὸ ἔργον ἂν οὐκ ἂν ἦν, εἰ ὀστώδη διὰ παντὸς ἦσαν. διὰ τοῦτο ὧν πρὸς τὸ συμφέρον ἡ ἄφατος & Θεοῦ σοφία τε καὶ φιλανθρωπία προνοουμένη & ζώου, τὰς περαιώσεις τ νόθων πλευρῶν εἰς χόνδρους ἀποτελείωσεν, ἃ μόνον ταύτας, ἀλλὰ καὶ τ ξιφοειδῆ χόνδρον, ἀποπεράτωμα & στήθους ὄντα, κ τὸ στόμα τ γαστρὸς πέθηκεν οἷον ἓ προβλημά τε καὶ τεῖχίσμα, ὥστε φυλάττειν τὸν στόμαχον ἀπαθῆ ταῖς ἔξωθεν προσβολαῖς. ὅθι ὧν οἱ χόνδροι, ὅ, τε ξιφοειδὴς, καὶ οἱ ἀποπερατούμενοι ἐν ταῖς νόθοις πλευραῖς, προσήρτηνται τῷ διαφράγματι.

in cartilaginem remolleſcere: nam ventriculo inhærentes, ipſum ſeſe modo attollentem, modo reſidentem, ſequi debuerant: ſæpius enim intemperantius cibo potuque expletum animal usque adeo ventriculum in tumorem exerit, ut in diſcrimen diſruptionis incurrat. Igitur hac ratione ſpurias coſtas in cartilaginem verſas molliri neceſſe fuit, ut cum ventris mole pariter ſubſidere attollique valerent, quod neutiquam fieret, ſi oſſea prorſus natura rigerent. Hanc ob rem DEI ineffabilis ſapientia ſummusque erga homines amor, eorum commodo proſpiciens, ſpuriarum coſtarum extrema, cartilagine remollivit: neque tantum hæc, ſed etiam gladialem cartilaginem, quæ pectorale os, ſtethos nuncupatum terminat, ventriculi oſtio veluti propugnaculum quoddam atque vallum ſuperimpoſuit, ut idipſum oſtiolum incolume ab externis incurſionibus tueretur. Itaque id genus cartilagines, gladialis ſcilicet & ſpurias coſtas terminantes transverſo ſepto ſuſpenduntur.

XIX. τ δὲ διαφράγματος, ἡ μὲν ἰδίως οὐσία μῦς ἐστίν· ἀμφιάσμαλα δὲ αὐτῷ δύο γεγόνηλαι, κάτωθεν μὲν ἡ κορυφὴ & ψοΐδους χιτῶνος, ἄνωθεν δὲ ἡ βάσις & τὰς πλευρὰς ὑποζωκότος ὑμένος. ὑποτέταλαι γὰρ ὁ ὑποζωκὼς ἐν ἅπασι τῷ κύτει & θώρα-

XIX. Cæterum transverſi ſepti propria eſſentia muſculus eſt, duobus amiculis includitur, ab inferiori parte peritonæi tunicæ ſummitate à ſuperiori coſtas veſtientis membranæ infima baſi: hæc enim ſuccingens appellata membrana, toti-

2011 Ministerio de Cultura

θώρακος ἔνδον, ὑπαλείφων αὐτὸν, καὶ τ̃ πνεύμονα, καὶ τὴν καρδίαν, ἅπαντά τε τὰ ἀναπνευστικὰ ὄργανα μέχρι τ̃ φάρυγγος καὶ ὑπερῴας, γλώττης τε καὶ στόματος, καὶ τ̃ τῆς κεφαλῆς ἁπάντων μορίων, καὶ αὐτὸ τ̃ ἐγκεφάλου. οὐ γὰρ τρόπον ἐνδέδυται τὸ σῶμα τ̃ ἀνθρώπου ἔξωθεν τὸ δέρμα, ὡς μὴ ἀσκεπὲς φαίνεσθαί τι μόριον, μηδὲ κολλᾶν ἄλλο ἀλλ᾽ ἄλλο· τ̃ αὐτὸν τρόπον ἔσωθεν ὑμήν τις ὑποτέτακται, ὑπαλείφων ἅπαντα τὰ μόρια τ̃ ζώου· καὶ τῷ μὲν κοινῷ ὀνόματι ὀνομάζεται ὑμὴν καὶ ὑπαλείφων. διαιρεῖται δὲ εἰς δύο, εἴτε τὰ κάτω τ̃ φρενῶν χωρία, καὶ τὰ ὑπερφάνω τ̃ φρενῶν, καὶ ὅσον μέν ἐστι κάτωθεν τ̃ φρενῶν, ὀνομάζεται περίτναιον· ὅσον δὲ ὑπὲρ τὰς φρένας, ὀνομάζεται ὑπεζωκώς. ὅτι δὲ ἡ οὐσία τ̃ φρενῶν μῦς ὄντι, μαρτυρεῖ τὸ φαινόμενον, εἴ τις ἰσχίας τὸ ζῶον ἐντέχνως αὐτόπτης τ̃ θέσεως αὐτῶν χρῆται. τὸ δὲ σχῆμα τ̃ φρενῶν περιφερές ἐστι καὶ ἀνώμαλον. τὸ μὲν γὰρ ἔνδον αὐτῶν, νευρῶδες· τὸ δὲ γύρωθεν τ̃ νευρώδους, καθ᾽ ὃ προσήρτηται τοῖς νόθοις πλευραῖς καὶ τῷ ξιφοειδεῖ χόνδρῳ, σαρκῶδες, ὃ συμφύον δὲ ταῖς νόθοις πλευραῖς κατ᾽ ἄκρον, ἀλλ᾽ ὑπερκύπτει τις αὐτῶν μοῖρα καθ᾽ ὑποχόνδριον, οἷον χάραξ· χάραγι γὰρ ταύτην προσεικάσαν. φράσσει δὲ τὰς νόθους πλευρὰς καὶ τ̃ ξιφοειδῆ χόνδρον, αὐτάς τε τὰς φρένας, καὶ τὸ ἧπαρ, καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρός.

pectoris concavo ſubſternitur, ipſum pulmones, cor, omniaque ſpirabilia inſtrumenta ad fauces usque, & palatum, linguam, os, & omnes capitis cerebrique ſedes involvens, quoniam quo modo totum hominis corpus in exterius cutem induitur, ne ulla particula nuda videatur, neque altera alteri coaleſcat: perinde interius membrana quædam omnia animalis veſtiens protenditur. Hæc communi quidem nomine membrana, & illinens vocatur. In duas vero partes, infra ſeptum videlicet & ſupra ſeptum diſtinguitur: quantumque ejus infra ſeptum eſt, peritonæon Græci vocant: quantum vero ſupra, ſuccingens membrana nominatur. Septi quidem eſſentiam muſculum eſſe, ſenſus clare teſtatur: ſi quis animal artificioſe diſſecans, ejus poſitum ipſe oculis cernat. Figura ſane rotunda eſt, & inæquali: ejus namque medium nervoſum eſt: quod circa eſt, quo ſpuriis coſtis & gladiali cartilagini connectitur, carne conſtat, nec extrema ora ſpuriis coſtis adhæreſcens, quin ejus aliqua pars eas ſecundum præcordia ſuperat, perinde ac vallum quoddam: vallo enim hanc partem aſſimilant, atque adulterinas coſtas, gladialem cartilaginem ipſum ſeptum, jecur, portamque ventriculi defendit.

2011 Ministerio de Cultura

XX. Φρυρῶσι δὲ καὶ οἱ μαστοὶ τὴν καρδίαν, ἐπικείμενοι τῷ στέρνῳ, ἅμα μὲν σκέποντες αὐτὴν ὑποκειμένην, ἅμα δὲ καὶ θερμαίνοντες, ἀμοιβήν τινα αὐτῇ βραχεῖαν ἀποδιδόντες, ὁμοίως τοῖς ἔξωθεν ἐπιτιθεμένοις ἡμῖν ἐρίοις ὑφάσμασιν, ἃ τινα ψυχρὰ προσιτεθέντα τῷ σώματι, κἄπειτα ὑπ' αὐτοῦ θερμανθέντα, μικρὸν ὕστερον ἀνιθερμαίνει, κατ' τ αὐτὸν ἔν τρόπον ἡ τ μαστῶν ἀδενώδης οὐσία σκέπασμά τε ἅμα τ καρδίας ὄντι, καὶ θερμαινομένη πρὸς αὐτ ἀνιθερμαίνειν· ἐμνημονεύσαμεν δὲ μαστῶν ἐν τῷ παρόντι λόγῳ, ἐπειδὴ ἐν τοῖς ἀναπνευστικοῖς μορίοις ἡ θέσις αὐτῶν τέτακται· τὴν δὲ ἐνέργειαν αὐτῶν καὶ τὴν χρείαν ἐρῶμεν, ὅταν περὶ τ γεννητικῶν μορίων ἐξηγεῖσθαι μέλλωμεν.

XX. Mammæ utique & ipſæ pectori impoſitæ cordi præſidio ſunt, ipſum ſubjectum contegentes pariter, & calore foventes, reciprocum quoddam, licet exiguum beneficium ipſi viciſſim retribuentes: inſtar laneæ texturæ, nos exterius protegentis, quæ frigida corpori impoſita, mox ab eo calefacta paulo poſt ipſum mutuo calore perfundit. Itaque haud aliter mammarum glanduloſa ſubſtantia, ſimul & cordis quoddam eſt tegumentum, & ab eo incaleſcens, contra ei mutuum calorem elargitur. Mammarum autem hoc in loco meminimus, quoniam earum ſedes prope anhelitus membra collocatur, ſed ipſarum officium, & uſum, inferius exponemus, de genitalibus partibus ſermonem habituri.

XXI. Τὸ δὲ καλούμενον ὑοειδὲς ὀστοῦν, σμικρὸν μέν ἐστι τῷ μεγέθει· χρείας δὲ μεγίστας καὶ πλείστας παρέχει τῷ ζώῳ. οἱ γὰρ τ λάρυγγα ἀνοίγοντες καὶ κλείοντες μύες, ἐξ αὐτοῦ πεφύκασι, καί τινες μύες πρὸς τοὺς ὠμοπλάτας ἀνατεινόμενοι στενοὶ καὶ μακροί· ἄλλοι δὲ πρὸς τὴν γένυν. καὶ ὅστις ἂν ἐθέλοι καταμαθεῖν, ἀνατεμέτω, ἢ φοιτάτω πρὸς ἀνατομικούς, ὅπως μὴ μόνον ἐξ αὐτοῦ ἐκφυομένους μῦς ἐκμάθοι, ἀλλὰ καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἰδέαν. ἔστι μὲν οὖν κ τὴν οὐσίαν τὸ ὑοειδὲς ὀστοῦν, πῇ μὲν

XXI. At os, quod à forma ypſili literæ ypſiloides nominatur, mole quidem puſillum eſt, ſed ingentia commoda & plurima animali impartitur: muſculi enim guttur claudentes, ac reſerantes ex eo oriuntur: alii præterea ad ſcapulas pertinentes anguſti & longi, item ad mentum alii. Quod ſi quis hæc certius velit perdiſcere, aut aliquod animal ipſe diſſecet, aut ad diſſecandi magiſtros accedat, ut non muſculos modo ab eo prodeuntes, verum etiam & eſſentiam & figuram percipiat. Igitur os ypſi-

2011 Ministerio de Cultura

μὲν ὀς῀ν, πῇ δὲ χόνδρῳ. διώνυμον δὲ τοῦτο τὸ ὀς῀ν. ὑ μόνον γὰρ ὑοειδὲς ὀνομάζεται, ἀλλὰ καὶ λαβδοειδές. ὅμοιον γάρ ἐστι τοῖς δυσὶ γράμμασι, τοῦτο Υ καὶ Λ. τὴν δὲ θέσιν τοιαύτην ἔχει· αἱ πλευραὶ, ἀφ' ὧν τὴν μέσην αὐτοῦ χώραν ἀνήκουσι, πλάτῳ ἔχουσαν τῇ αὐτῇ χώρᾳ ἀξιόλογον, ἀφ' ἧς πάλιν ὀρθιαί τινες ἀνατείνονται δύο πλευραὶ πρὸς ἀλλήλοι, βραχὺ διεστῶσαι ἀπ' ἀλλήλων, σύνδεσμον ὑμενώδη κατὰ τὴν μεταξὺ χώραν ἔχουσαι. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν μυῶν καὶ τῶν συνδέσμων τῶν ἐκ τοῦ λαβδοειδοῦς ὀστοῦ πεφυκότων, ὕστερον εἰρήσεται. νυνὶ δὲ καταπαυστέον τὸν περὶ τῶν ἀναπνευστικῶν μορίων λόγον.

ypſiloides partim oſſea, partim cartilaginea natura conſtat, geminaque nomenclatura cenſetur: non ſolum enim ypſiloides, ſed etiam lambdoides nominatur, quod duarum literarum Υ, & Λ ſimilitudinem oſtendit. Situs ejus ita ſe habet. Humiles coſtæ ad mediam ejus regionem, ſatis pro loci ratione capacem perveniunt, ex qua rurſum duæ quædam rectæ coſtæ æque diſtantes, brevi intercapedine ſeparatæ, membranoſam quandam copulam medio ſpacio continentes protenduntur. Cæterum muſculos copulasque ex oſſe lamdali prodeuntes, in ſequentibus memorabimus. In præſentia de ſpirabilibus inſtrumentis ſermonem finiamus.

ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣ, ΒΙΒΛΙΟΝ Δ'.

I.

ΟΤι μὲν ἓν τρία ἐστὶν ἀρχαὶ εἰσιν αἱ διοικοῦσαι τὸ ζῷον σῶμα, ἐγκέφαλος, καρδία, ἧπαρ, πᾶσιν ἀναμολόγηται· ὅτι δὲ ὁ μὲν ἐγκέφαλος διὰ τῶν νεύρων χορηγεῖ παντὶ τῷ σώματι αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν· ἡ δὲ καρδία διὰ τῶν ἀρτηριῶν ῥιπίζουσα τὸ πᾶν σῶμα ζωογονεῖ· τὸ δὲ ἧπαρ διὰ τῶν φλεβῶν ὡς δι' ὀχετῶν τινων ἄρδει τὸ σώματος τὰ μόρια, καὶ

THEOPHILI PROTOSPATHARII, De corporis humani fabrica, LIBER IV.

I.

TRia eſſe principia corpus animalis gubernantia, cerebrum, cor, atque jecur, omnibus in confeſſo eſt: præterea per nervos cerebrum in totum corpus, ſenſum motumque diffundere: cor per arterias totum corpus ventilans, vitalitatem largiri: jecur per venas tanquam per canaliculos, corporis membra irrigare, alere, atque augere,

2011 Ministerio de Cultura

καὶ τρέφει, καὶ αὔξει αὐτὰ, καὶ τοῦτο ποσωμολόγηται. ποῖ μὲν οὖν τῆς καρδίας καὶ τῶν εἰσαγόντων εἰς αὐτὴν ἀγγείων, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς ἐξαγόντων, αὐτάρκως εἴρηται. ἀλλὰ τὰ μὲν ποῖ τῶν ἀναπνευστικῶν μορίων ἐξηγησάμεθα· νῦν δὲ ποῖ τοῦ ἐγκεφάλου διαληπτέον, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀρξαμένων ἡμῶν, ἐπειδὴ καὶ οἰκεῖον τοῦ ἐγκεφάλου αὐτὴ κατεσκευάθη· οἱονεὶ δὲ βάσαξ τῆς κεφαλῆς ὑπάρχει ὁ τράχηλος, ποῖ ὃ καὶ πρότερον λεκτέον.

gere, id quoque pro certo habetur. De corde autem, & vasis in ipsum adducentibus reddentibusque, satis copiose dissertum est, spirandi etiam organa supra posuimus. Nunc ad cerebri enarrationem transeamus, à capite initium sumentes, quoniam veluti cerebri domus conditum fuit, ceu vero capitis fulcrum cervix ipsa subjicitur, de qua & prius agendum ducimus.

II. ὁ ἄνθρωπος ζῶόν ἐστι λογικὸν, φωνητικόν τε καὶ διαλεκτικόν· ἡ δὲ φωνὴ διὰ τοῦ πνεύμονος γίνεται· ὁ δὲ πνεύμων ἀποκεχώρισται τοῦ σώματος. μεταξὺ γὰρ πνεύμονος καὶ στόματος ὁ λάρυγξ ὅτε καὶ ἡ φάρυγξ. πᾶν δὲ τὸ ἐκ ποσονδύλων συγκείμενον, ἐξέχον δὲ τῶν ὤμων ἕως τῆς κεφαλῆς, τοῦτο τράχηλος ὀνομάζεται· τὸ δὲ ὕπερθεν ἐπικείμενον τῷ τραχήλῳ, τοῦτο κεφαλὴ ὀνομάζεται. ἔχει δὲ τὸ μῆκος ποσμήκει μάλιστα σφαίρᾳ ἐοικός· τὸ δὲ μέγεθος πρὸς ἀναλογίαν τοῦ τραχήλου. κεφαλὴ γὰρ μεγάλη σὺν καρτερῷ τῷ αὐχένι, ἀγαθὴ κεφαλή· κεφαλὴ δὲ μεγάλη σὺν ἰσχνῷ τῷ αὐχένι, οὐκ ἀγαθή. ἡ δὲ μικρὰ κεφαλὴ, καὶ πάντα ἐξυθενημένη. εἰ γὰρ ὁ ἐγκέφαλος ῥωμαλέος, δῆλον ὡς καὶ ὁ ἀπ' αὐτοῦ πεφυκὼς νωτιαῖος· εἰ δὲ ἀμφότεροι, δῆλον ὡς καὶ τὰ περιέχοντα τούτοις ὀστέα εὐρύχωρα. φασὶ γὰρ τῶν ἰατρῶν οἱ σοφώτεροι ὑπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διαπλάτ-

II. Homo est animal ratione utens, vocale & sermocinans: vox per pulmones editur, hi à reliquo corpore sejuncti sunt: inter pulmones enim atque os, guttur & fauces intercedunt, totum vero id, quod ex vertebris componitur, supra humeros atque infra caput, id collum seu cervix dicitur, quod illi superimponitur, caput vocatum est, cujus longitudo pilæ oblongæ persimilis est, magnitudo autem collo proportione æquatur: siquidem magnum caput cum valida cervice bonum est, at cum gracili cervice grandius caput, non bonum. Parvum autem caput omni ex parte repudiatur: nam si cerebrum robustum est, & spinæ medullam ab eo orientem talem esse constat: quod si utraque talia sunt, & ossa continentia ampla esse necesse est. Ajunt enim doctiores Medici, à cerebro caput, à spinæ medulla dorsi ver-

2011 Ministerio de Cultura

πλάτεσθαι· ὑπὸ δὲ τ̃ γναθικ̃ μυελ̃, τὰς ἀπονδύλους τ̃ ῥάχεως, φησὶ τάξει δηλονότι τ̃ κἀπισθ̃ ἡμᾶς.

III. Τ̃ης μὲν γ̃ν κεφαλ̃ης, τὸ τριχῶν μέρ, καλεῖται κρανίον, συγκείμενον ἐξ ὀστ̃ων ἓξ· εἰσὶ δὲ ταῦτα, τὸ μέτωπον, τὸ ἰνίον, τὰ δύο βρέγματα, κ τὰ δύο λιθοειδ̃· ταῦτα τὰ ὀστᾶ ἡμ̃ν ἥνωνται πρὸς ἄλληλα ῥαφαῖς πριονοειδέσιν. ἀφορίζει δὲ, ἡ μὲν στεφανιαία ῥαφὴ, τὸ μέτωπον ὅπερ ἐστὶν ἔμπροσθεν τ̃ ὠπας κείμενον, ἐξ ἧ κ τὴν προσωνυμίαν ἔχει μέτωπον· ἡ δὲ λαβδοειδὴς τὸ ἰνίον ὄπισθέν τε κ ὑπερθεν τ̃ πρώτ ἀπονδύλ κείμενον. ἐνοῖ πὰς β ῥαφὰς πρὸς ἀλλήλας ἡ κ̃ κορυφὴν μέση ἐπ εὐθείας κειμένη, ὡς ἐοικέναι τὸ τ̃ν τριῶν ῥαφ̃ν σχ̃μα, τῷ Η γράμματι. Διαχωρίζει δὲ ἡ κ̃ κορυφὴν ῥαφὴ, τὰ ὀστᾶ τ̃ κρανίου, συνέχεινται δὲ τῇ κ̃ κορυφὴν μέσῃ ῥαφῇ ἑκατέρωθεν δύο ῥαφαὶ παλλήλοι, αἱ καλ̃νται λεπιδοειδεῖς, ὡς εἶναι τ̃ κεφαλ̃ης ἰδίας ῥαφὰς έ, ἔμπροσθεν μὲν, τὴν στεφανιαίαν, ἥτις δὴ παρίφερής· ὄπισθεν δὲ, τὴν λαβδοειδῆ, ἑνοῦσαν τῷ Λ γράμματι· ἀπὸ δὲ τ̃ λαβδοειδ̃ς ῥαφ̃ς ἕως τ̃ στεφανιαίας, τὴν κ̃ κορυφὴν μέσην ἐπ εὐθείας κειμένην. παλλήλοι δὲ ταύτῃ ἑκατέρωθέν εἰσιν αἱ λεπιδοειδεῖς. δύο δὲ ἄλλαι κοιναὶ ῥαφαὶ τ̃ τε κρανίου κ τ̃ ἄνω γνάθου, ὄπισθεν πρόσω φερόμεναι, τ̃ ὤτων ὑπερανω, ὑπο-

vertebras effformari, ita imperante, qui nos condidit, DEO.

III. Pars capitis crinita, calvaria nominatur, ſex oſſibus integrata: ea vero ſunt, frons, occipitium, duo vocata bregmata, hoc eſt ſincipitis oſſa, duoque lapidea: hæc ſerratis pectinatim ſunt ſtructa compagibus: at coronalis ſutura frontem, qui prius eſt, & ab averſa parte poſt oculos poſitus (unde & à Græcis metopon cognominatur,) determinat: lamdalis occipitium poſterius, & ſupra primam vertebram collocatum circumſcribit. Haſce duas ſuturas, ea quæ medium verticem recta diducit, inter ſe committit: ſicque harum trium ſuturarum figura H literam repræſentat. Ea vero, quæ in vertice eſt, ſutura, calvariæ oſſa disjungit: verum ſuturæ medium verticem ſecanti, duæ utrinque recta porrectæ adjacent, & ſquammoſæ vocantur. Itaque propriæ capitis ſuturæ numero quinque ſunt, coronalis quidem ante in orbem procedens: poſterius lambdalis, Λ literæ ſimilis, à lambdali ad coronalem usque, ea quæ per medium verticem recta procedit: huic autem duæ utrinque proximæ adjacent, ſquammoſæ vocatæ: duæ item aliæ, calvariæ & ſuperioris malæ communes, à poſteriore parte in priorem

ſupra

2011 Ministerio de Cultura

ὑποχωρίζεσαι τὰ λιθοειδῆ ὀστᾶ, δύο ὄντα ἑκατέρωθεν, δεξιόν τε καὶ ἀριστερὸν, καθ' ἑκάτερον δὲ, ὄπισθεν αὐτῶν τε καὶ ὑπερθεν κείμενα, τρίπλευρα μὲν τῷ σχήματι, λίθῳ δὲ παραπλήσια τὴν οὐσίαν, ἐξ ἧς τὴν ὠνυμίαν ἐκτήσαντο. Τὸ δὲ ἰνίον, τρίπλευρον μὲν καὶ αὐτὸ τῷ σχήματι· τῇ δὲ σκληρότητι, τῶν μὲν λιθοειδῶν ὀστῶν ὑπολειπόμενον, τῶν μετώπων δὲ πρωτεῦον. αὐτὸ δὲ τὸ μέτωπον προφερὲς μὲν τῷ σχήματι, τῇ δὲ σκληρότητι ὅσον ὑπολείπεται τοῦ ἰνίου, πρωτεύει τῶν βρεγμάτων. τὰ δὲ βρέγματα πάντων τῶν τῆς κεφαλῆς ὀστῶν χαυνότερα καὶ σπογγώδη, ὡς ὑπερφερῆ, τετράπλευρα τῷ σχήματι, πρόσθεν μὲν ὑπὸ τὴν στεφανιαίαν ῥαφῆς, ὄπισθεν δὲ ὑπὸ τὸ λαμβδοειδὲς, ἑκατέρωθεν δὲ ὑπὸ τῆς μέσης καὶ τῶν πλαγίων αὐτῇ.

supra aures pertinentes, atque ossa lapidea discernentes, quæ utrinque à dextra aure atque sinistra post supraque collocantur, figura trilatera, substantia lapidea, unde cognomen etiam adepta sunt. Verum & occipitium forma trilaterum est, duritia lapideis ossibus cedit, frontem autem superat: ipsa quidem frons rotunda est, quo autem occipitio mollior, tanto sincipitis ossibus durior: at ossa sincipitis reliquis capitis ossibus inaniora sunt, & cavernosa, utpote aliis superstantia, figura quadrilatera, prius coronali sutura terminata, lambdali posterius, utrinque vero media, & ab illa æque distantibus.

IV. Σοφῶς δὲ ἡ ἀγαθὴ τοῦ Θεοῦ πρόνοια ἐρραμμένον τὸ κρανίον τῆς κεφαλῆς κατεσκεύασεν, ὡς εἶναι αὐτὸ εὐδιάπνευστον· ἅπασιν γὰρ ἀτμοὶ καὶ καπνοὶ, καὶ τὰ αἰθαλώδη, καὶ τὰ λιγνυώδη περιττώματα ἀνωφερῆ· καὶ διὰ τοῦτο τὰ ὑψηλότατα τοῦ κρανίου ὀστᾶ μανά τε καὶ σπογγώδη κατεσκευάσθησαν. εἴδη δὲ περιττωμάτων, τέσσαρα, ἐπειδὴ καὶ τὰ ἐν τῷ σώματι ὑγρὰ τέσσαρα, αἷμα, φλέγμα, ξανθὴ χολὴ, καὶ μέλαινα. ἀπὸ μὲν οὖν τοῦ αἵματος, ἀτμοὶ γίνονται· ἀπὸ δὲ τοῦ φλέγματος, τὰ λιγνυώδη· ἀπὸ δὲ τῆς ξανθῆς χολῆς, καπνοί· ἀπὸ

IV. Itaque bona Dei providentia sapienter comparatum est, ut pluribus futuris capitis calvaria coagmentaretur: ipsam enim vaporibus permeabilem esse decuit, quandoquidem omnes halitus ac fumi, & fuliginosa fumidaque excrementa sursum petunt: ideoque excelsissima capitis ossa rara & fistulosa natura molita est. Excrementorum autem genera quatuor sunt, quemadmodum & humores in corpore quatuor numerantur, sanguis, pituita, flava bilis, atque atra: ex sanguine vapores, ex pituita fu-

2011 Ministerio de Cultura

ἀπὸ δὲ τῆς μελαίνης, τὰ αἰθαλώδη. ταῦτα τὰ περιττώματα πορευόμενα πρὸς τὰ ἄνω, εἰ ἐκωλύοντο διαφορεῖσθαι, ἡλίσκετο ἂν ὁ ἄνθρωπος καταῤῥοίς τε καὶ κορύζαις δυσιάτοις, ἢ καὶ ἀνιάτοις, ἢ καὶ πνιγμῷ, ἢ παλμοῖς τε καὶ σκοτώσεσιν· ἐκωλύετο δὲ, ἐκ παντοίων θερμῶν βρωμάτων τε καὶ ποτῶν, καὶ μάλιστα ἐκ παλαιοῦ οἴνου, ὡς ἀτμὸς γινώσκοντος πολλός. Φασὶ δέ τινες ἐν πολέμοις πτωμάτων γεγονότων, ἀποπλυθῆναι τὰ ὀστᾶ τῷ χρόνῳ κείμενα, καὶ εὑρεθῆναι κεφαλὰς ἀῤῥάφους. Διαγινώσκει δὲ τὰς τοιαύτας κεφαλὰς ὁ λόγος εὐπαθεῖς καὶ νοσώδεις, νοσερούς τε τοὺς τὰς τοιαύτας κεφαλὰς ἐχούσας. περὶ μὲν οὖν κεφαλῆς, τοσαῦτα.

mea exhalatio, quam lignyn dicunt, ex bile flava fumi, ex atra, fuliginosa excrementa redundant. Hæc sane excrementa, superiora corporis petentia, si diffiari nequirent, distillationibus, gravedinibusque homo aut ægre curabilibus, aut ex toto insanabilibus caperetur, vel etiam strangulatu, comitiali, aut vertigine: ipsum præterea esca, potuque calidiore, præsertim vino vetere, utpote multum evaporante temperare necessum foret. Nonnulli bellorum temporibus, post prælia asserunt ossa longiori tempore in campis strata, carne tabescente nuda apparuisse, inventaque esse capita futuris carentia. Verum hujusmodi capita facile vitium pati, & morbis esse exposita, facileque hujusmodi homines in morbos incidere ratio demonstrat. De capite hactenus.

V. ὁ δὲ ἐγκέφαλος περιέχεται ὑπὸ τῆς κεφαλῆς ὡς ὑπό τινος ὀρόφου, κατὰ δὲ τὴν οὐσίαν ὅλην ὁμοιοῦται τοῖς νεύροις, οἷς ἔμελλεν ἀρχὴ γενέσθαι, πλὴν ὅσῳ μαλακώτερος αὐτῶν ὑπάρχει· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἔπρεπε, τῷ πάσας μὲν τὰς αἰσθήσεις ἐνδεχομένῳ, πάσας δὲ φαντασίας φαντασιουμένῳ, καὶ πάσας νοήσεις νοοῦντι· τὸ γὰρ εὐαλλοίωτον ἐν πᾶσι τοῖς τοιούτοις ἔργοις τε καὶ παθήμασιν ἐπιτηδειότερον. εὐαλλοιωτότερον γὰρ τὸ μαλακώτερον ἢ σκληρότερον· διὰ ταῦτα

V. At cerebrum capite, tanquam quodam sub tecto continetur, essentia nervorum quam simillimum, quorum fons & pater esse debuit. Solum ipsis mollius est, idque jure, omnia sensilia accipienti, omnes imagines cogitanti, omnia intellectilia intelligenti, concessum fuit: mobilitas enim omnibus his functionibus affectibusque aptissima est. Quod autem molle est, duriore mobilius: hisce de causis, nervis tenerius cerebrum

2011 Ministerio de Cultura

ταῦτα μέν τι μαλακώτερός ἐστιν ὁ ἐγκέφαλος τ νεύρων. διὰ δὲ τὸ εἶναι διττὴν τὴν τ νεύρων φύσιν. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ὅτι μαλακώτερα τὰ δὲ σκληρώτερα· διττὸς καὶ ὁ ἐγκέφαλος, ἐμφύτης, μαλακώτερος μὲν ὁ ἐμπροσθιος, σκληρότερος δὲ ὁ ὀπίσθιος, ὃς ἐγκρανιός τε καὶ παρεγκέφαλος ὀνομάζεται. διαχωρίζει γὰρ τὸν ἐγκέφαλον ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν, ἡ τῇ λαβδοειδεῖ ῥαφῇ ὑποκειμένη τ ὑμένος χώρησις. τὸ δὲ χῆμα τ ἐγκεφάλου, οἷόν περ καὶ τὸ περιέχον αὐτὸ κρανίον. μήνιγγες δέ εἰσιν αἱ περιέχουσαι τ ἐγκέφαλον, ὥπερ τινα ὄσται τοῦ ἐνδύματα καὶ σκεπάσματα. εἰσὶ δὲ δύο, ἡ μὲν ἐκτὸς τ κρανίου· ἡ δὲ ἐντὸς, σκληρά, ⁊ παχεῖα ὅσα κ' τὴν σύστασιν· παχυτέρα δὲ γίνεται κ' τὴν μέσην ῥαφὴν καὶ κ' τὴν λαβδοειδῆ περὶ τὸ ἄλλο αὐτ μέρος, ὅσον τετραπλάσιον· ὥστε τῇ ἐπαναδιπλώσει αὐτ τῇ περὶ τὰς ῥαφὰς γινομένῃ, σωλῆνί τινι ἐοικέναι. τοῦτον τὸν σωλῆνα ὠνόμασαν οἱ περὶ τὸν Ηρόφιλον, πύελόν τε καὶ χόανην· ἡ μὲν ὑποδεχομένη τοὺς πόρους κοιλότης ἀπὸ τ χήματος, πύελος ὀνομάζεται· ἀπὸ δὲ τ χρείας, χόανη. τέτρησθαι γὰρ εἰς τὸ κάταντες αἰσθητῷ πόρῳ, ὡς χόανην μιμεῖσθαι. καὶ γὰρ καταρχεῖσθαι δι' αὐτ τὰ περιττώματα πρὸς ὑπερῴαν καὶ φάρυγγα. δικαίως δὲ γέγονε σκληρὰ ἡ παχεῖα μήνιγξ, ὡς ἀμυντήριον πρόβλημα ταῖς τ κρανίου περιβολαῖς ἐγκείμενον. ἀλλ' ἥ γε λεπτὴ μήνιγξ, τὸ ἔμφυτόν ἐστι σκέπασμα τ ἐγκεφάλου.

rebrum fuit. Cæterum cum gemina ſit nervorum natura (alii enim molliores, alii duriores) geminum quoque cerebrum effectum eſt, mollius in priore, durius in averſa parte, quod & encranium Græce, quaſi intra calvariam, & cerebellum nominatur: cerebrum enim prius poſterusque, lambdali ſuturæ ſubjecta membranæ laxitas terminat. Figura cerebri talis eſt, qualis eſt ejus receptaculum calvaria. Membranæ ipſum ſupra ſubterque velantes, ceu quædam ejus amicula atque operimenta duæ ſunt, una extra calvariam, altera intus dura craſſaque materia: ſed qua ſuturam mediam, lambdalemque tangit, craſſeſcit magis. Ejus reliqua pars quadrupla eſt, ſecundum ſuturas autem conduplicata, ſolio aſſimilatur: id Herophilus σωλῆνα Græce, hoc eſt pelvim infundibulumque nominavit. Inanitas meatus admittens, à figura pelvis dicitur, ab ea quam habet utilitatem, infundibilum. In declive enim ſenſili foramine terebrata eſt, ut infundibulum imitetur: nam per ipſam recrementa ad palatum faucesque labuntur. Quamobrem jure optimo craſſa membrana, dura creata fuit, tanquam defenſorium propugnaculum adverſus calvariæ percuſſus oppoſitum. At membrana tenuis, inſitum eſt cerebri tegumentum: ab

2011 Ministerio de Cultura

ἡ γὰρ δὴ καὶ ἀφέσηκεν αὐτὴ ἡ παχεῖα μήνιγξ. εἰ γὰρ μὴ μέση κατετείνη ἡ λεπτὴ, ἀλλ' ἀμέσως ἔστηκε τὸ ἐγκέφαλον, ἔθλιβεν ἂν αὐτὸν τῆς σκληρότητος μαλακὸν ὄντα. Διὰ τοῦτο τὸ κρανίου καὶ τὸ ἐγκεφάλου πόρρω ἀφεστηκότων τῇ θέσει καὶ τῇ οὐσίᾳ, μέσον τὰς μήνιγγας ἡ ἀγαθὴ θεὸς κατέθετο φρόνοια, τὴν μὲν σκληρὰν ἔσωθεν τοῦ κρανίου διὰ τὴν σκληρότητα αὐτῆς, ἔξωθεν δὲ τὴν λεπτὴν, ὡς περιέχεσθαι τὴν λεπτὴν μήνιγγα ὑπὸ τῆς παχείας, αὐτὴν δὲ τὴν λεπτὴν μήνιγγα περιέχειν τὸ ἐγκέφαλον. τὸ γὰρ οὐσίας τοῦ ἐγκεφάλου πόρρω ἀφέστηκεν ἡ λεπτὴ μήνιγξ. ἔστιν ἄρα τοῦ ἐγκεφάλου πρῶτον σκέπασμα καὶ στέγασμα ἡ λεπτὴ μήνιγξ, συνδοῦσα καὶ ἑδραιοῦσα αὐτὸν, ὡς ἀσάλευτον διαφυλάττεσθαι. ὅσον δέ ἐστιν ἡ λεπτὴ μήνιγξ ἐγκεφάλου σκληροτέρα, τοσοῦτόν ἐστι τῆς παχείας μήνιγγος μαλακωτέρα· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ παχεῖα μήνιγξ ὅσον δὴ τῆς λεπτῆς σκληροτέρα, τοσοῦτον ὀστοῦ μαλακωτέρα. ὀνομάζεται δὲ ἡ λεπτὴ μήνιγξ, χωροειδὴς, ὡς χωρίον ἀμέσως τοῦ ἐγκεφάλου ὑποκείμενον.

VI. Ἐπεὶ δὲ τὸ τῆς κεφαλῆς κρανίον σφίγγεσθαι παντοχόθεν δέον ἦν· ἐκ πολλῶν γὰρ ὀστῶν σύγκειται· διὰ τοῦτο ἀπρονόητον οὐκ εἴασεν αὐτὸ ἀπρονόητον ἡ τοῦ Θεοῦ δημιουργία. διαπεφάσασα γὰρ τὴν παχεῖαν μήνιγγα διὰ τῶν ῥαφῶν τοῦ κρανίου ὑπὸ κρανίον οὖσαν, ὡς ὑπὸ κρανίον γηνέσθαι· ἐξ αὐτῆς τε συνδέσμους ἀποφύσασα, συμπλέξασά τε τοὺς αὐτοὺς συν-

ipso enim crassa diducta est: quandoquidem nisi tenuis intercederet, sed statim durior cerebrum involveret, ejus duritia ipsum molle collideretur. Itaque inter calvariam cerebrumque longe positu & natura distantes optimi DEI consilium medias membranas conjecit, duram sub calvaria, ob ejus duritiam, sub ea tenuem, ut crassiore membrana tenuis contineatur, ipsa cerebrum contineat ab ejus natura non multum aliena. Igitur primum cerebri tegmen & fulcrum tenuis membrana est, ipsum revinciens ac firmans, ut stabile atque inconcussum teneatur. Verum quanto tenuis hæc membrana cerebro durior, tanto est crassiore mollior: item crassior quo tenui durior, eo calvariæ osse mollior: vocatur autem tenuis membrana localis, utpote locus cerebri proximus.

VI. Quoniam vero capitis calvariam omni ex parte coerceri munirique opus erat, quod ex multis ossibus integratur, id non inconsultum præteriit Divina sapientia: crassam namque membranam sub calvaria positam, per ejus futuras trajiciens, super calvariam constituit, ex eaque copulas producens, & easdem complicans & in unum cogens,

2011 Ministerio de Cultura

δέσμυς καὶ εἰς ἓν συναγαγοῦσα ἐξύφανεν ἐξ αὐτῶν τ̃ περικράνιον ὀνομαζόμενον χιτῶνα, συνδεῖν τε καὶ περισφίγγειν παντα χόθεν τὸ κρανίον, ὡς ἀσάλευτον διαφυλάττειν. περιέχουσα δὲ ἡ λεπτὴ μήνιγξ, ὐ μόνον τ̃ ἐγκέφαλον, ἀλλὰ καὶ τὸ χωροειδὲς πλέγμα, ὅπερ καὶ δικτυοειδὲς ὀνομάζεσθαι, διὰ τ̃το ἐκλήθη χωροειδές.

cogens, ex ipsis membranam pericranion vocatam, contexuit, quæ contineret undique calvariam, & colligaret, ne ulla ex parte concussa labaret. Cæterum tenue involucrum, non cerebrum solum, sed etiam localem texturam, quam & reticularem vocant, ambiens: ideo etiam ipsum locale dictum fuit.

VII. Ἔχει δὲ τὸ χωροειδὲς πλέγμα τὴν γένεσιν τοιάνδε. τ̃ς μεγάλης ἀρτηρίας τ̃ς ἐκφυομένης ἀπὸ τ̃ ἀριστερ̃ς κοιλίας τ̃ καρδίας τ̃ ὀνομαζομένης πνευματικ̃ς, ἀνερχομένης διὰ τ̃ μεσοθώρακος ἕως τ̃ τραχήλυ, ὡσαύτως δὲ καὶ τ̃ κοίλης φλεβὸς, ἐκφυομένης μὲν ἀπὸ τῶν κυρτῶν τ̃ ἥπατος, ἀνερχομένης δὲ καὶ αὐτ̃ς κάτωθεν ἕως τ̃ τραχήλυ, συμπαρακειμένης τε τ̃ αὐτ̃ ἀρτηρίᾳ, χίζονται κατὰ τὸν τράχηλον διχ̃, ὡς ἀπὸ πρέμνυ ὄρπηκες. αὗται δὲ αἱ διχοτομίαι τ̃ φλεβῶν ὀνομάζονται σφαγίτιδες φλέβες. συχίζεται δὲ τ̃ φλεβὶ καὶ ἡ ἀρτηρία, καὶ ἀνερχόμεναι ὁμοῦ ἕως κεφαλ̃ς, καταχίζονται εἰς πολλὰ ἀγγεῖα μείζονά τε καὶ ἐλάττονα, ὐ μόνον ἐπιπολ̃ς, ἀλλὰ καὶ διὰ βάθυς. καταπείρονται δὲ ἐν παύτῳ τὰ ἀγγεῖα τῶν φλεβῶν τε καὶ τ̃ ἀρτηριῶν, εἰς τὸ σῶμα τ̃ ἐγκεφάλυ, συμπλεκόμενα πρὸς ἄλληλα ὥσπερ δίκτυον. τ̃τὸ τὸ δίκτυον ὀνομάζεσθαι, δικτυοειδὲς πλέγμα καὶ χωροειδές· καὶ διὰ τ̃τὸ καὶ ἡ λεπτὴ μήνιγξ τ̃ς αὐτ̃ς περιστωνυμίας τυ-

χήκεν,

VII. Localis autem textura hanc habet sui ortus rationem. Grandis arteria è sinistro cordis gremiō, spirituoso vocato, prodiens, secundum spinam interius ad collum usque pertinet: pariter & vena cava è convexo jecoris oriens, & ipsa ab inferioribus partibus ad collum usque ascendens, prope arteriam adjacet, inde utraque per collum ut ex trunco furculi, in duas partes scinduntur: hæc venarum segmenta, jugulares venæ vocatæ fuerunt. Pariter arteria perinde ac vena scinditur: simulque ad caput subeuntes, in multa majora minoraque vascula sparguntur, non in superficie modo, verum etiam profundius. Itaque hi venarum arteriarumque ramuli, per cerebri corpus inter se retis instar contexti disperguntur: atque hujusmodi rete, reticularis textura, localisque nominatur: propterea & tenuis membrana, quod ad eam texturam simul & cerebri corpus complectitur,

2011 Ministerio de Cultura

χεκεν, ὡς περιεκλικὴ ὖσα τ̃ αὐτ̃ πλέγματος ἅμα τ̃ σώματος τ̃ ἐγκεφάλ̃. ἐν τῇ πρώτῃ δὴ χίσει τῇ κ̃ τὸν ἐγκέφαλον, καταφύεταί τις ἀδὴν ὀνομαζόμενος κωναρίον. τοῦτα τὰ ἀγγεῖα τ̃ πλέγματος, τ̃ μὲν φλεβὶς τρέφει τὸ σῶμα τ̃ ἐγκεφάλ̃, τῆς δὲ ἀρτηρίας, ζωογονῦσι, ῥιπίζοντα, κὴ πὰ λιγνυώδη περιττώματα ἀποδιώκοντα.

VIII. Ἔστι δὲ τὸ σῶμα τ̃ ἐγκεφάλ̃, τὴν μὲν ὐσίαν λεπτὸν, κὴ ἄναιμον κὴ ὑποπίμελον, ὡς ἐξ ἀφρ̃ πονὸς πεπηγός, τῷ κοινῷ δὲ ὀνόματι ὀνομάζεται μυελὸς, ὥσπερ τῷ ἰδίῳ, ἐγκέφαλ̃. περιέχεται δὲ τῇ κεφαλῇ, ὡς ἐν οἴκῳ τινὶ, πᾶσαν κίνησιν ἐκπέμπων τῷ σώματι, προαιρετικήν τε κὴ αἰσθητικὴν διὰ τ̃ νεύρων, διὰ τ̃ καθήκον̃ ἐν αὐτῷ, ψυχικ̃ πνεύμα̃ δηλονότι, ὁρᾶσιν μὲν, κὴ ὀσφρησιν, ἀκοήν τε, κὴ γεῦσιν, διὰ τ̃ μαλακῶν νεύρων· πᾶσαν δὲ κίνησιν προαιρετικὴν τ̃ μορίων, διὰ τ̃ σκληρῶν. πρεπόντως δὴ ὁ ἐγκέφαλ̃ τὸν ὑψηλὸν τόπον κατέχηκε τ̃ σώματ̃ τῇ προνοίᾳ τ̃ ἀγαθ̃ Θε̃, ὅπως ὡς ἐκ μιᾶς πηγῆς ἅπαντα τὰ μόρια τ̃ προσώπου ἀρδεύωνται ἀφθόνως ὑπὸ τ̃ ψυχικ̃ πνεύμα̃. τὰ γὰρ κατωτέρω τ̃ πραχήλου μόρια μέχρι τ̃ ποδῶν, οὐκ ἐκ τ̃ ἐγκεφάλου, ἀλλ' ἐκ τ̃ νωτιαίου μυελ̃ ἔχει χορηγουμένην τήν τε κίνησιν κὴ τὴν αἴσθησιν.

IX. Ἔστι δὲ ὁ νωτιαῖ̃ μυελὸς, ὥσπερ ὶς ἐγκέφαλ̃ μακρὸς, ἐκφυό-

eandem appellationem eſt aſſecuta. In prima ſane, quæ in cerebro fit, partitione glandula quædam, quam conarion vocant, inſerta eſt. Ex his ſane vaſculis venæ cerebri, corpori alimentum ſubminiſtrant, arteriæ vitam largiuntur, ventilantes, fumeasque ſordes propellentes.

VIII. Cerebri utique corpus ſubſtantia tenue eſt, exangue, & ſubpingue, veluti ex ſpuma quadam concretum: communi quidem nomine medulla vocatur, proprio cerebrum: id capite, quodam veluti domicilio continetur: omnem voluntarium motum ſenſumque corpori per nervos profundens, animabili ſpiritu tanquam quodam vehiculo deferente: viſum quidem, odoratum, auditumque & guſtatum, per molles: omnem vero particularum voluntarium motum, per duros nervos impartiens. Decenter itaque boni DEI providentia excelſiſſimam corporis ſedem cerebro colendam dedit, ut ab uno tanquam fonte omnes faciei partes uberrime per animabilem ſpiritum irrigentur. At infra collum ad pedes usque, particulæ omnes non à cerebro, ſed à ſpinali medulla motum ſenſumque transmiſſos exhauriunt.

IX. Verum ſpinæ medulla ceu quoddam eſt oblongum cerebrum, à po-

2011 Ministerio de Cultura

φυόμενον μὲν ἀπὸ τ ἐμπροσθίου μέρους τ̃ ἐγκεφάλου τ̃ ὀνομαζομένου παρεγκεφαλίδος· καταιχόμενον δὲ διὰ τ̃ ῥάχεως, μέχρι τ̃ ἱερ̃ ὀστ̃, ὅπως τ̃ῃ γειτνιάσει τ̃ θέσεως, ἀκοπώτερον κινῇ τὰ καθωτέρω μέρη τ̃ σώματος· διὰ τὸ σφοδρὸν ὂν τ̃ κινήσεων, εὐλόγως, ὅ, τε ὀπίσθιος ἐγκέφαλος, καὶ ὁ νωτιαῖος μυελὸς σκληρότεροι τ̃ ἐμπροσθίου ἐγκεφάλου γεγόνασιν.

X. Ἴδωμεν ὂν τ̃ ψυχικ̃ πνεύματος τὸ καθικητήριον, εἰ μέλλομεν θαυμάζειν τ̃ θε̃ τὰ δημιουργήματα. θεασώμεθα δὲ τ̃τ̃ ἐξ ἀναβολῆς. εἰ γὰρ εὐχήμως τις ἀτρέμα κλάσας κρανίον ἐξαίροι τὰ ὀστᾶ πάντα, γυμνὸν καταλιπὼν τ ἐγκέφαλον, χίσας τε αὐτὸν ἐντέχνως, εὑρήσει κοιλίας ἐν αὐτῷ διαφραττομένας ὑπὸ ὑμένων λεπτοτάτων τε καὶ διαυγῶν, καὶ χωριζομένας ἀπ' ἀλλήλων δεξιά τε καὶ ἀριστερὰ, ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν. ἐν ταύταις τ̃ ἐγκεφάλου περιέχεσθαι τὸ ψυχικὸν πνεῦμα λεπτομερές τε καὶ ἀθόλωτον, καὶ καθαρώτατον· τ̃το τρέφεσθαι καὶ διαμένειν ἔκ τε τ̃ ἐκ τ̃ς καρδίας ἀναφερομένης διὰ τ̃ ἀρτηριῶν πνεύματος, καὶ τ̃ ἔξωθεν περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος. συστελλόμενος γὰρ καὶ διαστελλόμενος ὁ ἐγκέφαλος, ἐν μὲν τ̃ῃ διαστολῇ τ ἔξωθεν ἕλκει ἀέρα διὰ τ ῥινῶν· ἐν δὲ τ̃ῃ συστολῇ, συνέχει. ἑλκόμενος ὂν ὁ ἔξωθεν ἀὴρ, χωρίζεσθαι διὰ τ ῥινῶν ἔνθα τέτρηται ἡ ῥὶς, πρὸς τὴν ὑπερῴαν, καὶ τὸ μὲν πλεῖστον μέρος τ̃ ἀέρος ἕλκεσθαι ὑπὸ τ̃ πνεύμονος· τὸ δὲ ἄλλο ἀνέρχεται πρὸς τ ἐγκέφαλον.

à posteriore cerebri parte, cerebello vocata enascens, indeque per spinam usque ad sacrum os defluens, ut situs propinquitate inferas corporis partes minus laboriose promoveat: quare ob motus vim nimiam, & posterius cerebrum, & spinæ medulla, haud injuria priori cerebro duriores fuerunt.

X. Age nunc animabilis spiritus domicilium videamus, si DEI opera pro dignitate admirari volumus: id vero per dissectionem intuebimur. Si quis enim rite & paulatim calvariam frangens ossa omnia abstulerit, nudum relinquens cerebrum, id rursus artificiose findens, specus inveniet membranis tenuissimis pellucidisque interseptos, atque inter sese à dextra & à sinistra prius & posterius discretos. Intra hæc cerebri cava, animalis spiritus, tenuis, purus, mundissimusque versatur. Verum spiritu à corde per arterias ad caput subvolante & exterius nos cingente aëre alitur, diuturnitatemque consequitur: comprimitur enim, distenditurque cerebrum, per distentionem aërem per nares attrahit, in comprimendo retinet. Igitur externus aër attractus intra nares, qua ad palatum foramen patet, distribuitur: atque ejus plurimum in pulmones trahitur, reliquum in cerebrum abit.

XI. Καὶ

XI. Nisi

2011 Ministerio de Cultura

XI. Καὶ ἔστιν ὁ τ῀ ῥινὸς πόρος, ἔσοδός τε Ϲ ἔξοδος τ῀ ἐγκεφάλῳ. οὐδὲ γὰρ ἐνεδέχετο ὅπου εὐθύτερον ἄλλον Ϲ καταντη πλὴν τ῀ ῥινὸς πόρῳ, ἐπιήδειον γιγνέσθαι, πρὸς ἔξοδον μὲν τ῀ τ῀ ἐγκεφάλῳ περιττωμάτων, εἴσοδον δὲ τ῀ τῇ ὀσφρήσει αἰσθητῶν ὀσμῶν. τὰ γὰρ ἐξ ἐγκεφάλῳ περιττώματα ὐ μόνον ῥυτὰ καὶ ἐξίτηλα, ἀλλὰ Ϲ παχέα καὶ πυώδη, ὡς ἐν καταῤῥοις τε Ϲ κορύζαις, ἃ δὴ βλέννας μὲν οἱ παλαιοὶ ὀνομάζεσι, μύξας δὲ οἱ νεώτεροι. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δύο τινὲς ὀχετοὶ καθάπερ, ἐξερευγόμενοι δι' ὑπερῴας εἰς τὸ στόμα, τ῀ παντὸς ἐγκεφάλῳ τὰ περιττώματα, ὅταν γε πλήρης περιττωμάτων γένηται ὁ ἐγκέφαλος, ἢ αὐτὸς ἑαυτ῀ δυσκρασώτερος γένηται. καλῶς γὰρ ἔχων ὁ ἐγκέφαλος, ἀρκεῖται ἀπνεῖσθαι διὰ τ῀ δύο πόρων Ϲ μόνων τ῀ ῥινός. πεπόνθως δ' ἂν ὁ ἐγκέφαλος τ῀ ὑπερτάτου τ῀ κεφαλῆς τόπον κατέλαβεν, εἰς καθοικίαν ἑαυτ῀, ὥσπερ εἰς οἰκοδεσπότης δορυφόρους ἔχων κύκλωθεν ἁπάσας τὰς αἰσθήσεις, τὴν ὅρασιν, τὴν ὄσφησιν, τὴν ἀκοὴν, τὴν γεῦσιν, Ϲ τὴν ἁφὴν, ἃς πινὰς Ϲ ἐκπέμπων καθ' ὅλῳ τ῀ σώματος, αἰσθητικὸν αὐτὸ ἀποτελ῀σα, χορηγῶν αὖπω ἀφὴσίν τε Ϲ κίνησιν, διὰ τ῀ ψυχικ῀ πνεύματος.

XI. Nasi quidem cavitas iter quoddam est, qua itur ad cerebrum ac disceditur, neque alia rectior via ac declivior, præter nasi foramina inveniri potuisset, quæ cerebri purgamenta educeret, & olfactu sensiles odores admitteret: nam cerebri sordes non fluidæ modo sunt & exiles, sed etiam crassæ & purulentæ, ut in distillationibus & gravedinibus videre licet. Eas veteres Græci blennas, recentiores myxas, hoc est, mucos appellare consuevere. Duæ aliæ cloacæ declives sunt, in os per palatum ex toto cerebro supervacua evomentes, quando excrementis abundaverit cerebrum, aut aliqua intemperie affectum fuerit: nam secunda utens valetudine, ipsum per se valet per nasi vel sola foramina propria, excrementa discutere. Decenter itaque supremum capitis culmen in suam domum tanquam dominus cerebrum sibi vendicavit, omnibus sensibus, visu, olfactu, auditu, gustatu, tactuque ceu satellitibus undique stipatum: quos & in totum corpus effundens, ipsum sensorium facit, per animabilem spiritum ipsi motum sensumque suppeditans.

XII. Ἐκφύεται μὲν ἓν ἡ πρώτη συζυγία τ῀ νεύρων ἀπὸ τ῀ ἐμπροσθίων κοιλιῶν τ῀ ἐγκεφάλῳ, κατερχομένη πρὸς ἑκατέραν κοιλότητα τ῀ ῥινῶν, δι' ὧν

XII. Primum sane par nervorum, ex primis cerebri ventriculis exiens, ad utrumque nasi foramen discurrit, in causaque est, ut odora-

menta

2011 Ministerio de Cultura

ὧν νεύρων καὶ τὴν διάγνωσιν ποιεῖται τῶν σφραγίδων ὁ ἐγκέφαλος. ἐπεὶ δὲ οἱ πόροι τῆς ῥινὸς πλησίον εἰσὶ τοῦ ἐγκεφάλου, ἀνεῳγμένοι δὲ οἱ αὐτοὶ πόροι διὰ παντὸς, ἠκολούθει δὲ ἐκ τούτου μεγάλη βλάβη τῷ ἐγκεφάλῳ ἐγγίνεσθαι, διὰ τὸ αὐθρόως εἰσέρχεσθαι ψυχρὸν ἀέρα, ἢ ἀτμὸν θολερὸν καὶ ἀκάθαρτον. ἢ ταχέως κενοῦσθαι τὰ ἐν τῷ ἐγκέφαλον ὑγρὰ σὺν τοῖς ἀχρήστοις καὶ τὰ εὔχρηστα, ἐποίησεν ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγαθὴ σοφία καὶ τὴν διέξοδον τοῦ κρανίου ὀστᾶ ποικίλως κατατετρημένα ὀπαῖς λοξαῖς ὥσπερ σπογγιὰν, ὥστε μήτ' ἔξωθεν ἄλλο τι ἐσθαίνειν σῶμα σκληρὸν, μήτ' ἀκραιφνῆ τὴν ψύξιν εἰσπνεόντων ἡμῶν, εὐθὺ τοῦ ἐγκέφαλον εἰσιέναι κοιλιῶν. ταῦτα τὰ ὀστᾶ ὠνόμασται ἐθμοειδῆ· ἐθμὸς δὲ ὁ Ἱπποκράτης σπογγοειδῆ, καὶ κρείσσων αὕτη ἡ ὀνομασία. οἱ μὲν γὰρ ἠθμοὶ, εὐθύτρητοι· τὰ δὲ ὀστᾶ ταῦτα σκολιὰς τὰς ὀπὰς ἔχουσι δίκην σπογγιᾶς. μόνον δὲ ἡ σκληρὰ μήνιγξ σκέπουσα τοῦ ἐγκέφαλον διατέτρηται δίκην ἠθμοῦ. τῷ σκολιῷ γὰρ τοῦ ὀστᾶ διατρήσεων, ἐκωλύοντο ἂν ἐκκαθαίρεσθαι τὰ ἐν ἐγκεφάλῳ περιττώματα, εἰ μὴ χρόνῳ παμπόλλῳ καὶ βραχὺ διηθοῦντο· καὶ τοῦ ἀτμῶν δὲ ἄνοδος, οὐδ' ὅλως ἂν ἐγίνετο τῷ πάχει εἰργομένη. συνεισέρχονται ἂν οἱ ἀτμοὶ τῷ ἀέρι καὶ τὴν εἰσπνοήν. τὰ δὲ καὶ τοῦ ἐγκέφαλον περιττώματα, συνεξέρχονται τῷ ἀέρι τῆς ἐκπνοῆς. ὁ γὰρ εἰσπνεόμενος ἀὴρ ἐμποδίζομενος ταῖς λοξότησι τοῦ ἐν τοῖς

menta cerebrum ſentiat. Verum enimvero quoniam hi narium meatus prope cerebrum ſunt, ſemperque patent, ingentia damna cerebrum acciperet, ex aëris frigidi aut vaporis turbulenti immundique ſubita irruptione, aut quod ſimul cum inutilibus ſuccis boni quoque ex cerebro cito elaberentur. Ideo bona DEI ſapientia oſſa quædam varie obliquis cavernulis inſtar ſpongiæ perforata, in tranſitu calvariæ collocavit, ut ne corpus ullum durius extrinſecus incideret, aut ſincera frigiditas recta in cerebri ſinus penetraret. Oſſa hæc ab inciſoriæ artis profeſſoribus Græce, ἠθμοειδῆ id eſt, incerniculi vicem gerentia, ab Hippocrate ſpongioſa, & rectius, appellata ſunt: ſiquidem incernicula rectis foraminibus pertuſa ſunt, oſſa vero hæc in obliquum, ut ſpongiæ ſunt terebrata. Sola autem dura membrana cerebrum operiens, cribri more foratur: nam ob tortuoſa oſſium foramina, excrementorum cerebri exitus impediretur, niſi longiori tempore paulatim percolarentur: contra, vaporum aſcenſus craſſitudine vetante neutiquam fieret. Ob id igitur vapores una cum aëre, dum fit inſpiratio, ingrediuntur, & cerebri ſupervacua, dum aër efflatur, ſimul exeunt. Quamobrem aër attractus, dum inter oſſium flexuoſos anfractus relu-

2011 Ministerio de Cultura

τοῖς ὀσοῖς σηραγγων, χλιαίνεται εἰσερχόμενος καὶ διακρίνεται, τὸ παχύτερον ἴσχεται καὶ παλινδρομεῖ, καὶ ὃς εἰσδύνει ἀκάθαρτον ὥστε βλάπτειν τὸ ἐν ταῖς κοιλίαις τ ἐγκεφάλου ψυχικὸν πνεῦμα, ἀλλ' εἰσέρχεται τ διακεκριμένου χλιαρόν τε καὶ πεπεμμένον, καὶ λεπομερέστατον εἰς τροφὴν καὶ αὔξησιν τ ψυχικοῦ πνεύματος.

XIII. Διὰ γὰρ ταύτην τὴν ἀσφαλῆ εἴσοδόν τε & ἔξοδον τ ἀέρος, ἐξετέθησαν κάτωθέν τε καὶ ἄνωθεν χόνδροι, σύριγγας ἔχοντες παμπόλλας τ αὐτῆς ἕνεκεν χρείας. ἔστι οἱ χόνδροι ὀνομάζονται μυξωτῆρες. σκεπάσματα τ αὐτῶν μυξωτήρων, τὰ ὀστᾶ τ ῥινὸς, δύο ὄντα τὸν ἀριθμὸν, δεξιόν τε καὶ ἀριστερὸν, ἡνωμένα πρὸς ἄλληλα ἀπὸ ἄνωθεν αὐτῶν ἕως μέσου, ῥάχιν ποιοῦντα, ὥστε εἶναι τὸ ἐντὸς κενόν. ταῦτα τὰ ὀστᾶ ὅπως εἴασεν ἕως ἄκρου κατελθεῖν τ μεγέθους τ ῥινὸς, ἡ τ ἀγαθὴ θεοῦ πρόνοια· σφαλερὸν γάρ· ἀλλ' ἐξέφυσεν ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν, καὶ κάτω, χόνδρους κοιλότητας ἔχοντας, δεξιάν τε καὶ ἀριστεράν, καὶ ἀποφραττομένας τὰς αὐτὰς κοιλότητας ἑτέρῳ χόνδρῳ, τῷ καλουμένῳ, ὡς μὲν τοῖς ἰατροῖς, διαφράγματι· ὡς δὲ τοῖς ποιηταῖς, κίονι καὶ σύλιδι. αἱ δὲ κοιλότητες ὡς μὲν τοῖς ἰατροῖς ὀνομάζονται μυκτῆρες· ὡς δὲ τοῖς ποιηταῖς θάλαμοι. τὸ δὲ τῆς ῥινὸς πλήρωμα, ὡς μὲν τοῖς ἰατροῖς ὀνομάζεται, ἀκροῤῥίνιον· παρὰ δὲ τοῖς ποιηταῖς, σφαῖρον. τὰ δὲ ἐδάφη τῶν κοιλωμάτων

ctatur, caleſcit evadens, & ſecernitur, atque ejus pars craſſior retinetur, retroque convertitur, neque fæculenta ſuccedens intra cerebri ventres animabilem ſpiritum contaminat: ſed ſecreta pars tepida concocta, & tenuiſſima ad alendum augendumque animabilem ſpiritum pervadit.

XIII. Idcirco propter hunc tutiorem introitum aëris, & egreſſum, ſupra ſubterque cartilagines ſpiramentis pluribus perviæ ad hunc uſum poſitæ fuerunt: id genus cartilagines Græce myxoteres appellantur, ipſarum tegumenta bina naſi oſſa ſunt, inter ſe ſuperne ad medium usque ferruminata, & dorſum facientia, adeo, ut interius inanis cavitas pateat. Oſſa hujusmodi ad extremam naſi magnitudinem deſcendere, optimi DEI providentia non permiſit, periculum enim foret: ſed ante, poſt, ſubterque cartilagines quasdam creavit, dextrum ſiniſtrumque cavum habentes, & ipſa cava alia cartilagine diremit, quæ à medicis ſeptum, à poëtis columna ſeu columella vocatur: cavitates autem apud medicos narium vocabulum habent, à poëtis thalami dicuntur: at naſi acies à medicis Græce acrorrhinion, quod Latine ſonat naſi extremum, nominatur: poëtæ ſphærion, id eſt, orbiculum vocant, ſed

2011 Ministerio de Cultura

μάλων ὠνομάζονται λῆνοί· τὰ δὲ ἑκατέρωθεν τῆς χόνδρου τῆς ῥινὸς, πτερύγια· διὰ τί δὲ ὅλη ἡ ῥὶς οὐκ ἐξ ὀστῶν σύγκειται, ἀλλὰ τὸ μὲν ἄνωθεν αὐτῆς μέρος ἕως τῆς μέσου ἐξ ὀστῶν· τὸ δὲ κάτωθεν ἐκ χόνδρων. ἢ ὅτι τὸ μὲν ἄνω μέρος, τεῖχος τῶν ὀφθαλμῶν ἑκατέρωθεν ἐγεγόνει· εἰ δὲ κατήρχετο ἕως ἄκρου τῆς ῥινὸς τὰ δύο ταῦτα ὀστᾶ, ἐθλῶντο ἂν ὑπὸ τῶν ἔξωθεν προσβολῶν, ἢ καὶ ἀπεθραύοντο ῥᾳδίως πεφυκότα, ἀλλ' οὐδ' ἂν ὑπεπιέζοντο ὑπὸ τῶν χειρῶν τοῦ ἀνθρώπου τὰ ἐκ τῆς ἐγκεφάλου κατερχόμενα ὑγρὰ, οὐδ' ἂν συνεστέλλοντο καὶ διεστέλλοντο τὰ πτερύγια τῆς ῥινὸς, τῇ σκληρότητι τῶν ὀστῶν ἀκίνητα διαμένοντα· διὰ τοῦτο ἡ δημιουργικὴ τοῦ Θεοῦ σοφία κατεφύτευσεν ἐν τῷ ἄκρῳ τῆς ῥινὸς χόνδρον, ἵνα ταῖς τῶν σκληρῶν σωμάτων προσπιπτούσαις προσβολαῖς ῥᾳδίως ὑπομένῃ τῇ δυσπαθείᾳ αὐτοῦ, καὶ ὑποπιέζωνται τοῖς δακτύλοις ἐν τῇ πλημμύρᾳ τῶν ὑγρῶν, καὶ ἵνα διαστέλλωνται τὰ πτερύγια τῆς ῥινός. πολλάκις γὰρ ἐν περιπνευμονίαις καὶ φρενίτισι καύματος πολλοῦ κατὰ τὸν πνεύμονα ὄντος, δεόμεθα πλείστης ἐμψύξεως· ἢ καὶ διὰ δρόμου καὶ παλαίσματος σφοδρότερον ὑποκινηθέντες δεόμεθα πολὺν ἀέρα ἕλκειν τὸν ἔξωθεν καὶ ἀνοίγομεν τὰ πτερύγια τοῦ ῥινός· ὥστε εὐρύχωρα γνέσθαι πρὸς τὸ ἱκανῶς ἐμψύξαι, καὶ ἀβλαβῆ τὸν ἄνθρωπον φυλάξαι. πολλοὶ γὰρ στενόρρινοι διαπλασθέντες, ἀναγκάζονται ἐν τοῖς ἀγῶσι

sed cavitatum pavimenta poëtæ torcularia appellarunt, at quæ nasi cartilagini utrinque adjacent, alas. Cæterum quare nasus totus osseus non est, sed pars superior usque ad dimidium ex ossibus, inferior ex cartilaginibus componitur? An quoniam pars superior murus oculorum utrinque factus est? verum si usque ad extremum nasum hæc ossa processissent, externis appulsibus retunderentur, vel etiam fragilia cum sint, facile perfringerentur. Præterea quomodo humores à cerebro delabantes manibus exprimi possent? item nasi alæ contrahi tendique nequissent, si ossea duritie immobiles perstitissent, eam ob causam opifex DEI sapientia extremo naso cartilaginem indidit, ut durorum corporum incidentes ictus sua firmiore natura facile sustineat, & humorum defluentium copia dum emungitur, nares ipsæ comprimi valeant, atque ut alæ dilatentur. Nam plerumque inflammato pulmone, aut cerebro, magnum pulmonis æstum abunde refrigerare opus est. Præterea cursu aut lucta vehementius fatigati, multum extrinsecus aërem ducere cogimur, inde nasi alas pandimus, ut ad satis refrigerandum, incolumitatemque hominis custodiendam sufficiant: multi enim angustis naribus creati, in certaminibus suffocantur: quin etiam circa

2011 Ministerio de Cultura

ἀγῶσιν. ἀλλὰ καὶ οἱ κῆτες ἵππους ἔμπειροι ἰατροὶ, τὰς ῥῖνας αὐτῶν σχίζουσιν, εἰ φύσει στενοὶ ὦσιν. ἀναγκάζονται γὰρ οἱ στενόρρινοι τῶν ἵππων ἐν πολλῷ δρόμῳ θερμότατοι ὄντες.

equorum valetudinem periti medici, eorum nares proſcindunt, ſi natura arctiores fuerint, quandoquidem equi anguſtis naribus, longo curſu valde incalentes, ſuffocari conſueverunt.

XIV. Διὰ τί δὲ διαύτη κατεσκευάθη ἡ ῥὶς, καὶ τοιύτῳ χήματι; ἢ ἐυπρεπείας χάριν; πολλάκις γάρ τινες λωβηθέντες, καὶ τὰ τ῀ ῥινὸς ἀποβαλόντες ἄκρα, αἴσχιστοι τῇ θέᾳ γεγόνασιν, ὡς δυσχεραίνειν ἅπαντας τὴν ὄψιν αὐτῶν. ἐυπρεπείας ἂν ἕνεκα κατεσκευάθη ἡ ῥὶς, ἅμα τε καὶ ὀχετός ἐσιν τ῀ εἰσόδου τε καὶ ἐξόδου τ῀ ἀέρος, διὰ πολλὰς αἰτίας εἰσερχομένου αὖτε, ἃς καὶ πρόσθεν ἐψαύσαμεν.

XIV. Cur autem naſus hoc modo & tali figura formatus eſt? an ornamenti cauſa? multi enim ferro laceri, ac ſummo naſo privati, turpiſſimo ſpectaculo fuere, ut obvius quisque ægre id ferret, atque averſaretur: quare decoris cauſa naſum DEUS molitus eſt, ac ſimul, ut ingredientis exeuntisque aëris quædam fiſtula eſſet, ob plures, quas ſupra poſuimus cauſas. De naſi artificio ſatis ample loquuti ſumus.

XV. Περὶ μὲν οὖν τ῀ κατασκευῆς τ῀ ῥινὸς, ἱκανὰ τὰ εἰρημένα. ῥητέον δὲ καὶ περὶ ὀφθαλμῶν, τὴν δοχὴν ποιησαμένοις ἀπὸ τ῀ καθήκοντος νεύρου τ῀ ἐξ ἐγκεφάλου τ῀ μαλακ῀· ἐπειδὴ καὶ ταῦτα ἐκ τ῀ ἐμπροσθίων τ῀ ἐγκεφάλου κοιλιῶν πεφύκασι χορηγεῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν ὄρασιν· μαλακὰ δέ εἰσι καὶ ταῦτα, καθάπερ καὶ τὰ εἰς τὴν ῥῖνα φερόμενα, καὶ εἴτε μίαν συζυγίαν ἀμφοτέρας ἐθέλοις ὀνομάζειν, εἴτε δύο, πρώτην τε καὶ δευτέραν, οὐχ ἁμαρτήσεις. ἀμφότεραι γὰρ τ῀ ἐμπροσθίων τ῀ ἐγκεφάλου κοιλιῶν ἐκπεφύκασιν, ἀμφότεραι μαλακῶν νεύρων συζυγία ἐλάχθησαν. ὁ μὲν γὰρ τ῀ Γαλην῀

XV. In præſentia oculorum naturam docere opus eſt, prius nervo molli à cerebro veniente declarato, quoniam & hi ex prioribus cerebri cavis prodeuntes, ut viſum oculis ſuggerant, natura conſuluit. Sunt quidem & hi molles, quales etiam nervi ad naſum deſcendentes, quod ſi utrosque unum par, aut duo primum & ſecundum nominare velis, nihil erraveris: utrunque enim ex prioribus cerebri ventribus enaſcitur, & utrumque mollium nervorum par ſtatuitur: nam apud Galenum medicum ſapientiſſimum, non primum par, ſed utrumque primum vocatum eſt, cum ab eadem

2011 Ministerio de Cultura

λησᾶ δ᾽ σοφᾶ ἰατρᾶ, ἡ πρώτη συζυγία, ἀλλ᾽ ἀμφότεραι πρῶται ἐκλήθησαν, ὡς ἑνὸς τόπου ἐκπεφυκυῖαι, καὶ ὡς μαλακῶν νεύρων ἀμφότεραι ἄρχαί. Ταῦται δὲ μαλακὰ νεῦρα, τὰ εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς καθήκοντα, εἰς τὸ τὴν ὄρασιν χορηγεῖν, ὀνομάζονται ὀπτικά· ἐπειδὴ τὸ ψυχικὸν πνεῦμα δι᾽ αὐτῶν ἐκπέμπεται, διαχρῶνον τοὺς τῶν χρωμάτων ἑκάστου ἰδιότητας τῷ πρώτῳ ὀργάνῳ τοῦ ὀφθαλμοῦ· συμμιλᾶνται τῷ κρυσταλλοειδεῖ· ἐν γὰρ τῷ ὀφθαλμῷ τριῶν ὑγρῶν ὄντων, κρυσταλλοειδοῦς, ὑελοειδοῦς, ὠοειδοῦς, πρῶτον ὄργανον ὁρατικόν, τὸ κρυσταλλοειδὲς ἐγλύετο· τὰ δ᾽ ἄλλα, τροφῆς ἕνεκα.

XVI. Ἔστι δὲ ὁ ὀφθαλμὸς κατὰ τὸ σχῆμα, σφαιροειδές. Τὸ γὰρ σφαιροειδὲς σχῆμα, εὐπρεπέστερον καὶ εὐκινητότερον τῶν ἄλλων σχημάτων ἐστίν· ἔοικε δὲ κωδύᾳ τῇ βοτάνῃ. τῇ δὲ οὐσίᾳ, ῥυᾶς· ἐξ ὑγρῶν γὰρ ἡ σύνθεσις αὐτοῦ. τῷ δὲ μεγέθει ἡλίκη καὶ ἡ κοίτη αὐτοῦ κατεσκευάθη· ἐπεὶ δὲ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμὸς, καθὼς φησιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν· ὁ δὲ λύχνος οὐκ ἐπ᾽ ἐδάφους ἔχει τὴν θέσιν, οὐ δ᾽ ἐν μέσῳ τόπῳ, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ὑψηλοῦ τόπου κεῖται, εἰ μέλλοι φωτίζειν ὅν τε οἶκον ἅπαντα, καὶ τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ τούτου δημιουργικὴ σοφία εἰδυῖα ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου λαμβάνειν τὴν ὅρασιν τοὺς ὀφθαλμούς, πλησίον τοῦ ἐγκεφάλου τὴν θέσιν αὐτῶν ἐπεχνήσατο· καὶ

* Matth. VI, 22. Luc. XI, 34.

dem radice utrumque pullulet, & mollium nervorum utrumque sit initium. Hi molles nervi oculos petentes, ut in ipsos visibilem vim irrigent, visorii nominantur, quoniam ab anima cognominatus spiritus, coloris cujusque differentias distinguens, per ipsos primo oculi instrumento, crystallino videlicet inhærentes, emittitur: siquidem cum in oculo tres sint humores, crystallinus, vitreus, & ovorum albo similis: primum visionis instrumentum crystallinus est, reliqui alimento sunt.

XVI. At oculus figura est globosa: ea enim cæteris est decentior & mobilior, atque herbæ codyæ vocatæ, id est capitis papaveris similitudinem refert: & labili est materia, siquidem ex humoribus componitur: magnitudine autem tanta est, quantum est ejus conceptaculum. Verum quoniam corporis lucerna est oculus, ut JESUS CHristus verus DEUS noster in sanctis Evangeliis testatur:* at lucernæ sedes non in pavimento, non medio, sed altissimo loco est, si totam domum, domusque incolas splendore perfundere debeat: itidem & ejus artificiosa sapientia ex cerebro visoriam facultatem oculos haurire cognoscens, eos prope cerebrum collocavit: cumque hominis ambulatio in priora

2011 Ministerio de Cultura

καὶ ἐπειδὴ ἡ φλεγμάτης ἔν ἀνθρώπῳ ὑπὸ τὰ ἔμπροσθεν βαίνει, τὸ ἔμπροσθεν τόπον ἐξελέξατο· καὶ δύο τὸν ἀριθμὸν αὐτοὺς ἐποίησε, διὰ τὸ πολὺ ἔν ἑλέους αὐτῷ· ὥστέ ποτε ἔν ἑνὸς ἀμαυρωθέντος, διοικεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον μὴ ἔν ἑνός. πολλοὶ γὰρ διὰ δριμὺ ῥεῦμα ἢ ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπώλεσαν, ἢ τὸ ἕνα. καὶ ἄλλως δὲ χρήσιμον τὸ δύο εἶναι τοὺς ὀφθαλμούς. ἔ μόνον γὰρ τὰ ἔμπροσθεν ὁρᾶν χρή, ἀλλὰ καὶ τὰ πλάγια, καὶ τὰ ὀπίσω σκοπεῖν.

XVII. Ῥυτοὺς δὲ ὄντας κατ' ἔδαφος τοὺς ὀφθαλμούς, οὐκ εἴασε γυμνούς, οὐδ' ἔπιπολῆς κεῖσθαι, ἀλλὰ χώρας αὐτοῖς κατεσκεύασεν ἐξοχὰς ἐχούσας, ὥσπερ χάραξας ἐκ τῶν ἄνω μερῶν τοὺς ὀφρύας. ἐκ δὲ τῶν κάτω ἀνατέταται τὰ τοῦ προσώπου μῆλα· μέσον δὲ τῶν δύο ὀφθαλμῶν, τὰ ὀστᾶ τῆς ῥινός. ἑκατέρωθεν δὲ αὐτῶν δεξιά τε καὶ ἀριστερά, τὰ δύο ζυγώματα, τὰ ἀποληχίσματα τῶν κροταφιτῶν μυῶν. ἐνέδυσε δὲ τούτοις καὶ χιτῶνας, οἵ τινες ὀνομάζονται βλέφαρα.

XVIII. Κλείονται μὲν ὑπὸ δύο μυῶν, ἀνοίγονται δὲ ὑπὸ μυὸς ἑνός, καὶ τοῦτο πρεπόντως. οὐ γὰρ ὑπὸ δύο ἡνιόχων ἀναχαιτίζεται εἷς ἵππος. μᾶλλον μὲν οὖν ὥσπερ εἷς ἡνίοχος δι' ἑνὸς χαλινοῦ φειάγει δύο ἵππους ἢ τέσσαρας, οὕτως τοὺς δύο μῦς τοὺς κλείοντας τὸ βλέφαρον ἀνοίγει εἷς μῦς. τοῦτο δέ φησι καὶ Ἱπποκράτης ἐν τῷ προγνωστικῷ, ῥικνὸν βλέφαρον. τῶν γὰρ κλειόν-

tendat, priorem etiam oculis locum delegit: geminosque fecit, ob ejus miserationis ubertatem, ut uno interdum captus oculo, altero regi homo posset: plerique enim ob acrem fluxionem aut ambos, aut unum saltem oculum amiserunt. Et binos alioqui esse oculos utile est: quoniam non priora solum cernere, sed etiam in obliquum & à tergo aspicere necesse est.

XVII. Ipsos præterea fluxili materia constantes, nudos, aut in summa cute expositos nequaquam dimisit, sed intra concavas sedes reposuit, & excelsis undique partibus vallavit: primum enim superiora superciliis obducuntur, genæ deinde ab inferiori parte tutantur. nasi ossa oculis interjecta sunt: utrinque vero à dextra & à læva, bina sunt vocata juga, ceu temporalium musculorum propugnacula: oculos præterea membranis vestivit, quas palpebras appellant.

XVIII. Has vero duo musculi claudunt, unus tantum aperit, neque id absurde factum est, non enim à duobus aurigis unus equus compescitur: contra potius, ut unus auriga uno freno duos aut plures circumagit equos, sic & binos palpebram claudentes musculos, unus tantum recludere valet. Hanc autem & in libro præsensionum, retortam palpebram Hippocrates

2011 Ministerio de Cultura

κλειόντων δ' ἑνὸς παθόντος, ὁ εἷς ἐνεργεῖ, καὶ γίνεται μέσον κλάσις κατ' εὐθεῖαν γραμμὴν, τοῦθ' ἑστιν τὸ ῥικνόν. καλεῖται δὲ τὸ βλέφαρον παρὰ τοῖς ποιηταῖς κάλυμμα καὶ ἐπικοιλίς. ὀγε μὴν ἔγκοιλος τ βλεφάρων περίδρομος, κόγχος καλεῖται· αἱ δ' ἐν αὐτῷ γραμμαὶ, παρὰ μὲν τοῖς ἰατροῖς ῥυτίδες ὀνομάζονται· παρὰ δὲ τοῖς ποιηταῖς, ἴλιγγες. τὸ δὲ κάτωθεν τ βλεφάρων τὸ ἀσάλευτον, παρὰ μὲν τοῖς ἰατροῖς ταρσὸς καλεῖται, παρὰ δὲ τοῖς ποιηταῖς κοιλίς· ἐπεὶ δὲ πολλάκις ἀνέμῳ πνεύσαντος σφοδρῷ, διασκορπίζονται ἐν τῷ ἀέρι κονίαι, καὶ κάρφη, καὶ κυρήβια, καὶ ψήγματα, καὶ τὰς ὀφθαλμὰς καταβλάπτουσιν, ἐξέφυσε τρίχας ἀναυξήτους ἡ προνοια ὁ Θεὸς κ τῶν βλεφάρων τ περίδρομον καὶ ὑποκειμένας τῷ βλεφάρῳ ταρσῷ. ὑπεῖληφε δὲ ἀμφότερα τὰ βλέφαρα, τὸ μὲν ἄνω ὁ περίσσειος ὑμὴν, ἐκφυόμενος ἀπὸ τῶν ὀφρύων· τὸ δὲ κάτω, ἐκφυόμενος ἀπὸ τ μήλων. ἀλλὰ καὶ διὰ τὰς ῥέοντας ἱδρῶτας ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ ξ μετώπου, ἵνα μὴ πρὸς τὰς ὀφθαλμὰς καταῤῥέωσιν, ἐξέφυσε κ τὰς ὀφρύας, ἑτέρας τρίχας ἀναυξεῖς, κάμψασα τὸ ἄθροισμα τῶν τριχῶν τ ὀφρύων ἐπὶ ῥῖνα καὶ κροτάφους, ὡς καμαροειδεῖς γλυφάδας τὰς ὀφρύας· ἅμα μὲν ποδηγεῖσθαι πρὸς ῥῖνα ἐ κροτάφους τὰς ἱδρῶτας· ἅμα καὶ εὐπρέπειαν τῷ προσώπῳ χαρίζεσθαι, ὅτι μὲν ἂν ἐν τοῖς

crates appellavit: nam clauden-tium muſculorum altero affecto, unus tantum in officio manet: fit-que ſecundum rectam lineam me-dium, quod κλάσις Græce dicitur, fractio à Latinis dici poteſt. Hæc eſt ab Hippocrate retorta palpebra appellata, à poëtis operimenrum, & epicœle, id eſt, ſubconcava. Concavus quidem palpebrarum ambitus, concha vocatur, ſed ipſius lineæ, à medicis rugæ, à poëtis ver-tigines dicuntur. Inferior palpe-brarum pars, quæ immota jacet, apud medicos tarſos vocatur, apud poëtas cœlis. Cæterum quoniam plerumque violentiore ſpirante vento pulvis, feſtucæ, conchulæ, & minuta cujusque rei fragmenta per aërem disjecta oculos infeſtare ſolent, pilos quosdam nihilo magis augeſcentes palpebris, ſubjectoque palpebris tarſo Divina providentia in orbem conſevit. Utramque autem palpebram membranæ veſtiunt: ſuperiorem, membrana os am-biens, à ſuperciliis naſcens, infe-riorem à genis prodiens. Quin etiam ob ſudorem à capite & fronte defluentem, ne in oculos fe-ratur, pilis incremento carentibus ſupercilia munita ſunt, horumque pilorum in ſuperciliis agmen in na-ſum & tempora curvatum eſt, ut arcum quendam fornicemve re-præſentent, cum ut ſudorem ad naſum & tempora divertant, tum ut

2011 Ministerio de Cultura

τοῖς ὀφθαλμοῖς ὄϛιν ἡ ϗ βλέπειν ἐνέργεια, πᾶσι δῆλον. πῶς δὲ βλέπουσι, καὶ τίς ἡ αἰτία ϗ βλέπειν αὐτοὺς, καὶ ἀπὸ ποίων χιτώνων ἡ σύνθεσις αὐτῶν, καὶ πόσα ὑγρὰ ἐν τοῖς χιτῶσιν αὐτῶν περιέχονται, ῥητέον.

ut decorem & venuſtatem faciei largiantur. Itaque in oculis eſſe cernendi munus, omnes dilucide noverunt, ſed quomodo cernant, quæque cernendi cauſa, ex quibus conſtent tunicis, quotque intra eas humores includantur, jam explicare tentabo.

XIX. Ἀπὸ τοίνυν τ ἔμπροσθεν κοιλιῶν ϗ ἐγκεφάλου, ἐξ αὐτοῦ δηλαδὴ ϗ σώματος αὐτοῦ, συζυγία τις νεύρων ἀπολαμπομένη μαλακῶν τῇ τ ῥινὸς συζυγίᾳ, ἑκατέρωθεν ἀπολήγεται, ἓν ἑκ δεξιῶν, καὶ ἓν ἐξ ἀριστερῶν. τούτῳ τῷ ὀπτικῷ νεύρῳ ἐκφυομένῳ ϗ ἐγκεφάλου συνεκφύονται ἥ τε λεπτὴ μήνιγξ καὶ ἡ παχεῖα· καὶ διαπερῶσαι ἀμφω σὺν τῷ νεύρῳ τὸ ὀστοῦν τ ὀστοῦ, κατέλαβον τὴν χώραν ϗ ὀφθαλμοῦ. εἶτα τὸ μὲν νεῦρον πλατύνεται περιλαμβάνον τὸ κρυσταλλοειδὲς ὑγρόν· ἡ δὲ λεπτὴ μήνιγξ σὺν τῷ νεύρῳ πλατυνομένη, ὑμνοῦ τ ἀμφιβληστροειδῆ χιτῶνα. ἐπεκτεινόμενος δὲ ὁ ἀμφιβληστροειδὴς χιτὼν περιέχων καὶ τὸ ὑελοειδὲς ὑγρὸν, συμπεριλαμβάνει τ ῥαγοειδῆ χιτῶνα, περιέχοντα τὸ κρυσταλλοειδὲς ὑγρὸν, καὶ μέρος τι τοῦ ὑελοειδοῦς εἰς τροφὴν ϗ κρυσταλλοειδοῦς· εἶτα ἀνέρχεται μὲν ὁ ἀμφιβληστροειδὴς ἕως τ σταφάνης τ ὀνομαζομένης ἴριδος· κἀκεῖ ἐνοῦται τῷ περιοστέῳ χιτῶνι τῷ λευκῷ. ἐκφυόμενος γὰρ ὁ λευκὸς χιτὼν ἀπὸ τ τοῦ ὀφθαλμοῦ ὀστῶν ἀπὸ ϗ μέρους ϗ μεγάλου κανθοῦ καὶ

XIX. Itaque à prioribus cerebri finibus, ex ipſa videlicet ejus materia, quoddam nervorum mollium conjugium naſi nervis adjacens, utrinque porrigitur, unusque in dexteriore parte, alter in ſiniſtra eſt. Cum hoc viſivo nervo ex cerebro naſcente, ſimul & tenuis & craſſa membrana oriuntur, utraque cum nervo oſſis foramen pervadentes, in oculi regionem perveniunt: ibi nervus dilatatur, humoremque à cryſtalli ſimilitudine cryſtalloidem Græce vocatum complectitur: tenuis vero tunica cum nervo ampliata reticularem membranam facit: hæc magis extenta & vitreum humorem includens, ſimul & tunicam, rhagoidem à Græcis ex uvæ acini ſimilitudine dictam, continet: hæc rurſum cryſtallinum humorem, partemque vitrei nutrimentum cryſtallino ſubminiſtrantis amplectitur. Inde reticularis tunica, usque ad appellatam Græce ſtephanem, Latine coronam, quæ & iris dicitur, aſcendit, ibique cum alba membrana os

am-

2011 Ministerio de Cultura

καὶ ἀπὸ τ μέρους τ μικρᾶ κανθᾶ, πλατύνεται, ἐπικείμενον πᾶσι τοῖς ὀφθαλμᾶ μορίοις, ἐπεκτεινόμενον μέχρι τ σεφάνης· κἀκεῖ ἵσταται τοῖς λοιποῖς χιτῶσιν. αὕτη γὰρ ἡ σεφάνη ἕνωσίς ἐστι καὶ κοινὸς ὅρος πάντων τῶν τ ὀφθαλμᾶ χιτώνων. καλεῖται δὲ ἶρις κύκλος τ ὀφθαλμᾶ. περιεχωτέρα δ' ἡ παχεῖα μήνιγξ τ λεπτῆς ἧσα, καὶ αὐτᾶ τ ἐπικρᾶ νεύρα συνεξελθοῦσα τὸ ὀστοῦν πλατυνομένη περιέχει τὸ ὠοειδὲς ὑγρὸν, ἐξ ἧ γίνονται τὰ δάκρυα. γίνονται δὲ τὰ δάκρυα, ἐκπιεζομένα τ ὀφθαλμᾶ ἢ διὰ ψύξιν, ἢ διὰ θλῖψιν.

XX. Εἰ δέ τις φήσει, διὰ τί ταῦτα πληροῦνται; φαμὲν διὰ τὸ χορηγεῖσθαι ἀπὸ τ ὑγρῶν τῷ ἐγκεφάλῳ, κἀκεῖνα ἐκ τ πλησιαζόντων μορίων, αὖθις δὲ ἐκεῖνα ἐξ ἄλλων κ τὸ Ἱπποκράτης ῥητὸν, πάντα ἐκ τούτων, ξύρροια μία τὰ πάντα συμπαθέα. ἀνέρχεται δὲ μέχρι τ σεφάνης ἡ αὐτὴ μήνιγξ ἐντὸς τ σεφάνης λεπτυνομένη καὶ διαυγὴς ἀποτελουμένη, καὶ λειοτάτη γλωμένη, ὥσπερ τι κεράτιον ἐξεσμένον· τὰ ἀναπληροῖ τὴν ἐντὸς εὐρυχωρίαν τ κύκλου, γλυφῶσα τὸν κερατοειδῆ χιτῶνα. ὅτι ὁ κερατοειδὴς χιτὼν πάντων ἐκτὸς κείμενος, τῷ λεπτῷ τ οὐσίας αὐτοῦ ἀπερρήγνυτο ἂν ὑπὸ τ ἔξωθεν προσπιπτόντων σωμάτων· διὰ τοῦτο ἡ δημιουργία τ θεοῦ συνέθηκε τῷ χιτῶνι τούτῳ καὶ ἕτερα τοιαῦτα λεπτὰ καὶ διαυγῆ σώματα,

ambiente in unum coit: ſiquidem alba membrana ab oculi oſſibus veniens, ex parte magni, & ex parte parvi anguli dilatatur, omnibus oculi partibus inhærens, & usque ad iridem ſe diffundens, ibique cum cæteris tunicis jungitur. Iris enim quid aliud eſt, quam coitus, communisque omnium oculi tunicarum finis? vocatur vero corona, iris, & oculi circulus. Igitur craſſa tunica, tenui & viſorio nervo capacior oſſis foramen egreſſa, & latius ſe pandens, humorem ovi albo ſimilem continet, ex quo lachrymæ profluunt: fiunt autem, frigore aut compreſſu oculum urgente.

XX. At ſi quis rogaverit, unde iſte humor in dolore tam fœcundus & paratus? reſpondebimus, à cerebri humoribus materiam ſuggeri, illisque à propinquis partibus, rurſumque & illis ab aliis, jnxta Hippocratis dictum: *Omnia ex iis confluxus unus & conſpiratio una, & omnia ſimul patibilia.* Eadem membranula ſub iride, extenuata & pellucida, lævissimaque effecta, inſtar cujusdam perpoliti corniculi interius circuli inane complet, corneam tunicam efficiens. Verum tunica hæc cornea omnium extima cum ſit, tenuique corpuſculo, ab exterius incurſantibus reſcindi potuiſſet. Idcirco Divina ars huic tunicæ alia hujusmodi gracilia nitida-

2011 Ministerio de Cultura

μαζα, ὥστε πύχας πνάς· ὡς πεφαπλάσιον γνέσθαι τ κεφαλοειδῆ χιτῶνα, ἵνα τῷ μὲν διαυγεὶ τ σωμάτων ἀνεμπόδιστον γένηται ἔ ὁρατικὸ πνεύματος ἡ εἴσοδος· τῇ δὲ συνθέσει τῶν χιτώνων· ἅτινα γὰρ αὐτὰ ὀνομάζουσιν οἱ ἀνατομικοί· ἀσινὴς ἡ ταῖς ἔξωθεν ἐπηρεολαῖς. ἔστι δὲ ἡ τάξις τ χιτώνων αὕτη· πρῶτος ὁ κεφαλοειδὴς, δεύτερος ὁ ῥαγοειδὴς, τρίτος ὁ ἀμφιβληστροειδὴς, καὶ τέταρτος ὁ ὑπερφυκὼς, ὁ λευκός. ὁ δεύτερος ὤν, ὁ ῥαγοειδὴς, σφαιροειδὴς μὲν τῷ σχήματι· ῥαγὶ γὰρ σταφυλῆς ἔοικε· μέλας δὲ τὴν χροιάν, διὰ τ περιέχειν τὸ κρυσταλλοειδὲς ὑγρόν. τοῖς γὰρ ὀφθαλμοῖς ἥδιστα χρώματα τὰ ἐπιτεγγίζοντα τῷ μέλανι χρώματι, καθάπερ εἰσὶ τὰ πυρρὰ καὶ τὰ κυανᾶ· λυπηρὰ δὲ τὰ λαμπρά. τὸ γὰρ κρυσταλλοειδὲς ὑγρὸν διαυγές τε ὂν καὶ λαμπρὸν, καθάπερ ὁ κρύσταλλος, πρεπόντως ἔ τοιούτῳ τετύχηκε περιβλήματι. τοιοῦτόν τι μηχάνημα πονηρὸν πεποίηκε Διονύσιος ὁ τ Σικελίας τύραννος, ἀμυντήριον τοῖς κολαζομένοις· δεσμωτήριον κατεσκεύασεν ἀδιάπνευστον, παντάχοθεν σκότους ἔμπλεων· πλησίον δὲ ἔ δεσμωτηρίου κατεσκεύασεν ἕτερον οἶκον λαμπρόταton πάνυ κεκοσμημένον· χρονισάντων δὲ τ δεσμωτῶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, εἶτα πρὸς τ λαμπρὸν οἶκον ἠγμένων, τύφλωσις ἐγίνετο. περιφερὲς δέ ἐστι τὸ σχῆμα ἔ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ ἀπολειπόμενον τ σφαίρας· τὸ γὰρ ἔμπροσθεν αὐτοῦ μέρος, ὥσπερ φακός·

tidaque corpora, veluti plicas quasdam compoſuit: atque inde quadrupla fit cornea tunica, ut corporum perſpicuitate expeditum ſit viſorii ſpiritus iter, ſed corporum eorum appoſitu, quæ Ctedones à diſſectionis magiſtris vocantur, externis injuriis minime ſit obnoxia. Tunicarum ordo is eſt: prima cornea, ſecunda uvea ſeu acinalis, tertia aranealis ſive reticularis, quarta ſuperinhærens, alba appellata. Igitur ſecunda acinalis, figura eſt rotunda: nam uvæ acino ſimilis eſt, calore atra, quoniam cryſtallinum humorem claudit: colores enim in atrum vergentes, oculis jucundiſſimi ſunt, ut fuſcus & cyaneus: moleſti ſunt ſplendidi. Itaque cryſtallinus humor perſpicuus, ut cryſtallus, fulgensque, jure hujusmodi ſepto cinctus eſt. Id genus quandam atrocem machinam Dionyſius Siciliæ tyrannus in reorum ſupplicium excogitavit: carcerem quendam diffabilem ſane, ſed undique tenebricoſum, extruendum curavit: prope hunc alterum domicilium luce clariſſimum, & calce illitum, ædificari juſſit: atque ita rei diu in carcere macerati, poſtea in ſplendidiſſimam domum ducti occœcabantur. Rotunda eſt autem cryſtallini humoris figura à globo deficiens: ejus enim prior pars inſtar lentis compreſſa eſt: ea parte acinalis membrana rotundo foramine cava eſt, extra

2011 Ministerio de Cultura

φακός· πέρηαι δὲ κ τοῦτο τὸ μέρ⊖· ὁ δὲ ῥαγοειδὴς χιτὼν, κ κύκλον ὑπίβλημα ἔχων ἔξωθεν τὸν κερατοειδῆ χιτῶνα κ μόνον. ὅπως δὲ μὴ προσψαύσῃ ὁ κερατοειδὴς χιτὼν, κ τοῦτο τὸ πέρημα, τ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ, προενοήσατο ἡ δημιουργικὴ σοφία τ Θεοῦ· ἅμα μὲν ὑπὸ πλέον ἀγαγοῦσα ἐκτὸς τὴν κατ' εὐθὺ τ πέρηα⊖ κειμένην μοῖραν τ κερατοειδοῦς· ἅμα δὲ ὑγρῷ λεπτῷ κ καθαρῷ οἷόν περ τὸ ἐν τοῖς ὠοῖς ὑδὶ, πλησχοῦσα τὸν κρυσταλλοειδῆ. κ τρίτον ὑπὸ τούτοις αἰθεροειδοῦς τε κ ἀραχνοειδοῦς, πληρώσασα πνεύμα⊖ ἅπασαν τὴν χώραν τῆς κόρης, τὸ βλέπειν ἀπεργάσατο· τὸ γὰρ ὀπτικὸν πνεῦμα τὸ ἐξ ἐγκεφάλου κατερχόμενον διὰ τ ὀπῆς τ μαλακοῦ νεύρου μέχρι τ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ ☾ τ κόρης κατέρχεται ἀνεμποδίστως. ἐνδέδυται δὲ, τὸ μὲν πρὸς τῷ πέρημα⊖ μέρ⊖ τ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ, χιτῶνα δραχνοειδῆ, λευκόν τε κ λαμπρὸν ἐκ τ μαλακοῦ νεύρου γιννηθέντα. τὸ γοῦν εἴδωλον τ κόρης ὡς ἐν καθόπτρῳ τινὶ τούτῳ τῷ χιτῶνι, συνίσταται σιλπνῷ κ λείῳ ὄντι ὥσπερ ἄνωθεν.

XXI. Ὑγρότη⊖ δὲ δαψιλοῦς ἐν τῷ ῥαγοειδεῖ χιτῶνι περιεχομένης, μέλανές εἰσιν οἱ ὀφθαλμοὶ, ὥσπερ εἰ ὀλίγη ὑδὶν ἡ ὑγρότης, γλαυκότης ἐγγίνεται. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν οἱ γλαυκόφθαλμοι, πρὶν εἰς γήρας ἐλθεῖν, τυφλοῦνται. μέσης δὲ τ ὑγρότη⊖ ὄσης, τοιαύτης ἰδέας εἰσὶν οἱ ὀφθαλμοὶ, οἵαις ἡ τ ἱεράκων.

XXII. Ἐπεὶ δὲ κατ' εὐθεῖαν ἡ ὄρα-

extra ſuperveniens ſola corneæ, veluti quoddam operculum includit. Cæterum ut ne cryſtallinum humorem cornea membrana contingeret, Divina cavit ſapientia: nam ſimul & corneæ particulam è directo foramini adverſam latius tendens, & humore tenui ac mundo, ovi albo ſimili cryſtallinum circumfundens: adhæc tertio æthereo luminoſoque ſpiritu locum totum pupillæ refarciens, videndi facultatem ſuppeditat: viſorius namque ſpiritus è cerebro veniens, per mollis nervi fiſtulam in cryſtallinum usque humorem ac pupillam patenti calle perlabitur: at cryſtallini humoris pars pupillam ſpectans, tenuiſſima tunica, quæ inde aranealis dicitur, candida fulgentique, ex molli nervo genita involvitur. Igitur pupillæ imago, ceu quodam in ſpeculo in hac membrana, ſplendida omniumque læviſſima conſiſtit.

XXI. Quando vero humor copioſior acinali tunica continetur, nigri ſunt oculi: contra ſi paucus, glauci: atque id eſt in cauſa, ut eos habentes oculos ante ſenectutem cœci evadant: ſi moderata inſit humiditas, ejusmodi ſunt oculi quales habent accipitres.

XXII. Quoniam autem viſio in-

2011 Ministerio de Cultura

ὄρασις γίνεται, ἐλλιπὴς ἂν ὑπῆρχεν, εἰ ἀκίνητοι ἔμελλον οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ παντάπασιν ὀλίγιστα ἂν ἑώρων οἱ ἄνθρωποι. Διὰ τοῦτο οὖν ἄχρι πολλοῦ διεσκέφθαι ὁ δημιουργὸς Θεὸς ἡμῶν πεποίηκε· καὶ σὺν αὐτοῖς ὅλον εὐκίνητον ἀπειργάσατο τὸν τράχηλον, καὶ δύο αὐτοὺς διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐποίησε, διεστῶτων ἀπ' ἀλλήλων ἀξιολόγως.

directum fit, manca utique esset ac deficiens, si rigentes atque immobiles essent oculi, prorsusque pauciſſima viderent homines. Propterea opifex nostri DEUS lubricos eos, plurimumque circumagi, & cum ipsis pariter totam cervicem converti voluit. Hanc eandem ob causam binos, & satis magno intervallo inter se discretos esse curavit.

XXIII. Εἴπερ οὖν ἐχρῆν μὲν αὐτοὺς κινεῖσθαι, διὰ μυῶν δὲ ἅπασα κίνησις γίνεσθαι, δῆλον ὡς καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μύες ἐτέθησαν πρὸς κίνησιν. αἱ τοίνυν κινήσεις τῶν ὀφθαλμῶν εἰσὶν ἑξ· μία μὲν, ἔσω πρὸς τὴν ῥῖνα· ἄλλη δὲ, ἔξω πρὸς τὸν μικρὸν κανθὸν, ἄλλη δὲ ἄνωθεν ἐπὶ τὰς ὀφρύας, ἄλλη δὲ κάτω, πρὸς τὰ μῆλα, ἑτέρα δὲ περιστρέφουσα, *. διὸ καὶ εὔλογον ἦν τοὺς ἡγεμόνας τῶν κινήσεων μῦς ἴσους εἶναι κατ' ἀριθμὸν ταῖς ποιαῖς κινήσεσι. καὶ δὴ γεγόνασι, δύο μὲν ἐκ τῶν πλαγίων, εἰς ἑκάτερον κανθὸν, ἄλλος δὲ ἄνωθεν, ἕτερος δὲ κάτωθεν, ἄλλος δὲ περιστρέφων τὸν ὀφθαλμὸν, ἄλλος δὲ μέγας κατ' αὐτὴν τὴν ῥίζαν τοῦ νεύρου σπεύδων καὶ σφίγγων τὸν ὀφθαλμὸν, μὴ ποτὲ ἔξω πεσεῖν ποτὲ χρέσθαι. ὅτοι τοιγαροῦν οἱ ἓξ μύες, οὐ μόνον τὰς κινήσεις ἀποτελοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς χώρας τῶν περιεχόντων ὀστῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀναπληροῦσι. καταστείρεται δὲ ἡ δευτέρα συζυγία τῶν ἀπ' ἐγκεφάλου νεύρων ἡ σκληρὰ εἰς τοὺς μῦς

XXIII. Itaque si eos motu cieri oportuit, & per musculos omnis fit motio, musculos oculis movendis esse concessos, nemo est, qui dubitet. Motus plane oculorum seni sunt numero: primus introrsum ad nares, alter extra ad parvulum angulum, tertius sursum ad supercilia: quartus deorsum in genas, quintus circumvolvens, sextus sistens & retinens. Quare & ratio exegit totidem esse musculos, harum motionum opifices, duos ex obliquo secundum utrumque angulum, tertium superius, quartum inferius, quintum, oculum circumagentem, sextum majorem in ipsa nervi radice stabilientem coërcentemque oculum, ne quando extra sedem prosiliat. Igitur seni hi musculi non solum motus auctores sunt, verum etiam ossium oculos continentium inanes cavitates implent: verum secundum nervorum durorum conjugium, è cerebro exoriens,

2011 Ministerio de Cultura

μύας τύτες, χορηγὸσα αὐτοῖς τὴν κίνησιν, διὰ τ ψυχικ πνεύματ@.

riens, per hoſce muſculos ſpargitur, in ipſos movendi potentiam per animabilem ſpiritum derivans.

XXIV. Ἔσω δή πις κύκλ@ ὁρώμεν@ ὑπὸ θατέρυ τ ὀφθαλμῶν, ἕλι θατέρυ συγκεκλεισμένυ· ἀπὸ δὲ τ κέντρυ μέχρι τ ὁρώσης αὐτὸν κόρης εὐθεῖά σοι νοείθω μηδαμόθεν παρεγκλίνυσα, μηδὲ τρεπομέη τ κατ' εὐθὺ ςάσεως. ἐπινόει μοι δὲ πάλιν ἀπὸ τ κόρης ἐπὶ τὴν περιοείζυσαν τὸν κύκλον γραμμὴν, ἣν δὴ καὶ περιφέρειαν καλοῦσιν, ἄλλας εὐθείας γραμμὰς παμπόλλυς, ἐφεξῆς ἀλλήλαις ἐκτεταμένας· καὶ τὸ μὲν ὑπό τε τ εὐθειῶν τύτων, καὶ τ κύκλυ περιοειζόμενον σχῆμα, κῶνον ὀνόμαζε· κορυφὴν δὲ τ κώνυ νόει τὴν κόρην, καὶ βάσιν τ κύκλον. τὴν δὲ ἀπὸ τ κέντρυ τ κύκλυ τεταμένην εὐθεῖαν ἁπασῶν τ ἄλλων εὐθειῶν, καὶ παντὸς τ κώνυ μέσην ὑπαρχυσαν, ἄξονα κάλει· ἐπιφάνειαν δὲ, τὸ ἄνω πέρας τ τοιύτυ σχεδίυ. μετὰ δὴ ταῦτα, τόδε μοι νόει τὸ κῶνον τ ἄξονα τ κώνυ τ ἀπὸ τ κόρης ἐπὶ τὸ κέντρον τ κύκλυ διὰ τ ἀέρ@ τεταμένυ αἰωρᾶσθαί τινα κέγχρον ἢ τοιῦτον σμικρόν. καὶ ἐπισκοπίσει δηλαδὴ τὸ κέντρον τ κύκλυ, κωλύσει δὲ τὴν κόρην ὁρᾶν αὐτὸ πάντως. ὅπερ γὰρ σῶμα τεθὲν μεταξὺ τ ἐντὸς ὁρωμένυ καὶ τ ὁρώσης ὄψεως, ἐπικωλύσει, καὶ οὐκ ἐάσει καλῶς ὁραθῆναι τὸ ὑποκείμενον. τύτυ δὲ ἢ τελείως ἀρθέντ@, ἢ ὀλίγυ χθέντ@ εἰς πλάγιον, ὁρᾶσθαι πάλιν αὐτὸ συμβαίη. Ταῦτα

XXIV. Eſto ſane circulus aliquis ab uno tantum oculo, adhuc altero clauſo inſpectus, ab ejus centro usque ad pupillam ipſum videntem recta tibi linea nullam in partem declivis, neque à recto poſitu deflectens cogitetur: rurſum à pupilla usque ad lineam circulum claudentem, quæ à Græcis peripheria appellatur, alias complures rectas lineas deinceps inter ſe collocatas pertinere animo concipias, figuramque ab hiſce rectis lineis & circulo circumſcriptam, conum appellato: ejus aciem pupillam ponito, baſim vero circulum: ſed rectam à circuli centro exeuntem, & inter alias rectas totumque conum mediam axem dicito, item ſuperficiem hujuſce figuræ ſuperiorem extremitatem. His demum poſitis, in axe coni à pupilla, ad circuli centrum per aërem medium pertinentis, milium aut tale quippiam exiguum ſuſpendi imaginator: id ſane orbis centrum occultabit, pupillamque ab ejus viſione penitus arcebit. Quodcunque enim corpus inter externum viſionis objectum, & oculum interponitur, impediet, neque rite objectum videri permittet: id ſi aut penitus amoveatur, aut in latus pro-

2011 Ministerio de Cultura

ταῦτα τοίνυν καταμαθὼν, ἢν ἀν δόξειας εὐλόγως τὰς μαθηματικὰς ἀποφήναθαι κατ' εὐθεῖαν γραμμὴν ὁρᾶσθαι τὰ ὁρώμενα. κάλει ἔν μοι τὰς εὐθείας ταύτας ὄψεις, καὶ τὴν περιφέρειαν τ κύκλυ δι' ἐκείνων τ ὄψεων ὁρᾶσθαι λέγε. τὸ δὲ κέντρον αὐτὸ δι' ἑτέρας ὄψεως, καὶ δὴ τ ἄξονα τ κώνυ πεπαγμένης· τὸ δὲ σύμπαν ἐπίπεδον τ κύκλυ, διὰ πλειόνων ἄλλων ὄψεων ἐπ' αὐτὸ διηκυσῶν· ὅσαι δ' ἂν τούτων γε τ ὄψεων ἴσον τοῦτο ἄξονα ἀπέχωσι, καὶ καθ' ὁπῆν ἐν τῷ ἐπιπέδῳ εἰσὶν, ὁμοταγεῖς ὀνόμαζε. οὕτω γὰρ ἀπὸ κέντρυ τ κόρης ἐξερχόμενον τὸ ὀπτικὸν πνεῦμα, ἐπερείδεσθαι τῷ αἰέρι, ὥσπερ τις κῶνος. πλατύνεται δὲ πρὸς τὸ τ ὁρωμένυ μέγεθος, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον γίνεται ἡ ὅρασις. εἶδες δέ μοι καὶ δι' ὁπῆς στενῆς ἀκτῖνας ἡλίυ διαπεμπομένας καὶ πόρρω φερομένας, ὀλιγόθεν κεκλιμένας, ὀδὲ καμπτομένας, ἀλλ' ἀκριβῶς κατ' εὐθεῖαν προϊούσας. τοιαύτην μοι νόει καὶ τὴν τ ὄψεων εὐθυπορείαν.

pellatur, rursum objectum visu percipietur. Hæc quispiam rite condocefactus, nonne sapienter mathematicos tradidisse asseverabit, visilia cuncta secundum rectas lineas videri? Igitur has rectas visiones appella, & orbis circumferentiam, ut ita dixerim, illis visionibus cerni dicito, sed ejus centrum alia visione sentiri, quæ per coni videlicet axem perficitur: totum vero circuli planum complūribus aliis in ipsum pervenientibus visionibus: at quæcunque visiones æque ab axe distant, & in aliqua plani parte consistunt, ejusdem ordinis appellentur: Græce ὁμοταγεῖς. Ita namque è pupillæ centro visorius spiritus egrediens, aëra tanquam conus quidam innititur, & ad visilis rei magnitudinem ampliatur, atque ad eundem modum efficitur visio. Verum enimvero vidistine unquam solis radios per angustum foramen ingressos, proculque tendentes nullam in partem declinantes neque deflexos, sed directissime procurrentes? Talem tu visionum rectum incessum mente concipito.

XXV. Ἕκαστον ἂν τ ὁρωμένων πάντως, ὥσπέ τινος τ παρατιθεσῶν αὐτῷ καταφαίνεται ὄψεων. ἐνίοτε μὲν ἂν ἐπέκεινα τ ὁρωμένυ σώματος, ἡ ὄψις ὑπερεκτείνεται· ἐνίοτε δὲ πρὸς πάνδον ὑπάγεται. ἢ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ καθορώμενον θατέρῳ τ ὀφθαλ-

XXV. Quamobrem visile quodque ab aliqua in ipsum incidente visione prorsus aspicitur. Interdum quidem ultra visile corpus visio protenditur, interdum ad citeriora contrahitur. Item quod alterutro oculorum cernitur, si dextro, & in pro-

2011 Ministerio de Cultura

θαλμῶν, τῷ δεξιῷ μὲν, εἰ μὲν ἔγγιόν ποι κεῖται, ὡς ἐν ἀριστερῷ μέρεσιν κεῖσθαι φαντάζεσθαι. εἰ δὲ πόρρω ποι μᾶλλον, ἐν δεξιοῖς. τῷ εὐωνύμῳ δὲ, τὸ μὲν πλησίον ἐν δεξιοῖς κεῖσθαι δοκεῖ· τὸ δὲ πόρρω, ἐν ἀριστεροῖς· τὸ δ' ἀμφοῖν, μεταξύ. εἰ δέ γε ἡ κόρης ἄνω τυχὸν, ἢ κάτω παρεληφθεῖσα πεσχεθείη, διπλᾶ δοκεῖ καθορᾶσθαι τὰ ἁπλᾶ.

XXVI. Ἀλλὰ ῥητέον ἤδη περὶ τῶν συζυγιῶν τῶν ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου νεύρων. περὶ μὲν δὴ τῶν μαλακῶν νεύρων, ὅτι ἐκ τῶν ἐμπροσθίων κοιλιῶν τοῦ ἐγκεφάλου φύονται· καὶ ὡς ἡ μὲν μία χορηγεῖ τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν ὄρασιν· ἡ δὲ ἄλλη ταῖς ῥισὶ τὴν ὄσφρησιν, ἱκανῶς εἴρηται, καὶ ὅτι ἐκ τῶν αὐτῶν ἐμπροσθίων τοῦ ἐγκεφάλου κοιλιῶν φύεται σκληρὰ ἐπέρα πάξις νεύρων, χορηγοῦσα τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν κίνησιν. δεικτέον δὴ τὸ τρίτης συζυγίας· ἡ τρίτη δὴ συζυγία, ἐκφύεται μὲν τοῦ ἐγκεφάλου καὶ αὕτη, πλησίον τὸ δευτέρας, καταφυομένη διὰ τὸ βάσεως τοῦ ὀστοῦ τοῦ ὑποκειμένου τῷ ἐγκεφάλῳ τοῦ ὀνομαζομένου σφηνοειδοῦς· καταπείρεται δὲ εἰς τὰ κατὰ πρόσωπον μόρια, καὶ εἰς τὴν γλῶτταν, καὶ εἰς τὰ ὑποκείμενα τῇ γλώττῃ μόρια, εἰς τὸ ὑποκείφοντα χιτῶνα τὸ στόμα, καὶ τὸ φάρυγγα, τὴν ἐπιγλωττίδα τε, καὶ τὸν λάρυγγα, καὶ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, καὶ τὸ στόμαχον. τοῖς μὲν δὴ κατὰ πρόσωπον μορίοις χορηγεῖ αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν, ὡς

propinquo fit, in ſiniſtra parte eſſe videbitur: ſi procul magis, in dextra: quod ſiniſtro autem ſpectatur, propius in dextra, longinquius in ſiniſtra magis poſitum creditur: at quod utroque ſentitur, medium tenere locum exiſtimatur: quod ſi forte pupilla ſurſum verſum aut deorſum à propria ſede pellatur, omnia ſeſe oculis duplicia repræſentabunt.

XXVI. Jam vero tempus inſtat, nervorum conjugia è cerebro naſcentia recenſere. Sed molles nervos è cerebri prioribus cellulis emanare, eorumque par unum ad oculos viſivam facultatem, alterum ad nares olfactoriam ſubvehere, ſatis dilucide, ſupra poſitum eſt. Præterea ex iisdem prioribus cavis, alium nervorum durorum ordinem oculis motum irrigantem, oriri docuimus: ſed initium à tertio conjugio faciamus. Itaque tertius nervorum ordo ex cerebro & ipſe prope ſecundum naſcitur, oſſis baſi ſubter cerebrum poſiti, cunealisque vocati adhæreſcens, ſed per faciei partes & linguam, linguæque finitima loca diſſipatur, adhuc & in membranam, os, fauces, epiglottida, guttur, aſperam arteriam, gulamque veſtientem diducitur: faciei ſane partibus, præterea temporum & maxillaribus muſculis, labiis, & naſi alis ſenſionem motumque impartitur; linguæ vero,

2011 Ministerio de Cultura

ὡς τοῖς προσαφίταις μυσὶ, καὶ τοῖς μασητῆρσι, καὶ τοῖς χείλεσι, καὶ τοῖς τ ῥινὸς πτερυγίοις· τῇ δὲ γλώττῃ καὶ τῷ στόματι, καὶ τῷ φάρυγγι, τῇ τε ἐπιγλωττίδι, καὶ τῷ λάρυγγι, καὶ τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ, καὶ τῷ στομάχῳ, αἰσθησιν καὶ μόνην. ἡ γὰρ κίνησις τούτοις ἀπὸ τ ἕκτης ἐστὶ συζυγίας.

vero, ori, faucibus, epiglottidi, gutturi, aſperæ arteriæ, & gulæ, ſolam ſentiendi potentiam invehit. Motum enim à ſexto nervorum ordine hæc membra ſuſcipiunt.

XXVII. Ἔστι δὲ ἡ γλῶσσα, τῇ μὲν ἐστία μυώδης· τὸ δὲ μέγεθος αὐτῆς πρὸς τὴν εὐρυχωρίαν τ στόματος· τὸ δὲ σχῆμα προμήκης· κτ δὲ τὸ ἄκρον αὐτ, πτερυγοειδής. ὄργανον δέ ἐστι διαλεκτικόν τε καὶ γευστικόν, τ κινήσεως χορηγουμένης αὐτῇ ἀπὸ τ ἑβδόμης συζυγίας τ ἀπ' ἐγκεφάλου πεφυκότων νεύρων. ἡ δὲ ἔκφυσις αὐτ ἀπὸ τ ὑοειδοῦς ὀστοῦ γίνεται, καὶ ἔστι συνδεδεμένη τῇ ῥίζῃ τ γλώττης.

XXVII. Lingua vero materia quidem eſt muſculoſa, magnitudinem vero oris portione conſequitur: figura oblonga eſt, tereti mucrone, locutionis guſtatusque inſtrumentum eſt: motus ei à ſeptimo nervorum è cerebro fluentium conjugio ſubminiſtratur. Ejus exceſſui ab oſſe Y pſili clementi formam habente ortus eſt, is & linguæ radici colligatur.

XXVIII. Ὅτι δὲ τ στόματος δύο γνάθοι εἰσὶν, ἡ μὲν ἄνω, ἡ δὲ κάτω, φανερόν. κινεῖται δὲ μόνη ἡ κάτω διὰ τὸ λεαίνεσθαι τὰς τροφάς· μένει δὲ τὸ ἓν ἀκίνητον. εἰ γὰρ τὰ δύο ἐκινοῦντο, ἔμειναν ἂν ἀνενέργητα καὶ ἀμφότερα· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τ δημητριακῶν λίθων ὁρῶμεν ὅτι λεαίνεται ὁ σίτ τ κάτω μένοντ ἀσαλεύτου, οὕτω καὶ ἡμῖν γίνεται. εἰ δ' ἐπὶ τ ζώων τὸ ἄνω τ γνάθου ἐκινεῖτο; οὐχ ἡ τυχοῦσα βλάβη τούτοις ἂν συνεγίνετο τ ἐγκεφάλου σαλευομένου. καταπατᾶται δὲ ἡ κάτω γνάθος ὑπὸ τ μυώδους πλατύσματος, ἐκφυόμενος μὲν ἀπ' ἀμφοτέρων τ ἀκρωμίων, καταφυόμενος δὲ πρὸς τὸ

XXVIII. Oris profecto duas eſſe maxillas, unam ſupra, alteram infra, omnibus clarum eſt. At ſola inferior cibi exterendi cauſa movetur, altera immobilis manet: nam ſi utraque moveretur, utraque inutilis & ocioſa foret. Sed quemadmodum in molaribus lapidibus videmus frumentum inferiore immoto confringi, ita & in nobis: ſed contra fit, quandoquidem animantibus ſi maxilla ſuperior moveretur, non vulgare nocumentum cerebro ex concuſſu ingrueret. Inferior ſane muſculoſa latitudine detrahitur, quæ ex poſterioribus capitis exceſſibus (acromia Græci vocant)

2011 Ministerio de Cultura

τὸ κάτω μέρος τ γένυος, ἕως τῦ ἄκρυ αὐτῦ. ἔοικε δὲ τὸ μυῶδες πλάτυσμα γυναικείῳ φιαλίῳ τῷ κοινῶς λεγομένῳ στομομανίκῳ· κλείεται δὲ ἡ κάτω γνὺς ὑπ' ἀμφοτέρων τ κροταφιτῶν μυῶν· μασᾶται δὲ τὰς τροφὰς κινυμένη μυλοειδῶς ὑπὸ τῶν μασητήρων μυῶν.

vocant) enaſcitur, & infimæ maxillæ parti usque ad ipſam ſummam inſeritur: ſimilis eſt hæc muſculoſa amplificatio muliebri phialæ, quam vulgo Græci ſtomomanicon appellant. Ab utrisque vero temporum muſculis inferior mandibula clauditur: eadem inſtar molaris lapidis, à manſoribus muſculis agitata, eſcas atterit, atque comminuit.

XXIX. Περιέχουσι δὲ αἱ γνύες ἀμφοτέρους τοὺς ὀδόντας σὺν τοῖς τούτων φατνίοις. ἑκατέρα τ γνύων, ὀδόντας ἑξκαίδεκα. ἔμπροσθεν μὲν οὖν εἰσὶν οἱ τομεῖς τ ἀριθμὸν τέσσαρες, ὀξεῖς καὶ πλατεῖς, οἷοι ἐνδακόντες διατεμεῖν· ἑξῆς δὲ οἱ κυνώδοντες, ἑκατέρωθεν εἷς, πλατεῖς μὲν τὴν κάτω βάσιν, ὀξεῖς δὲ ἄνω, καθάπερ οἱ τ κυνῶν. ὑπτιόδοντοι δὲ εἰς τὸ πλᾶν τὰ σκληρὰ τ ὀστῶν. ἐφεξῆς δ' ἑκατέρωθεν, οἱ γόμφιοι, οὓς καὶ μύλας ὀνομάζομεν, πλατεῖς καὶ σκληροὶ, καὶ μεγάλοι, καὶ τραχεῖς, ὑπτιόδοντοι. ***

XXIX. Maxillæ utrosque dentium ordines cum ſedibus ſuis, quas Græci phatnia, nos præſepia dixerimus, continent: earum ſingula ſexdecim dentes exigit, ex iis quaterni primi, quia ſecant, à Græcis τομεῖς nominantur, acuti, & lati, ut mordicus ſecent idonei: hi deinde quatuor caninis dentibus, ſingulo utrinque cinguntur ſecundum baſin latioribus, ſuperius acuminatis, quales cernuntur in canibus: hi ad dura oſſa conterenda apti ſunt, ultra quos ab omni parte maxillares, quos & molares vocamus, lati, duri, grandes, aſperi, idonei. ***

Λείπει τι.

Quædam hïc deficiunt.

XXX. *** καὶ περιπεπλωμένον· καὶ διὰ τοῦτο ὀλίγην ἄτριχον. εἰ γὰρ λάσιον ἦν, οὐ μόνον δυσθεώρητον τὸ πρόσωπον ἐγίνετο, ἀλλὰ καὶ ἄχαριν, καὶ τὰς ὄψεις ἐκώλυε βλέπειν. κινούμενον δὲ τὸ τοῦ προσώπου δέρμα, γραμμὰς ἀποτελεῖ τὰς ὀνομαζομένας σολίδας.

XXX. *** & circumtenta, proptereaque glabra eſt: nam ſi hirta eſſet, non ſolum aſpectu fœda, ſed etiam efferata facies videretur, oculorumque munus prohiberetur: permota vero facie cutis rugas efficit, quæ à Græcis ſtolides nominantur.

2011 Ministerio de Cultura

XXXI. Αἱ ἓν ὑπὸ ϛ μετώπις περιεχόμεναι ἐμπροσθίαι κοιλίαι ϛ ἐγκεφάλις, τὸ φανταστικὸν μέρος περιέχουσι. τριῶν γὰρ καθόλις ἐνεργειῶν ὑπὸ ϛ ψυχικῆς πνεύματος ἀποτελουμένων, φαντασίας, μνήμης τε, καὶ διανοίας, τρεῖς καὶ ἀφορίζονται τόποι ϛ ἐγκεφάλις εἰς κατοικίαν αὐτῶν, ὁ ἔμπροσθεν, καὶ ὁ ὄπισθεν, καὶ ὁ μέσος· ἐν μὲν οὖν τῷ ἔμπροσθεν τόπῳ, ἡ φαντασία κατοικεῖ. ἐν δὲ τῷ μέσῳ, ἡ διάνοια· ἐν δὲ τῷ ὀπίσω, ἡ μνήμη. εὐλόγως δὲ ταύτης ἔτυχον τῆς τάξεως. πρότερον γὰρ φαντάζεται ὅπερ ἕκαστον ἔχει τὸ ἐμφανιζόμενον· κἄπειτα τὰ ὁπωσοῦν δόξαντα οἱονεὶ φρουρίῳ τῇ μνήμῃ ἐναποτίθενται, ἵνα καιρῷ καλοῦντος, πρὸς τὸ χρειώδες ἀναλαμβάνωνται. πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον ὁ Ὅμηρος λέγει ἐν τῇ καρδίᾳ τὸ ἡγεμονικὸν τ ψυχῆς εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πλεῖστοι Ἕλληνες, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ θεῖον Εὐαγγέλιον· διὰ τί γάρ, φησὶν, ἀναβαίνουσι διαλογισμοὶ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; ἐγὼ ἔχω εἰπεῖν. πολλὰ γὰρ οἱ ἰατροὶ ψηλαφήσαντες περὶ λογισμοῦ καὶ μνήμης ἀπωλείας, ποίοις τόποις πάσχοντος γίνεται, οὐδένα εὗρον, πλὴν τ ἐγκεφάλου· διὰ τοῦτο ἂν καὶ τὰ ἀρμόδια πρὸς θεραπείαν ἐπιθέματα, καὶ πυρίας, καὶ τὰ ἄλλα βοηθήματα, τῇ κεφαλῇ προσφέρουσιν, ἢ τῇ καρδίᾳ. μώρωσις γὰρ καὶ μελαγχολία, μανία

XXXI. Igitur priores cerebri ventriculi fronte contenti, imaginatricem animæ partem possident: tres enim cum sint, ab animabili spiritu procedentes functiones, imaginatio, memoria & cogitatio: tria similiter in cerebro tanquam hospitia discreta sunt, prior, posterior, mediusque ventriculus: in priori imaginandi potentia inhabitat, in medio cogitandi, in postremo memoria. Non sine summa autem ratione hunc ordinem habuerunt: prius enim quicquid in quolibet evidens est, imaginationes excitat: deinde quæ utcunque cogitata fuerint, in memoria veluti in quadam custodia reconduntur, ut occasione invitante ad usus nostros depromantur. Cæterum cur poëta Homerus, & plerique alii Græci scriptores, animæ principatum in corde esse prodiderunt? quin etiam & ipsum Divinum Evangelium huic sententiæ clarissime accedit. *Quare enim*, inquit, * *cogitationes ascendunt in corda vestra?* Hanc ego quæstionem dissolvere nequeo. ** Medici namque cum multas de ratiocinii memoriæque interitu disputationes agitaverint, quo loco passio fieret, nullum alium præter cerebrum invenire potuerunt: quocirca & accommodata ad curationem epithemata, fomenta, aliaque auxilia non cordi,

* Luc. XXIV. 38.

** Dices animam corde & sanguine affici ac cupere, cerebro percipere ac speculari.

2011 Ministerio de Cultura

νία τε καὶ ἀπληψία, καὶ κάρος, καὶ φρενίτις, κατοχή τε, καὶ λήθαργος, καὶ παραφροσύνη, καὶ ἀπληστοσύνη, ἀποπληξία τε καὶ παραπληξία, πάντα γίνεται ἐγκεφάλου πάσχοντος, ἢ θερμανθέντος, ἢ ψυχθέντος, ἢ ξηρανθέντος, ἢ ὑγρανθέντος ἢ σώματος αὐτοῦ, ἢ καὶ τῶν περιεχόντων αὐτὸν μηνίγγων, ἢ διά τινας αἰτίας ἐμφραχθέντων τῶν ἀπ' αὐτοῦ ἐκφυομένων νεύρων. περὶ μὲν οὖν τῆς κεφαλῆς, τοσαῦτα.

cordi, ſed capiti applicuerunt: ſiquidem ſtultitia, atra bilis, furor comitialis, morboſus ſopor, inſania, occupatio, lethargus, delirium, oblivio, nervorum reſolutio, aut omnis corporis, aut partis, omnia hæc vitia affecto cerebro eveniunt, ejus videlicet corpore, aut incaleſcente, aut refrigerato, aut arefacto, aut humeſcente, vel etiam membranis ipſum veſtientibus itidem vitiatis, ſeu nervis ab ipſo prodeuntibus ob aliquas cauſas obturatis. De capite hæc enarraſſe ſatis fuerit.

ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣ, ΒΙΒΛΙΟΝ Ε.

THEOPHILI PROTOSPATHARII, De artificio corporis humani. LIBER V.

I.

Περὶ δὲ τῆς νωτιαίας μυελοῦ καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ πεφυκότων νεύρων, ἔτι δὲ τῆς κατασκευῆς ἁπάντων τῶν γυναικείων μορίων, ἐν τῷ παρόντι λόγῳ τὴν ἐξήγησιν ποιησόμεθα. ἐπεὶ δὲ κοιναὶ μοῖραί εἰσι τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς τραχήλου, δι' ὧν ἀναπνέομέν καὶ ἐκπνέομεν, καὶ περιάγομεν αὐτὴν εἰς τὰ πλάγια, δέον ἐκ τούτων ἄρξασθαι, ἐπειδὴ πρώτως ταῦτα διήρθρωνται τῇ κεφαλῇ καὶ ἀλλήλοις.

I.

DE ſpinæ dorſi medulla, ortisque ab ea nervis, præterea de omnium genitalium partium formatione, ſermo noſter in præſenti volumine diſputabit: quoniam vero communes capiti colloque partes ſunt, per quas annuimus, renuimus, ipſumque caput ad obliqua circumagimus, ab iſtis initium facere opus eſt, quoniam primum hæ capiti atque inter ſe committuntur.

II. Ὅτι μὲν οὖν κίνησις ἀδεμία ὀστῶν γίνεται χωρὶς τοῦ διηρθρῶσθαί τε ἅμα καὶ διὰ μυῶν συνάπτεσθαι, δέδεικται πολλάκις· καὶ ὡς χρὴ πάντως εἶναι μὲν

II. Nullum ſane oſſium motum fieri, niſi artus conſtituant, & per muſculos cohæreſcant, plerumque oſtenſum eſt, prorſumque oportere moto-

2011 Ministerio de Cultura

μὲν τὸ κινῶν, μῦν· τὸ δὲ κινούμενον, τὴν τῶν ὀστῶν σύνθεσιν. ὅτι δὲ ἡ κίνησις τῶν ἄρθρων, διὰ συνδέσμων εὐρώστων τε ἅμα καὶ μετρίως σκληρῶν γίνεται, δέδεικται καὶ τοῦτο, καὶ ὡς χρὴ τοὺς συνδέσμους περιλαμβάνειν κυκλοτερῶς τὰ κινούμενα τῶν ὀστῶν ἄρθρα, ὅπως μὴ ἐξίσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου· καὶ ὅτι ὁ μῦς σύνθετον σῶμά ἐστιν ἐξ ἁπλῆς σαρκὸς συγκείμενος καὶ νεύρου, καὶ ὅτι τὴν κίνησιν πᾶς μῦς ἐκ τοῦ νεύρου ἔχει.

motorem esse musculum, & quod moveatur, ossium compagem. Item artuum motiones prævalentes juxta & moderate duras copulas fieri, id quoque docuimus: adhæc necessario copulas ossium motos artus in orbem cingere, ne unum ab altero distet: & musculum corpus esse, ex simplici carne nervoque conflatum, denique, musculo à nervo motus facultatem præstari, omnia hæc superius enucleavimus.

III. Ἀρχὴ μὲν ἁπάντων τῶν νεύρων ἐστὶν ὁ ἐγκέφαλος, καταπαρείσης εἰς αὐτὸν, οἷον εἰς ἄρουράν τινα, τῆς λογικῆς ψυχῆς ἢ πρώτως, ἢ διὰ μέσου τοῦ νωτιαίου· ὁ γὰρ νωτιαῖος μυελὸς, ἐκφύεται μὲν ἀπὸ τοῦ ὀπισθίου ἐγκεφάλου, καταέρχεται δὲ διὰ τῆς ῥάχεως ἕως τοῦ ἱεροῦ ὀστοῦ, τὴν οὐσίαν ὁμοιος ὢν τῷ ἐγκεφάλῳ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μακρὸν ἐγκέφαλον αὐτὸν οἱ ἰατροὶ ὀνομάζουσι. πάμπολλα δὲ νεῦρα ἐκφύεται ἐξ αὐτοῦ εἰς ἀποβλαστήματα μεριζόμενα μυρία. σύμπαν δὲ τὸ σῶμα μεταλαμβάνει δι' αὐτῶν, πρῶτον μὲν κινήσεως, ὑπὸ ταύτῃ δὲ αἰσθήσεως.

III. Omnium nervorum radix cerebrum est, in ipso tanquam in agro quodam rationabili anima consita, aut primo, aut per mediam spinæ medullam: quæ à posteriore cerebro nascitur: per spinam autem dorsi ad sacrum usque os delabitur, materia cerebro omnino simili constans: quocirca & longum cerebrum eam Medici nominaverunt. Permulti ex hac nervi oriuntur, in germina infinita diducti: per istos omne corpus primum quidem motu, deinde & sensione participat.

IV. Τὸ δὲ τῆς κεφαλῆς ἄρθρον, ὡς ἂν τὴν ῥίζαν ἁπάντων τῶν κινουμένων τὰ κάτω τοῦ ζώου μόρια νεύρων ἐν ἑαυτῷ περιέχον ἀσφαλέστατον ἁπάντων τῶν ἄρθρων εὐλόγως ἔχει τὴν κατασκευήν. ἡ δὲ ἀσφάλεια διά τε τοῦ πάχους τῶν συνδέσμων, καὶ τοῦ πλήθους τῶν μυῶν, καὶ

IV. Cæterum capitis artus, utpote nervorum omnium inferiora animalis membra moventium fontem in seipso continens, tutissimam inter omnes artus molitionem jure adeptus est: tutela sane atque stabilitas copularum crassitudine, musculorum copia, totiusque coagmen-

2011 Ministerio de Cultura

καὶ αὐτῆς τ κ̄ τὴν σύνθεσιν ἀκριβείας ἐστί. διήρθρωται ὃν ἡ κεφαλὴ τῷ πρώτῳ ἀσπονδύλῳ καὶ τῷ δευτέρῳ, τῷ μὲν πρώτῳ κ̄ τὰς κοιλότητας αὐτοῦ ἀντιβαινούσων τ̄ κυρτοτήτων τ κεφαλῆς, ἐπιλαμβανούσας ἑκατέρωθεν μίαν· ὁ δὲ δεύτερος ἀπόφυσίν τινα ἔχων ἀνάντη τε καὶ σφηνοειδῆ, διὰ ῥωμαλεωτάτου συνδέσμου κ̄ ταύτην τὴν ἀπόφυσιν τῇ κεφαλῇ συνάπτεται. διὰ ταύτης ὃν τ πρὸς τ̄ δεύτερον ἀσπόνδυλον συναφείας ἡ κεφαλὴ κατανεύει καὶ ἀνανεύει. ἐπὶ δὲ τὰ πλάγια κινεῖται ἡ κεφαλή, διὰ τ πρὸς τ̄ πρῶτον ἀσπόνδυλον διαρθρώσεως· σημαίζεται δὲ διὰ μυῶν καὶ τενόντων. ὀνομάζεται μὲν ὃν ἡ ἀνάντης ἀπόφυσις τ δευτέρου ἀσπονδύλου, ὑπὸ μὲν τ̄ νεωτέρων ἰατρῶν, πυελνοειδής· ὑπὸ δὲ τ̄ παλαιῶν, ὀδούς, καὶ Ἱπποκράτης ὅτως αὐτὴν ὠνόμασεν. ἀπεδείχθη δὲ μὴ γίνεσθαι κίνησιν χωρὶς μυῶν. κινεῖται ἄρα ἡ κεφαλὴ ἄνω τε καὶ κάτω, δεξιά τε καὶ ἀριστερὰ διὰ μυῶν.

V. Εἰσὶ δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἀσπόνδυλοι τ̄ ἀριθμὸν, κδ'. ἀπὸ μὲν τ̄ς κεφαλῆς, καθ' ὃ διαρθροῦται πρὸς τ̄ πρῶτον καὶ δεύτερον ἀσπόνδυλον, ἕως τ ἀρχῆς τ̄ τοῦ θώρακος ἀσπονδύλων, ζ', ἕως ξ̄ νώτου. αὐτοῦ δὲ ξ̄ θώρακος ἀσπόνδυλοι τ̄ ἀριθμὸν δυοκαίδεκα, ἐπειδὴ καὶ παγίδες ἑκατέρας πλευρᾶς δυοκαίδεκα. ἀνόμοιοι δὲ οἱ ξ̄ νώτου σπόνδυλοι τοῖς ξ̄ θώρακος. κατωτέρω δὲ τ ῥάχεως, σπόνδυλοι τ̄ ἀριθμὸν, θμὸν,

mentationis firmitate præstatur: igitur caput cum prima secundaque vertebra committitur, cum prima tuberosis capitis processibus in ipsarum foramina sese insinuantibus, singulo utrinque complectente: at secunda vertebra processum quendam acclivem oblongumque exigens, per ipsum valentissima copula capiti annectitur, per hanc utique ad secundam vertebræ adhæsionem annuit caput, renuitque: ad latera autem per primæ vertebræ commissuram convertitur, sed per musculos tendonesque firmatur. Acclivis secundæ vertebræ processus à recentioribus Medicis specillaris, à vetustioribus dens appellatur: sic ipsum nominavit Hippocrates. Demonstratum vero est, absque musculis motum non dari. Itaque sursum versum, deorsum, in dextrum, in sinistrum, per musculos caput commovetur.

V. Vertebræ in homine sunt quaternæ vicenæ, à capite quidem, ubi primæ secundæque vertebræ committitur, usque ad vertebrarum thoracis initium, septem, quæ cervicis sunt: ipsius thoracis duodecim: quandoquidem & utriusque lateris nexus sunt duodecim: sed cervicis, thoracisque vertebræ dissimiles sunt: in inferiore dorso vertebræ sunt quinque: at omnes sunt

2011 Ministerio de Cultura

θμὸν, ἑ. ἅπαντες δὲ οἱ σπόνδυλοι, κοῖλοι μὲν εἰσιν ἐντὸς ἑαυτῶν· πεφυσήκασι δὲ ἀλλήλοις διὰ συνδέσμων εὐρώτων τε καὶ μετρίως σκληρῶν, περιέχεσθαι τὴν ἐντὸς κοιλότητα τὸν νωτιαῖον μυελόν. ἐπειδὴ δὲ καὶ κύπτειν ἔμελλεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἀνανεύειν, ἐκ ἠρκέθη ἡ ἀγαθὴ τοῦ Θεοῦ πρόνοια εἰς μόνους τοὺς κατὰ μέρος συνδοῦντας δεσμοὺς τοὺς σπονδύλους· ἀναγκαία γάρ ἐστι καὶ ἰσχυρὰ ἡ χρεία· ἀλλ' ἔξωθεν μὲν τῆς ἀκάνθης τῆς ῥάχεως, ἐπέθηκε σύνδεσμον, ξανθὸν μὲν τῇ χροιᾷ, νευροχονδρώδη δὲ τῇ οὐσίᾳ, ἀπὸ κεφαλῆς ἄκρας συνδοῦντα ἁπάσας διαρθρώσεις τῶν σπονδύλων κοινὸν σύνδεσμον· ὃ μὴν ἀλλὰ καὶ ἑκατέρωθεν τοῦ συνδέσμου τοῦδε, κατέτρωσε τοὺς ῥαχίτας μῦς τῆς αὐτῆς ἕνεκα χρείας, ἅμα καὶ ἀναπληρώσεως τῶν κενῶν τόπων ἑκάστου σπονδύλου, ἀπὸ τοῦ πρώτου, ἕως τοῦ κδ. τούτους τοὺς ῥαχίτας μῦς ὀνομάζει ἡ κοινὴ συνήθεια, ἀπασκία. κατωτέρω δὲ τῶν σπονδύλων τὸ ἱερὸν ὀστοῦν κεῖται, ὥσπερ κρηπίς τις καὶ βάσις τῶν σπονδύλων ὄσα. συνδέσμοι δὲ οἱ σπόνδυλοι τοὺς ἀλλήλους, καὶ ἐξοχάς τινας ὡσεὶ ἄμβωνας κατὰ τὸ μέρος τῆς ἀκάνθης κέκτηνται, ὅπως μὴ ἀνακλᾶται εἰς τὰ ὀπίσω ἡ ῥάχις. ἐπεὶ δὲ ὄπισθεν τῇ ῥάχει ἡ τε κοίλη φλὲψ, καὶ ἡ ἀρτηρία ἡ μεγάλη, ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω, εὐλόγως σιμοὶ κατὰ τὸ ἔνδον γεγόνασιν, ὅπως μὴ ὀπισθινομένων τῶν ἀνθρώπων, διαφερόντως τῆς ῥάχεως γινομένης, θλίβοιντο τὰ ἀγγεῖα ταῦτα.

mediæ perforatæ, validis ligamentis & mediocriter duris cohærentes, ſpinæque medullam cavis tenuibus continentes. Verum quoniam curvare ſe homo ad neceſſaria opera, & ſupinum reflectere debuerat, Divina providentia non ſolis copulis privatim vertebras inter ſe colligantibus contenta fuit (neceſſaria eſt enim, ingensque utilitas) ſed extrinſecus aliam copulam colore flavo, materia inter nervum cartilaginemque media ſuperdedit, omnes vertebrarum artus communi vinculo continentem. Neque id ei ſatis fuit, ſed utrinque à lateribus copulæ dorſales muſculos ad eundem uſum, utque etiam vertebrarum inania ſpacia farcirent, collocavit: hos dorſales muſculos communis loquendi conſuetudo Apacia nominat. Sub vertebris ſane ſacrum os, ceu fulcrum quoddam & baſis ſubjicitur: inter ſe autem vertebræ deligatæ, proceſſus quosdam jugorum montis inſtar ſecundum ſpinæ regionem exigunt, ne in poſterius ſpina recurvetur. Præterea cum vena cava & grandis arteria à ſuperioribus ad inferiora deſcendentes ſpinæ adhæreſcant, prudenter vertebræ interius paulum ſinuatæ fuerunt, ut ne, cum ſe inclinant homines, ſpinaque in orbem flectitur, ea vaſa collidantur.

VI. Διὰ

VI. Cæ-

2011 Ministerio de Cultura

VI. Διὰ τί δὲ ἐκ πολλῶν ὀστῶν ἡ ῥάχις συντέθειται, καὶ οὐκ ἐξ ἑνὸς ὀστοῦ γέγονε, καὶ διὰ τί οὐκ ἐκ τριῶν ἢ τετταράων μεγάλων, ἀλλ' ἐκ πολλῶν καὶ σμικρῶν; εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἑνὸς ὀστοῦ γέγονεν, ἀκλινεῖς ἂν καὶ ἄκαμπτοι οἱ ἄνθρωποι διὰ παντὸς ἦσαν, καθάπερ ξύλον· εἰ δὲ καὶ ἠναγκάζοντο κάμπτεσθαι ἐν τοῖς ἅπινεύσεσιν ἅμα καὶ ἀνανεύσεσιν, ἐκλῶντο ἂν τὰ ὀστᾶ κραῦρα ὄντα καὶ θραυστῆς φύσεως. εἰ δὲ ἐκ τριῶν ἢ τεττάρων μεγάλων ὀστῶν συνδεθέντων ἀλλήλοις ἡ ῥάχις ἐγένετο, ἐθλᾶτο ἂν ὁ νωτιαῖος μυελὸς ἐμπεχόμενος ἐν ταῖς κοιλίαις τῶν ὀστῶν, ἐπικλινομένων τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὰ ἐκτός. κῦ γὰρ ὀρθὰς γωνίας ἡ κλάσις τῶν ἄρθρων ἐξ ἀνάγκης ἐγεγόνει ἂν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπηκολούθησεν ἂν θάνατος. νῦν δὲ τῶν καμπτομένων τῶν ἀνθρώπων καὶ εἰς πλάγια μεταφερομένων, τῆς ῥάχεως μεταφερομένης, ἄθλιπτος ὁ νωτιαῖος διαφυλάττεται.

VI. Cæterum cur ſpina ex multis oſſibus integratur, neque ex uno tantum oſſe conſtat? Aut cur non ex tribus quatuorve magnis oſſibus, ſed ex pluribus, minutisque? An ſi ex uno tantum oſſe conſtaret, neutiquam ſe inclinare, neque ullam in partem deflectere inſtar ligni homines potuiſſent? quod ſi curvari interdum, dum annuunt renuuntque cogerentur, oſſa friabilia, fragibilisque naturæ in plura fragmenta diſſilirent: at ſi ex tribus quatuorve grandioribus oſſibus effecta eſſet, ipſius medulla in oſſium foraminibus recondita, dum homo ad neceſſaria negotia curvatur, disjiceretur: articulorum enim flexio ad rectos angulos fieret, atque ita mors cita ſequeretur. Nunc autem curvatis hominibus, & ad latera converſis, ſpina in orbem reflexa, medulla illæſa inviolataque ſervatur.

VII. Διὰ τί δὲ οἱ κάτωθεν σπόνδυλοι τῶν ἄνω μείζους κῦ τὴν αὐτὴν τάξιν εἰσίν; ὅτι κὴ τὸ βασάζον τοῦ βασαζομένου μεῖζον χρὴ εἶναι· διὰ τοῦτο οὖν κὴ μέγιστον ἁπάντων ἡ φύσις ἐποίησε τῶν ὀστῶν τὸ κατωτάτω, καθάπερ τινὰ κρηπίδα πᾶσι τοῖς σπονδύλοις ὑποβαλλομένην. δεύτερον δὲ τῷ μεγέθει ἐστὶν, ὁ συνταπτόμενον αὐτῷ σπόνδυλον ὁ κδ. διὰ τοῦτ' ἀεὶ μέχρι τῆς κεφαλῆς γίνεται. διὰ τί δὲ οἱ ἄνωθεν τῶν κάτω εὐρυχωρότεροι κῦ

VII. Sed quare inferiores vertebræ eodem ordine poſitæ, ſuperioribus majores ſunt? An quia ferens, quam id quod fertur, majus eſſe neceſſe eſt? Ideo & natura imum os omnium maximum molita eſt, quod vertebris omnibus tanquam fundamentum ſubſternitur: magnitudine ſecunda eſt illi contigua vertebra viceſimaquarta, idemque ad caput usque aſcendens ſemper invenies. Cur vero ſuperiores

2011 Ministerio de Cultura

κζ΄ τὰς ἑαυτῶν καλεσκευάθησαν κοιλότητας. κζ΄ μὲν πρῶτον λόγον, διὰ τὴν ἐκφυσιν ϛ΄ νωτιαίου, ὡς εἶναι αὐτὸν κζ΄ τὰ ἀνώτερα μέρη αὐτοῦ, ἀδρότερον ὄντα καὶ τὰ κάτω· κζ΄ δὲ δεύτερον λόγον, διὰ τὸ εἶναι τοὺς ἄνω σπονδύλους κοφοτέρους τ΄ κάτω. τὸ δὲ ἱερὸν ὀστοῦν ὑποκείμενον πᾶσι τοῖς σπονδύλοις, εὐλόγως πάντων ῥωμαλεώτερον ἐγένετο ϵ΄ νασὸν, ὡς κρηπὶς κ΄ βάσις ὅσα τῶν σπονδύλων. καιρὸς ἂν τὰς κζ΄ τὰς ὠμοπλάτας ὁρίσασθαι μόρια, ϵ΄ δεῖξαι τὴν χρείαν αὐτῶν. ἐπεὶ ἂν ἡ κεφαλὴ ϛ΄ βραχίονος δεῖται πάντως ὑπαίνειν κοιλότητος πρὸς τὸ κινεῖσθαι.

VIII. Ταύτης ἕνεκα τ΄ κοιλότητος, ἥ, τε αὐχὴν τ΄ ὠμοπλάτης ἐκπέφυκε, καί τις ἐπ' αὐτῷ κζ΄ τὸ πέρας ἐγγέγλυπται κοιλία, τηλικαύτη τὸ μέγεθος, ἡλίκη μάλιστα ὑπήδειός ἐστιν ἁρθρωθῆναι τῇ κεφαλῇ ϛ΄ βραχίονος. αὕτη μὲν ἡ χρεία πρώτη ἔστιν κ΄ μεγάλη, δι' ἣν αἱ ὠμοπλάται κατεσκευάθησαν. δευτέρα δὲ, διὰ τὸ φρουρεῖν αὐτὰς τὰ ὄπισθεν τ΄ θώρακος, κ΄ δι' αὐτῶν ϵ΄ τὸ τ΄ ψυχῆς ταμεῖον τὴν καρδίαν, ἐκεῖ γὰρ πλεῖον ἠσφάλισαι, ἐν οἷς τ΄ ἐκ χειρῶν ἀμοιρεῖ βοηθείας.

IX. Διὰ τοῦτο γὰρ ϵ΄ ῥάχιν ἰδίως ἑκατέρων τῶν ὠμοπλατῶν, ἡ τ΄ Θεοῦ πρόνοια ἀπέφυσε. βραχὺ γὰρ ἐπαυξήσας τὸ ἄνω πέρας τ΄ ὠμοπλάτης, ὑπὸ

riores vertebræ inferioribus inanio-
res capacioresque ſunt? In primis
ſane propter medullæ ſpinalis ex-
ortum, ut ejus ſummæ partes in-
ferioribus ſolidiores eſſent: ſecun-
do, ut ſuperiores vertebræ infe-
rioribus leviores, non adeo ipſas
pondere fatigarent. Sacrum os
autem cunctis vertebris ſubſtra-
tum, ritè omnibus robuſtius fir-
miusque factum eſt, utpote ba-
ſis ſuſtentaculumque vertebrarum.
Jam ad partes prope omoplatas
à Græcis vocatas, à noſtris ſco-
ptula operta, poſitas declarandas,
ipſarumque utilitates indicandas
tranſeamus.

VIII. Itaque quoniam humeri
caput in aliquo cavo, ut mobilis
eſſet, omnino inſeri debuit, hujuſce
cavi gratia proceſſus quidam cer-
vicis inſtar à lato ſcapularum oſſe
exigitur, isque ſummo vertice ſi-
nuatur, ut ſuperius humeri caput
poſſit recipere. Hæc eſt prima
ſummaque utilitas, ob quam lata
ſcapularum oſſa creata ſunt. Al-
tera eſt, ut averſas pectoris partes,
per easque animæ promptuarium,
cor videlicet, tueantur. Ille nam-
que locus optime munitus eſt,
quod manuum ſubſidio defendi non
poteſt.

IX. Idcirco & propriam ſpinam
ab utroque ſcapularum lato oſſe
Divina providentia exeruit: hujus
enim oſſis ſummum verticem mo-
dice

2011 Ministerio de Cultura

ἐπὶ τὸ ὀρθίον τε ἀνατείνασα καὶ ταύτῃ τῇ κλειδὶ συνάψασα, τὸ καλούμενον ἀκρώμιον ἐγέννησεν, ἅμα μὲν σκέπην καὶ φρουρὰν ἐσόμενον τοῦ κατ' ὦμον ἄρθρωσεως· ἅμα δὲ καὶ κωλύον ἐκπίπτειν ἄνω τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος· εὐθὺς δὲ καὶ τὴν ὠμοπλάτην αὐτὴν ἀφεστηκυῖαν τοῦ θώρακος· εἰ γὰρ ἐνταῦθα μηδὲν προσπεπτώκει τοῦ ἄρθρωσεως, ἑτοίμως ἂν ὑπὸ παντὸς τοῦ προσπίπτοντος ἔξωθεν ἐβλάπτετο· ῥᾳδίως δ' ἂν ὑπερέβαινεν ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἐπὶ τὸν αὐχένα τοῦ ὠμοπλάτης, ὡς ἂν μήτε κοτύλην βαθεῖαν ἔχοντα, μήτε ἀμφῶνας μεγάλους. εἰ γὰρ μὴ συνῆπτο ἡ κλεὶς, τοῦτο ἂν ἐκώλυεν αὐτὴν τὴν ὠμοπλάτην ἀσφαλῆ ὄντα ἐπιπίπτειν τῷ θώρακι, καὶ στενοχωρεῖν ἐντεῦθεν τὸ κατ' ὦμον ἄρθρον, καὶ πολλὰς τοῦ βραχίονος ἐμποδίζειν κινήσεων· ἐν γὰρ τῷ πλεῖστον ἀφεστάναι τοῦ θώρακος, τὸ πολυειδῶς αὐτῷ κινεῖσθαι μάλιστα ὑπάρχει. εἰ δέγε ἔψαυε τῶν πλευρῶν, ἢ ὅλως ἐγγὺς ἐπέπτωκε, καθάπερ ἐπὶ τῶν τετραπόδων, ἔχει ὡς πρὸς τὸ στέρνον τε καὶ τὸν ἀντικείμενον ὦμον ἐπωμίδας τε καὶ τράχηλον, οὐκ ἂν οἷόν τε ἦν ποιεῖσθαι φορὰς τῶν χειρῶν· ὥσπερ οὐδ' ἐπειδὰν ἐξαρθρωθεὶς ὁ βραχίων προσπέσῃ ταῖς πλευραῖς. πρὸς οὐδὲν γὰρ τῶν ἀντικειμένων μερῶν ἐν τοῖς τοιούτοις παθήμασιν ἀναφέρειν δυνάμεθα τὰς χεῖρας, ὡς ἂν προσπιπτούσης μὲν τῷ βραχίονι τῶν πλευ-

dice adaugens, & in rectum attollens, ibique jugulum connectens, id quod à Græcis acromion nominatur, efficit, tegmentum pariter humeralis articuli, præsidiumque futurum, nec non & humeri caput sursum prolabi non permissurum, protinusque ipsum scapularum latum os longius à thorace discedens retenturum. Nam hoc loco si nihil ad articuli custodiam poneretur, facile à quocunque deforis incursante læderetur, ac facile humeri caput ad lati ossis scapularum excessum prosiliret, utpote neque profundum sinum, neque altiora supercilia habentem. Nisi enim cum hoc, jugulum connecteretur, nihil vetaret, quin latum os scapularum super thoracem incideret, & humeri articulum angustiorem efficeret, multasque ipsius humeri motiones impediret. Eo quod enim longissime à pectore distat, ipsi potissimum multiformis datur mobilitas: nam si costas attingeret, aut prorsus, proxime situs esset, quemadmodum in quadrupedibus juxta os pectoris sternon dictum, oppositumque tergum epomidas vocatas, & collum habuit, nullo pacto manuum in orbem motiones fieri valerent: quemadmodum nec quando luxatus humerus super costas ceciderit: ad nullam enim oppositarum partium in id genus affectibus manus tendere possumus,

2011 Ministerio de Cultura

πλευρῶν κυρτότητι, ἀπωθουμένης δὲ αὐτὸν εἴς τε τὰ ἐκτὸς καὶ τὰ πλάγια. Ταῦτ' ἂν ἐγίνετο ἂν ἡμῖν τὰ παθήματα, καὶ τῷ κ' φύσιν ἔχειν τὸν ἄνθρωπον, εἰ μὴ πλεῖσον μὲν ἀπήχθη τ' στέρνου τὸ ἀκρώμιον.

X. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καθάπερ στήριγμα τὴν κλεῖν ἡ τ' Θεοῦ δημιουργία κατέθετο. τῷ μὲν γὰρ ἀνθρώπῳ δίποδι καὶ ὀρθοπεπατητικῷ ζώῳ ὄντι, πλατὺν μὲν τ' θώρακα ἐποίησε, τὸ κατ' ὦμον δὲ ἄρθρον ἐξωτέρω τύπτει κατέθετο. τῆς δ' αὐτῆς ἔχεται προνοίας καὶ ἡ τ' κλειδὸς γένεσις. ἐπεὶ γὰρ ἀνατρέπεσθαι πρὸς τύπτοις ἔδει τὰς ὠμοπλάτας ἑκατέρας τ' κλειδῶν, ἐν τῷ μεταξὺ τ' τε κ' τὸ στέρνον ὀστοῦ καὶ τ' πέρας τ' ἐν ταῖς ὠμοπλάταις ῥάχεως κατέθετο· τὰς δὲ κενὰς χώρας τ' ἑκατέρωθεν τ' ῥάχεως ὠμοπλατῶν Δι' ἃ μυῶν ἀνεπλήρωσε τ' κινούντων τὸ κατ' ὦμον ἄρθρον. Δι' τί δὲ οὐκ ὀρθὴν ἀπὸ τ' στέρνου τὴν κλεῖν ἐπὶ τὰς ὠμοπλάτας ἐξέτεινεν, ἀλλὰ πῇ μὲν κυρτήν, πῇ δὲ σιμήν; εἰ γὰρ ὀρθαὶ αἱ κλεῖδες πρὸς τὰς ὠμοπλάτας ἐξετάθησαν, οὐκ ἂν ὁ θώραξ ἀξιόλογον εἶχε Δάπασιν.

XI. Διὰ τί δὲ ἡ κεφαλὴ τ' βραχίονος εἰφερὴς κατεσκευάσθη, καὶ ἡ ὑποδεχομένη ταύτην κοιλότης γλυμή; ἢ ὅτι ἐν πολλαῖς ἅμα καὶ ποικίλαις κινήσεσιν ἡ ξύμπασα χεὶρ παρα-

costarum convexo humero sese objiciente, ipsumque extrorsum & in latera protrudente. Igitur iidem nobis ad hunc modum naturaliter habentibus affectus obvenirent, nisi humeri cum scapula nexus, acromion Græci nominant, longissime à pectore abesset.

X. In medio intervallo ceu firmamentum quoddam, jugulum Divina sapientia collocavit: siquidem homini bipedi animali, & erecto ingredienti latum sane pectus constituit: at humeralem articulum exterius molita est. Eandem providentiam & juguli creatio testatur: cum enim lata ossa scapularum in exteriorem partem recurvari necesse esset, utrunque jugulum inter pectorale os & extremam latorum scapularum ossium spinam situm est, sed vacua ossium istorum spacia, ab utroque spinæ latere musculis humeralem articulum cientibus replentur. At quare non directum ab osse pectoris jugulum, ad ossa lata scapularum, natura produxit, sed alibi gibberosum, alibi sinuatum? An si directe jugula ad scapularum lata ossa pertinerent, non satis ample pectus posset dilatari?

XI. Quare autem superius humeri caput rotundum est, ipsum recipiens sinus modice cavus? An quoniam tota manus ad multos juxta variosque ciendos motus idonea,

2011 Ministerio de Cultura

ραστευαζομένη τὴν κεφαλὴν ἔχ βραχίονος ἐδεῖτο ωειφερῆ κεκῆσθαι. τὴν δὲ ὑωοδεχομένην αὐτὴν κοιλότητα, μήτε βαθεῖαν ἱκανῶς, μήτε εἰς ὀφρύας μεγάλας τελευτῶσαν. συνδέδεται μὲν ἂν τὸ κατ' ὦμον ἄρθρον συνδέσμοις ὑμενώδεσι πολλοῖς τε καὶ ἰσχυροῖς· κινεῖται δὲ ὑπὸ μυῶν τε καὶ τενόντων ἄνω καὶ κάτω, δεξιὰ ε ἀριστερὰ, ἔσω ἄμα καὶ ἔξω. ὁστις δὲ θέλει διαγνωστικὸς εἶναι τ ζώντων συνδέσμων, μυῶν τε καὶ τενόντων, ἀνατεμνέτω, εἰ μὲν ἐυπορεῖ, πιθήκους, εἰ δὲ μὴ πάρεισι πίθηκοι, ἄρκτους· εἰ δὲ ἀπορεῖ καὶ τούτων, ἐν οἷς τυχοῦσι ζώοις· πάντως δὲ ἀνατεμνέτω.

nea, humeri caput rotundum, & id recipientem cavitatem, haud ita profundam, superciliisque humilioribus cinctam habere debuit? Igitur humeralis articulus multis & validis membranosis copulis deligatur: at sursum versus & deorsum, in dextrum & in sinistrum, introrsum juxta & extrorsum, per musculos tendonesque movetur. Quicunque vero id genus copulas, musculos, & tendones cupit dignoscere, simias, si in promptu dentur, dissecato: harum si copiam non habeat, ursos: si & his careat, obvia quæque animalia, dummodo aliqua dissecet.

XII. Μεταβῆναι δὲ καιρὸς ἔπι τὸ κατ' ἰσχίον ἄρθρον, καὶ δεῖξαι τὴν ἔχ Θεοῦ δημιουργικὴν σοφίαν, ποία τίς ἐστιν ωερὶ τὴν σύνθεσιν τ ὀστῶν τούτων. ἀποπεραιώσασα γὰρ τὴν σύνθεσιν τ ῥάχεως, ωροσέφυσεν ἔπι τῷ πέρατι αὐτῆς τὸ καλούμενον ἱερὸν ὀστοῦν· ἑκατέρωθεν δὲ τ πλαγίων αὐτῷ συνέφυσε δύο ὀστᾶ τῷ μεγέθει τοῦδε πολυπλάσια· τῷ δὲ σχήματι πολυειδέστατα· πρὸς μὲν τὰς λαγόνας ἀναπέπταται τῷ μεγίστῳ μέρει σφῶν αὐτῶν. ταῦτα δὲ καλοῦνται λαγόνων ὀστᾶ· εἰς δὲ τὰ πλάγια καὶ τὰ κάτω, κ βραχὺ ωροτείνοντα, ἃπερ ὀνομάζουσι ἰσχία, κυκλοτερεῖς καὶ βαθείας κοιλότητας ἔχοντα εἰς τὰ ὑωοδέχεσθαι τὰς κεφαλὰς τ μηρῶν. αὗται

XII. De coxæ articulo deinceps dicemus, artificiosamque DEI sapientiam circa horum ossium compagem ostendemus. Natura spinæ compositionem absolvens, ejus fini sacrum vocatum os adjecit: cujus à lateribus ossa duo longe majora, & figura multiformia collocavit, ad ilia usque maximam illorum partem producens (appellantur autem ilium ossa) ad latera etiam, & deorsum versus paulatim extendens. Id genus ossa coxæ nominantur, sinus verticillatos profundosque habentia, in quos femorum capita conjici debeant. Hujusmodi cavitates à Græcis cotylæ vocantur, à Latinis heminæ dici possunt. Con-

2011 Ministerio de Cultura

αὗται αἱ κοιλότητες ὀνομάζονται κοτύλαι· τὸ δὲ ἐπιέχον αὐτὰς ὀστοῦν, ἰσχίον, καθά φησι καὶ Ὅμηρος,

Ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσιν.

XIII. Ἐπεὶ οὖν ἔργον μέγιστον καὶ τοῦτο τὸ ἄρθρον ἔμελλε γίνεσθαι· σκέλος γὰρ, μακρὸν καὶ βαρύ, συγκείμενον ἐξ ὀστῶν, ὑπὸ συνδέσμων δεδεμένον, καὶ μυσὶ περιβεβλημένον, ἐκτείνεσθαί τε καὶ κάμπτεσθαι δεόμενον, ὡς βαδίσεως ὄργανον ἐσόμενον· ἔκ τε ἤρκει δὲ ἡ κοιλότης μόνη ἡ ὑποδεχομένη τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ἁπάντων πρὸς τὸ ἔργον τοῦτο· ἐδεῖτο γὰρ πολλῶν τε συνδούντων· τοῦτο χάριν ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία, ἐκ μὲν τοῦ πυθμένος τῆς κοτύλης ἐξέφυσε τροχοειδῆ νεῦρον, χονδρώδη σύνδεσμον καταφύντα εἰς τὴν τοῦ μηροῦ κεφαλήν, συνδοῦντα αὐτὰς τοῦ μὴ ἐξολισθεῖν γίνεσθαι· ἐκ δὲ τοῦ ὀφρύων τῆς κοτύλης ἐξέφυσεν ἄλλους συνδέσμους, συνδοῦντας κυκλοτερῶς ἅπασαν τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ, οἱ τροχοειδεῖς μονωτάτους, καθάπερ ἡ ἐκ τοῦ πυθμένος αὐτῆς ἔκφυσις, ἀλλὰ πλατεῖς καὶ ἀσφαλῶς περιθέοντας τὰς ὀφρύας τῆς κοτύλης, πρὸς ἀσφάλειαν τοῦ ἄρθρου. ὅταν δὲ ὅτι οἱ σύνδεσμοι καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ πυθμένος ἐκφυόμενος ὑγρανθῶσι διὰ ῥεῦμα ὀλισθαίνειν αὐτῶν συγχωρῶσιν εἰς τέσσαρας τόπους, ἢ ἔξω ἢ ἔσω, ἢ ἔμπροσθεν ἢ ὀπίσθεν· διὰ τοῦτο καὶ τοὺς αὐτοὺς συνδέσμους σκληροτέρους καὶ ξηροτέρους Θεὸς ἀπειργάσατο.

XIV. Ἐπεὶ

tinenti eas ossi, coxæ vocabulum est: unde inquit *Homerus:

Vertitur in coxa, nostri & dixere cotylam.

XIII. Igitur quandoquidem maximum opus ab hac commissura præstari debuit, crus enim longum & grave est, ex ossibus constans, copulis alligatum, musculis investitum, tentione curvatuque indigens, utpote ambulatus organum futurum: solus autem coxæ sinus femoris tuberosum caput recipiens, tanto muneri satis non fuit (multis enim colligantibus opus erat) DEI erga homines amor ex heminæ fundo teretem nervum promisit, cartilaginosum vinculum femoris capiti insertum, adstringensque, ne facile elabatur: inde ex heminæ oris aliæ copulæ oriuntur, totum femoris caput in orbem constringentes, non teretes & solæ, qualis quæ ex fundo porrigitur, sed latæ, valenterque heminæ oras ad commissuræ præsidium ambientes. Itaque cum id genus vincula, illudque etiam, quod de fundo exoritur, aliqua fluxione maduerint, femoris caput in quatuor loca exilire permittunt, aut extrorsum versus, aut introrsum, aut in priores partes, aut in posteriores, propterea has easdem copulas duriores aridioresque Divina sapientia condidit.

XIV. Quo-

Iliad. ε. 306.

2011 Ministerio de Cultura

XIV. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἤρκει μόνον ἡ σύνταξις τ̃ ὀστῶν πρὸς βάδισιν, ἢ πρὸς στάσιν, ἀλλὰ καὶ κεῖσθαι, καὶ ἵστασθαι, καὶ βαδίζειν ἔδει τὸν ἄνθρωπον ὀρθοπαθητικὸν ὄντα, ἐνέδυσε τὰ ὀστᾶ τ̃ σκέλους ἀπὸ τ̃ κοτύλης μέχρι τ̃ γόνυ μύας μείζους τε καὶ πολλοὺς κύκλωθεν εἰς ἀπονευρώσεις τελευτῶντας, καὶ πάλιν ἑτέρους ἀπὸ τ̃ κ τ̃ γόνυ διαρθρώσεως μέχρις ἀστραγάλων καὶ πέρνης, μύας πολλούς τε καὶ παχεῖς, καὶ μάλιστα κ τ̃ ὄπισθεν τ̃ σκέλους μέρη, ἃ γαστροκνημίας ὀνομάζομεν. τούτους ἁπαντας πρός τε τὴν κίνησιν τ̃ καθ᾽ τὸ σκέλος ἄρθρων ἡ δημιουργία τ̃ Θεοῦ κατεσκεύασε, καὶ πρὸς ῥώμην τ̃ αὐτοῦ σκέλους καὶ εὐπρέπειαν, ὥσπερ τινα ἐνδύματα περιθεῖσα παντα χόθεν τοῖς σκέλεσι.

XIV. Quoniam vero ossium structura non ad ambulandum solum, & ad standum satis erat, verum etiam & jacere, & stare, & ambulare hominem erecto corpore oportebat, cruris ossa ab hemina ad genu, majoribus multisque musculis in nervosam naturam desinentibus undique stipavit. Itemque à genu commissura ad malleolos usque & calcaneum, aliis frequentibus crassisque musculis ossa illa, potissimum posteriores partes, quas suras appellamus, communivit, istos omnes & ad cruris artus movendos, & ad vim decoremque sibi addendos, summa DEI providentia creavit: ceu quædam enim amicula, eos cruribus circumposuit.

XV. Καὶ ἀνωτέρω τούτων πάντων, τὸ πάνυ φρονιμικὸν αὐτοῖς καὶ ὠφέλιμον τῆ τ̃ ἀνθρώπων καθέδρᾳ κατεσκεύασεν. ἀνωτέρω γὰρ ἀμφοτέρων τ̃ σκελῶν, κάτωθεν δὲ καὶ ἑκατέρωθεν τ̃ ἱερ̃ τ̃ πλατεῖ ὀστ̃, ἐπειδὴ πρὸς ὀρθὰς γωνίας ἐν τῷ καθέζεσθαι τ̃ ἄνθρωπον τὸ τ̃ κοτύλης ἄρθρον κατεσκεύασε· ἐδεῖτο δὲ πολλῶν μὲν εἰς ἀναπλήρωσιν τ̃ κενῶν χωρίων ἀμφοτέρων τ̃ ἄρθρων, τ̃ δὲ πρὸς εὐπρέπειαν, τῶν δὲ εἰς μόνιμον ἕδραν τ̃ τῶν ἀνθρώπων καθήσεως, κατέφυσε μύας πολλοὺς ἀσφαλῶς καὶ τῇ θέσει ποικίλους· ἄλλους μὲν λοξούς, ἄλλους δὲ ἐγκαρσίους, ἄλλους δὲ εὐθεῖς ἐγκατέμιξε κ τ̃ ταῖς πυγαῖς

XV. Verum super hæc omnia ejus consilium atque utilitas, in comparanda homini sede apparuit: nam supra utraque crura, sed infra sacrum os, & ab utroque latere, quoniam ad rectos angulos in sedendo heminæ commissura curvatur, multisque tegmentis cum ad inania amborum artuum spacia replenda, tum ad decorem augendum, stabilitatemque sedenti homini præstandam opus erat: multos solidos musculos, & situ diversos, alios obliquos, alios transversos collocavit, rectos alios secundum clunes interposuit, ad utrumque munus obeundum, ut stantibus

2011 Ministerio de Cultura

γὰς, εἰς ἀμφοτέρων τ ἐνεργειῶν ἀναπληρώσιν, ἱσαμένων μὲν τ ἀνθρώπων εὐπρέπειαν, καθημμένων δὲ ἀνωδυνίαν καὶ ἀσφαλῆ ἕδραν, χωριζομένην κ τὴν πυγὴν δεξιά τε καὶ ἀριστερά.

XVI. Καθὰ δὲ τὰ πρόσω μέρη κυκλοτερέσιν ἀποφύσεσιν ἀξιολόγοις τὸ μέγεθος, εἰς ταυτὸν ἀλλήλοις ἰόντα τὰ καλύμματα ἥβης ἰσᾶ, σιμὰ κ τὴν ἔνδον αὐτῶν ἀπόφασιν ὄντα, συνήρμοσται διὰ χόνδρου, ὡς μίαν κοιλότητα γίνεσθαι μεγάλην, καλύπτουσάν τε ἅμα καὶ φερομένην τῇ τε κύστει, & τῇ μήτρᾳ, καὶ τῷ ἀπευθυσμένῳ ἐντέρῳ. ὑπέρκειται μὲν ἡ μήτρα, τ δύο· τὸ δὲ ἀπευθυσμένον ἔντερον ὑπόκειται. ἡ δὲ μήτρα μέσον ἀμφοτέρων κεῖται. τῷ μὲν γὰρ ἀπευθυσμένῳ ἐντέρῳ ἀπέκειται, τῇ δὲ κύστει ὑποκειται.

scilicet ornamentum, ſedentibus indolentiam, tutamque ſedem ſecundum clunes in dextrum & ſiniſtrum bipartitas compararent.

XVI. A prioribus autem partibus, rotundis proceſſibus inſignem magnitudinem habentibus, vocata pubis oſſa in unum coeuntia, & in exteriora recurvata, per cartilaginem committuntur, unamque ſpacioſam concavitatem faciunt, vulvam, veſicam, rectum inteſtinum contegentem juxta atque tuentem: duobus ſuperior veſica eſt, rectum inteſtinum ſubjacet, vulva medium locum tenet: nam ſuper inteſtinum, ſubter veſicam eſt.

XVII. Εἴπωμεν δὴ πρῶτον περὶ τ θέσεως αὐτῆς, ὡς κρείττων ὑπ ἀνθρώπων ἂν ἦν εὑρεθῆναι τῇ ὑστέρᾳ, πλὴν ἔνθα κατετέθη. ἔστ γὰρ & πρὸς ἀφροδίσιον ὁμιλίαν ἁπτήδειος, καὶ πρὸς τὴν τ σπέρματος ὑποδοχὴν, καὶ πρόσετι τὴν τ κυήματος αὔξησιν. ἐπὶ πλεῖστον γὰρ ἀλύπως διαστέλλεσθαι πέφυκεν ἡ ὑστέρα, εἰς τὴν τ τελειωθέντος ἐμβρύου ἀποκύησιν, ὡς ἂν πρὸς τὰ κάτω τε καὶ πρὸς τὰ σκέλη ἔξοδος τ κυηθέντος ῥάων ᾖ. ὁ γὰρ τ ὑστέρας αὐχὴν, εἴσοδος μέν ἐστι τ σπέρματος, ἔξοδος δὲ τ τελειωθέντος ἐμβρύου. τὸ γὰρ γυναικεῖον αἰδοῖον, διανοίγεται μὲν ἐν ταῖς συνουσίαις, ποσῶν ἐπιπτόμενον ὡς δι εὐρείας ὁδοῦ φερό-

XVII. Igitur primum ſitus ejus rationem exponamus. Nullus ſane locus vulvæ aptior, quam iſte inveniri potuit, & ad venereos amplexus, & ad ſemen recipiendum, & ad fœtus incrementum: vulva enim in maximum tumorem ad abſolutum fœtum pariendum naturaliter diſtendi poteſt, ut deorſum verſus, & ad crura facilior ſit fœtus emiſſio. Nam vulvæ cervix feminis eſt introitus, & jam abſoluti fœtus ad exitum via: muliebre namque genitale in concubitu adeo diſtentum pateſcit, ut recta injectum ſetum ſubito atque affatim in uteri ventriculos ſubeat: facto conceptu tam

2011 Ministerio de Cultura

φερόμενον τὸ σπέρμα, ἀθρόον ἀφικνεῖσθαι πρὸς τὰς κοιλίας τ῀ ὑστερῶν. συλλήψεως δὲ γεγονυίας εἰς τοσοῦτον μέμυκεν, ὡς ἄβατον εἶναι πρός τε τὰ ἔσω ϵ τὰ ἔξω. τελειωθέν῀ δὲ ξ῀ κυήματ῀, ἀπὸ πλεῖστον διίσταται, ὡς ὅλον ταύτῃ διέρχεσθαι τὸ ἔμβρυον.

tam arcte occluditur, ut internis æque atque externis penitus inacceſſum ſit. Fœtu perfecto, latiſſime dehiſcit, ut totus infans iſthac pervadere poſſit.

XVIII. Εὐλόγως ἄρα νευρῶδες ἅμα καὶ σκληρὸν μετρίως κατεσκευάσθη. τὸ δὲ κυτ῀ τ῀ ὑστερῶν μερίζεται εἰς κόλπους δύο, ἕνα ἐν τοῖς δεξιοῖς, καὶ ἕνα ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, καθὼς φησι καὶ Ἱπποκράτης, ἔμβρυα τὰ μὲν ἄρρενα ἐν τοῖς δεξιοῖς, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μᾶλλον· ἔοικε δὲ ἡ μήτρα τῷ τοῦ γράμματι, ὡς εἶναι τῷ μὲν ἰ ξ τ, κ῀ τὸ ἄκρον τοῦ γυναικείου αἰδοίου· τὸ δὲ ἄνωθεν, ὁ τραχήλ῀ τ῀ μήτρας· ἡ δὲ μίξις τοῦ ἰ μ῀ ξ τῆς κεφαλῆς ἐγκαρσίου, ἔστι τὸ κυτ῀ τ῀ μήτρας, εἶναι δὲ χρὴ τὸ ἐγκάρσιον ἰ τῆς κεφαλῆς τοῦ τ῀, ἀμφίκυρτον, ὡς εἶναι τὰς ἑκατέρωθεν κυρτότητας, τὰς κεραίας τ῀ μήτρας. πλησίον δὲ τ῀ κεραιῶν ἀμφοτέρων, κεῖσθαι τ῀ θηλείας οἱ ὄρχεις, ὡς πρὸς ἑκάτερον λαγόνα βάλλοντες τὸ σπέρμα, ἑκατέρ῀ εἰς ἑκατέραν τ῀ κεραιῶν. οὐχ ὅμοιοι δὲ τῷ σχήματι, ὡς ἀπὸ τῶν ἀρρένων, οὐδὲ μείζους ὁμοίως, ἀλλὰ καὶ μικρότεροι καὶ σκληρότεροι, καὶ πλαδαρώτεροι, ὡς φακοειδεῖς εἶναι τῷ σχήματι.

XVIII. Igitur non inconſulto nervoſa, modiceque dura eſt uteri ſubſtantia. Interius autem uteri cavum in duos ſinus diſtinguitur, à dextra unum, alterum à læva, proinde maſculos fœtus in dextra, fœminas in ſiniſtra magis concipi dicebat Hippocrates. Uterus ſane T literæ imaginem refert, ita tamen, ut hujus literæ pediculus in muliebris genitalis ſummo collocetur: ſuperior vero uteri pars, ejus cervix eſt: at pediculi cum transverſo capite connexio, uteri caua laxitas eſt. Verum transverſam T literæ virgulam, utrinque recurvam eſſe neceſſe eſt, ut utrobique facta curvitas, uteri cornua repræſentet. Prope utrumque cornu, fœminæ teſtes ſiti ſunt, utpote ab utroque latere ſemen uterque in utrumque cornu jacientes. Neque figura ſimiles marium teſtibus ſunt, nec æque grandes, ſed minores, duriores, imbecilliores, lenticularique forma præditi.

XIX. Γίνεται δὲ ἡ σύλληψις τὸν τρόπον τοῦτον· ὅταν ὑπὸ ξ συμφύτου πνεύματ῀ ἡ ξ σπέρματ῀ ὑγρότης ἀκου-

XIX. Ad hunc ſane modum in utero fit graviditas, quando ab ingenito ſpiritu, ſeminis humor intra vulvæ

2011 Ministerio de Cultura

ἀκονιζομένη τοῖς τῆ ὑστερῶν ἐμπέσῃ χίλιας τραχέσιν ὅσι, συναναμίγνυται τῷ τῆ θηλείας αἰδέρματι γλιχρῷ καὶ αὐτῷ ὄντι, καὶ ὡς ἂν αὐτή τε γλιχρὴ ὑπάρχουσα, καὶ σκληροῖς ὁμιλήσασα σώμασι δίκην ἀλοιφῆς ἑτοίμως κολλᾶται. κἀντεῦθεν ἤδη μιᾷ καιρῷ ῥοπῇ πολλὰ γίνεται θαυμαστὰ ἔργα ὑπὸ τῆς δημιουργίας τῆ Θεῆ περὶ τὴν ἀρχὴν τῆ τῆ ζώῳ διαπλάσεως· αὐτῆς μὲν τῆς μήτρας τραχέως τυσαλῆναι περὶ τὸ αἰδέρμα, μύσαι δὲ σύμπαντα τὸν αὐχένα, καὶ μάλιστα τὸ ἔνδον στόμιον αὐτῆ, τὴν δὲ ἀλείφουσαν ὑγρότητα τῆς τραχύτητας τῆ ὑστερῶν ὑπὸ τὴν ἐντὸς ἁπασαν αὐτῶν ταθεῖσαν, ὑμένα λεπτὸν ἀποπλεσθῆναι τὸ καλούμενον ἀμνεῖον, ὃν ἔνιά φασιν ὑποδέχεσθαι τὸν οἷον ἰδρῶτα τῆ χυομένῳ. ἐξ αὐτῆ δὲ τῆ αἰδέρματος, καὶ τὸ ἀλλαντοειδῆ χιτῶνα γνέσθαι, ὃν εἰς τὴν κύστιν αὐτῆ συντετρημένον ἀθροίζειν ἐν ἑαυτῷ ἄχρι τῆ ἀποκυήσεως, τὸ οἷον ὕδρον τῆ χυομένῳ. τρίτος δὲ ἔξωθεν ἐν κύκλῳ περιβέβληται τὸ χωρίον, χιτὼν ἴς καὶ αὐτὸς ὑπάρχων τρίτος, ἔστιν ὅτε πόρῳ συντιτρῆσαι πρὸς τὴν τῆ χυομένῳ κύστιν. τούτῳ αἱ καλοῦμεναι τὸ χωρίον ἀρτηρίαι καὶ φλέβες ἅπασαι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκφύονται τῷ χυομένῳ τέσσαρες γινόμεναι, καθάπερ ἐκ ῥιζῶν πολλῶν ἀθροιζόμενα πρέμνα, δύο μὲν ἀρτηρίαι, δύο δὲ φλέβες, μέσον δὲ αὐτῶν περιέχουσι τὸν οὐραχὸν οὕτως ὠνομασμένον τοῖς ἀνατομικοῖς, τὸν ἐκ

vulvæ tergora, natura aſperiora detruſus inciderit, cum muliebri femine, & ipſo tenaciore permiſcetur: ipſe etiam, utpote viſcidus aſperaque contingens corpora, facile inſtar unguinis adhæreſcit. Inde jam unico temporis momento multa admirabilia opera à ſummo artifice DEO, initio creandi animalis perficiuntur. Vulva celeriter circa ſemen contrahitur: tota cervix, potiſſimum tamen interius ejus oſtiolum diligenter concluditur, humor interiorem vulvæ faciem inungens, & ejus aſperitudinem lævigans, membrana fit, quam Græci amnion vocant. Hanc ajunt eum, qui fœtus veluti ſudor eſt, recipere. Ex ipſo autem ſemine altera membrana gignitur, eam Græci à farciminis ſimilitudine allantoidea nominarunt. Hæc foramine in veſicam pertinente, cava intra ſe infantis veluti lotium, usque ad partus tempora colligit. Extra has in orbem tertia quædam membrana ſuperdatur, quam Græci chorion, Latini ſecundas dixere: & per iter quoddam usque ad infantis veſicam perforatur. Hoc in meatu ſecundarum venæ, arteriæque omnes, infanti eo more quatuor enaſcuntur, quo ex multis radicibus collecti caudices oriuntur. Duæ ſunt arteriæ, duæ venæ: quarum medius eſt urinæ canalis, urachos inde apud Anatomicos appel-

2011 Ministério de Cultura

ἐκ δ᾽ πυθμένος ἐξοχετεύοντα τὸ ὄρον εἰς τ᾽ ἀλλαντοειδῆ χιτῶνα. ἐφ᾽ ἑκάστῳ γὰρ δὴ σώματι τ᾽ εἰς τοῦτο ἐχόντων ἀγγείων, δι᾽ ὧν καὶ τὸ καταμήνιον ἐφέρετο, αὗται γινῶνται περὶ τ᾽ τοῦ κύειν καιρόν. συνδεῖ δὲ αὐτὰς πρὸς ἀλλήλας λεπτὸς ὑμὴν, ἀλλ᾽ ἰσχυρὸς, ὃς περιφυόμενος ἅπασι τοῖς ἀγγείοις ἔξωθεν, τ᾽ ὑστερῶν δὲ τοῖς ἔνδον μέρεσιν ἐκφυόμενος, σκέπει καὶ φρουρεῖ, καὶ συνδεῖ ἅπαντα τὰ ἀγγεῖα, κ᾽ αὐτὰς τὰς ὑστέρας. ταῦτα τὰ ἀγγεῖα περέρχονται κ᾽ τ᾽ ὀμφαλὸν δ᾽ ἐμβρύου· ἐκ δ᾽ αὐτοῦ ὀμφαλοῦ, μία μὲν φλὲψ ἐκ τ᾽ δύο συντεθεῖσα, ἀνήκει μέχρι τ᾽ σιμῶν δ᾽ ἥπατος, τροφὴν τῷ ἐμβρύῳ προσάγουσα· αἱ δὲ ἀρτηρίαι τὸ μῆκος τ᾽ καρδίας ἐκφυγοῦσαι, τῇ κ᾽ ῥάχιν ἀρτηρίᾳ συμφύονται, καὶ δι᾽ αὐτῆς προσάγουσι τῇ καρδίᾳ τὸ πνεῦμα. πᾶσα γὰρ τροφὴ καὶ ζωὴ τῷ ἐμβρύῳ διὰ δ᾽ ὀμφαλοῦ προσφέρεται.

XX. Εἰ λαβὼν δέ τις ἐγκύμονα αἶγα, χίσας τε αὐτὴν ἐντέχνως βουληθείη γνῶναι, εὑρήσει τὸ μὲν ἔμβρυον νηχόμενον ἐν τῷ περιεχομένῳ ὑγρῷ ὑπὸ τ᾽ μήτρας τῷ συναχθέντι ἀπὸ δ᾽ ἱδρῶτος δ᾽ ἐμβρύου, ὡς ἀποίῳ καὶ μηδὲν βλάπτοντι τὸ ἔμβρυον· βασαζόμενον δὲ ἀπὸ δ᾽ ὀμφαλοῦ, διὰ τ᾽ ἀγγείων τ᾽ προσαγόντων τό, τε αἷμα καὶ πνεῦμα. πάντες δὲ οἱ χιτῶνες οἱ περιέχοντες τὸ ἔμβρυον, ἐντὸς τ᾽ μήτρας κεῖνται. ὁ μὲν δὴ ἀμνειὸς ἀμέσως περιέχων τὸ ἔμβρυον, ὑποδέχεται τὸν ἐκ δ᾽ ἐμβρύου συναπορέμενον ἱδρῶτα. ὁ δὲ ἀλλαν-

appellatus, è veſicæ ſpecu lotium in allantoidea tunicam derivans: ab ſingulo enim vaſorum in uterum intrantium, menſesque iſthac purgantium oſculo, nunc poſitæ venæ arteriæque circa concipiendi tempora gignuntur. Iſtas inter ſe tenuis membrana, ſed valida connectit: quæ exterius vaſis omnibus adhæreſcens, & ex penitioribus uteri partibus oriens, vaſcula omnia, ipſumque uterum operit, colligat atque tuetur. Id genus vaſa ad infantis umbilicum procedunt. Rurſum ab umbilico una ex duabus vena compoſita, usque ad jecoris cava fœtui alimentum ſubvehens perlabitur: arteriæ vero cordis longiquitatem evitantes, cum ſpinali arteria coaleſcunt, per ipſamque in cor ſpiritum transmittunt: omnis enim alimonia & vita infanti per umbilicum ſuggeritur.

XX. Igitur ſi quiſpiam gravidam capram accipiens, & ipſam artificioſe reſcindens notitiam capere voluerit, in humore intra vulvam contento ex fœtus ſudore manante, utpote omni qualitate carente, ac minime noxio infantem natare, & ex umbilico per conceptacula tunc ſanguinem ſpiritumque advehentia ſuſtentari comperiet. Itaque membranæ omnes fœtum involventes, intra vulvam ſunt poſitæ. Amnius fœtui contiguus, ſudorem ab ipſo defluentem

2011 Ministerio de Cultura

ἀλλαντοειδὴς, συντέτρηται μὲν τῷ αἰδοίῳ τῷ ἐμβρύῳ, καθὼς ἀνώτερον εἴρηται. ὑποδέχεται δὲ τὸν οὐραχόν, κατ' αὐτὸ τὸ τρῆμα ἐξάγοντα εἰς αὐτὸ τὸ τοῦ ἐμβρύου ὄρον, ὅπως μὴ μιχθῇ τῷ τοῦ ἰδρῶτος ὑγρῷ. τὸ μὲν γὰρ ὄρον δριμὺ ὄν, διεβρωσεν ἂν τὸ ἔμβρυον τῇ δριμύτητι. διὰ τοῦτο οὖν ἡ φιλάνθρωπος τοῦ θεοῦ δημιουργία πολλοὺς κατεσκεύασε χιτῶνας κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν τῆς κυήσεως, πρὸς ὑποδοχὴν τῆς διαφορᾶς τῶν ὑγρῶν. τρίτος δὲ χιτώνων τὸ χοριόν κατεσκευάσθη, ἐντὸς μὲν τῆς μήτρας κείμενος· πόρρω δὲ τοῦ ἐμβρύου κατεσκαρμένα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὰ ἀγγεῖα τῶν φλεβῶν καὶ τῶν ἀρτηριῶν, δι' ὧν τρέφονται πάντα τὰ μόρια τοῦ ἐντὸς τῆς μήτρας. διὰ τοῦτο γὰρ τὴν ὀνομασίαν ἐκτήσατο, ἐκ τοῦ πάντα τὰ τοῦ ἐμβρύου γινόμενα περιέχειν· ὁ δὲ ἀλλαντοειδὴς χιτὼν, ἐκ τῆς πρὸς τὰς ἀλλᾶντας ὁμοιότητος τὴν προσωνυμίαν ἔσχηκε. τὰ γὰρ εἰς τὴν μήτραν καθικνούμενα τῶν ἀγγείων σώματα, ὀνομάζονται κοτυληδόνες. ταῦτα εἰ μὲν σκληρὰ καὶ ξηρά εἰσι, κατέχουσι τὸ ἔμβρυον κἂν βαρὺ ᾖ, ἕως ἂν τελεσθῇ· εἰ δὲ κάθυγρα καὶ γλίσχρα, ἀδυνατοῦσι μὲν κρατεῖν τὸ ἔμβρυον, συγχωροῦσι δὲ αὐτὸ ἀμβλωθρίδιον γενέσθαι. τοῦτο σκοπήσας καὶ Ἱπποκράτης ἰατρικῆς προμηθεὺς, ἔγραψεν ἐν ἀφορισμῷ ὅτως, Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ἐκπιρώσκουσι δίμηνα καὶ τρίμηνα ἄνευ φανερῆς προφάσιος, παύ-

colligit, ſed vocatus allantoides. verſus infantis genitale foratur, ut ſupra poſuimus: & urinæ iter, quod urachon vocavimus, intra foramen recipit. Illud vero infantis lotium educit, ne cum ſudoris humore miſceatur: vriña enim acris cum ſit, tenerum fœtum acrimonia ſua corroſiſſet. Quapropter Divina ſapientia ſummo homines amore complectens, ipſo fœturæ tempore plures tunicas diverſis humoribus ſuſcipiendis machinata eſt. Tertia membrana, quam ſecundas nominant, effecta eſt: intra vulvam quidem ſita, procul tamen à fœtu, ex venis arteriisque contexta, per quas omnia intra vulvam membra nutriuntur. Inde quoque appellationem hanc, chorion apud Græcos adepta eſt: quod omnia ad fœtum pertinentia contineat. Allantoides vero membrana ab inteſtini ſimilitudine vocabulum habet, quaſi inteſtinalis. Vaſculorum ſane oſtiola in uterum ſubeuntia, acetabula nominantur: ea ſi firma aridaque ſint, fœtum quamvis gravem, usque dum abſolvitur, retinent: ſi madentia, lentoque humore viſcida fuerint, fœtum retentare nequeunt, ſed abortivuum partum fieri permittunt. Id Hippocrates medicinæ Prometheus contemplatus, in aphoriſmo quodam ita ſcriptum reliquit: Quæcunque ute rum gerен-

2011 Ministerio de Cultura

ταύτησιν αἱ κοτυληδόνες τ μήτρας, μύξης μεσαί εἰσι, ϗ ὐ δύνανται κρατεῖν διὰ τὸ βάρος τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' διαῤῥήγνυνται.

XXI. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ παροῦσα διδασκαλία περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου προῆκται διδάσκειν, ζωογονεῖται δὲ ὁ ἄνθρωπος ἐκ δύο, πατρός τε ϗ μητρὸς, προσπάξει ὁ πάντα δημιουργήσαντος θεὸς ἡμῶν· διὰ τοῦτο ϗ τὰ γινώμενα μόρια ἐξ ἀνάγκης δύο βέλτιον γίνεσθαι· τὸ μὲν ἓν τ ἄῤῥενος, τὸ δὲ ἕτερον τ θηλείας εἰς ὑποδοχήν. ὀνομάζονται δὲ ἀμφότερα αἰδοῖα. ὅπ ἓν ὐκ ἦν βελτίων τόπος εἰς κατάθεσιν τ ἄῤῥενος αἰδοίου, πλὴν ἵνα περ ἐ καταπέσῃ, ἐκ τ ὄπισθεν μάθοις. πότερον ἐγγυτέρω τ ἕδρας ἔδει τεθῆναι; ἀλλ' ἀποπατοῦσι δύχρηστον· ἀλλ' ἀνωτέρω πρὸς τὸ ὑπογάστριον τὴν θέσιν ἔχειν, ὐ μόνον ἀπρεπὲς τοῦτο, ἀλλὰ ϗ δύχρηστον, ϗ ῥάδιον πάσχειν ὑπὸ τ ἔξωθεν προσβολῶν.

XXII. Πάλιν, πότερον τεταμένον εἶναι διὰ παντὸς, ἢ χαλαρὸν, ἢ ἐν μέρει τούτων καθὼς νῦν ἐστίν; εἰ μὲν γὰρ διὰ παντὸς ἐντεταμένον ἦν, ὐ μόνον ῥάδιον πρὸς τὸ πάσχειν, ἀλλὰ ϗ δύχρηστον ἂν ἦν, ϗ ἀπρεπές. εἰ δὲ κεχαλασμένον ἦν διὰ παντὸς, ἄχρηστον ἂν ἦν, ὃ χάριν ἐγένετο μηδὲ πότε ἐργάσασθαι δυνάμενον· εἰ δὲ ἐν μέρει μὲν χαλαρὸν, ἐν μέρει δὲ ἐντεταμένον, αὐτὸ δὴ τοῦτο ἄξιον θαυμάζειν, ὁπ

gerentes citra evidentem cauſam bimeſtres aut trimeſtres abortiuntur, his uteri acetabula muci plena ſunt, neque præ gravitate fœtum ſuſtinere valent, ſed abrumpuntur.

XXI. Igitur quoniam præſens hic liber hominis fabricam docere propoſuit, à duobus autem, patre ſcilicet ac matre, homo gignitur, ita enim præcepit effector & conditor mundi Deus,) idcirco & genitales partes neceſſario duas eſſe melius fuit, unam maris, alteram fœminæ, ad recipiendum idoneam: utraque pudenda nominantur. Sedem ad virilis pudendi ſitum aptiorem non eſſe, quam ubi nunc eſt, ex his diſcere facile fuerit. Num propius ano ipſum poni oportuit? an alvuum exonerantibus id eſſet incommodum? ſed ſurſum verſus ad abdomen collocari, non deforme ſolum, verum etiam inutile foret, & facile ab exterius incidentibus vim pateretur.

XXII. Item, num ſemper rigens protentumque, aut contra laxum ſemper & flaccidum, aut viciſſim, quemadmodum nunc habet, eſſe debuit? Primum ſi continenter arrectum eſſet, à quaque levi cauſa læderetur: eſſet deinde incommodum atque deforme: at ſi flaccefcens langueret aſſidue, prorſus eſſet ſupervacuum, id cujus cauſa creatum fuit, præſtare non potens:

2011 Ministerio de Cultura

ὅτι οἷον αὐτὸ ὁ λόγος ἐξεῦρε χρῆναι, γεγονέναι τοιοῦτον καὶ φαίνεται νῦν ὑπάρχον.

quod si alternis modo laxum, modo rigens sit, id ipsum certe omni admiratione dignum extiterit, quod quale ipsum debere esse ratio cogitavit, talem nunc esse reperiatur.

XXIII. Ἐπεὶ τοίνυν σκληρόν τε ἅμα καὶ κοῖλον, καὶ σηραγγώδες εἶναι χρὴ τὸ τῶν αἰδοίων ἴδιον σῶμα, φαίνεσθαι μὲν ἐξ ὀστοῦ τὴν γένεσιν ἔχον, καθάπερ οἱ λοιποὶ σύνδεσμοι. κοῖλον δὲ καὶ σηραγγῶδες μόνον ἐξ ἁπάντων, ὡς ἡ χρεία κελεύει, ἵνα ὀρθιόν τε καὶ ἀκλινὲς ἐν ταῖς συνουσίαις φυλάττοιτο. ἀλλὰ καὶ διίστασθαι, καὶ ἀνευρύνεσθαι τὸν πόρον χρήσιμον, ἵνα καὶ ὅτι πλεῖστον, καὶ πόρρω, καὶ κατ' εὐθὺ ἐξακοντίζηται τὸ σπέρμα πρὸς τὰς κόλπους τῆς μήτρας, τοῖς γοῦν ὑποσπαδιαίοις ὀνομαζομένοις, ἐπειδὴ ὁ πόρος τοῦ καυλοῦ ἐν τῷ πέλει διέσπασται, οὐ δύνανται γονᾶν. δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ ἴασις· τμηθέντος γὰρ τοῦ δεσμοῦ, γονῶσι.

XXIII. Quamobrem cum genitalis membri corpus durum juxta, & cavum esse fistulosumque debuerit: ex osse quidem, ut reliquæ copulæ, oriri cernitur: at concavum & fistulosum ex omnibus solum est, taleque ipsum esse utilitas postulavit, ut rectum, nullamque in partem declinans, in venereo congressu perduraret. Verum distendi etiam spacioſiusque reddi ejus iter oportuit, ut quamplurimum semen, quam longissime rectaque in uteri sinus profundatur. Quare vocati hypospadiæi, id est, quasi spadones & oblæsi, cum colis meatus in fine retorqueatur, generare non possunt. Id vero curatio declarat: rescisso enim vinculo, apti ad generandum efficiuntur.

XXIV. Διατείνεται δὲ τὸ αἰδοῖον ὑπὸ πνεύματος. διήκειν δὲ αὐτῷ ἑκατέρωθεν δύο μῦες τείνοντες τὸν πόρον, ὥσπερ τινες χεῖρες ἐν τῇ ἀποπόρου, ὥσπερ τινες χεῖρες ἐν τῇ ἀποχείσει τοῦ σπέρματος, εἰ μέλλοι πολὺ ἐξακοντίζεσθαι. ἐπεὶ δὲ ἡ οὐρηδόχος κύστις ἐτέτακτο πλησίον, ἕτερον δὴ ἦν ἄμεινον ἐκκρίσεως πόρον ἐργάσασθαι, ἀλλὰ ᾧ καὶ αὐτὸ τὸ σπέρμα χρῆται. εὐλόγως καὶ ὁ ταύτης αὐχὴν ἅπαν καταίληφε τὸ τοῦ περιτοναίου

XXIV. Igitur pudendum spiritu distenditur, binique ab utroque ejus latere musculi adjacent, meatum in seminis missione, si multum ejiciendum sit, veluti quædam manus distendentes: cæterum quoniam urinæ vesica prope sita est, nullum aliud expellendæ urinæ iter, quam quo & semen utitur, excogitari potuit: itaque non injuria & ipsius cervix omnem peritonæi membranæ locum occupavit ab ano, cui

2011 Ministerio de Cultura

ναῖα χωρίον, ἀναφερόμενος ἀπὸ τ ἕδρας ἀφ' ἧς ἐξ ἀρχῆς ἔκειτο μέχρι τ κ͞ῃ τὸ αἰδοῖον ἐκφύσεως. ἐπὶ δὲ τ γυναικῶν, ἅτε οὐκ ὄντος αἰδοίου πορρωτέρω, τὴν τοιαύτην ἀπόφυσιν ὁ τ κύστεως αὐχὴν οὐκ ἔτι ἔχει, ἀλλὰ τὸ μὲν αἰδοῖον τὸ γυναικεῖον ἐπίκειται κ͞ῃ τ ἕδρας. ἐπὶ δὲ τὸ ἄνω πέρας αὐτὸς τ κύστεως ὁ τράχηλος τελευτᾷ. καὶ ἐντεῦθεν πορρεῖται τὸ οὖρον· ὅτε ἰκανῶς καμπύλος, ὡς ἐπὶ τ ἀνδρῶν, ὅτε ὅλως μακρὸς γενέσθαι δεηθείς.

cui à principio insedit: ad eam, quæ apud virile est, germinationem ascendens. At in mulieribus cum genitale non propendeat, hujusmodi processum vesicæ cervix non itidem habuit, sed muliebre pudendum sedi incumbit: ad superiorem autem ejus finem vesicæ collum terminatur, atque inde urina profunditur, cum neque ita flexuosum, ut in viris, neque ita longum esse debuerit.

XXV. Αἱ δὲ τ δέρμαλοι ἐπιφύσεις ἐπὶ τοῖς πέρασι τ αἰδοίων, ἐν μὲν τοῖς γυναιξὶ κόσμου χάριν ἐγγίνονται, κ͞ῃ τ μὴ καταψύχεσθαι τὰς ὑστέρας, σκεπάσματα προβέβληνται· τοῖς δὲ ἀνδράσι πρὸς τὸ κόσμον τινὰ φέρειν, κ͞ῃ ἀδύνατον ἦν μηδόλως ἔχειν αὐτά. πάντα δ' ὅσα τοῖς ἀνδράσιν ὑπάρχει μόρια, ταῦτα ταῖς γυναιξί, καθ' ἓν μόνον διαφέροντα, ὡς ἔνδον μέν ἐστι τὰ τ γυναικῶν μόρια, τῶν δὲ ἀνδρῶν ἔξω.

XXV. Pelliculosæ vero appendices extremis utriusque genitalibus adjectæ, in muliebribus quidem ornamenti causa procreatæ sunt: utque ne vulvæ refrigescant, tanquam operimenta objiciuntur: in viris autem præterquam quod ornamentum addunt, neutiquam ipsis carere mas potuit. Igitur omnes, quas viri habent, particulas, eædem & in mulieribus conspiciuntur: eo solum differentes, quod mulierum genitalia intus delitescunt, virorum extrinsecus pendent.

XXVI. Φασὶν δὲ οἱ ἰατροὶ, ὅλη ἀνὴρ γυναικὸς τελειότερος· ἡ δὲ αἰτία, τ θερμότητος ἡ ὑπεροχή. ψυχρότερον γὰρ ὂν τὸ θῆλυ, οὐκ ἴσχυσε ποιῆσαι τὰ γυναικεῖα μόρια. ἀληθέστερον δ' εἰπεῖν, ὅλη διὰ τὴν τ γονῆς διάδοχήν, τοιοῦτον τὸ θῆλυ κατεσκευάσθη πρὸς τὸ δέχεσθαι καὶ καταίχειν σπέρμα, τ θρέψαι, καὶ τελειῶσαι τὸ κυούμενον, ἐπιτήδειον ὄργανον· τὸ ἄρρεν δὲ τ θήλεος εὐλόγως θερμότερον, καὶ τὰ μόρια

XXVI. Quocirca Medici perhibent, virum esse muliere perfectiorem, hujusce rei causam caloris excessum tradiderunt. Fœmina enim cum sit frigidior, generationis membra foras propellere non potuit. Verius tamen dictum fuit, ad generis propagationem in hunc modum fœminam fuisse creatam, ad recipiendum continendumque semen; præterea ad alen-

2011 Ministerio de Cultura

μόρια εὐρύτερα καὶ μείζονα ἔχηκε, θερμοτέρα. εὐθὺς δὲ δήπου καὶ τὰς ὄρχεις ἔμελλε τὸ θῆλυ μικροτέρους καὶ ἀσθενεστέρους ἔχειν· καὶ τὸ σπέρμα τὸ κατ' αὐτὰς ἔλασσόν τε καὶ ἀσθενέστερον καὶ ψυχρότερον. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ αἰδοῖον, καὶ σκληρότερον θ σηραγγώδες. πρὸς δὲ τὸ ἄκρον αὐτῷ, ὑπόδερμαλὶς κρέμαται, ἣ τις ὀνομάζεται ποσθὴ, ὅπερ ἐκτέμνεται ἐν τῇ ἀκροβυσίᾳ.

XXVII. Εἴπωμεν τοίνυν κ' ποῖον εἶδος κινεῖται τὸ ♂ ἀνδρὸς αἰδοῖον. τριῶν γὰρ ὄντων κινήσεων ἐν τοῖς μορίοις ♂ σώματος, ☉ μὲν φυσικῶν, ☉ δὲ προαιρετικῶν, ☉ δὲ μικτῶν, εἴπωμεν κ' ποίαν κίνησιν κινεῖται τὸ αἰδοῖον· εἰ μὲν προαιρετικῶς ἐκινεῖτο, οἱ νεογνοὶ παῖδες χωρὶς προαιρέσεως ὄντες, ἀκίνητοι ἀνέμενον κ' τοῦτο τὸ μόριον. ἀλλὰ μὴν θεωροῦμεν αὐτὸς κινούμενος. καὶ ἡμῖν δὲ αὐτοῖς καθ' ὕπνους τὸ αὐτὸ συμβαίνει. ὥστε φυσικὴ ἡ κίνησις ♂ αἰδοίᾳ, καὶ ♂ προαιρετική. πάλιν δὲ, πολλῶν ἡσυχαζόντων σωμάτων καὶ ἀκινήτων μενόντων, καὶ βλεφάντων ἢ ἁψαμένων ἑτέρων σωμάτων γυμνῶν, ἢ γυναικείων, ἢ ἀνδρείων εὐθὺς ἡ κ' τοῦ σύνδρομος ἐπηκολούθησε κίνησις. ὥστε προαιρετικῶς, ♂ φυσικῶς κινεῖσθαι. λείπεται ἄν κινεῖσθαι τὸ τρίτον εἶδος τῆς κινήσεως· ὡς μὲν γὰρ ὑπὸ μυῶν κινουμένη, κινεῖται κ' προαιρέσιν. πᾶσα γὰρ κίνησις διὰ μυῶν γινο-

dum percipiendumque fœtum, idoneum inſtrumentum. Idcirco mas fœmina calidior, merito membra ampliora, grandiora, mobilioraque poſſidet: ſtatim ſane & mulieris teſtes exiliores, imbecilliores, ac frigidiores eſſe debuerunt: eorum pariter ſemen paucius, infirmius & frigidius: æque autem genitale durius & cavernoſum, in cujus extremo pelliculoſum additamentum ſuſpenditur, quod præputium appellatur, id in cunni perculſione reſcinditur.

XXVII. Nunc utique quo motus genere virile ciëatur, doceamus. Tres cum ſint in corporis particulis motiones, naturales, electoriæ ſive voluntariæ, ex utrisque mixtæ, qua iſtarum trium virile moveatur, declaremus: primum ſi electoria, proxime nati infantes electione carentes, immobiles hac parte permanerent: contra vero, ipſis arrigi videmus, identidem & nobis ſecundum quietem accidit: quare hinc efficitur, ut naturalis ſit pudendi motio, non electoria. In contrarium autem multis corporibus quieſcentibus prorſumque immobilibus, alia nuda mulierum virorumve corpora intuentibus aut tangentibus, protinus ac repente virile commovetur. Igitur, electorie, non naturaliter commoveri videtur. Relinquitur ſane tertium, ut mixto ſcilicet genere moveatur: nam quatenus muſculis mobile, voluntario movetur: omnis

2011 Ministerio de Cultura

γινομένη προαιρετική ἐστιν. ὡς δὲ ἀπὸ πνεύματος, φυσική. κινεῖται ἄρα τὸ ἀφροδίσιον καὶ φυσικῶς, καὶ προαιρετικῶς.

omnis enim per musculos motio, electoria est: quatenus vero à spiritu, naturaliter: itaque virile & naturalem & electorium motum habet.

XXVIII. Οἱ δὲ ὄρχεις τῶν ἀνδρῶν εἰς ὅσον θᾶττον τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος θερμότερον, εἰς τοσοῦτον μείζους γεγόνασιν. εἴπωμεν δὴ περὶ τῆς οὐσίας αὐτῶν καὶ τοῦ μεγέθους, καὶ τοῦ χήματος, καὶ τῶν εἰς αὐτοὺς καθηκόντων πόρων καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν πεφυκότων. ἡ μὲν οὖν οὐσία τῶν ὄρχεων, ἀδήν ἐστι, λευκὸς μὲν τὴν χροιὰν, σομφὸς δὲ καὶ ψαφαρὸς τὴν σύστασιν, ἀγγεῖα πολλὰ τριχοειδῆ καὶ ἀραχνοειδῆ κατεσπαρμένα κατ' αὐτὴν ἀδένα ἔχοντες. τὸ δὲ χῆμα, *

XXVIII. At virilés testiculi, quo mas fœmina calidior, eo fœmineis majores sunt: quare de ipsorum materia, magnitudine & figura, præterea de canalibus ad eos pertinentibus, deque ab illis germinantibus, in præsentia differamus. Igitur testium materia glandulosa est, colore alba, fungosa, levisque, vascula multa capillacea aranealique tenuitate per ipsam glandulam sparsa, figura quidem rotunda oblongaque formati sunt.

XXIX. Porro vasa ipsos ineuntia ita se habent, quæ in dextrum viri testem, dextramque in muliere vulvam, feruntur, à magnis canalibus spinæ adhærentibus supra renes oriuntur, vena à cava vena, arteria à grandi arteria: quæ vero ad siniſtrum testem in viris, siniſtramque in mulieribus vulvam perveniunt, bina sunt & hæc, una arteria, altera vena, non item à magnis conceptaculis, sed à ramis in renes subeuntibus expullulant.

XXX. Quamobrem jam neminem fugit, siniſtrum testem in viris, siniſtramque vulvam in mulieribus feculentum, dilutum, serosumque haurire sanguinem, atque inde recipientes quoque particulas, non absimili temperamento esse, necesse est: nam sicut purus sanguis feculento calidior est, ita & eo vescentia membra, dextra scilicet siniſtris calidiora sunt: alia quoque ratione magis calorem participantia, quod ab jecore collocantur: id enim ab Hippocrate recte sæpius inculcatum est, membra è regione posita, necessario magis reciproco muneri foveri. Inde & mirari desine, dexteriores partes marium, siniſteriores fœminarum esse feraces, quandoquidem mas sit fœmina calidior.

XXXI.

* Cætera Græce desiderantur.

2011 Ministerio de Cultura

XXXI. Arteriæ ſane atque venæ à locis prope renes ad genitales partes deſcendentes, in mulieribus quidem uteri fundum præter-eunt, ejus vero latera conſcendentes, in duas partes finduntur: inde portio una ad muliebres teſtes à lateribus poſitos, & ipſa utero incumbens proficiſcitur: altera fundum petens, tota per ipſum diſſipatur: hoc in loco vaſculorum ſiniſtri uteri finus orificia, vaſculorum dextri orificiis committuntur: quare & ſeroſus humor à dextra vulva, licet obſcure, participatur: cujus acre quiddam pruriginoſumque habentis, ingens erat futura utilitas. Id genus namque & excitare membra hæc ad opus poteſt, & inſignem inter operandum voluptatem afferre: quando enim humor iſte exire poſtulans, idcircoque excitans, & ad excretionem proritans, atque una multus & calidus ſpiritus exhalare optat, immenſa quædam voluptatis magnitudo concipienda eſt. Huc adde & harum partium ſenſum, multo quam in cute vegetiorem: accedit præterea & aliud non mediocre ſubſidium, à glanduloſis corporibus ab utroque colli veſicæ latere poſitis, in quibus ſeminis inſtar, admodum tamen tenuior humiditas reperitur.

XXXII. Semen plane ſpiritus quidam, ac veluti ſpumeus eſt: quare ſi humi ſpargitur, mox longe minus apparet, critiſſimeque areſcit, protinus exhalante ſpiritu viſcida parte relicta, ac in ſeipſam reſidente: neque enim, ut mucus aut pituita diu durat, neque areſcens, & eandem molem retinens: tenuis namque, & aquea, & incocta eſt iſtorum humiditas: contra craſſa, tenax, vitalique ſpiritu referta, quæ eſt in ſemine.

XXXIII. Cujus ſane genitura ita ſe habet: vaſorum in vulvam pertinentium, quæ ſecundum ejus latera findi ſupra poſuimus, pars deorſum petens, perinde in plures anfractus reflectitur, ac circa marium teſtes vaſcula revolvuntur: ſupra namque eſt vena, infra arteria, in multos orbes utraque ſinuata: in his tortuoſis ambagibus, dum ad teſtes iter faciunt, diutius ſanguis ſpiritusque vagati concoquuntur: perſpicueque in primis orbibus humor quidam cruentus aſpicitur, qui paulatim in poſterioribus magis albeſcit, quousque in poſtremis jam teſtes intrantibus diligentiſſime exalbuit. Ii vero inanes & pervii, hunc transmiſſum humorem recipiunt, coquunt iterum, & ad animantium propagationem perfectiſſime in maribus elaborant, calidioremque efficiunt, & itineris longitudine, & receptaculorum viribus exquiſitiſſime concoctum. Deterius vero fœminarum teſtes ob antedictas cauſas ſemen gignunt.

XXXIV.

2011 Ministerio de Cultura

XXXIV. Verum cur ſanguis diu in venis ſtagnans exalbeſcit? An quoniam membrum omne ſibi alimentum aſſimilat? Igitur nihil mirum, ſi albæ vaſorum tunicæ in ſibi ſimilem formam ſanguinem convertunt.

XXXV. Cæterum concoctum in teſtibus ſemen, cum excernendum eſſet, alio rurſum canaliculo ipſum ad exitum ducente opus fuit. Itaque in mare cum foras ſemen projecturus eſſet, ejusque craſſioris magnam copiam educturus, ad virile usque pertinet, & in iter urinarium ſemen eructat, longus, latus, ac varicoſus: at in fœmina, cum intra ſe-ipſam ſemen mittat, idque paucum, atque ſubtilius, emiſſorium vaſculum anguſtum & breve in ipſa vulva inſeritur.

XXXVI. Quæres iterum, cur ſeminarium concepſaculum non intra teſtes ſeſe immergit, ſed ſupergeminalem, quæ appellatur, utriusque natura interjecit? An rari cum ſint, fungoſique & molles teſtes, cum denſis, validis ac duris ſeminariis vaſculis tuto committi non poterant? ſiquidem prudens natura, nulla eſſentiis contraria in unum cogit, niſi copulam aliquam amicitiæ conciliatricem in medium conjiciat: quanto enim à ſeminariis alveolis, viribus, denſitate, duritiaque ſupergeminalis vincitur, tanto ipſa teſtes ſuperat. Quin etiam ipſius partes, quæ ſeminis vaſa contingunt, duriſſimæ; quæ teſtes, molliſſimæ ſunt: quæ mediæ interjacent, quo propiores vaſculis, duriores: quo teſtibus, molliores creatæ ſunt.

XXXVII. Verum quare in muliebribus teſtibus non evidentes ac ſenſiles ſupergeminales conſpiciuntur? An quoniam in primis muliebris teſtis, deinde & ſeminarius rivus exiguus eſt? igitur nihil mirandum, ſi & eos adnectens vinculum ſit perexiguum. Præterea & ipſorum materiæ differentia modica eſt, non ut in maribus, máxima: nam maſculi teſtes humidiores mollioresque fœmineis ſunt, & ſeminariæ fiſtulæ duriores: contra, in fœmina hæ minus duræ, quia non tam longæ, neque tantum ſeminis fuerunt concepturæ: teſtes autem minus rari & fungoſi, aridioresque, quia frigidiore temperie conſtant. Jure itaque natura inter ſe propinqua cum ſint, teſtibus magis duratis, ſeminariis vero canalibus ipſos intrantibus mollioribus factis, exili inter ipſos copula opus fuit, paulatim ab unius duritie in alterius mollitudinem recedente. At quoniam marium teſtes ſunt penduli, idcirco & in utrumque muſculus unus ab ilium ſedibus porrigitur, ut & ipſis motus ad locum facultas ſubminiſtretur.

2011 Ministerio de Cultura

XXXVIII. Cæterum de mammis accurate loqui ſuperius polliciti, ad ipſas jam ſermonem convertamus, primumque inter ipſas & vulvam mirum eſſe conſenſum, quotidiana docet experientia, in fœtuum abortibus, quemadmodum nobis Hippocrates declaravit: & citra eos, quum ſecunda valetudine animal fruitur: parvæ enim increſcente animali, æque ac vulvæ cernuntur: perfecto autem & generandi tempore appetente, cum vulvis pariter ad decentem usque magnitudinis modum extuberant: in qua utroque membro conſiſtente, ſemen accipere, fœtumque abſolvere, ad vulvas pertinet: mammarum autem, in lucem editum animal alere, officium eſt. Verum cur adeo mutuo inter ſe conſenſu hæc membra afficiantur, nunc exponemus: id enim ipſum mirificam DEI artem promulgabit: nam cum ad unum conficiendum opus utrumque membrum comparaverit, ipſa per vaſa connexuit, quæ in ſupra habitis de pectore ſermonibus, ad mammas procedere monſtravimus, venas arteriasque in præcordia totum abdomen diducens, deinde inferne aſcendentibus committens, à quibus in vulvam & ſcrotum venæ porriguntur. Sola namque hæc in animalibus vaſcula, partim à locis ſupra ſeptum profecta ad inferiora corporis labuntur, partim ab infimis ſurſum repunt: ſola igitur modo poſita membra per vaſcula conſociari debuerunt, ut quando in vulva fœtus conformatur atque augeſcit, ſoli illi ab utroque membro communes venæ irrigent alimentum: at cum fœtus eſt editus, in mammas retro totum perlabitur. Atqui hanc ob cauſam fieri non poteſt, ut probe eodem tempore menſes ferantur, & lactet fœmina: ſemper enim alterum membrum exareſcit, in alterum ſanguine declinante. Nam cum ante uteri geſtationem in mulieribus florentem ætatem agentibus, quicquid ſupervacui colligitur, ſingulis menſibus natura per conceptacula in vulvam pertinentia excernat, cum gravidæ fuerint, fœtus à conceptaculis nutrimentum exhaurit: illic igitur venæ tam capaces, tamque prolixæ ſunt, ut inde fœtus abunde nutriatur, ſemperque aliquid ſupervacui redundet. Quando itaque toto graviditatis tempore contractum in communibus hiſce alimenti vaſculis tanquam promptuariis quibusdam exerit, diſtenditque vehementer, ac veluti locum humore ſubmergit, tunc alio migrare contendit: ſed nulla eſt alia regio, præter pectus, in quod venæ diſtentæ juxta atque oppreſſæ ſarcinam ſuam propellant. Item & totius ventris ex prægnatione tumor transmittens atque protrudens in cedentem locum compellit. Ita ſane lac menſium germanum appellavit Hippocrates,

octo

2011 Ministerio de Cultura

octo menſes quidem agens, alimento vero redundante. Sic etiam & fœtu aliquem languorem paſſo, neque ſatis cibi attrahente, aut mulieris corpore aliqua ex parte vitiato, ut ſanguis ſatis copioſus gigni non poſſit: confunditur tunc quidem perturbaturque operum naturæ ordo, contrariisque affectibus mammas vexari neceſſe eſt, modo lacte ante tempus affluentes, cum fœtus ægrotat: modo gracileſcentes, cum vulvæ inopia laborant. Propterea dicebat Hippocrates: Mulieri ventrem gerenti, lac ex mammis multum emanans fœtum infirmat: tanquam videlicet in mammas prorſum eo, quod abundat aſcendente, quod in venis fœtus reliquerat, præ imbecillitate quantum ipſi ſatis erat, ad moderatum alimentum attrahere non potens. Contra cum dixit iterum: Mulieri uterum gerenti, ſi mammæ gracileſcant, abortus fiet: fœtum quidem tum valentem eſſe putandum eſt, ſed alimenti inopia laborare. Quare primum ex venis vulvæ communibus ſanguinem fugit, inde mammæ contabeſcunt, poſterius paulo per abortum excluditur, nutrimento penitus ipſum deficiente. Hæc de admirabili humani corporis artificio, altiſſima conditoris noſtri ſapientia monſtrante, ſint tradita.

INDEX CAPITUM.

Lib. I. cap. 1. Procœmium.
2. De membrorum diviſione.
3. De manibus. *Conferendus Galenus lib. 1. de uſu partium cap. 4.*
4. De manuum digitis, digitorumque unguibus. *id. cap. 5. ſq.*
5. De digitorum oſſibus, carnibusque. *id. cap. 12. ſq.*
6. 7. 8. 9. De digitorum manus articulis, figura, compaginatione & motu. *Galenus lib. 1. cap. 15. 17. ſeq.*
10. De internæ manus cute & tendone ſubjecto. *id. lib. 2. cap 3. ſeq. & 6.*
11. 12. De radii cubitique cum carpo junctura, deque ejus & palmæ oſſibus & nexu. *id. cap. 7. ſq.*
13. 14. 15. De radii & cubiti ſitu, forma & motibus. *id. cap. 13. ſeq.*
16. De muſculis humerum cubitumque moventibus. *Galen. lib. 2. cap. 16.*

2011 Ministerio de Cultura

cap. 17. Quare humerus ex osse uno, cubitus ex binis? *Galenus lib. 2. cap. 17.*
18. De crurum hominis structura, & quare sit erectæ staturæ. *Galenus lib. 3. cap. 1. & 4.*
19. 20. De extremi pedis usu & ejus cum manu similitudine. *id. cap. 2. & 5. seq.*
21. De ossium pedis ordine, situ ac motu. *id. cap. 7. seq.*
22. 23. 24. De cruris ossibus. *Galenus lib. 3. cap. 9. seq.*

Lib. II. cap. 1. Procœmium.
2. 3. De ventriculi situ. *Galenus lib. 4. de usu partium cap. 1.*
4. De ventriculi forma, vicinisque membris. *id. c. 2. sq.*
5. 6. De ventriculi viribus. *id. cap. 7.*
7. De numero, situ, vi & substantia intestinorum. *idem cap. 8.*
8. De tunicis & substantia ventriculi & intestinorum. *id. cap. 9.*
9. De peritoneo, musculisque abdominis. *id. cap. 10.*
10. Cur instrumenta nutritionis nervo participent. *Galen. lib. 5. cap. 10.*
11. De succi in jecur distributione & vasculis & mesenterio. *Galenus lib. 4 c. 12. seq. & 20.*
12. De vena portæ, & sanguinis confectione. *id. lib. 5. c. 2.*
13. De jecore & vena cava. *id. lib. 6. cap. 4.*
14. De meatibus urinariis, renibus & vesica. *Galen. lib. 5. cap. 5. seq.*
15. De cavæ venæ incessu & per corpus divisione. *lib. 6. c. 4.*
16. Quæ res ad nutritionem requirantur. *lib. 5. cap. 10.*

L. III. cap. 1. Procœmium.
2. De ordine dicendorum.
3. De pectore. *Galenus lib. 6. de usu partium cap. 2.*
4. De utilitatibus pectoris & pulmonis. *id. lib. 7. cap. 8. & 9.*
5. De cordis pulmonisque & cavæ venæ processu, positu & partibus. *id. lib. 7. cap. 4. seq.*
6. De cordis figura & cavitatibus. *id. cap. 7.*
7. De vasculis à corde nascentibus. *ibid.*

cap.

2011_Ministerio de Cultura

cap. 8. De cordis ſubſtantia. *Galenus lib. 7. cap. 8.*
9. De membranulis cordis tricuſpidibus. *ibid.*
10. De cordis auribus & pericardio. *id. lib. 6. cap. 15.*
11. De pulmonis artificio. *Galenus lib. 7. c. 2. & 8. ſq.*
12. De voce & ejus cauſis. *id. cap. 5. & lib. 16. c. 4.*
13. De aſpera arteria. *lib. 7. c. 3. ſeq. & 5. ſeq.*
14. De cartilaginum gutturis nomine & ſitu, & de epiglottide. *id. c. 11. & 13.*
15. De gutturis cartilaginum figura & munere. *id. c. 12.*
16. De nervis recurrentibus. *id. c. 14. & 15.*
17. 18. De pectoris motu coſtisque & quibusdam cartilaginibus. *id. lib. 7. cap. 20. ſeq.*
19. De transverſo ſepto, peritoneoque & ſuccingente membrana. *id. lib. 6. cap. 3.*
20. De mammis. *Galenus lib. 7. cap. 22.*
21. De Ypſiloide ſeu lambdali oſſe. *id. c. 19.*

L. IV. cap. 1. Procœmium.
2. De collo & capitis uſu ac forma. *Galenus lib. 8. de uſu partium cap. 1.*
3. De capitis oſſibus ac ſuturis. *id. cap. 2. & lib. 9. cap. 2. & 7. & 17. ſeq.*
4. De excrementis noſtri corporis, uſuque bregmatum & futurarum. *lib. 9. c. 1. & 3.*
5. De cerebri natura ejusque involucris. *lib. 8. c. 4. & 6.*
6. De membrana pericranio. *id. c. 7. ſeq.*
7. De reticulari contextu. *lib. 9. cap. 4.*
8. De cerebri eſſentia ac viribus. *lib. 8. cap. 6. ſeq.*
9. De ſpinæ medulla. *lib. 1. cap. 16. & lib. 12. cap. 10. & 15.*
10. De animali ſpiritu & cerebri cavitatibus. *lib. 8. c. 10.*
11. De naſi foraminibus, aliisque cerebri ductibus. *lib. 9. cap. 16.*
12. De primo nervorum pari, ſpongioſisque oſſibus. *lib. 9. cap. 8. ſeq.*
13. De aliis, quibus naſus conſtat partibus. *lib. 11. c. 17.*
14. De naſi figura & uſu. *Galenus lib. 11. cap. 11. & lib. 10 cap. 11.*

2011 Ministerio de Cultura

cap. 15. De nervo viſorio & humoribus in oculis. *Galen. lib. 9. c. 13. & lib. 10. cap. 12. ſq.*
16. De oculi figura & ſitu. *lib. 10. cap. 1.*
17. De partibus oculos munientibus. *id. cap. 6. ſeq.*
18. De palpebris & ſuperciliis. *lib. 10. cap. 9. ſeq.*
19. 20. De nervoſis tunicis, humoribusque oculi. *id. c. 3. ſq.*
21. De oculi coloribus. *ibid.*
22. Cur mobiles oculi, & gemini? *ibid.*
23. De muſculis oculorum & nervis moventibus. *id. cap. 8.*
24. Quomodo fiat viſio. *lib. 10. cap. 12.*
25. De quibusdam videndi affectibus. *ibid.*
26. De nervorum ordinibus è cerebro naſcentibus. *lib. 9. cap. 8. ſeq.*
27. De lingua. *lib. 11. cap. 10.*
28. De maxillis. *id. c. 18.*
29. De dentibus. *ibid.*
* * * *Videntur capita de lingua & labiis, auribusque deſiderari, de quibus Galenus lib. 11. c. 10, 16. & 12.*
30. De cute in facie. *lib. 11. c. 14. & 15.*
31. De principibus animæ viribus. *lib. 8. c. 6.*

L. V. cap. 1. Proœmium.
2. De oſſium junctura & motu. *Galenus lib.* II. *c.* 18.
3. De ſpinæ medulla, ab eaque naſcentibus. *lib.* II. *c.* 10. & 15.
4. De capitis ad cervicem connexu, motibusque. *lib.* II. *cap.* 18.
5. De vertebris ſpinæ. *lib.* 10. *cap.* II.
6. Cur ex tot oſſibus ſpina conſtet? *id. cap.* 12.
7. Dubia quædam circa vertebras & ſacrum os. *id. cap.* 16.
8. De humeri articulo & latis oſſibus ſcapularum. *lib.* 13. *cap.* 10.
9. De acromio vocato & humeri motibus. *id. cap.* 12. *ſeq.*
10. De jugulis. *lib.* 13. *cap.* 12.
11. De humeri compagine. *lib.* 13. *cap.* 10. & 12. *ſeq.*
12. 13. De coxæ articulo. *lib.* 15. *cap.* 8.
14. De cruris totius muſculis. *ibid.*
15. De ſede. *ibid.*

cap.

2011 Ministerio de Cultura

cap. 16. De pectine. *ibid.*
17. De situ vulvæ. *Galenus lib.* 15. *cap.* 1.
18. De vulvæ materia, cellis, figura, cornibus & testibus. *ib.*
19. De fœtu ad fœtumque pertinentibus. *lib.* 15. *cap.* 4. *seq.*
20. Exemplum & repetitio de pertinentibus ad fœtum. *ibid.*
21. De virilis membri situ. *lib.* 15. *cap.* 2.
22. De arrectionis tempore. *id. cap.* 3.
23. De virilis membri materia. *ibid.*
24. De causa arrectionis & collo vesicæ tam maris quam fœminæ. *ibid.*
25. De præputio tam mulieris quam maris. *lib.* 15. *cap.* 3.
26. Quare mulier viro imperfectior. *lib.* 14. *cap.* 6.
27. De motu virilis membri. *lib.* 15. *cap.* 3.
28. De testium materia & forma. *lib.* 14. *cap.* 12.
29. De vasis ad testes euntibus. *id. cap.* 13.
30. Cur in dextro mares, in siniſtro latere fœminæ gignantur. *lib.* 14. *cap.* 7.
31. De causa voluptatis in coitu. *lib.* 14. *cap.* 9.
32. De seminis essentia. *id. cap.* 10.
33. De seminis generatione. *ibid.*
34. Cur sanguis in venis morans albescit? *ibid.*
35. De vasis semen emittentibus. *lib.* 14. *cap.* 12. *seq.*
36. De supergeminali. *ibid.*
37. De supergeminali in fœminis. *ibid.*
38. De mammarum & vulvæ, lactis mensiumque consensu. *lib.* 14. *cap.* 8.

FINIS.

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

2011 Ministerio de Cultura

BIBL

2011 Ministerio de Cultura

174

FABRICII
BIBLIOTHECA GRÆCA
LIB: XI. XII.

Observatorio de Marina
BIBLIOTECA
Núm. 6442